COMMENTARIA IN THRENOS HIEREMIAE PROPHETAE AUTORE...

Juan Bautista : de Navarrete,
Giovanni Battista Coccini




6
36 D
28

COMMENTARIA

IN THRENOS HIEREMIAE PROPHETAE

AVTORE LICENCIATO IOANNE BAPTISTA DE NAVARETE

Theologo Cordubensi, et Sacri verbi Contionatore, diuinæ q; Scripturæ prælectore *Cum expositione Textus Hæbrei, et Septuaginta interpratum, et Chaldeæ versionis.*

(†)

Ad Dominum Luisium Hernandez de Cordoua, almæ Eclesiæ Cordubensis decanum







Ex legato Illustriss: Corsini

CVN PRÆVILEGIO REGIS

Cordubæ, ex Officina Gabrielis Ramos Bejarano, Tipographo
Anno Domini. M.DCII.

SVMA DEL PREVILEGIO.

Concedio el Rey nuestro señor, al Licenciado Juan Baptista de nauarrete Natural de la Ciudad de Cordoua licencia y preuilegio, para que por tiempo de diez años, solo el, o quien su poder tuuiere pueda imprimir, y uender vn libro que el susodicho compuso, intitulado, cōmētaria in Threnos Hieremiæ Prophetæ, sopena que el que sin su licencia lo imprimiere incurra en las penas en el dicho priuilegio cōtenidas: cuya fecha es a siete dias del mes de Hebrero de 1 6 00. años. Firmado del Rey nuestro señor, y despachado por Don luis de Salazar, Scriuano de camara de su Magestad.

YO EL REY

TASA

YO ALONSO de Vallejo escriuano de Camara dl Rey nuestro señor. de los q̃ residen en su Consejo, Doy fe que Auiendose visto por los señores del vn libro que cōpuso El licenciado juā Baptista de Nauarrete Clerigo Theologo natural de la ciudad de Cordoua, Intitulado Cōmentaria in Threnos, Hieremiæ Prophetæ, q̃ con su licēcia fue impresso le tasaron a tres marauedis cada pliego En papel el qual tiene ciento y dos pliegos, q̃ al dicho precio mōta treziētos y seis marauedis En Papel, y a este precio mādarō se vēda y nomas, Y esta tasa se ponga al principio del, para q̃ se sepa lo q̃ sea de lleuar, y q̃ no se pueda vēder ni vēda, đ otra manera y para que dello conste de mādamiēto delos dichos SS. del Cōsejo y de pedimiēto de la parte del dicho Licēciado Juan Baptista nauarrete, di esta fe en la Ciudad de Valladolid, a siete dias del mes de Diziembre de mil y seiscientos y vn años.

Alonso de Vallejo

Fratris Ildefonsi Muñoz in sacra Theologia Præsentati ordinis Sanctisimæ Trinitatis in laudatissimam Threnorum paraphrasim Licenciati Ioannis Baptistæ de nauarrete.

LACONISMO ENCOMIASTICVM EPIGRAMMA.

Lumine, quem spectas, cernas quoq; mente libellum
Threnorum titulum, cui dedit ante senex.
Perlege singultus, lachrymas, suspiria, fletus,
quos solima tristis fudit in urbe pater.
Flumina doctorum, qui sic potasse uidetur,
ut mare flumineas undiq; sorbet aquas.
Sanctorum flores collegit sedulus autor,
ut leuis in uerno tempore carpit apis.
Hunc tibi fasciculum præbet Baptista Ioannes,
hunc tibi diuinum suscipe, lector, opus.
Nemo hoc lucidius mentem patefecit amaram
eloquio, phrasibus, mente, nitore, fide.
Egregios Baptista ergo numerare Ioaunes,
inter quos genuit Corduba docta uiros.

APPORBATIO

Acuratè, et diligenter legi disertissima commẽtaria in Threnos Hieremiæ Prophetæ doctissimi Licẽciati Ioannis Baptistæ nauarrete, Regij Senatus decreto mihi commissa, in quibus nihil deprehendi fidei aduersum, aut eius pietati, vel à bonis moribus alienum: imo auream, vère q̃ solidam doctrinam: nam sanctorum Patrũ vestigijs inhærens autor recõditissimos eruit sensus, varios, et sibi cohærentes admirabili serie nexos, tanta profũditate, breuitate, et claritate, ut dignissimum prælo sit opus. Matriti, in nostro monasterio Sanctissimæ Trinitatis. Idibus Ianuarij anno 1600.

Magister frater Didacus de Auila

DOMINO LVDOVICO FERNANDEZ DE CORDVBA.

Almæ Ecclesiæ Cordubensis Meritissimo Decano Ioannes Baptista de Nauarrete, perpetuam felicitatem exoptat.

Cum præteritis annis in amplissimo huius urbis templo publicè Hieremiæ Prophetæ lamẽtationes exposuerim, fuerimq̃ à multis rogatus, ut prælo mãdarem, ne temporis iniurijs annorumq̃ circulis de medio tollerentur, aut in obscuro uetustatis recessu laterent: eorum præcibus annuens mente uoluebã, cui opus hoc commẽdarem, qui nostris laboribus, et lucubrationibus faueret, cumq; essent prestãtissimi viri quibus possem illud cõmittere, nullum reperi, ita bonarum literarum unicũ patronũ, ac tu es ornatissime, atq̃ clarissime Ludouice Decanorum decus, urbis huius ornamentum, sapientiæ refertissimum emporium, nobilitatis, et virtutũ omnium exemplar, ita q; decreui, has meas vigilias tibi dicare. ut felici omine, pede q; fausto per orbem diuulgarentur tali, tantoq̃ patrono munitæ. Et sicut inest à natura humilibus plantis, terræq; repentibus sursum ascendẽdi appetitus, sublimibus copulãtur arboribus, ut suũ expleant desiderium: hinc est, quod Vitis Vlmo, Cucurbita Pino, aut Hedera abieti, vel excelso parieti coniungitur, et sic cacumina sublimium arborũ tãgit: ita hoc opus cedro libani super eminenti egebat, cui inniteretur, ut in publicum prodiret ad legentium utilitatem, ut quæ cum labore didici sine inuidia alijs communicarem, considerans celebrem illam Lactancij Sententiam l. 3 Christia. institutionum dicentis, nil esse homini tam præclarum, et congruum, quàm homines erudire ad iustiam: cum Scriptum sit Danielis 12 *Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Salomon etiam hoc titulo decoratur Prouerb. Cap. 30 *uerba congregantis filij uomentis.* quasi dicat uerba Salomonis, qui cõgregauit sapientiam, et euomuit, idest, non sibi reseruauit, et abscondit, sed alijs pàlam fecit. Cum igitur ea, quæ seorsum considerata alios nobilitant in te simul fulgeant,

san

ſanguinis uidelicet illuſtris claritas, virtutum decor, et lite rarum plenitudo, meritò de te dicere poſumus illud Ecleſiaſtes 4 *funiculus triplex dificile rumpitur.* Nam ſi ad generis ſplendorem, tuæq; proſapiæ antiquitatem, maiorum que tuorum ſtemata, oculos conuertam, ſic lucent per totum orbem egregia eorum facta, ut cõmendatione non egeant cum in omniũ uerſentur ore, neque ego ea reſencere uale bo, quot enim regna, prouintias, et urbes in pace guberna rũt: quot trophea de uictis hoſtibus reportarũt, ſic q immor talitatis monimẽta poſteris de ſe reliquerũt, clemẽtiam cũ juſtitia ſociantes. Quæ omnia cũ lacte imbibiſti, ita ut cũ Iob C. 30 dicere poſſis *ab infantia creuit mecũ miſeratio, et de u tero egreſſa eſt mecum.* Hæc omnia cũ inte fulgeãt merita, egre gia a Ceſarea Maieſtate cõmiſſa ſunt tibi munia, quæ felici ter perfeciſti. Collegia uiſitaſti atq; monachorum ordi nes, ut ad priſtinum ſuæ regulæ inſtitutũ redigerentur, mo nialium etiam monaſteria reformaſti. Age ergo, maiora te expectãt munia, i bone quò uirtus tua te uocat, i pede fa uſto grãdia laturus mæritorũ præmia, nec te pigeat hoc par uum munuſculũ recipere, quod libenter offertur, cum de Salomone opulentiſsimo quodã Rege dicatur 2. Reg. 10. quòd ei' claſis per mare tertio quoq; ãno deferebat ex thar ſis *aurum, argentum, et dentes Elephantorum, et Simias et pauos.* Et ſinguli deferebãt ei munera, uaſa aurea, argẽtea, ueſtes, et arma bellica, equos, et mulos, per annos ſingulos. Quæ om nia non explodebat Rex ille, licèt inter ea aliqua eſſent mi nimi pretij: ſic de te confido (clariſsime Ludouice) quòd nõ reſpues exiguum noſtrorum laborum libellum, ſed gra tanter excipies, fauebis, atq; patrocinari non deſines, cũ ſis ſtudioſorum unicus Mecenas. Etſi hoc meum ſtudium à te probari contingat, procul dubio fiet, ut ab eruditis aui dius deſideretur, et me laboris mei min' pæniteat. Benè ua le in multos anos, et utinam Neſtoreos compleas dies, am pliſsime, atq; præſtantiſsime Domine, meq; inter tuos cli entulos adſcribito, amore, ſtudio, et officio, nulli umquam ceſurum. Cordubæ idibus Nouẽbris anno à partu Vigineo M.D.C.I.

Cùm in mētem reuoco (pie lector). D. Aug. uerba, quæ in epiſtola ad. D. Hyeronimum defirmitate diuinarū literarum pulchrè ſcripſit, ubi dicit, quòd nullus fuit ſcriptor, qui aliquando lapſus non fuerit, uereor, ne temeritati mihi tribuatur, Threnos Hiremiæ elucidare: dicebat enim ſepe, nulli autorum eſſe acōmodandam omnimodam fidē, niſi Spiritui Sancto, et illis, quos certumeſt, non uoluntate humana, ſed illius inſpiratione eſſe locutos. Vnde loco citato ait. Ego fateor charitati tuæ, ſolis eis Scripturatū libris qui iam Canonici appellātur hūc timorem, honorem ꝙ defferre, ut nullum eorum autorum ſcribēdo aliquid errаſſe, firmiſſimè credā. At ſi in eis aliquid ofēdero literis, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud, quam mēdoſum eſſe codicem, uel interpræetem non aſſecutū eſſe, quod dictum eſt, uel minimè intelexiſſe, non ambigam. Alios autē ita lego, ut quantalibet ſanctitate et doctrina præpolleant. non ideo uerum putē, quod ipſi ſēſerunt. Et Epiſt. ad Marcelinū dicit. Vos autem, qui me multum diligitis, ſi talē me aſſeritis aduerſus eos, aut imperitia, uel intelligentia reprehendor, ut nuſquam ſcriptorum meorum erraſſe dicatis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis, facilè in ea (me ipſo iudice) ſuperamini: quoniam non mihi placet, cū à chariſſimis meis talis exiſtimor, qualis non ſum. Cum ergo non ſicut quidam chariſsimi mei putant nulla, uel pauca, ſed potius plura fortaſè quàm etiam maledici opinantur, uerba dixerim, quæ uellem reuocare, ſi poſſem: non mihi Tulliana illa blanditur ſententia, qua dictum eſt, nullum unquàm uerbum, quod reuocare uellem emiſiſſe; ſed angit me planè Oratiana ſētentia. *Neſcit uox miſſa reuerti.* Hinc eſt quod periculoſsiſimarū quæſtionū libros, de Geneſi ſcilicet, et Trinitate diutius teneo, quàm uultis, et fertis, ut ſi non potuerint, niſi habere aliqua, quæ merito reprǽhendantur, ſaltèn pauciora ſint, quā eſſe poſſent, ſi præcipiti feſtinatione incōſultius ederentur. Quæ uerba ex humilitate dicta eſſe teſtantur Henrricus, et Guido. Sed hæc in ueritate de meis cōmentarijs dici poſunt. Sed cum ex alia parte uideam ipſius Patris Auguſtini ſententiam, qui libro 1. de Trinitate

teſta

testatur,utile esse plures libros à pluribus fieri diuerso stilo, non diuersa fide, etiã de quæstionibus eisdem, ut ad pluri mos res ipsa perueniat,ad alios sic,ad alios autem sic,ausus sum hoc munus exsequi. scio aliquos scripsisse de hoc,sed in his cõmẽtarijs aliqua reperiet Lector denuo elaborata,sẽ sui literali cõsona, et ad inteligẽdum Sacram Scripturã,mo res que componendos utilia. De his autem satis est, ne mi hi competat prouerbium illud. Vnusquisq; Faber sua mune nera tollit. Et licet plures sẽnsus notauerimus in Prophetæ uerbis reconditos, non omnes adducuntur, cum Sacra Scriptura amplissimus sit cãpus uarijs refertus floribus, qui ab uno colligi nequeunt: cũ de illa dicat D. Chrisostomus cõcione 4. de Lazaro mendico. Agricola,posteaquam toti us uineæ uindemiam peregerit,non prius desistit,quàm sin gulos etiam minutos accinos decerpserit. Cũ igitur uideã sub literis, ueluti sub folijs latere sensus ocultos, age,et hos rursus diligen tèr amputemus, pro falce sermone utentes, siquidẽ uinea post fructus semel à uindemiatore desectos, stat nuda fructu,nil habẽs præter folia. Verùm spiritualis Scripturarum uinea non ita, sed quanquam, quicquid uide batur sustulerimus, tamem adhuc amplius superst tollen dum. Itaq; quam plures ante nos differuerunt in hanc para bolam, complures fortasis, et post nos diserturi sũt, nemo tamen poterit totas opes eruere: nam ea est huius opulen tiæ natura, eò foderis altius, hòc magis abundant diuini sẽ sus: fons est enim nunquàm deficiens. Sed et. D. Augusti nus Epistola 3 ad Volusianum, ita scribit. Tanta est enim Christianarum literarum profunditas, ut quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia, usq; ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer adiscere, non quo ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur dificultate, sed cùm quisq; ibi fidẽ tenuerit, sine qua piè, rectèq; non uiuitur: tãn multa tãnq; multiplicibus misteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solũm in uerbis, quibus ista dicta sunt, uerũn etiam in rebus, quæ intelligenda sunt latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrã tissimisq;

tißimis ꝙ cupiditate discendi, hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco Ecclesiastici 18. habet. *Cum cõsumauerit homo, tunc incipiet.* Quòd si fortè alicui uideatur, hanc nostri uatis partem, quam exponendam pro uiribus in sensu literali accepimus, esse facilem, omnibus ꝙ manifestã, respondebimus, quod idem Pater Aug. dicit eadem Epistola uersus finem. Modus autẽ dicendi, quo sacra Scriptura contegitur, quæ omnibus accesibilis, quanuis paucißimis penetrabilis, ea, quæ continet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur docti, atꝙ indocti: ea uero, quæ in misterijs occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo nõ audeat accedere mẽs tardiuscula, et inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos, nõ solùm manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat ueritate Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus opperta desiderãtur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimantur: his salubriter, et praua corriguntur, et parua nutriuntur, et magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui, uel errãdo eam nescit esse saluberrimã, uel odit ægrotando medicinam. Similitèr etiã cum .D. Chri. respondebo, cuius scitißima est comparatio ab illis sumpta, quos Metallicos uocant Latini, hi enim aridos, atꝙ steriles, ut uidentur montes, non prætereũt, quasi parum fructuosos, sed in eos perfossos, cautosꝙ penetrant, uagantesꝙ per silicem, et glaream uenas auri, argenti, æris, stanni, plumbi, aut aliorum metallorum persequũtur, atꝙ rimantur, deinde cuneis, malleisꝙ ferreis, pasin abrrassos scrupos tundunt, lauant, vrunt, molunt, deniꝙ in farinam, ut per tantos labores, tanta ꝙ pericula, tãdem aliquid metalli eliquent, quod totum breui est periturum, Cùm ergo ullũ sacræ Scripturæ locũ, quãtũuis specie horridum, si prætermittamus inexploratũ, cùm non sit auri, argẽti, alterius ue metalli caduca, fluxa ꝙ materia, sed cælestiũ misteriorũ uenis ditißimus, si præeunte nobis Spiritu sãcto inspexerimus, tunc, quæ se obtulerint micas apud animũ uera pietate æstuantem percoxerimus, mirabiles sẽsus inueniemus, quibus ditabitur noster intellectus.

PRÆFATIO IN HIEREMIAM PROPHETAM.

(✠)



OMPERTVM EST HVius lugubris carminis, authorem esse Hieremiam Prophetam, qui fuit Sacerdos ortus in Anatoh viculo paruo, & distat â Hierosolimis ferê duabus leucis tertio milliario, vt notauit Fasciculus temporum. *Fasci. temp.* Habuit patrem Helciam Sacerdotem, quod in eius laudem non exiguam, & præcipuum honorê cædit, qui tertio anno Iosie Regis Iuda inuenit librum legis multis annis præteritorũ Regũ incuria amissum: vt habetur 4. Reg. 22. & 2. Paralip. 34. Fuit eius patria Anatoh, *4. Reg. 22. 2. Paral. 34.* vbi turrem fuisse tempore D. Hieronymi, quæ turris Hieremiæ vocabatur, vt testatur ipse Hieronymus lib. 6. commentariorum, in Hieremiam cap. 31. *D. Hierony. lib. 6. in Hierem. cap. 31.* Fuit vnus ex quatuor Prophetis maioribus, qui maiores dicti sunt, quia maiora scripsere volumina: non quia eorum scripta maiori certitudine polleant, quâm minorum Prophetarum vaticinia. cognominabatur autem â suo vico noster vates, vt constat cap. 29. suæ prophetiæ; *Et nunc quare non increpasti Hieremiam* *Hierem. 29.*

miam Anathothitem, qui Prophetat vobis. Erat autem Anatoh oppidulum paruulum, & miserum, quod à pauperibus habitabatur, vt cõstat Isai. 10. *Attende Laisa paupercula Anatoh.* Vbi obitèr animaduertendum est Dominum ex abiectis oppidulis eligere sibi Prophetas, non ex amplissimis vrbibus. Sic ex Nazareth elegit sibi matrem, quæ erat exposita Ciuitas in Israel.

Isai. 10.

Prophetauit tempore Ioachin ipse, & Sophonias, etiam antecius transmigrationem in diebus Iosie Regis, vt constat ex 4. Reg. cap. 22. & 23. habuit amanuensem Baruch, qui eius fuit scriptor. Contra quos vero prophetauerit, & quomodo fuerint contemporanei ipse, & Sophonias, late tractant. D. Anthanasius in Sinopsi, & D. Isidorus lib. de vita prophetarum, & D. Epiphanius lib. de Interitu, & vita prophetarum. Fuisse Sacerdotem, & virginem tenent D. Hieronymus, & D. Isidorus, & multum iuuat ad nostri vatis commendationem: à pueritia cepisse prophetare, vt ipse testatur cap. 1. *A. A. A. Domine nescio loqui, quia puer ego sum.* Fuit etiam à vulgari populo lapidatus apud Taphnis in Ægypto: & ita expositores explanant illa verba Apostoli ad Hebreos 11. *Secti sunt,* de Isaia. *Lapidati sunt,* de Ieremia, & in fonti Naboth. Christianus drut marus Mathei. 16. in illa verba alij Hieremiam, dicit à Iudeis lapidatum in Ægypto fuisse, quia ibi prophetauit, Nabuchodonosor venturum Iudæos per sequentem, qui eius timore perculsi in Ægyptũ fugerant. D. Hieronymus asserit fuisse lapidatum in Taphnis, quia eorum peccata indesinenter carpebat, & idem dicit Fasciculus temporum, & addit sepultum fuisse in Regũ mausoleis. D. Thomas ad Hebreos 11. dicit, lapidatũ fuisse lapidibus quos absconderat sub muro latericio. D. Chrisostomus homilia 26. in caput 11. epistolæ ad Hebreos, dicit nunc ipsius Moisis ossa inter alienos iacent? Et Aaronis, & Danielis, & Hieremiæ; Apostolorum autem plurimorũ ossa nescimus vel vbi iacent. Petri, & Pauli, quidem, Ioannis, & Thomæ, manifesta sunt sepulchra. Aliorum autem cum

4. Reg. 22. & 23.
D. Athanasius in Sinopsi.
D. Isidorus.
Epiphanius.
D. Hierony.
Ierem. 1.
Ad Heb. 11.
Christianus drut marus.
Fasciculus temporum.
D. Thomas.
D. Chrisost. homil. 26. in cap. 11. Super epist. ad Heb.

cum tanti sint, minime cognitum est vbi sint: nihil igitur pro hac re lugeamus vbicumq; enim sepeliamur Domini est terra. Verum tamen est quod Victorinus Martyr in caput 11. Apocalipsis, & plerq; alij vetustissimi opinantur, Hieremiam adhuc viuere, & vna cum Helia, in vltima sæculietate ab Antichristo occidendum. Quam opinionem nō probat D. Hylarius canone 20. in Matheum. Scripsit autem Hieremias sui vaticinij librum sub Iosia, & Ioachim eius filio, vsq; ad consummationem Regni Iuda, & transmigrationem. Fuit decorus facie, venerabili præditus aspectu. 2. Machab. 15. narratur visio facta ab Onnia Sacerdote. *Hieremias vir, etate, & gloria mirabilis: & magni decoris, fratrum amator, qui multum orat pro populo Israel, & vniuersa Ciuitate.* Et dedit gladium sanctum Iude Machabeo, vt deijceret in eo hostes Israelis. Et Rex Ioachim arguitur. 2. Paral. 36. *Nec erubuit faciem Hieremiæ loquentis ad se ex ore Domini.* Nam, vt habetur Hieremiæ 36. combusit librum, vbi exaratæ erant lamentationes propter excidium vrbis Hierusalem. De eius eximijs laudibus legendus est D. Chrisostomus tomo 1. ad finem sermone de Hieremia Propheta.

Victorinus.

D. Hilarius canone 20.

2. Machab. 15.

2. Paralip. 36.

Hierem. 36.

Chrisost. sermone de Hieremia.

Fuit sanctificatus in vtero materno, iuxta D. Thome sententiam. 3. par. quest. 26. art. 2. ad 1. & in commentarijs super Hieremiam, idem tenent D. Ambrosius lib. 1. commentariorum in Lucam, & D. Chrisostomus sermone de Hieremia Propheta, Origenes homilia 1. in Hieremiam, Leo sermone 10. D. Bernardus epistola. 174. Athanasius sermone 4. contra Arrianos. D. Bonauentura in 3. dist. 3. quest. 1. in solutione ad 1. argumentum, & Durandus in 3. dist. 3. quest. 2. & Aureolus in commentarijs breuibus super Blibiam; idq; est vulgatum Theologorum dogma, vt notauit Michael Palacios in 3. sent. dist. 3. disputatione 4. Idem tenent Lyranus super caput 1. Hieremiæ, Theodoretus, & Interlinealis Glossa ibidem, & addit amplius, quôd vsus est libero arbitrio in visceribus matris, sed hoc præuilegium Ioanni tribuitur, vt tenent Vbertinus de Casalis in

D. Thom. 3. par. quest. 26 art. 2. ad 1.

Ambrosius in Lucam.

Durand. in 3.

Origenes homilia 1. in Hieremiam.

Bernard. epist. 174.

Athanasius serm. 4.

lib. qui arbor vitæ crucifixi inscribitur. lib. 1. cap. 10. & Teophilatus. Lucæ 1. & Gregorius Neocesariensis oratione in epiphaniam, vbi dicit. Ego in ventre matris in solubilibus nodis vinctus exultabam: natiuitatemq; tuam plausu præueniens celebrabam, & hunc rationis vsum postea non amisisse Ioannem in vtero, late probat Vbertinus loco citato, quòd probatur ex verbis Pauli ad Roma. cap. 11. *Sine pænitentia sunt dona Dei.* Sed D. August. epist. 57. ad Dardanum quest. 2. quomodo Deus vbiq; probabile censet non habuisse vsum rationis in vtero. Constat autem Ioannem fuisse sanctificatum in vtero. Lucæ. 1. ex illis verbis. *Vinum, & siceram non bibet, & adhuc ex vtero matris replebitur Spiritu Sancto.* Super quæ verba ait Caietanus. Hinc, clare apparet, Ioannem sanctificatum in vtero matris. Et Ioannes Ganeius ibidem.

Ad Roma. 11. *D. August. epist. 57. q. 2.* *Caietanus.* *Ganeius.*

Lira. Aduertendum tamen est, quod Nicolaus Liranus illa verba Hieremiæ. 1. *Prius quàm te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de vulua sanctificaui te.* Verbum noui, refert ad notitiam prædestinationis, & vocem sanctificaui, ad peccati originalis remisionem per gratiam sanctificantem, in vtero materno. Sed Theodoretus exponit. Sanctificaui, posuit pro segregaui: & D. Hieronymus putat hæc verba illum habere sensum, quem habet locus Pauli ad Galat. 1. *Cum autem placuit ei, qui me segregauit ab vtero matris meæ.* Sed D. Bonauentura loco citato exponit de noticia Dei prædestinantis. Quæ tamen verba non probant. D. Paulum sanctificatum in vtero. At vero probant, Deum ab initio elegisse Paulum, vt esset doctor gentium. Cæterùm, quia Paulus nil meminit de sanctificatione, vt Hieremias, propterea rationi satis contentaneum est, Hieremiam sanctificatum fuisse; prius quàm nasceretur. Sed obstat ratio D. Augustini loco citato, quòd nemo renasci posit per gratiam antequam nascatur. Respondetur. Quòd hoc verum est, si de illa regeneratione loquatur, quæ fit per Sacramenta: cum nullus posit fieri Sacramentorum particeps,

Theodoretus *D. Hieronymus.* *Ad Galat. 1*

ceps,nisi iam natus; sed virtus diuina non est ita ligata Sacramentis, quim posśit, quem voluerit, expeculiari præuilegio sanctificare absq; sacramento. Hoc autem concessum fuit Hieremiæ, & Ioanni Baptistæ. Eiusmodi autem sanctificatio operatur emundatione,à peccato originali:fomitem verò non aufert,ligat tamen,quatenus ad peccatum mortale inclinat; ita vt credamus non posse peccatũ mortale admittere, qui hac ratione sanctificatur.

Ratio autem,propter quam Ioannes Baptista fuit sanctificatus,est ex multiplici causa,quia Dominum nostrum Iesum Christum erat baptizaturus, quod maximum fuit munus: & quia suo baptismo homines præparauit ad Christi baptisma suscipiendum, quo abluimur ab omnibus criminum maculis. Et tãdem inter ceteros Prophetas,solus Hieremias fuit sanctificatus. Primo,quia, paśsionem Domini prædixit verbis, & misterijs, per quam sanctificati sumus; & suis laboribus præfigurauit,vt constat Hieremię cap. 11. Secundo,quia fuit legatus missus ad gentes,vt ipse dese testatur cap. 1. cæteri vero Prophetæ ad fidelem populum, qui Dei notitiã habebat: & ideo non fuere sanctificati, & maior labor est agere de fidei negotio apud infideles, quam cum ad fideles fit sermo. Qua propter Apostoli qui missi sunt ad prædicandum gentibus, prius repleti sunt Spiritu Sancto. Vnde Exod. 6. dixit Moyses. *Filij Israel non audiunt me: quo modo audiet me Pharao?* *Exod. 6.*

Fuit etiam virgo,noster vates, iuxta D.Ignatium epist. 5. ad Philadelphienses. Vbi dicit. Memor sum sanctitatis vestræ,sicut Heliæ,sicut Iesu naue,sicut Melchisedec,sicut Elisei,sicut Hieremiæ, sicut Ioannis Baptiste,sicut dilectisśimi discipuli,sicut Clementis,& aliorum,qui in castitate de vita exierunt. Et pro hoc,est locus Hieremiæ cap. 16. *Factum est verbum Domini ad me dicens,non accipies vxorem , neq; erunt tibi filij in loco isto.* Ex quo loco colligitur,non fuisse nostrum vatem coniugatum. *D. Ignatius epist. 5.* *Hierem. 16.*

Fuit etiam noster vates mira animi pietate charus; ita

vt aliorum miserijs magnopere condoleret, quod eius lachrimæ super vrbis excidio testantur. Et ita D. Gregorius Nazianzenus oratione ad ciues Nazianzenos, graui timore perculsos, & Principem irascentem, fol. 177. Quæ incipit ventrem meum doleo. Ex cap. 4. ipsius Prophetæ. Sic ait. Ventrem meum doleo, & cordis mei sensoria incitantur; ait, quodam loco Hieremias, qui humanitate, & condolẽtia, parem ex omnibus Prophetis habuit neminem, cum rebellantem, & contumacem Israelẽ, deplorat, à Dei q; benignitate se auertentem. Quo loco vetris nomine, suam ipsius animam intelligit. Hoc enim sensu per sepe in scripturis hanc vocẽ acceptam reperio: vel quod abdita sit, cõspectumq; oculorum fugiat: id enim habet anima cum ventre commune; Vel quod sermonis alimenta capiat, atq; vt sic loquar digerat: quem enim vsum cibus corpori adfert eundem animæ præstat oratio. Hæc D. Gregorius. & de hac animi pietate erga suos ciues est locus Hieremie 17. capite. Vbi de se ait. *Diem hominis non desideraui Domine tu scisti.* Idest. De meis aduersarijs vindictam non expetiui. Diem, inquàm, in qua solent homines letari de suorum inimicorum calamitatibus, & erumnis, captiuitate, & opræssione; ego non desideraui, hæc enim solet hominum esse dies, cum aliorum ministerio se vindicant. Et Hispanè dicitur (vendra mi dia) hunc igitur retributionis, & suplicij in hostes meos non concupiui diẽ. Et huic sensui fauet Chaldæa Paraphrasis quæ sic legit. Diem malam, quam tu adduces super eos, non concupiui. Et sic exponit Theodoretus.

D. Gregor. Nazianzenus oratione ad ciues.

Hierem. 17.

Chaldæa paraphrasis. Theodoret.

PROPHETÆ ARGVMENTVM.

Titulus huius libri, Prophetæ intentum manifeste ostẽdit. Threni, seu lamentationes Hieremiæ. Est autem Threni nomen Græcũ, nam thrinos, Græcè est lamentari, & non quomodo cunq; plorare; sed vlulatibus, & voci feratio-

ferationibus flere: ita vt vocibus lachrimabilibus cœlum compleatur. Itaq; noster vates deplorat extremam illius populi miseriam, sanguinolentum bellum, longam obsidionem, armorum tumultum, iuuenum cædes, diuturnam famem, & vrbis euersionem à Chaldæis inflictam, & virginum violatam pudicitiam. Senum, atq; Sacerdotum despectum, & mortuorum intra ipsa ciuitatis mœnia cōgeries, & crudeles ciuium Hierosolimitanorum, mortes, templi excidium, atq; incendium, de populatas domos, & tandem totius vrbis miserandam ruinam. Quæ omnia iusto Dei iudicio passi sunt, propter hominum crimina, cuiuslibet, status, & ætatis, & sexus, qui Dei patientiam, atq; longanimitatem ad iracundiam concitauere. Prædixerat autem patientissimus Dominus hanc vastitatem, per os Hieremiæ, vt habetur Ecclesiastici. 49. *De reliquerunt legem altissimi Reges Iuda, dederunt enim Regnum suum alijs, & gloriam suam alienæ genti, incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius, in manu Hieremiæ Prophetæ.* Hoc est propter peccata Regum, traditum est Regnum exteris Chaldæis, & fuerunt causa incēdij suæ vrbis, quæ erat Regni Metropolis, & ab hostibus fuit succensa, & desertas fecerunt vias, vt cap. 1. dicit noster vates. *Viæ Sion lugent, &c.* In manu Hieremiæ, sicut Oseæ. 12. *In manu prophetarum assimilatus sum.* Et Aggei. 1. *Factum est verbum Domini in manu Aggei.* Idest. Iuxta Aggei prophetiam. *Nam male tractauerunt eum, qui consecratus est Propheta euertere, eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare.* Hic agit sapiens, de ingratitudine illius populi, qui suum Ecclesiastem, & Prophetam iniurijs affecit, & tandem occidit, cum esset in vtero sanctificatus, & consecratus Propheta. Hoc est ad propheticum munus assumptus. Iuxta illud Hieremiæ. 1. *Prius quam te formarem, in vtero nouite, & ante quam exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te, eruere, & perdere.* Et sic ibidem dicitur. *Vt euellas, destruas, ædifices, & plantes.*

Eccles. 49. *Oseæ.* 12. *Hierem.* 1.

Titulus huius libri. Apud Hebræos est Cinoth: apud 70. Interpretes, threni; apud Latinos. Lamentatio: & sicut liber vbi agitur de nuptijs Christi cum Ecclesia eius Sponsa, & cũ anima iusti, vocatur canticũ canticorũ, quia ibi adest Sponsi præsentia; ita hic liber potest dici lamẽtatio lamentationum; quia in eo deploratur viduitas illius vrbis, & absentia sui Domini, & protectoris. *Facta est quasi vidua domina gentium.* Illa (in quiam) de qua dicebatur olim Hieremiæ
Hierem. 51. 51. *Quoniam non est viduatus Israel, & Iuda à Domino Deo suo, Domino exercituum.* Compositus est hic liber, in metro, versu saphico, vt notat D. Hieronymus. Sunt enim carmina
Ezech. 2. lugubria in sacro eloquio, vt illud Ezechiel 2. Vbi dicitur, de libro in quo erat scriptum. *Lamentationes, carmen, & væ.*
Et 23. Est superlatiuum. Idest. Tristissimum, & funestum carmẽ,
2. Reg. 1. & cap. 32. *Sume tibi carmen lugubre.* Et 2. Reg. 1. Dauid plo-
Isaiæ. 23. rauit carmine mortem Ionathæ, & Saulis. Et Isaiæ. 23. Ciuitas Tyri incitatur ad pœnitentiam. *Sume tibi, cytharam meretrix obliuioni data bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui.* Per hoc illi iubetur, sua scelera flere.

Scripsit hunc librum, post transmigrationem Hierosolimorum, antequam populus abduceret eum in Æ-
Fasci. temp. gyptum, vbi vltimum clausit diem, vt notauit Fasciculus temporum. Cœpit autem Prophetare puer. 13. anno Iosie, contra Hierusalem, & templum. Prophetauit annis 40. præter tempus, quo in Ægypto est vaticinatus Ægypti Regibus; vbi prædixit illorum, idola subuertenda, cum virgo pareret: quo audito Sacerdotes in abditis templi imaginem virginis, cum suo infante adorauêre. Estq; de canone. Subtituloq; Hieremiæ intelligitur in Concilio Tridentino sectione 4.

(. † .)
(✠)

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

☞ *Et factum est. Postquam in captiuitatem ductus est Israel, & Hierusalem destructa est, sedit Hieremias Propheta flens, & planxit lamentatione hac super Hierusalem amaro animo suspirans, et eiulans dixit.*

NOta, quòd hæc verba non habentur in textu Hebræo, sed solū apud Septuaginta interpretes. Deplorat q; noster vates vastitatem Hierusalē, postquàm illam prædixerat cap. 9. sui vaticinij. *Vox lamentationis audita est de Sion, quomodo vastati sumus.* Et cap. 4. *Væ nobis, quia vastati sumus.* Plangit etiam Propheta mortem Iosiæ Regis pientissimi, quem iuxta aliquorū sententiā cap. 4. Threnorum. Vocat spiritum oris nostri captū. De eius morte, & lachrimabili funere agitur. 2. Paralip. 35. Vbi etiā laudatur, sed maximè Eccles. 49. *Memoria Iosiæ in compositione odoris facta. Opus pigmentarij, in omni ore, quasi mel indulcabitur eius memoria.* Et infra. *Præter Dauid, Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.* Suple idolatriæ. Et licet alij Reges non fuere idolatræ, sicut Asa Rex, non tamen abstulerunt idôla, excelsa, & lucos, & populus inmolabat in excelsis; & Iosaphat fidelis Rex amicitiæ fœdere copulatus est cum Acab idolatra, vt cōstat. Ex 2. Paralip. 19. & 20. capite, sed Iosias destruxit idola, & alij duo Reges summo zelo curauere Dei cultū restaurare. Fleuit Hieremias necē Iosiæ, quē interfecit Necao Rex Ægypti. Iuxta fluuiū Euphratem, cū nollet pacifice concedere transitum, nā ipse contra aliam pugnabat domum. *Et noluit Iosias sermonibus Nechao aquiescere, ex ore Dei, & vulneratus à sagittarijs in campo Magedon mortuus est, & vniuersus Iuda, & Hierusalē luxerunt eum, & Hieremias maximè, cuius omnes cantores, & cantatrices vsq; in præsentē diem lamentationes super Iosiā replicant.*

Hierem. 9. Et. 4.

Threno. 4.

2. Paralip. 19. & 20.

Zachar. 12. *replicant.* Huius planctus fit mentio Zacharie 12. Vbi Propheta prædicit deplorandam fore Christi morté, sicut mors Iosiæ fuit deplorata, & ad declarandam maximam lachrymarum copiam, à fidelibus effundendam propter Christi mortem, dicit vates, quòd tantus erit planctus, quantus tempore mortis Iosiæ fuit in populo Israel. *In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Adadremon in campo Magedon, & plangent terra, familiæ, & familiæ seorsum, familiæ domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Ille igitur planctus fuit, sicut, qui fit quotanis feria sexta in parasceue propter Christi mortem; quando eius Concil.4.Tolet.cap.6. passio fidelibus prædicatur, & propterea in Concilio 4. Toletano cap. 6. Præcipitur Christi passionem prædicari. verba concilij sunt: comperimus, quòd per non vllas Ecclesias in die 6. feriæ passionis Domini clausis foribus non celebratur officium, nec passio Domini populis prædicatur, dum idem saluator noster præcepit Apostolis suis dicens. Marci. 16. Marci 16. passionem, & mortem, & resurrectionem meam, omnibus prædicate, ideoq; oportet eodem die misterium crucis, quod ipse Dominus cunctis anunciandum voluit, prædicari, clara voce prædicetur. Vbi notandus est modus flendi antiquus, qui solebat per familias fieri, & mos, qui seruabatur, mulieres plorabāt seorsum, separatæ à viris, & è contra, quòd si ad fletum diuidebantur, quantò magis ad conuiuia, & gaudia? Periculosa enim res est mulierum, & virorum Societas, & ita hunc locum Zachariæ exponit D. Epiphanius. lib. 3. Hæresi. 80. Exodi. 15. Epiphanius libro tertio contra hæreses tomo 2. hæresi 80. contrà Masalianos fol. 513. & adducit illud Exod. 15. Cum accepisset Maria timpanum intermulieres cepit ipsa canere Dei magnalia. Cantemus Domino. Et mulieres simul aclamabant contribuli eiusdem generis existenti, & idem fecit Moyses, cui aclamabant viri, & nusquàm mulieres. *Et plangent in terra familiæ, & familiæ.* Tàm Reges, qui per Dauid intelliguntur, & Prophetæ; qui per Natan, Sacerdotes, qui per Læui, & populares per Semei, qui omnes describuntur

buntur flentes, quia omnes cuiusuis ætatis, sexus, vel status nobiles, & ignobiles fuere causa mortis Christi; omnes sumus peccatores, & propter omnium scelera passus est: similiter horum fit mentio, quia in Christi morte conuenere Reges, vt Herodes, & Præses Pontius Pilatus, & Sacerdotes, & populi seniores, & plebei, siquidem plebs postulauit, vt crucifigeretur, & mulieres quando quidem ancilla fecit, vt D. Petrus negaret Dominum.

Ex hoc loco etiã notandũ est, boni Principis mortẽ flendam esse, si enim Dauid Rex nequissimi Saulis necem ò plãxit. 2.Reg.1. Reliquos quẽ ad flendum commouit, dicens. *Inclyti Israel super montes tuos occisi sunt, quo modo ceciderunt fortes? filiæ Israel super Saul, qui vestiebat vos coccino.* Quantò magis mors optimi regis est plorãda. Addit vltrà vates. *Sicut planctus Adrademon.* Septuaginta interpræetes verterunt; sicut malogranati in cãpo succissæ, nam Adrademõ granatũ, & Magedõ succissã significat, quia forte locus ille erat multis malo granatis consitus, quæ abutroque exercitu succissa fuerẽ, sicuti in hac nostra vrbe Corduba est vinearum ager, qui Hispanè vocatur (el granadal) quia simul cum vitibus sunt malogranata, &c. 2.Reg. 1. 70.

Vtilitas lectionis huius libri notatur à D.Gregorio Naziãzeno oratione 1.de pace fol.77. Vbi sic ait, Equidẽ, vt de me loquar, quoties hunc libellũ in manus sumo, threnosq; lectito (id autẽ facio, quotiescũq; secundarũ rerum insolentiã coercere, huiusmodi lectione volo) vox mihi intercluditur, lachrymisq; obruor, eãq; calamitatẽ, velut ob occulos positã videre, videor, & Hieremiæ colamẽtor. D.etiã Chrysost. tom.1.lib.3.de Prouidẽtia, dicit. Hieremiæ autẽ lamentationes, & seorsum scriptas, & per omnẽ prophetiæ textum dispersas, partim de se ipso cõpositas, quis possit sine lachrymis legere sed, & ceni lacus, vinculorũ pressuræ, & verbera, insidiæ, irrisiones perpetuæ illũ cruciabãtur, vt pene desperaret, quãdò capta vrbe, et honore à barbaris dignatus est, nũ ista se *D. Gregor. Nazianzen. oratione. 1. de pace.* *D.Chrysost. lib.3.de Prouidentia.*

tiebat? Imò

Imô verô tûnc maximè amara illa lamentatione conscripsit mortuos, & abeuntes lugens; & ibi dicit, quôd in Ægyptum ductus fuit, & eum secum tulit populus captiuus, vbi grauiora mala illis prædixit. Finis autem huius libri, & ratio propter quam literis mandatur illorum vastitas, hæc est, vt nos alieno periculo cauti simus, in memoriam reducentes templi desolationem, & totius populi extremam miseriam, quæ mala propter sua scelera cotingêre, vt nos in melius vitam emendemus diuini supliтij memores, qui tàn sæuerè puniuit crimina
Ezechie.39. illius populi; pro quo est locus Ezechielis 39. *Et erit in die illa dabo Gog locum nominatum sepulchrum Israel, vallem viatorum ad Orientem maris, quæ obstupescere faciet præter euntes, & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & sepeliet eos domus Israel, vt mundent terram.* Sensus est; in Regia, & publica via puniam Gog, & Magog, qui erant Principes capitis Mosoch; vt hìc dicit Propheta, & fuerè Antichristi figura, vt viatores obstupescant, videntes tot mortuorum sepulchra, plena ossibus militum tàn nefandi exercitus, & iste locus erat iuxta mare mortuum, & erit tanta cadauerum multitudo, quòd durabit per spatium septem mensium sepelire interfectos; & nomen ciuitatis erat Amona. Quod nomen idem est, ac populosa propter multos occissos ibi sepultos;
70. Septuaginta legunt cæmeterium. D. Hieronymus legit;
D.Hierony. Amona, seu Polyandriom; similitèr Interlinealis; proptereà quod innumerabiles ibi corruerè, & sepulti à pollinctoribus mundantibus terram; idest, à funerum curatoribus, quod Hispanè dicimus (enterradores) & vt
Petrus Galatinus. notauit Petrus Galatinus lib.5. de arcanis cap. 12. ex mente Rabi Salomonis Gog est nomen Regis, Magog est
D.Hierony. nomen gentis, & ibi reiellit opinantes ex nostris, Ma-
Lyra. Interlinealis. gog esse Scithicas gentes; sed Genes. 10. dicitur, filij Iaphet, Gomer, & Magog. D. Hieronymus, Lyra,
Honcala. & Interlinealis, Honcala, Gomer Galatas exponunt,

&

& Magog, Scithas, Oleaster verò putat esse Germanos, & populos Aquilonares, nam Ezechielis 39. dicitur. *Ascendere faciam te è lateribus Aquilonis*; Putant Hæbrei, & Rabi Salomon, hunc librum esse cartham illam, quam Ioachin legit sedens ad ignis areolam. Hieremiæ 36. & combusit; quam cū Hieremias rescriberet quarto adauxit alphabeto. *Ezechiel. 39*

CAPVT PRIMVM.

Aleph. Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo.

Littera prima Alphabeti Hæbrei est Aleph, & continet alphabetum Hæbreum 22. litteras. D. Hieronymus exponit has dictiones, seu litteras, & vnius cuiusque ponit propiam significationem; sed non asignat rationem, propter quam ponantur, neque D. Thomas. Agit. D. Hieronymus de his litteris, & earum significationibus epistola, quæ incipit nudius tertius ad Paulam, & Vrbicam de misterijs alphabeti in Psalmo 10. & 111. & 118. atque Prouerb. 31. ponuntur; & quo modo secundum significationes Hæbraicorum elementorum signetur misterium inscripturis illis inclusum vbique sic adunat, vt faciat in septem conexionibus has rationum contexturas, ibi videat studiosus; Et in Petro Antonio Beuter Valentino in libro anotationum ad sacram Scripturam, vbi alteram expositionem huius rum litterarum asignat ex mente Alfonsi Zamorensis fol. 70. Sed notandum est ex mente Batabli super Psalm. 118. vbi idem seruatur ordo, & ex Nicolao Lyrano, & Isidoro Clario dicunt hi autores, litteras præponi, vel adiuuandam memoriam, & vt facilius discantur, vel ob dignitatem rei, de qua agitur, vel ornatus causa, vt notat Cornelius Iansenius in Psalmo 118. & D. Ambrosius super hoc Psalmo dicit, quòd sicut litteræ alphabeti pueris discenda proponuntur, vt sciant legere, ita huiusmodi elementis rectè viuendi vsum discimus, & quia res magni momenti est, scire nomina, *D. Hierony.* *Petrus Beuter.* *Batablus.* *Lyranus.* *Iansenius.*

re nomina, quibus lex Dei nominatur, & ad vnguem est ob-
seruanda, memoriterque retinenda, ideô ista elementa
Psalm. 118. præponuntur in Psalmo 118. & Prouerbiorum 31. *Mulie-*
Prouerb. 31. *rem fortem quis inueniet?* Ratio est, quia inuenire mulierem sedulam, Domus curam habentem, beneuolam, atque erga pauperes liberalem contentionum, & rixarum inimicam, valdê dificilê est, & non contemnenda res. Propterêa asignantur istæ literæ in principio cuiuslibet versus. Etiam res magni ponderis est suplitium, quo Deus suum populum affecit, & multum interst, illud præ occulis semper habere; ideô, sicut notæ ad memoriam ponuntur illi characte-
Lyranus. res. Tertiam causam asignat Lyranus, quia fortasis erat mos scribendi illius ætatis, & tempore Hieremiæ vigebat talis scribendi modus in versu, & quôd versus inciperet à literis alphabeti.

☞ *Quomodo sedet sola Ciuitas.*

IN Hebreo est (Collaidigahair) in Græco est, illa Ciuitas cum articulo, & sunt notæ excellentiæ, vt sciatur, quôd non loquitur vates, de quacumque vrbe, sed de opulenta, inclita, & celebri Ciuitate Hierusalem, quæ per antonomasiam vocatur ciuitas, nam aliæ ciuitates respectu illius, tuguria, vel oppidula videbantur. Dictio *quo modò* admiran-
Psalm. 72. tis simul, ac dolentis animi est aduerbium; Psalm. 72. de diuitibus impijs dicitur. *Quomodò facti sunt in desolationem.* Et
Isaiæ. 1. Isaiæ 1. *Quomodò facta est meretrix ciuitas fidelis?* Et capite 14.
Isaiæ. 14. *Quomodò cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris.* & 2. Reg. 1. *Quomo-*
2. *Reg.* 1. *dò cecedirunt fortes in prælio Ionathas in excelsis occissus est.* Et est phrasis Hispana, cùm aliquod infortunium, & ingens malũ alicui accidit, solemus dicere (como se le hizo a fulano tãto mal.) Et loco citato in fine planctus dicitur. *Quomodò ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica.* Quod Hispane dicimus (murieronse los valientes, y perdiose la municion.)

☞ *Sedet sola Ciuitas.*

HOC Prædixerat Isaias cap. 3. Et lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. Loquitur de Hierusalem vastata, & cap. 22. Quid nam quoq; tibi est? Quia ascendisti, & tuo omnis tecta? Vbi admiratus vates quærit à Hierosolimitanis, quid nam eis acciderit, vel quod crimen contra Deum commisserint? Vt portaturi sint etiam ipsi onus suum: & cap. 24. Lugebat huius vrbis solitudinem, dicens. *Relicta est in vrbe solitudo.* Idest Hierusalem, quæ antonomaticè vocatur vrbs, destituetur habitatoribus. Forerius ex Hæbreo legit, stupenda solitudo: quia stupebant homines visa eius ruina, nihil enim ita terret in vrbis depopulatione, sicut videre illius domos, vicos, & plateas absque habitatore quilibet, licet sit strenuus dux, timebit: sic Vergilius dicit; ibant per domos vacuas, & inania regna; Addit vates. *Calamitas oprimet portas.* Idest; ruina contundet portas, atque portarum pro pugnacula, portas, inquam, per quas solebat multitudo ciuium ingredi: & quod loquatur de Hierusalem, manifestum est, nam addit vates. *Hæc erunt in medio terræ, quomodo si paucæ oliuæ, &c.* Nam iuxta dimensiones geographorum, Palestina, cuius metropolis est Hierusalem, in medio terræ sita est. Zachariæ etiam 8. *Hæc dicit Dominus, vsquequo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis.* Id enim damni accepit Hierusalem, quód cum anteà celebris fuerit, atq; frequentissima, ita deserta sit, vt vix eius frondibus, virgultis, & dumetis ferè intercluderentur. Vel sola, idest; desolata, & ita exponit Hugo de sancto Victore, & mansit desolata, propter populum adductum captiuum in Babylonem.

Isaiæ. 3. *Isaiæ. 22.* *Isaiæ. 24.* *Forerius.* *Vergilius.* *Zachariæ. 8.* *Hugo.*

Sedere plures habet acceptiones in scriptura, aliquando significat cõmorari, & habitare: vt notauit D. August. lib. 3. quæst. super Leuit. & probat ex cap. 8. Leuitici. *Septẽ diebus manebitis in tabernaculo.* D. August. legit, sedebitis, idest, habitabitis; quia septem diebus integris non erant per mãsuri sedentes.

D. August. lib. 3. super Leuiticum. Leuit. 8.

3. *Reg.* 2. ſedentes. Et 3. Reg. 2. *Dixit Salomon Semei, edifica tibi domum in Hieruſalem, & habita ibi.* D. Auguſtinus ex Græco
Ezechiel. 3. legit, ſede ibi. Et Ezechielis 3. ſedi, vbi illi ſedebant; ideſt manſi. Sedere etiam ſignificat cum abiectione humiliari; nâm, qui ſedet humiliatur, & terræ eſt vicinior; ita vſurpa-
Hugo. tur hic â noſtro vate, & ita exponit Hugo; & Hieremiæ 13. *Humiliamini, & ſedete in terra, quôniam deſcendet de capite veſ-*
Iſaiæ. 47. *tro corona gloriæ veſtræ.* Et Iſaiæ 47. *Deſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylon, ſede in terra, non eſt ſolium vltrâ filiæ Chaldeorum, tolle molam, mole farinam.* Et clarum eſt, quôd ad tellendum molam, & eundem ad molendinum ſurgere erat neceſſe, & ſic ſedere in terra eſt â ſumma felicitate ad extremam ſeruitutis miſeriam deiici. Vocatur autêm Babylon filia, Hebraica figura, pro Babylone ipſa, ſicut Ægyp-
Hierem. 46. tus vocatur filia Ægypti; Hieremiæ 46. & Pſalmo 136.
Pſal. 136. *Filia Babylonis miſera.* Vocatur virgo; quia indelitijs ab omnibus habita eſt, non aliter, quâm puella intacta, & quod eſt patri filia chariſsima, hoc erat orbi Babylon. Aut vocatur virgo, quia non dûm opugnata â militibus. Vel per ironiam, aut, quia creata in virginitate, poſteâque Deum offendit. Tolle molam; Ecce quomodô ſedere eſt deiici â trono in ſeruitutem infimam, ita vt vilis, & pannoſa cogatur portare ſuper humeros frumentum ad molendum. Et quia dilaceratis veſtibus induenda erat, ſicut ſerua, addit Vates. *Diſcoperi humerum, reuela turpitudinem tuam.* Et infrâ. *Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldeorum.* Serui coram Dominis non audent loqui, ſic continget Babylonijs, & Claudentur in obſcuris ſpeluncis, vel intenebras maximæ
Iſaiæ. 23. calamitatis deuenient; ſimili tropo de Tyro dicitur. *Calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis.* Tyrũ virgini confert Iſaias virginum enim eſt non eſſe â viro conſpurcatas, aut violatas. Tyrum autem, quia bella non fregerant, neq; ab hoſti-
Threnor. 1. bus ſubacta fuerat, virgini comparauit. Et hoc Threnorum 1. capite. Sic appellatur Hieruſalem. *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.* Cũ ergo Hieruſalẽ eſſet eſt circumdata

data menijs altissimis, quæ erant solo adæquata in terra sedebit abiecta, & humilis, & Ionæ 3. Rex Niniue sedit in cinere surgens de solio Regio, id est, humiliatus est, & ita exponit D. Augustinus illud Psalmi 126. *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Id est, postquam hic fueritis humiliati, in altera vita exaltabimini; & sic est intelligendus textus 2. Reg. 7. Ingressus autem Rex Dauid sedit coram Domino, Irreuerentia erat sedere coram Deo, cùm coram Regibus terræ magnates stent, & sic corã Deo; sedit idem est; ac humiliatus est, prostratus quo in terra pro beneficijs acceptis Deo gratias retulit. Quod constat ex sequentibus verbis, nam dixit. *Quis sum ego Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque.* Ionæ. 3. Psal. 126. 2. Reg. 7.

Sedere, etiam proprium est hominu, qui tristitia oppressi sunt, cùm compresio sanguinis circa cor merorem comitatur, & impedit dilatationem cordis, & spirituum vitalium; ita mæsti Iudei captiui in Babylone iuxta ripas fluminis, flentes sederunt, atque suspenderunt organa, & citharas insalicibus, Psalmo 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus.* Prænimia cordis angustia non poterant stare, & ita Isaiæ. 30. *Merebunt, atque lugebunt portæ eius, terra desolata sedebit.* Id est, terræ in colæ vastati humi iacebunt. Et cap. 24. *Attrita est ciuitas nullo introeunte, relicta est in vrbe solitudo.* Hoc est, omnes opes rapuere, & deprædati sunt milites, nil aliud in vrbe reliquerunt, nisi solitudinem. Sedet igitur, Hoc est, tristis atque lugens relicta est ciuitas illa florens, & iocunda. Ita Ezechielis 26. *In terra sedebunt atoniti, super repentino casu admirabuntur, & sumentes super te lamentum dicent tibi, quomodò perijsti?* Et threnorum 2. *Sederunt in terra, & conticuerè senes filiæ Sion.* Et ideo Isaiæ 52. præcipitur Hierusalem. *Consurge, consurge, induerè fortitudinem tuam.* Id est, letare. Sedere etiam summitur pro manere, vt Oseæ. 3. *Multos dies sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe.* Pagninus ex Hæbreo vertit. Multos dies manebunt, & est casus pro casu, acusatiuus pro ablatiuo; id est, multis diebus sedebunt, Psal. 136. Isaiæ. 30. Isaiæ. 24. Ezech. 26. Threnor. 2. Isaiæ. 52. Oseæ. 3 Pagninus.

 & Hie-

Hieremiæ. 37. & Hieremiæ 37. *Ingressus Hieremias domum laci, & in ergastulum, & sedit ibi multis diebus.* Idest mansit, relicta est igitur sola ciuitas illa; quæ Isaiæ 22. Vocatur vrbs frequens, ciuitas exultans. Ob frequentiam ciuium, & exterorum multitudinem in ea conuenientium; nunc desertamansit. Sanctes Pagninus legit, sedit, de præterito, quia iam diu desolata erat, & solo adequata, illa vrbs, quæ alias pedibus conculcabat sub aliorum plantis est, quæ quinquaginta mille domos habebat, nunc est ad solitudinem redacta.

Isaiæ. 22.

Pagninus.

Plena populo facta est quasi vidua Domina gentium.

IN Ciuitate, vt floreat, superetq; alias vrbes, tria bona debent inueniri. Primum populi frequentia. Secundo Princeps, qui sit velut vir respectu vxoris gubernans eam in æquitate. Tertio quòd in illa ciuitate sit principatus, & dominatus. De primo dicitur Prouerbiorum. 14. *In multitudine populi, dignitas Principis, & in paucitate plebis ignominia illius.* De secūdo bono gaudebat Babylon. Isaiæ. 47. *Vidua non sum, luctum non videbo.* Hoc est nō sum orbata Principe, qui me velut vxorem diligit. Et Apocalip. 14. Idem dicitur. *Sedeo Regina, vidua non sum, sterilitatem ignorabo. Venient tibi subito die vna duo hæc, sterilitas, & viduitas, & solitudo.* Deserunt enim ciues vrbes, atq; ad alienas proficiscuntur ciuitates, vt cibos querant. Vt dicitur Ruth. 1. *In diebus vnius iudicis, facta est fames in terra, abijtq; homo de Bethlem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua.* Vtitur ergo noster vates pulchra Antithesi. Quomodo illa ciuitas, quæ antea populo abundabat, ad exiguum numerum ciuium redacta est, vel ad nullum insuper suo naturali Principe est orbata: (pro inde censetur vidua, & omni fauore destituta, quæ habebat Custodes Angelos, & Deum

Prouerb. 14.

Isaiæ. 47.

Apoc. 14.

Ruth. 1.

Deum protectorem. Solitaria eſt. Vt legit Pagninus. Hoc prædictum erat Iſaiæ 1. *Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.* Quæ caret ciuibus, & has calamitates multis retro ſeculis prædixerat Moiſes. Leuit. 26. *Abominabitur vos anima mea in tantum, vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, eritq; terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ, tunc placebunt terræ ſabbatha ſua.* Hoc eſt, ceſſabit in Hieruſalem omne Regni Regimen, & ſacrificia, & ceremoniæ captiuato populo, & hoc eſt, terram ſabbathizare, quod fuit impletum in Babylonica captiuitate. Et infra hoc capite. 1. Ait Iſaias. *Cum fueritis, velut quercus defluentibus folijs.* Illa vrbs de qua dixeram, vocaberis ciuitas iuſti, propter ſua ſcelera erit, velut quercus non glandifera, folijs, & ramis expanſa; ſed vt quercus nuda defluentibus folijs, floribus, & fructu amiſit ſpecioſæ oliuæ nomen, benignitatem, & vbertatem olei: ſicut olim vocauerat eam Hieremias capite. 8. *Oliuam pulchram, & vberem vocaui nomen tuum.* Conuerſa etiam in quercum, quæ paſcendis porcis aptos profert fructus. Quare, vt ſubeat hoc iuſtiſſimum iudicium neceſſe eſt, vt ſit ſicut quercus deciduis folijs turpis, & nuda ipſa Hieruſalem, proprijs ciuibus, & Rege Spoliata, atque Regni proceribus, à Babylonica potentia ſuperata. Idem dixerat Hieremias cap. 17. *Et relinqueris ſola ab hereditate tua.* Hoc eſt à populo tibi ſubiecto ô Hieruſalem ſpoliaberis; vel ô gens à terra tua in captiuitatem expelleris. Quod ſupplicium ei euenit, quia gloriabatur de hac ciuium copia, de qua eſt ſermo. Iſaiæ. 1. *Poſt hæc vocaberis vrbs fidelis ciuitas iuſti.* Notat Albertus Magnus, ſuper cap. 21. Matthæi in illis verbis cũ appropinquaſſet. *Hieroſolimis.* In plurali, loquitur Euangeliſta de iſta opulenta Ciuitate agens, quia erat Regni Metropolis, & quia innumerabiles

Iſaiæ. 1.
Leuit. 26.
Iſaiæ. 1.
Hierem. 8.
Hierem. 17.
Iſaiæ. 1.
Albertus Magnus.

erant ciues inea; ita vt non tam ciuitas erat, quàm multorū
Oseæ. 4. patria. Et ideò Oseæ cap. 4. dicitur. *Nocte tacere feci matrem tuam.* Loquitur vates de Hierusalem, quæ nocte fuit capta à Chaldæis, vt habetur 2. Paralip. vltimo, & tunc conticuit, & ob mutuit, non iam de se magnifica iactabat. Et 2.
2. Reg. 20. Reg. 20. Ciuitas Abela, in qua multi sapientes orti fuere, vocatur mater in Israel.

☞ *Facta est quasi vidua Domina gentium.*

ILla Domina gentium, cui soluebatur tributum à Moabi-
3. Reg. 9. tis, & Amonitis, & Palestinis, vt constat ex 3. Reg. 9. orbata est Rege, & Sacerdotibus, & ciuibus, seruaq; & tributaria est effecta, exactionibus præmitur, ab omnibus expilatur, sicut vidua, quæ injurijs afficitur, quia caret viro, à quo
Baruch. 4. protegebatur. Vnde Baruch. 4. dicebat ista ciuitas. *Nemo gaudeat super me viduam, & desolatam à multis derelicta sum.* Et quæ alijs ferebat leges, nunc sine lege est, & serua orbata viro. Sanctes Pagninus legit; copiosa in gētibus, in Hæbreo est, maxima gentium; suple vrbs.

Quasi vidua. Aduerbium, *quasi*, non minuit, sed auget. Et sic sensus est; sum verè vidua, & plus quàm vidua. Sicut
Ioan. 1. Ioan. 1. *Gloriam quasi vnigeniti à patre.* Idest, sicut verè vnigeniti, maximum eius splendorem, & in mensam vidimus
Lucæ. 22. maiestatem. Lucæ 22. *Factus est sudor eius, quasi guttæ sangui-*
Iob. 27. *nis.* Idest, verè, & propriæ guttæ sanguinis. Iob. 27. *Et adner-*
Isaiæ. 13. *sarius meus, quasi impius.* Hoc est, verè impius; & Isaiæ 13. *Quasi vastitas à Domino veniet.* Idest; maxima desolatio veniet. Et 1. Petri. 1. *Redempti prætioso sanguine, quasi agni immaculati.* Idest, veri agni, & immaculati Christi, qui fuit veri-
Isaiæ. 53. tas figurarum. Et Isaiæ 53. *Quasi absconditus vultus eius.* Hai-
Apocal. 14. mo exponit verè absconditus. Et Apocalip. 14. *Cantabant quasi canticum nouum.* Hoc est verè nouum, & inauditum
Iacobi. 1. carmen: atq; Iacobi 1. *Redarguti à lege, quasi transgressores.* Et
1. Petri. 2. 1. Petri 2. siue Regi, quasi præ excellenti. Id est verè alios antecel-

antecellenti. Pulchra antitesi bona præterita, & mala præsentia interse confert vates, quia prioris gloriæ recordatio præsentis miseriæ est exageratio. Ita Lucæ. 16. Abraham in memoriam reuocat diuiti auaro bona, quibus in vita fruebatur. *Recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Amissa bona commemorat, vt magis doleat, de eorum amissione. Nam Teste Boecio, genus infelicitatis est fuisse felicem. Nil tam miserabile quàm ex beato fieri miserum. Ruth. 1. *Egressa sum plena, vacuam reduxitme omnipotens.* Pessimum est hoc verbum habuisse, & nil habere, omnibus bonis carere. Iob. cap. 16. Suam deplorat calamitatem dicens. *Ego ille quondàm opulentus repente contritus sum.* Maxima cordis exultatione vniuersæ terræ fundata est Hierusalem, vt dicit Dauid Psalm. 47. *Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion latera Aquilonis. , ciuitas Regis magni.* Sed modo mutata est fortuna iam sedet vidua, nihil enim permanet sub sole, omnia fortunæ rota voluuntur, omniumq; rerum vicissitudo est. Nil stabile in vita, sed impiorum prosperitas fragilior. Vndè Isaiæ. 28. *Væ coronæ superbiæ ebrijs ephrain, flori decidenti, gloriæ exultationis eius.* Licet virescat flos, & vernet tandèm agitatus à ventis, & solis ardore arescit, & proptereà impiorum gloriam flori adæquat vates. Solum de viro iusto dicitur, Ecclesiastici. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, ideo stabilita sunt bona illius in Domino.* Nam, cum Deus sit inmutabilis, bona iusti Deo initentis firma sunt: & hac de causa cum describitur Tyro, sub nauis metaphora Ezechielis. 27. quanuis omnia instrumenta nauis depingantur, non meminit vates Anchoræ, qua nauis secura heret, nè à ventis submergatur, quia nihil stabile inuenitur in turbulento huius seculi pelago.

Lucæ. 16. Boecius. Ruth. 1. Iob. 16. Psal. 47. Isaiæ. 28. Ecclesiast. 31 Ezech. 27.

☞ *Facta est quasi vidua Domina gentium.*

Septuaginta legunt. Plena in gentibus. Idest, quæ erat 70.

cunctis bonis referta cum Deum haberet protectorem. Et non dicit simpliciter esse viduam, sed quasi. Nam vidua est, quæ mortuo viro existit, at verò, quia Deus sponsus, & vir eius viuit in æternum, eaq; repulsa non gerit illius curam: ideo quasi vidua. Et ita exponit Hugo de sancto victore hoc loco. Viuente viro derelicta, & ideo non vidua, sed quasi vidua, quia si pœnituerit, adûc reconciliari poterit. Viuebat autem Deus vir, illius populi, quem ad suum cultum casto amore copulauerat; ne per varias Idolorum culturas fornicaretur. Quód dixit Oseas cap. 3. *Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris viro, sed & ego expectabo te*. Lyranus sic exponit. Non eris ô Sinagoga cum viro Christo, à quo separata es propter incredulitatem. Sed quanuis semota es à tuo sponso, sicut vidua, non ad hærebis alteri Deo; sed expectabis me, quia aduc expectant cæci, & perfidi Iudæi Messiam, & vsq; ad sæculi consumationem expectabunt, cum ad Christum Dominum verè reliquiæ conuertentur, vt ait Apostolus ad Roman. 9. cum tot retro sæculis venerit, eisq; prædicauerit, & tandem ab illis sit crucifixus.

Hugo. *Osea. 3.* *Lyranus.* *Ad Roman. 9.*

☞ *Princeps prouinciarum, facta est, sub tributo.*

HIC Repetenda est particula quomodo, quæ cum admiratione simul habet tristitiam. Sicut Isaiæ. 14. *Quomodò cecidisti Lucifer*: & Hieremiæ. 51. *Quomodo confracta est inclita terra*. Et cap. 17. comminatur eis seruitutem, *Seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras*. Et sic exponit D. Thomas. Sub iugata fuit illa ciuitas, quæ non solum in dominio fulgebat, sed etiam insitu cæteris erat fortior, cum haberet fossam in lapide excissam sexsaginta pedum profunditate, latitudine ducentorum quinquaginta,

Isaiæ. 14. *Hierem. 51.*

ginta, templi menia ex lapide excisso erant educta, nam intra sexaginta, stadia petrosa est, intra se abundans aquis, extra sicca, & bene septa, vt refert Strabo lib. 16. pro armis sacra, & Deum proponebat. *Strab. lib. 16.*

Notandum est quod in Hæbreo. Vidua vocatur (halmanah) vt Psalm. 131. *Viduam eius benedicens benedicam.* Verbum Hæbreum (cephad) victum, viaticum, & venationem significat. Et sic Felix pratensis legit. Victum eius, siue viaticum eius benedicam: quia tunc Deus victum nostrum benedicit, cum ex illo impertimur viduis D. Hieronymus legit, venationem, Campensis vertit, annonam eius benedicam. Sanctes Pagninus transfert, escæ eius benedicens benedicam. Noster autem, interpres vulgatus, & omnes codices Latini, & multi ex Græcis, & Psalterium Romanum transtulerunt, & recté, viduam: propter allusionem, & similitudinem, quam inter se habent vidua, & ager à venatoribus frequentatus, quia, sicut vidua est destituta à viro, sic ager à canibus venatorijs, & ab ipsis venatoribus omni ex parte lustratus, destitutus est à præda; omnes lepores, cuniculi cerui, & feræ fugiunt, solusq; manet campus: sic etiàm vidua omni solatio caret à nullo solamen recipit: vnde D. Paulus. 1. ad Timot. 5. *Quæ autèm verè vidua est, & desolata, speret in Deo.* Et Iob. 38. Terra, quæ nullo gramine, aut virenti herba est vestita, vocatur desolata. *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, vt plueret super terram absq; homine in deserto, vt impleret in viam, & dessolatam, & produceret herbas virentes.* Et Genesis. 1. *Terra erat inanis.* Targhum legit, desolata; idest, sine gramine. *Psal. 131.* *Felix.* *D. Hierony.* *Campensis.* *Pagninus.* *Psalterium Romanum.* *D. Paul. 1. ad Timot. 5.* *Iob. 38.* *Genes. 1.*

☞ *Princeps prouintiarum facta est sub tributo.*

TEmpore Dauidis, & Salomonis accipiebat tributa Hierusalé à Siris, & Philisteis, Idumeis, Amonitis, Moabi-

2. *Paralip.* 6 & 7. tis;vt habetur 2.Para lip.6.& 7.capit.&4.Reg.22.&23;.Sed iã pendit tributũ Regi Babylonis. Asseruerat te in libertatem Rex Dauid. 2. Reg. 8. Vbi dicitur. *Percusit Dauid Philistin,& humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philistin.* Idest;potestatem, quam habebant in Israel ad exigendum tributum;& vocatur frenum illud tributum, quia sicut freno equi domantur,& equitibus subijciuntur,vt ad dexteram,vel ad sinistram illos agant: ita Philistei habebãt subditos Hæbreos,vt eis ad libitum vterentur, tãquam seruis. Addit textus. *Et percusit Moab, & mensus est eos Dauid funiculis.* Idest, diuisit illorum fundos, & hereditates, & quibus voluit donauit. Funiculis enim antiquitus agri mẽsurabantur, cum dabantur. *Coæquans eos terræ.* Idest. Valdè humilians. *Et mensus est duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum. Factusq́; est Moab Dauid seruiens sub tributo.* Sensus est: quos voluit occidit, & quos voluit seruauit,& ita illos sibi subiecit,in seruitutemq́; redegit.

2. *Reg.* 4.

Beth. ☞ ***Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius.***

SENSUS Est, nocte gemit tempore quietis, cùm solent homines obliuisci malorum, somnoq́; artus reficere ipsa non dormit ea hora, quæ solet quieti asignari, & sopori pôst diurnum laborem, ipsa plangit tota nocte, & vigilat. Pro intellectu huius loci notandum est. Quòd nocte vastata est Hierusalem ab hostibus, qui irruerunt in eam. Vndè Hierem. 6. Chaldei in eius depopulatione dicebant. *Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperè; surgite ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius*; Dicebant milites, heu, quia tenebræ nos impediunt, ne diripiamus thesauros Hæbreo-

Hierem. 6.

Hæbreorum, felices essemus si media luce intraremus vrbem; sed licèt obscura sit nox agreddiamur, & diripiemus, atq; capiemus ciuium diuitias, omnemq; supellectilem. Captiui igitur Israelitæ in Babylone nocte plorant: in faustam illam, & miserabilem noctem, in qua capti, atq; vastati fuerê. In Hæbreo est, plorauit in illa noctè (suple) infelici.

☞ *Plorans plorauit in nocte.*

IDEST Abundantissimè plorauit, & per longum tempus, hoc enim significat illa verborum repetitio, sine intermisione flere, vt Psalmo. 39. *Expectans expectaui Dominum.* Hoc est, multis diebus expectaui. Exemdictiones in sacro eloquiò geminantur per Epictasim figuram, vt amplius significetur, vel loquentis vehementia, vel eorum, quæ dicuntur copia. Genes. 3. *Multiplicabo erumnas tuas.* In Hæbreo est, multiplicando multiplicabo erumnas tuas. Idest frequentèr multiplicabo. Et Hierem. 9. *Omnis frater supplantans supplantabit.* Et Actorum. 5. Præcipiendo præcepimus vobis. Idest. Sæpè sæpius præcepimus, & 1. Reg. 2. *Loquens locutus sum.* Ita in præsenti loco plorauit plorans Hierusalem, nàm sæpè plorabat, & sine intermisione: ô si illam videretis in faustam noctem, quandò à Chaldæis vastati sunt Iudæi nil aliud audiebatur, nisi planctus puerorum, & mulierum eiulatus, atq; lamentabilis vlulatus. De hoc planctu agit Hieremias. capite 31. *Vox in excelso audita est, ploratus, & vllulatus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari super eis, quia non sunt.* Chaldæus Paraphrastes legit, vox in excelso mundi audita est vox domus Israel plorantis, & gementis post Hieremiam Prophetam: quandô misit eum Nabuzardam Princeps occidentium ex Rama. Rachel plorat ob amaritudinem, Hierusalem plorat propter filios suos,

Psal. 39.
Genes. 3.
Hierem. 9.
Actor. 5.
1.*Reg.* 2.
Hierem. 31.

rennuit consolari super filijs suis, quia migrauerunt. Suple deuita. Et iste locus bene exponitur tam de captiuitate Babylonica, quàm de nece infantium quos Herodes occidere fecit in Bethlen. Et hoc in sensu literali, sicut D. Matthæus capite. 2. completam esse prophetiam docet; neq; est nouum vnius loci esse duplicem sensum literalem, vt docet. D. Augustinus. lib. 12. confessionum cap. 31. & lib. de doctrina christiana cap. 27. & probatur Matthæi. 12. *Ipse infirmitates nostras accepit, & languores nostros ipse portauit*. Quæ verba sunt Isaiæ capite 53. & D. Matthæus explicat de languoribus corporis loco citato, sed D. Petrus. 1. Canonica cap. 2. Exponit de languoribus animæ dicens. *Peccata nostra pertulit in corpore suo superlignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus*. D. vero Matthæus ait. *Omnes male habentes curauit, vt impleretur, quod dictum est per Isaiam, ipse infirmitates nostras accepit*. D. Thomas super Matthæum cap. 2. dicit, ista est vna authoritas ex illis, quæ introducuntur in Euangelio, quæ tamen sensum literalem habet, qui est figura eius, quod fuit in nouo testamento; & exponit de captiuitate quadam, Babylonica videlicet, vel Romana, vel quando Iudicum 21. Propter peccatum comissum contra vxorem Leuites, ferè tota tribus Benjamin extincta est; sed hæc prophetia est de præterito, & propter hanc rationem Albertus Magnus super hoc loco Matthæi. 2. Dicit ridiculum esse hunc sensum. Sed D. Thomas non approbat, nec reiicit. Theodoretus tamen super caput 31. Hieremiæ dicit, impletam fuisse hanc prophetiam in occisione Innocentium Matthæi. 2. Similiter Lyranus. Et iuxta D. Thomam, ploratus refertur ad necem infantium occisorum, vlulatus multus ad matrum ploratus, quia maior fuit dolor matrum, quàm puerorum. Et per Rachel intelliguntur matronæ Bethlemiticæ, eo quod in Bethlen sepulta sit Rachel, vt legitur Genes. 35.

Matth. 2. | D. August. lib. 12. confess. cap. 31. | Lib. 3. de doctrina Christia. cap. 17. | Matth. 12. | 1. Petri. 2. | D. Thomas. | Albertus Magnus. | Theodoretus | Lyranus. | D. Thomas. | Genes. 35.

Ponitur verò Rachel nomen proprium pro appellatiuo
pro qualibet muliere, quia ipsa valdè desiderauit filios dixit
enim viro suo Iacob. *Da mihi liberos, alioquin moriar.*
Genesis. 30. Et fuit eorum amantissima: illius etiam *Genes. 30.*
meminit Euangelista, cum esset mortua, quia tàm
horrendum fuit spectaculum innocentum occisio, vt
non solum mærorem, simulq; timorem, & stuporem
incusserit viuis fœminis, sed etiàm mortuis, vt erat Rachel,
iuxta cuius sepulchrum contigit hæc interfectio, & ita ex- *Albertus*
ponit Albertus Magnus. Vel est hiperbolica locutio, vt *Magnus.*
exponit D. Thomas, Ramah, idem est quod excelsum, *D. Thomas.*
& ideo Euangelista posuit nomen ipsum Hebræum,
quin&is sit etiam vrbs Ramah in tribu Benjamin sita;
forsitam à situ ita dicta, quia incolle excelso, aut lo- *Guilielmus*
co edito sita est. Et vt notauit Guilielmus Hamerus *Hamerus su-*
super capite 26. Genesis: vox in excelso audita est: di- *per Genesim.*
cit quod in Hæbreo est; vox in Roma audita est, idest,
in excelso, nam Hæbraicè Roma, ab altitudine voca-
tur, sed Græcè Robur, & potentiam significat. Et D.
Hieronymus libro 1. contra Iouinianum sic affatur, vr-
bem Romam vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs
Apostoli vocè laudata, interpretabor vocabulum tu-
um, Roma, aut fortitudinis nomen est, apud Græ- *D. Hierony.*
cos, aut sublimitatis, iuxtà Hæbreos. Hactenus D. *lib. 1. contra*
Hieronymus. Ita etiàm nominatur, & quia est ca- *Iouinianū.*
put orbis, & quia in ea est collium, seu montium
copia intra vrbis mænia. Adestq; caput Ecclesiæ Sum-
mus Pontifex Christi Domini Vicarius. Habet etiam
nomen à Robore, cum in illa viguerit Imperium, &
armorum exercitium & militum, atq; strenuorum duu
cum copia, qui orbem debellauerunt, atq; subiuga- *Isaiæ. 22.*
runt. De his lachrymis agit Isaias capite. 22. Vbi ad
literam est sermo de ruina Hierusalem, dicit. *Dies*
enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum à Domi-
no Deo exercituum in valle visionis. Ideo ingemisco;
quia

quia instat dies, in qua vastabimini, & tota lugebit ciuitas, & hoc fiet Deo iubente; & ita 70. Interpretes legunt dies interfectionis à Domino Deo Sabaoth.
Cicero lib. 1. inuentionis. Idest exercituum in valle Sion. Et quàm vis dicit Cicero lib. 1. inuentionis lachryma, nil citius arescit iuxta Apollonij dictum, sed Hierosolimitanorum lachrymæ non arescunt, imò sunt in maxillis eorum per diuturnum tempus.

Psalm. 136. Aduertendum etiàm est, quòd Psalm. 136. dicit Regius Psaltes in persona Iudæorum in Babylone existentium. *Filia Babylonis misera, beatus, qui retribuet retributionem tuam tibi, quam retribuisti nobis*. Hoc est, ô Domine Babylonios punies iuxta mensuram, qua nos punierunt: allisérunt ad petram paruulos nostros eorum pueri similiter conterantur, & sicut nocte nos vastauere contingat eis nocte sua vastitas; sicq; impletum fuit: nocte sunt
Daniel. 5. vastati cum cenaret cum Magnatibus Balthasar. Danielis. 5.

☞ Plorans plorauit in nocte.

EX His verbis notandum est quomodo pæna correspondeat culpæ. Infra dicit vates. *Peccatum peccauit*
Hierem. 1. *Hierusalem, propterea instabilis facta est*. Et cùm hic agit de pænis suorum criminum, dicit quòd plorans plorauit, & meritò quidèm, illa quæ peccauit peccando luit pænas, & plorat plorando. Quod Hispanè dicimus (la que pecò pecando llore llorando)& hæc est diuini iudicij æquitas quòd pæna sit adæquata culpæ. Sic Psalmo. 63. de im-
Psal. 63. pijs dicitur persequentibus iustum. *Subitò sagittabunt eum, & non timebunt*. Agens autem de impiorum supplicio hoc Psalmo Regius vates ait. *Sagittæ paruulorum factæ sunt*
Pagninus. *plaga eorum*. Sanctes Pagninus legit, & sagittauit eos Deus sagitta, subitò fuerunt plagæ eorum, ita decretum est recto examine diuini iudicij, vt qui subitò

subitò sagittauerũ iustum: repentè contra eos sagittæ dirigantur, & inopinanter. Apocalip. etiam 18. *Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis duplicate duplicia*(suple mala.) *Secundùm opera eius.* Erant multa, & grauia Babyloniorum scelera, & ita dicit Euangelista. *Peruenerunt peccata eius vsq; ad cælum:* sint etiam supplitia duplicia, quandoquidem peccata eius non fuere simplicia, & depingit illam indutam purpura, auro, & gemmis ornatam: propinantem gentibus de poculo suo vinum. Et ait in poculo quomiscuit, miscete duplum. Bibat ipsa vinum felle, & veneno mixtum, quod alijs dedit. Ad Romanos etiam 1. ait Apostulus, de Philosophis. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,* Et infra. *Tradidit eos Deus indesideria cordis eorum, in immundiciam, vt contumelijs affitiant corpora sua.* Vide misterium, quia cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt: ideò etiam seipsos de honestauerunt, nam corporis honor puritas est. Vnusquisq; igitur sibi attendat, & ab aliorum caueat oppresione. Nam si alios oprimit, oprimetur, & ipse. Labam, qui fraudulenter furabatur agnos Iacob, sicut ipse conquæritur Genes. 31. *Endecies in mutasti mercedem meam.* Parpari retulit ei filia sua Rachel, furata est Deos patris sui, idola videlicet argentea. Furatur mercator ab emptoribus, rapiunt ab eo merces sui serui. Oseæ etiam 4. *Oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum ego.* Quasi dicat parpari referam siquidem oblita es mei, te, & filios tuos, obliuioni mandabo: & infra. *Fornicati sunt, & non cessauerunt,* pœna erit similis, *ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.* Ad hoc propositum facit, quod optimè ad notauit D. Augustinus sermone. 95. de tempore, & est sermo secundus Sabbathi post. 3. Dominicam in quadragesima tom. 10. adducit illud Exodi 8. quando aquæ Ægypti conuersæ sunt in sanguinem, iusto Dei iudicio factum est, vt defluuio Nili sanguinem biberet Ægyptij, in quo Hæbreorum paruulos sufocarunt, qui miscebant sanguinem infantium, cum aqua fluuij, modo bibant

Apoc. 18.

Ad Roma. 1

Genes. 13.

Oseæ. 4.

D. Augustin. sermone. 59. de tempore. Exodi. 8.

bant sanguinem, in pænam sui delicti, & coaxantes ebulliāt ranæ, quæ speciem referebant puerorum vociferantium, cum mergebantur inaquis, & Abacu. 2. *Tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te, qui reliqui fuerint de populis.* Vide æquitatē suplitij Dei, qui spoliat spoliabitur. Spoliati sunt Palestini à Babylonijs, nunc in vindictam prædicit Abacu, spoliandos fore Babylonios à Persis. Ad idem facit locus Hieremiæ cap. 30. *Propterea omnes, qui comedunt te, deuorabuntur.* Iustè qui alios dentibus lacerant, integri deglutientur. Et Exodi. 22. *Viduæ, & pupilo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupili.* Ne opprimatis viduas, & pupilos, quia erunt viduæ vxores vestræ, & filij vestri orphani. Hieremiæ etiam. 48. *Allidet manum suam in vomitu Moab, & erit in derisum etiam ipse, fuit enim tibi in derisum Israel.* Et Oseæ. 10. *A diebus Gabaa peccauit Israel, ibi steterunt, non comprahendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis?* 70. Interpretes legunt, ex quo colles sunt peccauit Israel; ibi steterunt non comprahendet eos in colle bellum? Super filios iniquitatis? Idest à tempore quo gentes in collibus excelsis Idolis inmolabant, Idolatræ fuère Israelitæ sacrificantes in collibus Idolis, & iusto Dei iuditio in collibus vbi peccant, comprahendet eos bellum, vt in loco, vbi deliquerunt puniantur.

Abacu. 2. *Hierem. 30.* *Exodi. 22.* *Hierem. 48.* *Oseæ. 10.* 70.

☞ *Plorans plorabit in nocte.*

HAnc habet energiam particula ista *in nocte*, quia in nocte per absentiam lucis, quæ totum mundum lætificat maximè præmit tristitia; & sic lachrymæ abundantiores tunc effunduntur, illa ergo ciuitas, quæ suo aspectu gaudium præstabat videntibus, ad quam leti viatores properabant (iuxtà illud Psal. 121. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.*) Nunc plorat, & in nocte, quia proptèr verecundiam in die non audet lachrymari, vel quia

Psalm. 121.

quia non datur captiuis requies in die, vt saltèm suis consolarentur lachrymis; vel quia Hierusalem irridetur ab inimicis, & de suo fletu letabantur; vel in nocte plorat, hoc est, in abscōdito, & impenetralibus, quòd amicū est flentibus, qui consolari renuunt, sed suis pascuntur doloribus; vel nō audēt manifestè lugere, ne maiorē cōtra se excitēt furorē, crudeliū dominorū, si de sua seruitute tristes in lachrymas prorūpant. Sed tandèm præ nimio fletu intumuit facies, & dolor cælari non potuit, cùm lachrymæ per maxillas fluunt. Sic exponit Hugo. Deniq; nocte gemit, cū alij à diuturno labore lassati quiescunt; ipsa verò Hierusalē defessa nō quiescit plorando. Sic cōquærebatur Iob. cap. 7. Quod nocte nō dormiebat doloribus vexatus, & horribilibus somnijs. *Si dixero consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum, instratu meo terrebis me per somnia, & per visiones, horrore concuties.* Sensus est, solatium, & leuamē doloris, quo in die torquebar, erat sperare noctem, in qua somno reficerem mēbra; sed heū in nocte terrebant me somnia horrenda, & subito euigilare cogebar, & ita ait Iob. *Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea.* Cupiebam mori potius, quàm viuere. Comune est ægrotis anxiari tristibus somnijs, & molestis, quia habent humores inter se pugnantes: his vexabatur Iob, & sic dicit. *Num quid mare ego sum, aut cætus, quia carcere circundedisti me?* Forsitàm sum ego vastum pelagus, vbi omnes ventiperflant maximéq; oriuntur procellæ, vel sum cetus, aut aliquis picis marinus, qui nocte solet ex piscari. Pisces enim nocte solent capi, quia super natāt aquis. Vnde Iob. 3. *Maledicant illi, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathā.* Idest, dies ortus mei maledicatur à maximis blasphemis: quales esse solēt nautæ, & piscatores, qui cū elucescit dies, & nihil cæpere per totā noctē, maledicta, & in præcationes in lucē proferūt, quia aduenięte aurora apiscīū captura cesant. Ex hoc etiàm loco, iuxta versionē Hæbraicā cōstat, quòd nocte quiescunt à lachrymis eiulātes. *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.* In

Hugo.

Iob. 7.

Iob. 3.

in Hæbreo est, qui parati sunt suscitare luctum: s. suple proprium adueniẽte die, nocte cessantes, luctu ad veniẽte diei illum renouant, & propterea maledicunt diei horrentes eũ propter luctum. Consuetudo, vt reor, antiqua tangitur lugentium mortuos multis diebus, qui nocte cessabant, sic exponit Caietanus super Iob.

Caietanus.

☞ *Lachrymæ eius in maxillis eius.*

ADuerte, quòd mundus plorare facit suos asseclas, sicut fumus: sed minimè abstergit eorum lachrymas per maxillas fluunt, & lachrymarum vestigia manent in facie: sed Dominus non patitur suos flere diu, quin lachrymas auferat. *Plorans nequaquam plorabis.* Isaiæ. 30. & Apocalip. 7. *Absterget Deus omnem lachrymam ab occulis eorum.* Vbi nota, quòd non dicit à facie, seu maxillis, sed ab occulis, vix enim lachrymæ in occulis apparent, cum iam eas Deus abstergit, non sinit, vt super maxillas fluant. Expende verba. *Omnem lachrymam.* Dicit Ioãnes, quòd absterget, quia Deus omnibus nostris medetur langoribus, cuncta nostra aduersa pellit: mundus est imbecillis, si aliquem aufert laborem, non potest alios auferre, neq; omnibus malis obuiare.

Isaiæ. 30. *Apocalip.* 7

☞ *Lachrymæ eius in maxilis eius.*

SIgna sunt lachrymæ vehementis doloris, sicut sanguis vulneris inflicti leuis dolor, leuiter tangit cor, & lachrymas, nequaquam haurit: hic verò dolor Hierusalem, cum maximus sit lachrymari facit taliter, quòd lachrymæ fluant instar fluminis. Sic Psal. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.* Agit hic Psaltes de captiuis, cum ducebantur in Babylonem.

Psal. 125.

☞ *Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius.*

IN Hæbreo est, ex amatoribus eius, id est, qui cã amabãt, in Græco est, ex omnibus d ligẽtibus eã, hoc est, quos ipsa diligebat. Amicorũ consolatoria verba non parũ solatij afflictis afferunt. Iob. 2. *Condixerunt amici Iob, vt venirent, & consolarentur eum.* Sed vrbs Hierusalẽ hoc caruit solatio in sua calamitate: & ita dicit vates, quòd chari (qui sunt magis dilecti, quã amici arctissimo amicitiæ vinculo illi cõglutinati) non sunt eã consolati. Sic Cãticor. 5. distinctio fit inter amicos, & charos. *Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Inuitat Sponsus amicos ad prandiũ, sed charissimos ad bibendũ vsq; satiuritatẽ. inebriari hic non est bibere vsq; ad temulentiã, sed cũ abũdantia vsq; ad satietatem potare, sicut Genesis. 43. de fratribus Ioseph dicitur. *Biberuntq, & inebriati sunt cum eo.* Id est, quantũ potuerunt biberunt. Et Psal. 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Id est, pluuijs satiasti: & Psal. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Maxima ergo fuit populi illius miseria, quandò quidem omni solatio caruit. Per charos intelligit Prophetas (Hugo de sancto Victore) qui eã cõsolari solebant promittendo auxiliũ à Deo: & etiam Principes, qui pugnare solebãt pro illa. Iob. 2. Cant. 5. Genes. 34. Psalm. 64. Psal. 35. Hugo.

☞ *Omnes amici eius spreuerunt eam; & facti sunt, ei inimici.*

PER Amicos, intelligit vates finitimas nationes fœdere sociatas populo Israelitico, quod prophetauerat Ezechiel cap. 23. *Ego suscitabo amatores tuos contra te, & congregabo eos aduersum te.* Et Hieremiæ. 30. *Omnes amatores tui obliti sunt tui, teq; non quærent.* Fregerunt eis fidem amici, quibus fidebãt, & vt capitales inimici mouerũt bellũ. Ex hoc colliges, nõ esse collocãdã spẽ in hominibus, quia tempore maioris angustiæ fallũt. *Ægyptus homo, & nõ Deus, & equi eorũ caro, & non spiritus.* Isaiæ. 31. Vbi animaduertẽdũ est, quòd Rex Ægypti, & vniuersum Regnũ eius, vni cõparatur homini, quia nõ habet maiorẽ potẽtiã, & vires, quam vnus homo, & equi eorũ deficiẽt, quia carne, & ossibus cõponũtur, Ezechiel. 23 Thren. 30. Isaiæ. 31.

non sunt in defatigabilis, vt spiritus; cùm Deus deserit ho-
1. Reg. 28. minem caret protectore: hoc dixit Sauli Samuel. 1. Reg. 28. *Quid me interrogas cum Dominus recesserit à te.* Fidendũ est in Deo, qui seruat fidem non in fœdifragis Ægyptijs. Mo-
Hierem. 2. nuerat hoc Hieremias cap. 2. *Ab Ægypto confunderis, sicut cõfusa est ab Assur, nã & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum, quoniàm obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.* Corripitur Israel, & meritò. quia confugit ad Ægyptios, & Assyros, relicto Deo suo. Non proderunt tibi, quia egredieris à tua patria, captiua; vel lugens discedes ab Ægypto, quod Hispanè dicimus (saldras las manos en la cabeça descalabrada) qui est gestus mulie-
2. Reg. 13. rum lugentium. Sic 2. Reg. 13. Dicitur de Thamar deflorata. *Scissa talari tunica, impositisq; manibus super caput ibat ingrediens, & clamans.* Addit vates quoniàm. *Obtriuit Do-*
70. *minus confidentiam tuam.* 70. Interpretes legunt, repulit Dominus spem tuam, & nihil habebis prosperum. Idest, excidisti ab spe, quod sperabas non continget iuxta tua vota. Conqueritur Iob cap. 6. in miseria constitutus, de suis amicis, quia eius obliti fuerant. *Considerate semitas Themam, & itinera Saba, expectate paulisper. Confusi sunt, quia sperauit, venerunt vsq; ad me, & pudore cooperti sunt.* Et anteà dixerat. *Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Fuerunt familiares, & amici mei, sicut torrentes, qui ex collibus excelsis rapido cursu præcipitantur ad valles, cum niues calore Solis resoluuntur, tempore verno, & in æstate siccantur, & qui sitibũdi ad illos properant nõ in venta aqua decepti, & sitientes reuertuntur,
Iob. 6. & statim subiũgit Iob. *Considerate itinera Saba, & semitas Themã:* est methonimia, via pro viatoribus ponitur, aspicite ad viatores, & mercatores, iter agẽtes per semitas Sabà, & Themã, qui siti vexati in torrentibus quærunt aquas, cũq; nõ, inueniũt frustrati sua spe, cõfusi reuertũtur cũ maiori ariditate, & sic quia sperauere rubore operiuntur eorũ facies. Secũdus sensus huius loci est: ego intentis occulis, ait Iob.

Aspicie-

Aſpiciebã itinera Saba & Themã, per quæ mei amici vetu-ri erãt, mecũ cogitans, quod ex eis auxiliũ, atq; ſubſidiũ ve-niret; nihil minus, contrariũ contigit, qui hoc mecũ ſpera-bant, & ego cõfuſsi fuimus, ſicut illi cõfunduntur, qui quæ-runt aquas in torrentibus deſerti, & nõ inueniũt, neq; viri-dẽ herbã. Vel confuſsi ſunt ipſi amici mei videntes meam calamitatẽ, quia mecum inierant amicitiã indignũ ſuæ fa-miliaritatis me iudicarunt, nollent me cognouiſſe, erubue-runt, qui olim fuẽre intimi mei Chaldaica paraphaſis le-git confuſsi ſunt quia ſperauerunt in Idolis ſuis. In Deo igitur ſperandum eſt, qui eſt verus amicus, ſicut facie-bat Dauid Pſalm. 61. *Deus auxilij mei ſpes mea in Deo eſt* *Pſal. 61.* *ſperate in eo omnis congregatio populi, effundite coràm illo corda veſtra, Deus adiutor noſter in æternum.* In Hæbreo hic po-nitur dictio (ſela) vt oſtendatur, Deum eſſe qui liberare poteſt ab omni periculo in eum fidentes, & vt ad atentio-nem prouocet, quia res magni ponderis eſt, de qua agitur, ſpem veſtram in collocate dicit Pſaltes, quia ipſe eſt pe-tra mea, & fulcimentum meum, quia omnibus poteſt bo-na impertiri. In Hæbreo eſt ſperate ineo omni tempore, & ſic legit Sanctes Pagninus. Veſperẽ, manè, & meridie, im- *Pagninus.* proſperis, & aduerſis, in vita, & in morte. *Effundite co-ràm illo corda veſtra.* Ideſt, totos vos ei cõmittite, vni ei ſi-dite. *Verùmtamèm mendaces fiiij hominum in ſtateris, vt deci-piant ipſi de vanitate in idipſum.* Reddit rationẽ Dauid, prop-ter quam non eſt fidendum hominibus, quia vani, & mendaces ſunt, in Hæbreo eſt, tantum vanitas filij homi-num, mendatium filij viri, ideſt, non ſolum ignobiles ho-mines, & infimi, ſunt vani, ſed potẽtiſsimi, & clariſsimi, qui in ſacro eloquio vocantur filij viri, & adeo vani ſunt, quòd inſtateras ſi aſcẽdant, & in altera libræ lancæ inanitatẽ po-nas, & in alia vniuerſum genus humanũ, certẽ vanitas ip-ſa præponderabit. Eſt elegans hiperbole. Quod ſi aliquis obijciat non fido pauperibus, ſed diuitibus, dicit vates. *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere.*

C 2 Ne

Ne innitamini in suis opibus, quia plerunq; ex rapinis ditescunt, furantur bona aliena, quomodo vobis largietur propria? Patriarcha Iacob fugiens pauper, postea reuertitur diues, Deo omnipotenti fidens, præcipit morti propinquus.
Genes. 48. Genes. 48. Vt ossa sua asportarentur in terram promissionis, similiter, & alij Patriarchæ, cum extra terram Palestinæ vltimum claudebant diem, sanctissima religione, & iuramento à filijs sumpto, id ipsum præcepere, vt fidem dei firmarent, apud suorum popularium animos, qualem sibi,
Isaiæ. 10. nec mors, nec sepultura poterant auferre. Isaiæ. 10. *Et erit in die illa non adiiciet residuum Israel, & hij, qui fugerunt de domo Iacob. Inniti super eo, qui percussit eos, sed innitetur super Dominum Israel in veritate.* Idest, non confident in Assyrio percussore, sed in Deo Saluatore, & hoc non ficte, sed corde vero, qui est bonus amicus. ideò monet Dauid Psal. 54.
Psal. 54. *Iacta super Dominum curam tuam.* D. Augustinus ait tanquam importun, quia non dabit. Fluctuationem iusto
D. Hierony. in æternum, alij sunt, vt saxum naui. D. Hieronymus legit. Iacta charitatem tuam in Dominum, in eo enim nostra dilectio optimè collocatur, qui est verus amicus, & propterea ex toto corde amandus.

Gimel. ☞ *Migrauit Iudas propter afflictionem, et multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.*

Sensus est, recessit, & fugit Iudas è terra sua in Babylonem, tolerabilius putans esse, vni genti seruire in terra aliena, quàm esse omnibus prædam in propria. Iudas migrauit, idest, Iudæorum populus, qui fuit ductus in captiuitatem, propter afflictionem, hoc est, fame, & bello, fatigatus: vel Iudas. Idest, tribus Iuda, qui remāserat in Dei obsequio, ex duodecim tribubus, & hic qui remāserat iāduct⁹ est in captiuitatem, non solum victoribus soluebant Iudæi tributum

tributum impropria terra, sed coacti fuere deserere natiuum solû, & proprium domicicilium, quod maximè dolendum est, nam dulcis amor patriæ.

☞ *Nec in venit requiem.*

NAM Exulabat à terra Palestinæ, quæ erat terra requiei: sic ad Hæbreos 4. Ait Paulus, & desumpsit ex Psalmo. *Quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.* Idest nõ intrabunt in Palestinam terram promissam patribus, Abraham, Isac, & Iacob. Proprium afflictorũ est semper periculum præsens iudicare grauius, sicut ægroti, in nocte expectant diem; & in die desiderant noctem, & cum semper à febribus, vel doloribus liberari cupiant, semper ad dolorem tendunt. Sic populus iste dũ in terra sua affligeretur fugam appetijt. Dũ vero in exilio torqueretur ad reditum suspirauit. Migrare in sacris literis, seu transmigrare significat in captiuitatem ire, non inquancunq; terram, sed in distantem, & longinquam; dictio enim Hæbrea (golah) transmigrationem, & captiuitatem significat, & verbum (galah) migrare, seu captiuum duci, & ita sumitur hic. *Migrauit Iudas,* hoc est ductus est Israel in Babyloniam regionem longe distantem à Hierusalem: ita sumitur Ezechielis. 12. *In transmigrationem, & captiuitatem ibunt*; & ante dixit vates: *Vasa transmigrationis fac tibi.* Idest, vestes itineri, & seruituti aptas. Et sic 70. legunt vasa captiuitatis fac tibi. Et Danielis. 2. *Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad Regem, & dixit illi, inueni hominem de filijs transmigrationis Iudæ, qui solutionem Regi annuntiet.* Idest de filijs captiuitatis. Et Matthæi. 1. *Post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.* Idest, post captiuitatem. Et Psalm. 10. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ transmigra in montem sicut paser.* Idest, longe fugiendum est tibi si vis à Saule liberari. Hieremiæ. 46. *Vasa transmigrationis fac tibi.* Idest vestes ad captiuitatem. Amos. 7. *Israel captiuus migrabit de terra sua.*

Ad Heb. 4. *Psalm. 94.* *Ezech. 12.* 70. *Daniel. 2.* *Matth. 1.* *Psal. 10.* *Hierem. 6.*

Iudicum. 18 Et iudicum. 18. *Posuerunt filios eorum Sacerdotes de tribu Dan vsq; in diem captiuitatis suæ*. In Hæbreo est transmigrationis terræ idest habitantium in terra.

☞ *Propter afflictionem.*

HOc est, præ afflictione tribus Iudæ mæstior proficiscebatur in captiuitatem, quia erat regalis, & sic legit
Pagninus. Sanctes Pagninus præ afflictione, & præ multitudine serui-
70. tutis. 70. Interpræres legunt, propter humiliationem suam. Secundus sensus, quod præpositio propter denotet caussam, & sumatur actiue, & sic sensus est, tribus Iuda in captiuitatem vadit propter afflictionem quam alijs inflixit quia ipse seruos detinuerat in captiuitate, & sic notant Rabini, quod isti non seruabant Dei mandatum præcipientis,
Exodi. 22. vt septimo anno daretur libertas seruis. Exodi. 22. Et Deutero. 15. Et ita in hac seruitute Deus illos puniuit; vnde cauendum maximè est, nequis iniuria afficiat alium nam simili præmetur oprobrio. Et ita paraphrasis Chaldaica confirmat hunc sensum, quæ vertit. Abiit Iuda in captiuitatem, eo quod ipse afflixit pupillos, & viduas, & cum duritia tractauerunt seruos Hæbreos. Et hoc narratur
Hierem. 34. Hieremiæ. 34. Vbi populus Hæbreus obsessus est à Chaldeis, quia non dimiserunt liberos, seruos, & ancillas, & metu hostium illos in libertatem aseruerunt, & vbi primum ablata fuit obsidio, traxerunt in seruos, & ancillas, & minatur illis Deus vindictam dicens. *Vos non audistis me, vt prædicaretis libertatem vnusquisq; amico suo, & fratri suo, ecce ego prædico libertatem ad gladium; ad famem, ad pestem, & da-*
Amos. 6. *bo vos in comotionem cunctis Regnis terræ.* Amos etiam cap. 6. *Bibentes vinum in phialis optimo vnguento delibuti, & non compatiebantur super contritionem Ioseph.* Hoc est super afflictionem pauperis, & tribulati sicut fuit Ioseph cum venditus fuit in Ægypto. Quia fuistis sæui erga pauperes. Dicit Amos. *Qua propter nunc migrabunt in capite transmigrantium.* Idest erunt primi, qui compedibus, & catenis vincti

ducentur

ducentur in seruitutem, qui primi fuere in delicto, erunt etiam primi insuplicio.

Tertius sensus iuxta Paschasij expositionem, est defuga quam arripuere plures captiui ex Babylone in alia Regna, sed neq; ibi quieuere: loquitur noster vates de Iudæis qui remanserant in terra Iudeæ, fugientesq; Babylonios abiere in Ægyptum, & in Moab, & non inuenere requiem, vt habetur Hieremiæ, 41. & 42. & 43. & 44. *Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini in Ægyptum, & intraueritis, vt ibi habitetis gladius, quem vos formidatis ibi comprahendet vos in terra Ægypti, & fames pro qua estis soliciti adherebit vobis.* D. Thomas exponit, propter afflictionem in personis, & multitudinem seruitutis in tributis non inuenit requiem. *Paschasius.* *Hierem. 44.* *D. Thomas.*

☞ *Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.*

Septuaginta interpraetes leguut. Sedit, quasi dicat non fuit captiuitas per breue spatium, sed per diuturnum tempus habitauit inter gentes, suple Moabitas, & Ismaelitas, nec inuenit requiem, nam in Babylone angustias passus est Israel, quod prædixerat eis Moyses. Deuter. 28. *In gentibus quoq; illis non quiesces, neq; erit requies vestigio pedis tui.* Et Exodi. 5. dixit Pharao. *Crescet populus si dederitis eis requiem.* *70.* *Deuter. 28.* *Exodi. 5.*

Expendat lector ex hoc loco diligenter, quod fuit maximum suplicium commorari inter gentes in fideles nam. *Comixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* Psal. 105. David, *Transfuga in deserto dicebat, elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Hoc est, mallem esse ad limen templi tui, ibiq; officio ianitoris vti, quam habitare in opulentis impiorum domicilijs vbi lauto viuunt, atq; epulantur homines. Hoc sentiebat valde David cum indesertis exulabat. 1. Reg. 26. *Eiecerunt me hodie, vt non habitem in trinitate Domini dicentes, vade serui dijs alienis.* Hoc est, perículo deferendi veram religionem me exposuerunt, nemo enim Dauidi dixit quod Idola co- *Psalm. 105.* *1. Reg. 26.*

2.Reg.15. leret. Et 2. Reg. 15. *Si inuenero gratiam in oculis Dei reducet me in vrbem, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum.* De singulari quodam fluuio, Alphæo nominato refert. D. Gregorius Nazianzenus oratione secunda de seipso reddeunte Constantinopolim fol. 823. Quòd fluit per mare dulcudinem suam retinens, nec salsuginis aliquid, & corruptelæ indè contrahit; & de hoc fluuio idem refert Strabo.lib. 6. suæ Geographiæ ex Pindaro, & Timæo Philosophis id testantibus. Et sicut hoc est mirabile in aquis salsugine plenis, fluuium dulcedine sua retenta fluere; ita est mirabile virtute,& morum integritate retenta,bene inter malos viuere,nocet enim malorũ societas. Bene Dauid Psalm. 17. *Cum sancto sanctus eris, & cum viro inocenti inocens eris, & cum peruerso peruerteris.* Quasi diceret magis tibi nocebit vnius inpij contubernium quàm multorum iustorum amicitia proderit: iter repetit vates quòd cum sancto sanctus eris, & semel tantum dicit quòd cum impio impius eris, & cum peruerso peruerteris, quia ad peruertendum hominem sufficit vnus peccator, sed ad conuertendum plerunq; non sufficit vnus iustus, sed requiruntur plures, qui ad virtutem exhortentur. D. Petrus. Matthæ. 16. Inter condicipulos confitetur Christum esse Filium Dei viui, sed postea inter milites, & seruos scæleratos Pontificis Caiphæ, negat ipsum Dominum. Et Ioannis. 13. Dixit Christus Dominus Iudæ. *Quod facis fac citius.* Prædicentis, & permittentis sunt verba, idest facies citius. *Erat autem nox cum ergo exisset dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis.* Hoc est, modo sumus velut in beatorum gloria, quia omnes estis iusti atq; mundi expulso traditore. D. Augustinus tract.atu. 62. & 63. in Ioannem exponit acutè, vt solet, cum exiisset nox erat, & ipse qui exiuit nox erat,cũ ergo exisset nox, quid ait dies? Quid ait Redemptor cum exisset venditor. Nunquid quia exijt, qui tradit, quia in minent, qui teneant, & occidant? Nunc clarificatus est, quia propè est, vt humilietur amplius? Non-

Margin notes: D. Gregor. Nazianz. oratione. 2. — Strabo lib. 6 geographiæ. — Psal. 17. — Matth. 16. — Ioan. 13. — D. August. tractatu. 62. & 63.

Nondum erat glorificatus, cum mortuos suscitaret, & nunc est glorificatus cum mortuis apropinquaret? Video hic aliquid, quòd præfiguret magnum aliquid: ille exierat propter quem dictum erat eis, & vos mundi estis, sed non omnes: exeunte itaq; immundo omnes mundi remanserunt, & cum suo mundatore remanserunt. Tale aliquid erit cum victus à Christo transierit hic mundus, & nemo in populo Christi remanebit inmundus cum zizanijs à tritico separatis iusti fulgebunt, sicut Sol. Hoc futurum præuidens Dominus, & nunc significatum esse contestans, discedente Iuda, tanquam zizanijs separatis, remanentibus tanquam tritico Apostolis sanctis nunc inquit clarificatus est filius hominis, tanquam diceret, ecce in illa clarificatione quid erit, vbi malorum nullus erit, secum remanentibus sanctis. Significata est glorificatio eius. Ecce quomodo, inter bonos degere imago est beatorum gloriæ. Et idem D. Augustinus tractatu. 5. in Epistolam Ioa, sunt mali Christiani quomodo humores mali in corpore quando euomuntur, tunc releuatur corpus;sic mali cum exeunt de hoc mundo, tunc releuatur. Et ita, inter iniquos viuere effigies Tartari est. Quid ouibus, & lupis? Quid columbæ in medio accipitrum. Modicum fermentum grandem massam corrumpit. 2. Paralip. 22. inijt amicitiam Iosaphat Rex Iuda cum Ochozia Rege Israel impio & fabricauerunt naues, quæ irent in Tharsis, & Eliezer Propheta dixit illi. *Quia habuisti fœdus cum Ochozia percusit Deus opera tua, & contritæ sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.* Si naues Iosophat non nauigarent simul cum classe Ochoziæ non submergerentur. Et Ecclesiasti. 13. *Amicus stultorum similis illis efficietur.* Filiæ Loth enutritæ cum nefandis Sodomitis inebria verè patrè vt cum eis coiret, licet iam extra Sodomam. Bene Booz dixit Ruth. *Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, ne recedas ab hoc loco, sed iūgere puellis meis, et vbi messuerint sequere, ne pergas per aliorū agros lectū spicas, qui forsitā te, cum probrijs expellent.*

D. August. tractatu. 5. in epist. Ioā.

2. Paralip. 22.

Ecclef. 13.

Genes. 19.

Ruth. 2.



Vide quomodo per commodum illi consortium signat, videlicet pudicas, & verecundas puellas suas. Et Ruth. 1. Vide quid contigerit Elimelech, & vxori eius Noemi Belethmitis fugientibus famem, relicta Bethlehē fideliū terra, ingressi sunt Regionem Moabitarum vbi comorabantur, & mortuus est Elimelech vir Noemi, & duo filij eius, qui duxerant vxores in illa terra post decenium: & orbata viro, & filijs reuersa est inops, & vidua, fugiens famem incidit in viduitatem & filiorum amissionem, multaq; infortunia ei euenere. Fugiendum igitur est à tabernaculis impiorum tanquam à peste, ne eorum peccatis inuoluamur, iuxta illud Ecclesiasti. 7. *Discede ab iniquo, & discedent mala abs te.* Propterea Loth inuentus est ab Angelis. Genesis. 19. proforibus ciuitatis, quia fugiebat ciuium nefandorum consortium, & vt moneret viatores, nę intrarent Sodomā. Ruth etiam cap. 1. Vbi primum potuit, exiuit à Regione Moabitarum, qui erant Idolatræ, & reuersa est in Bethlehem.

Ruth. 1. *Ecclesiast. 7.* *Genes. 19.* *Ruth. 1.*

☞ *Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.*

PER, persecutores intelligit vates Chaldeos, quos D. Athanasius Apologetico. 1. de fuga epitheto crudelitatis decorat, qui apprehenderunt Hierusalem inter angustias viarum, per quas fugere conabantur multi Iudæorum, vel inter angustias coarctati vndiq; locum fugiendi inuenire non poterant, vel fugiens Iudæorum populus Chaldeos incidit in Ægyptios, & cum ab Ægyptijs eis ocurrerunt Asirij, ita exponit Hugo de sancto Victore, aut in angustis latibulis abscondebantur Iudæi, vt è manibus hostium elaberentur. Sic de Dauid dixit Achitophel. 2. Reg. 17. *Forsitam latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco.* De Samaria dicitur simile. Amos. 3. *Tribulabitur, & circuitur terra.* Simachus legit, obsidio, & circundatio terræ. In Hæbreo est, coarctabitur terra, supple Samariæ in arcto statue-

D. Athana. *Hugo.* *2. Reg. 17.* *Amos. 3.* *Simachus.*

ſtatuatur cum ab hoſtibus fuit circumuallata. Vel inter anguſtias. Id eſt anguſtas macerias, & ſic legit Sanctes Pagninus, hoc eſt, inter muros qui ceciderant abdebantur ciues, ibiq; capiebantur. Erant Chaldei crudeliſsimi contra Iudæos. Ita Hierem. 6. dicitur. *Hæc dicit Dominus ecce populus venit de terra Aquilonis gens magna conſurget, à finibus terræ*. Id eſt fortis, & ab bellandum experta(Nabuchodonoſor videlicet, & eius exercitus. *Sagittam, & ſcutum arripiet crudelis eſt, & non miſerebitur, vox eius quaſi mare ſonabit. Aduerſum te filia Sion.* Et Abacuc. 1. *Ecce ego ſuſcitabo Chaldeos, gentem amaram, & velocem ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſsideat tabernacula non ſua.* Gentem amaram appellat, vates iracundam contingit enim tales amaro quodam humore abundare, & talis ſuper abundantia iræ vocatur fel, nam fel cito accenditur. Vnde Ariſt. 4. Et hic cap. 12. amaros eos eſſe difinit, qui cum dificultate placantur, & longo tempore ſunt ſub ira, quia ſunt moleſti iſti amari, atq; Tyrannidis affectatores, vel amaram ab effectu, quia amaritudinem, & moleſtiam gentibus incutiunt: ſicut ad Coloſ. 3. amarum pro moleſto vſurpatur. *Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas*. Id eſt moleſti, vel amari, id eſt, Zelotipi zelus enim excitat bilem amarã. Ita Oſeæ. 12. *Ad iracundiam me prouocauit Ephrain.* Hoc eſt amaritudinibus irritauit, Idolis videlicet quæ me relicto colit, ad iracundiam amaram excitat me. Iob etiam 7. *Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Id eſt in laboribus, et ærumnis, nil aliud vident oculi mei quam innumerabiles calamitates, & cap. 13. *Scribis contra me amaritudines.* Id eſt pœnas, & afflictiones. Ruth etiam 1. *Nolite vocare me Noemi, ſed mara id eſt amaram: quia amaritudine repleuit me Dominus*. Id eſt ærumnis, & miſerijs. Vltimus ſenſus eſt: omnes perſecutores eius appræhenderunt eam inter anguſtias. Suple obſidionis. Inarcto poſiti vndiq; vallati Hieroſolimitani. De hoſtium manibus liberari non poterant. Vt dicitur Lucæ. 19. Circundabunt te inimici vallo,

Pagninus. *Hierem. 6.* *Abacuc. 1.* *Ariſt. 4. & hic cap. 12.* *Ad Coloſ. 3* *Oſeæ. 12.* *Iob. 7.* *Iob. 13.* *Ruth. 1.* *Lucæ. 19.*

vallò, & coangustabunt te. Quòd ad literam prædixerat
Isaiæ.28. Isaias. cap. 28. *Quandocunq; pertransierit tollet vos. Quoniam manè diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantum modo sola vexatio dabit intellectum auditui: coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue, vtrunq; operire non potest.* Hoc est Babylonica captiuitas hæc sola vos erudiet, vestro tamen malo vt Prophetis meis fidem adhibeatis, & in eos cessabitis debachari. Coangustatum est enim stratū. Chaldei & Romani obsidentes Hierusalem militibus circundederunt, & coangustauerunt illam vt habetur 4. Reg.
Isaiæ. 36. 18. & Isaiæ. 36. Et egregia vtitur vates metaphora, lectus nanq; si breuis, & strictus est, nequit in eo decumbens ad libitum extendere membra, aut aliū socium conthoralem habere, in super breue operimentum duos in voluere nequit. In quem modum obsidione Chaldea, aut Romana coarctati Iudæi, & angustijs arctissimis præssi se dilatare non poterant, ita vt necesse fuerit hostili violentiæ cedere; vt is qui in breui decumbit lecto si alter potentior de cubiturus accedat necessario illi lectum dimittet, angustum est enim stratum, & alter decidet. Rursus Hierosolima affabrè comparatur pallio, vel operimento tegenti Iudæos. Sed breuis erat, & ideo non poterat ab hostibus, & indigenis occupari, & simul à proprijs ciuibus ingredientibus. Expellendi erant ciues à suis sedibus domicilijs, & laribus. Et hàc
Threnor.3. diuturnam obsidionem depingit noster vates cap. 3. Threnorum. Ab illis verbis. *Ædificauit in gira meo circundedit me felle, & labore.* Vsq; ad illud. *Semitas meas subuertit.*

Daleth.

☞ *Viæ Sion lugent eo, quod non sint qui veniant ad solemnitatem eius. Omnes portæ eius destructæ.*

EST Prosopeia figura rethorica. Idest fictio personæ cum rebus inanimatis tribuitur, id quòd est proprium animatarum. Non solum depingit vates ciues plorantes, & parietes vrbis, sed etiā vias ducētes ad templū dicit, quòd
Lyra. plorant quia absq; vllo transeunte erant. Nicolaus Lyranus

rahus in libro differentiarum ex Hæbreo legit, herbosæ. Ideſt herbis plenæ quia pedibus viatorum non terebantur. Sic Iſaiæ. 33. *Luxit, & elanguit terra, & omnis qui habitat in ea.* Tunc dicitur lugere terram cum non præbet fructum, ſed à ſuis colonis deſtituta triſtem vaſtitatem præſefert. Vel lugent. Ideſt ſunt cauſa luctus viatoribus cum vident vias ſolas nullo veniente ad celebritatem phaſe, aut Penthecoſtes, & ſcenophegiæ. Conueniebat multitudo hominum ad has ſolemnitates, vt conſtat Actor. 2. Parthi, & Medi, & Elamite, ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. Erant Hieroſolimis in die Penthecoſtes. Multi etiam veniebant videre templum. Pſal. 41. *Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis.* Sanctes Pagninus legit. Tranſibo in numerum. Ideſt tranſibo cum multitudine illorum, qui ad templum tendunt. Et Pſal. 83. *Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion.* Sanctes Pagninus legit. Ibunt de exercitu in exercitum. Ideſt de turma in turmam, turmatim, & videbitur quiſq; corã Deo Deo Deorum in Sion. Nunc verò ſola eſt, quod etiam prædixerat Iſaias cap. 33. *Diſſipatæ ſunt viæ ceſauit tranſiens per ſemitam.* Et Oſeas cap. 9. *Non intrabunt in templum Domini. Quid facietis in die ſolemni. In die feſtiuitatis.* Ideſt quomodo poteritis leuare dolorem olim canebatis, & in gaudio exultabatis viſſa frequentia venientiũ ad templũ, nunc vero flebitis templo exuſto, & deſerto. Hoc ſuplicĩ cõminatus fuerat eis Dominus. Leuit. 26. *Et ad paucitatem cuncta redigam deſerteq; fient viæ veſtræ, &c.*

Iſaiæ. 33.

Actor. 2.

Pſalm. 41.

Pagninus.

Pſalm. 83.

Iſaiæ. 33.

Oſeæ. 9.

Leuit. 26.

Vbi nota quòd lamentatur vates, & merito ſolitudinem viarum quæ ad templum ducebant. Cum viæ inferni plene ſint hominibus. Heu quam pauci iterfaciunt per viam quæ ducit ad cœlum. Semitæ quæ ducunt ad hoſpitia infirmorum ſolitariæ ſunt. Similiter quæ ad viſitandos vinctos in carcere, & ergaſtulis, vix vnus, aut alter eas calcant. Sed viæ maris quæ ad indos tendunt plenæ ſunt nauibus, & nauigantibus, vt ſic diteſcant. Nundinæ frequen-

frequentantur à mercatoribus, vt emant, & vendant. Et sic aurum congregent. Forum Regium tribunalia iudicum plena sunt litigantibus vt se vindicent de alijs: & domus vbi venereæ voluptates vigent non lugent, imo auditur in eis vox letitiæ, & tripudij, multiq; per eas ingrediuntur: sed viæ templi vbi prædicatur Dei Verbum, vbi sacrificium sacrosanctum, & incruentum Missæ celebratur, solæ sunt. Domus histrionum plenæ, sed domus sacræ solitariæ. Hoc plangit noster vates. Vtinam in nobis impleatur quod Zachariæ. 8. Olim promisserat Dominus, quod sua templa erant frequentanda. *Veritatem tantum, & pacem diligite hæc dicit Dominus vsq; quo venient populi, & habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad alterum dicentes eamus, & deprecemur faciem Domini, & queramus Dominum Deum exercitium vadam & ego*. Si precepta mea seruaueritis tanta hominum copia ad Hierusalem confluet, quòd non posit ciuitas capere. Sed magis ad literam loquitur de Ecclesia in qua fideles vocabunt ad fidem infideles, & qui vocauerit dicet ego etiam vadam vobiscum nam qui alios docet prius debet facere ea quæ docet. Quód si aliter fecerit potius erit illusor quàm doctor. Et addit Propheta. Venient populi multi, & gentes robustæ ad querendum Dominum in Hierusalem. Et cap. 14. dicit idem vates. *Et ascendent ab anno ad annum, vt adorent Regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum, & erit qui non ascenderit de familijs terræ Hierusalem, vt adoret Dominum Deum exercituũ non erit super eos imber*. Loquitur de pluuia materiali vel baptismi, vel Euangelij. Et subdit vates. *Et hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium*. Pagninus legit. Hæc pœna peccati Ægypti. Idest hac siccitatis pœna punientur Ægyptij, & omnes qui non ascenderint ad templum Domini. Christus Dominus ascēdit cum beata Virgine ad templum secundum consuetudinem diei festi.

Zachar. 8. *Zachar. 14.* *Lucæ. 2.*

☞ *Omnes portæ eius d structæ.*

Sensus

SEnsus est portæ sunt à cardinibus extractæ, & confractæ. D. Thomas exponit. Per portas loca vbi iudicia exercebantur, tribunalia vbi ius dicebatur, quæ solebant esse in portis ciuitatum ita præceptum erat Deuteronomij cap. 16. *Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis.* Et Iob. 29. *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabam cathedram.* Ideſt, cum egrediebar de domo mea adiudicandum. Et infra si leuaui super pupillum manum meam etiam cum me viderem in porta superiorem. Ideſt, in iudicio non aflixi pupillum. Et Zachariæ. 8. *Iudicium pacis iudicate in portis vestris.* Et Psalm. 126. *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.* Chaldæus legit, in porta domus iudicij. Et Prouerb. 23. *Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.* Ideſt quia stultus insipiens est non ascendet ad eum honoris gradum vt sit iudex in vrbis porta. Et Isaiæ. 14. *Vllula porta clama ciuitas.* Ideſt vos vrbis primates qui præestis iudicijs in portis. Et 2. Esdras. 3. *Scuta vendentium contra portam iudicialem.* Exercebantur vero iudicia multis de causis in portis vrbium. Prima ne detinerentur litigantes querentes domos iudicum, & ministrorum, & locum iudicij, & frustra tempus consumerent, & pecunias. Secunda causa, ne venientes rustici è villis, & finitimis populis discerent vitia ciuium, corruptos mores, & superfluos ornatus vestium. Tertia causa, vt iudices intelligerent tam ciuibus quàm peregrinis iustitiam esse administrandam, nulliq; irrogandam iniuriam. Quarta causa est, vt significaretur iustitia, & æquitate magis quam alia re ciuitates custodiri. Quintam rationem, & satis egregiam asignat. D. Gregorius. lib. 21. moralium cap. 15. super illa verba. Iob. 29. *Si leuaui super pupillum manum meam etiàm cum me viderem in porta superiorem.* Mos apud veteres fuit vt ad portam seniores sederent; qui certantium iurgia, iudiciaria examinatione discernerent. Quatenus vrbem in qua concorditer oportet viuere: discordes minime intrarent. Et hoc ne pacem ciuium perturbarent. Quasi indigni

D. Thom. *Deuter. 16.* *Iob. 29.* *Zachar. 8.* *Psal. 126.* *Prouerb. 23.* *Isaiæ. 14.* *2. Esdras. 9.* *Causæ quare iudicia exercebantur in porta.* *D. Greg. lib. 21. moraliũ. cap. 15.*

ciuium consortio, & ciuitatis beneficio, qui lites, & iurgia exercebant. Itaq; constituite iudicium in porta. Portæ nomine id quód in porta agebatur exprimitur, sicut dicimus castra pugnant, quia pugnatur è castris. Hæc D. Gregorius.

Porta in sacro eloquio pro munitionibus, & tormentis bellicis quæ sunt in turribus, & propugnaculis iuxta ipsas

Matth. 16. portas vsurpatur. Sic Matthæi. 16. *Portæ inferi non preualebunt aduersus eam.* Idest omnes machinæ, & stratagemata bellica inimicorum visibilium, & inuisibilium contra Ecclesiam non poterunt ei nocere. Et Genes. 24. posideat semen tuum portas inimicorum tuorum. Idest vrbes cum suis fortalicijs.

Et Genes. 24

Porta etiã sumitur pro ciuitate per sinedochẽ. Pars pro toto quia per portas ingredimur ad vrbes ita vsurpatur.

Isaiæ. 28. Isaiæ. 28. *Erit Dominus exercituum corona gloriæ, reuertentibus de bello ad portam.* Idest ad ciuitatem. Et Genes. 24. *Posidebit semen tuum portas inimicorum tuorum.* Idest ciuitates. Et sic 70. Interpræters legunt. Posidebit semen tuum ciuitates. Dicit igitur noster vates. Omnes portæ eius destructæ. Imo & columnæ, in Babylonem asportatæ, vt habetur. 4.

Genes. 42.

Psalm. 73. Reg. vlt. & Psal. 73. *Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius.* In Hæbreo est cælaturas. Et sic legit Pagninus. Quia erant portæ miro artificio elaboratæ, & sculptæ. Ezechielis 41. dicitur. *Et cælata erant in ipsis ostijs templi Cherubin, & palmæ, & in parietibus templi, & sculprura palmarum.* Et nota quód merito portæ ciuitatis erant destructæ, & tribunalia vbi loco iustitiæ, sedebat in iustitia, vt non remaneat vestigium tribunalis vbi violentia irrogabatur pauperibus. Et vbi exercebatur iniquitas, & rapina, & egeni pessundabantur. Sic Hieremiæ. 14. *Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt.* Idest vrbs Hierusalem, & iudices qui in ea sedebant ad portam. Sic expouit D. Thomas.

Ezechiel. 41

Hierem. 14.

D. Thomas.

Sacerdotes eius gementes. Describit vates plorantes Sacerdotes cœlumq; suspirijs complentes, visso suo templo diruto;

diruto; qui antea ridebant, nunc plorant; qui letabantur visis populi peccatis nunc flent: carentes victu, & cibo quo alebantur, ex oblationibus quæ offerebantur in templo, nullam enim sortiti sunt hereditatem in terra promissionis; vt constat numerorum cap. 8. & 18. Nunc plorent inuiti illi, quorum munus erat peccata populi plangere. Sicut Ioel monebat cap. 1. *Accingite vos, plangite Sacerdotes vllulate ministri altaris ingredimini cubate in sacco ministri dei mei, quia interijt de domo dei vestri sacrificium*. Accingimini, suple sacco ad pœnitentiam. In Hæbreo est. Per noctate in sacco, idest noctu, diuq; cilicio ne vos exuatis. Videte morem antiquum per noctandi, & vigilandi in templis cum cereis, & luminaribus; et hoc notate contra hæreticos. Et videndus est D. Augustinus de hac sancta consuetudine sermone.78. de tempore. Et D. Hieronym. lib.contra vigilantium. Et est locus Exod. 38. Moyses fecit labrum æneum cum basi sua. *De speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi*. Idest, instar exercitus militum vigilabant ad ostium tabernaculi. Et. 1. Reg. 2. de filijs Heli dicitur, quòd dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, solebant isti Sacerdotes letari, cū videbant multiplicari in populo peccata, quia augebantur oblationes pro peccatis; sed modò flent, vt risus dolore misceatur. Oseæ. 4. *Sacerdotes peccata populi comedent, & ad iniquitatem eorum, sublevabunt animam eorum*. In Hæbreo habetur. Leuauerunt animam suam. Idest. Letabantur, cùm videbant homines delinquere, hoc est in sacra Scriptura subleuare animam. Sicut chirurgi, quandò iurgia sunt, & vulnerantur rixantes gaudent, quia eorum lucra augentur ex vulnerum medicamine. Sic Sacerdotes illius populi valdè letabantur, cum augebantur ciuium crimina, quia ipsi ex oblationibus, ditescebant nunc vero eorum letitia, in planctum conuersa fuit, vt habetur. 1. Machabeorum. 3. *Sacerdotes tui facti sunt in luctum, & in humilitatem*.

Ioelis. 1.

D. August. sermone.78.

D.Hierony. lib.cōtra vigilantium.

1. Reg. 2.

Oseæ. 4.

1. Macha.3

D *Virgines*

☞ *Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.*

Pagninus. SAnctes Pagninus legit, virgines eius afflictæ. Iam sunt pallidæ,& macilentæ,horridæ,& incultæ, facies earum sunt deformes,non sunt rubicūdæ, ex fumo titionum sunt denigratæ,quia versantur inter ollas,& cacabum, & sartagines ferreas. Vel squalidæ,idest; corruptæ à militibus zona virginea soluta, & amissa pulchritudine. Chaldeus paraphrastes legit, virgines eius gementes; quia cessauerunt exire in quintodecimo die Ab. Qui respondet mensi Iulij cum ad festa celebranda ibant. Vbi nota; fœminas,propensas valdè esse ad deambulandum, & nesciunt domi se continere. Vide.4.Reg.4.dixit Sunamitidi eius vir volenti ire ad videndum Prophetam. *Quàm ob causam vadis ad eum, hodie non sunt calendæ, neq̃ Sabbathum.* Idest. Non debes è domo egredi, cùm non sit dies festiuus. 70. Interpretes legunt, virgines eius abductæ, idest, per vim tractæ, solent mulieres, præcipuè puellæ in tenera ætate multum de cute faciei curare, sed Hierosolimitanæ adolescentulæ oblitæ sunt faciei, & ornamenti muliebris. 4. Reg. 4. dixit Eliseus viduæ ære alieno oppressæ. *Quid habes in domo tua?* Ipsa respondit. *Non habeo, nisi parum olei, quo vngar.* Non dixit, quo vescar, quo lucerna accendatur in nocte, sed quo vngar, quia fœminæ prius penuriam sustinebunt cibi, & in tenebris degent, quàm sinant faciem ornare; & mundam, & splendidam habere. Hæc cùm esset vidua vngebatur; quid si esset nupta, vel nubilis? Ezechielis. 16. dicitur de quadam puella. *Peruenisti ad mundum muliebrem.* Simachus legit, ad ornatum muliebrem. Et vocatur mundus iste ornatus, quia, quo magis ornantur fœminæ, plus de mundi vanitate habent, & suis variegatis vestibus, & ornamentis maiorem mundo afferunt perniciem. Aliter viuebant illæ sanctæ mulieres Maria Magdalena, Marci. 16. Emerunt aromata,

Chaldeus paraphras.

4. Reg. 4.

70.

4. Reg. 4.

Ezechiel. 16

vt vngerent corpus Iesu, quia domi non habebant, sicut illa procax fœmina Prouerbiorum. 7. *Asperſi cubile meum mirrha, & aloe.* Et Isaiæ. 3. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus occulorum ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis, composito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Mundum muliebrem fœminarum hic describit Propheta, & earum lasciuiam, quæ festiuæ, & superbæ ambulabant eleganti, & blanda suplosone erecta ceruice ibant, conniuentes occulis, vel est sermo de sonitu, quem excitant sericæ vestes, in Hæbreo est (taphtoph.) Hispanè (tafetam.) Nunc verò vultu in terram demisso, & capite crinibus nudato, tonsaq; fronte, veluti seruæ erunt. Opressæ amaritudine, & præ in genti animi dolore pedibus non poterunt consistere præ fame, & in edia, & labore, contra superfluum fœminarum ornatum. Videndus est. D. Gregorius Nazianzenus, oratione aduersus mulieres ambiciosè se ornantes. Istæ, aut interne Hecubam referunt, & externè Helenam. Idest. Interne sunt deformes, & externe pulchræ. Ferunt insolentem Pauonem cum curuato collo, pennisq; gemantibus circulum efficit, fœminas clangore suo ad Venerem inuitare; ita admodum mirabor, si tu aliam ob causam formam pingas, quàm, vt nitidorum, & salacium virorum occulos ad te conuertas. Et Clemens Alexandrinus libro. 3. Pedagogi. capite. 2. dicit, sicut notæ inustæ fugitiuum denotant seruum, sic floridi colores adulteram. Absurdum est aues campi surgere, & volare proprio ornamento, & pennis letantes, mulier verò se bestijs, & auibus inferiorem esse fatetur, & non verecundatur se ornando alienis plumis, & fuccis. Et lib. 2. Pedagogi capite. 12. Contra nimium ornatum adducit illud. Oseæ. 2. *Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur*

Prouerb. 7.
Isaiæ. 3.
D. Gregor. Nazianz.
Clemens Alexand. lib. 3. de Pedagogi cap. 2.
Lib. 2. c. 12.
Oseæ. 2.

batur in aure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit *Dominus*. Notate, ad quid se ornabat, vt placeret occulis suorum amatorum. Auro, argento, & gemmis, vestibusq; varij coloris induebatur, oblitaq; erat Dei sui. Nam quæ de corporis pulchritudine multum curat, parum vel nihil de animæ recordatur decore. Apelles vidit discipulum suum Helenam de pingentem multo auro ornatam, & dixit ô adolescens, cûm non posses pingere pulchram fecisti diuitem. Tales sunt mulieres modò non verè pulchræ, sed multis ornatæ monilibus. Si fœminæ Hæbreorum non abundarent in auribus aureis, & torquibus nequaquam vitulus aureus conflaretur, neq; pro Deo coleretur.
Exod. 32. Exodi. 32. Similitèr ipsæ, compositæ, & circum ornate volunt, vt Deus adorari, sunt inflatæ, atq; elato
Lib. 2. *c.* 10. animo. Idem Clemens Alexandrinus libro. 2. Pedagogi capite. 10. Asserit, morem fuisse in Lacedæmoniorum vrbe laudabilem; vbi solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permittebatur, à
Lib. 3. *c.* 2. probis vero mulieribus auferabatur ornatus. Et libro. 3. Pedagogi capite. 2. Dicit, quemadmodum emplastra, & vnctiones signa sunt tumoris, & apostematum; sic fœminarum fuccus, & vnctiones signa sunt ægrotan-
1. *Reg.* 4. tis animæ. 1. Regum. 4. Præcepit dominus Samueli, ne respiciat in faciem filium Isai natu maiorem, quia pulcher erat, neq; illum vngat in Regem. Si sic despicit, naturalem pulchritudinem videte quantum ei,
Osea. 2. displicebit species artificialis prætio comparata. Et Oseæ. 2. Fœminam lasciuam, & procacem respuit Deus. Et inter alia reijcit eam; propter fuccatam faciem. *Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes suas, à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum, ne forte spoliem eam nudam, & statuam secundum diem Natiuitatis suæ*. Hoc est, auferat fictos colores, quibus ad se allicit iuuenes ad peccandum.
Et

Et fornicationes de medio vberum. Adulteria videlicet, quia nudis vberibus incedebant, vt ad se allicerent homines ad fornicandum illaqueatos albedine mammillarum, quæ omnia missa fecit Magdalena. Lucæ. 7. Afferens alabastrum vnguenti. Psalmo. 67. *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum.* Sanctes legit disperde congregationem calami. Hoc est, increpa cetum viuentium cum aromate, & prætiosis vnguentis. Vel per adulteria vberum, & fornicationes faciei publicam idolatriam intelligit, & Idola manifesta, quibus incitabat ad idolatrandum transeuntes. Abacuch etiam cap. 2. Loquitur vates de Idolis, & ait. *Ecce iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius.* Idola auro, & argento erant ornata, sed carebant vita. Omnis spiritus non est in eis, idest, nullus halitus; sicut Matthæi. 24. Non esset salua omnis caro. Hoc est nulla caro, & Psalm. Non dominetur mei omnis iniustitia. Idest nulla iniustitia. Quod de Idolis dicit vates possumus dicere de his, quæ se ornant, colunt, & comunt, auroq; fulgent. Quanto plus de ornatu curant, tanto minus est in eis de spiritu cœlesti. Vnde D. Gregor. Nazianz. oratione supracitata ait. Verendum est, ne Deus iratus te huiusmodi verbis alloquatur, dic age ô aliena mulier, ecquis es tandem, & vnde nam est tuus fictor, & procreator, non te depinxi canis? Sed imaginem mei finxi, qui fit igitur, vt pro chara imagine Idolum habeam? Cauete ô mulieres, ne caput vestrum nothis, & adulterinis crinibus, tamquam turribus, quibusdam muniatis, mollia colla, & scopulis delicate ostentantes, Dei formas fœdis coloribus inungatis, iam non facies, sed laruas gestetis. Fuccum tuum minimè subolere cupis, quare ergo portas? Vnicus color in mulieribus amabilis est, nimirum rubor ille, quem pudor gignit, qui quidẽ à pictore nostro pingitur; & refert ibidem de quodam pictore insigni, qui ligneam iuuencam omnibus artis coloribus, ita depinxit, vt taurus clusus ad eam tãquàm ad veram

Psal. 76. *Abacuc. 2.* *Matth. 24.* *Psalm. 118.* *D. Gregor. Nazianz.*

iuuencam accurreret. O nouum, & in auditum spectaculum, viua animantia ad inanimas formas currunt. Tu quoq; fuccata mulier tale fcelus iuuenibus m oliris. Simile quiddam de Parrhasio pictore, qui arte sua, atq; industria pictas vuas ita ad viuum expressit, vt aues, ad eas, tanquam aduerum racemum aduolarét. D. etiam Cyprian. ait si opificium Dei esse volunt omnem fuccum à se ablegent, extorremq; faciant. Cant. etiam 2. dicit sponsus. *Ostende mihi faciem tuam.* Petit naturalem nõ fuccatam, alienisq; coloribus de pictam, & ne ipsis sapiés videar manibus pedibusq; in D. August. fententiam, ad posidium, & D. Chrysosto. homilia. 31. super Matthæum, & antiquioris Cypriani epistola. 13. de disciplina, & habitu virginum, descendo. Qui ornatum à fucco distinguentes; & si ornatum permittant, quem ego approbo, quoniam Deus ipse ornatum in lege summo Sacerdoti tribuit. Fuccum tamen omninò damnant. Et sacra Scriptura Iezabelé nigro lapillo notat, quòd stibio occulos depinxerit. 4. Reg. 9. & 3. Reg. 21. Et Cyprianus societati diaboli fuccos anumerat. Et D. Petrus. 1. Canonica. cap 3. Statuit quo pacto fœminæ sedebeant ornare; & D. Paulus. 1. ad Timoteum. 2. *Similiter mulieres in habitu ornatò ornantes se cum verecundia, & sobrietate.* Esther. 10. capite. *Elegantiam formæ sibi arte conciliauit.* Sed huius elegantiæ fructus stetit totius gentis Iudæorum salus. Similiter Iudith. Sed fornicaria, ac ferox Iezabel occulos pinxit cæterum meretricio cruore meretrices perfudit. Et discite fœminæ à pudica Esther pœnitentiam agere de huiusmodi facierum pictura, & crispantium crinium flauo colore, quæ vt cap. 14. narratur, fletibus, & luctui apta indumenta suscepit. Et pro vnguentis. *Varijs cinere, & stercore impleuit caput.* Et corpus suum humiliauit ieiunijs omniaq; loca in quibus antea letari consueuerat, crinium laceratione compleuit. *Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ meæ, quod est super caput meum in diébus ostentationis meæ.* Et

Cyprian. lib. 2. ad Quirinum.
Cant. 2.
D. August. epist. 73.
D. Chrysost. homil. 31. super Matth.
D. Petrus. 1 canon. cap. 3
1. Ad Timo. 2.
Esther. 10.
Esther. 14.

Et detestor illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silencij mei. Capitis ornatum, quem Hispanè vocamus (copeton) vocat hic Esther signum superbiæ. De ornato muliebri. D. Thomas concludit fœminis ornatum licere secundum statum, & dignitatem suam. Et secundum morem patriæ moderatum, & vt viris suis placeant, & quo pacto liceat vide Thomam super caput tertium Isaiæ in fine. *D. Thomas.*

He. ☞ *Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt.*

Esse hostes in capite est præcipuos esse, atq; potiores partes obtinere. Simachus legit, Facti sunt hostes eius in Principes. Sunt inimici in fastigio, & honorabiliori loco dominantur super eos. Atq; oprimunt quem admodum caput in homine super eminet alijs membris: & est in altiori loco, ita etiam nostri aduersarij capitibus nostris supersedent sic Deuter. 28. *Constituet te Dominus in caput, & non in caudam, & eris semper supra, & non subter.* Et infra. *Aduena, qui tecum moratur in terra ascendet super te ipse erit in caput, & tu eris in caudam.* Hoc est superior, & Dominus erit extraneus. Et Psal. 65. conquærebatur Dauid. *Imposuisti homines super capita nostra.* Hoc est homines viles de media, & infima plebe nostri dominantur. Et est intolerabile malum non quoscunq; homines, sed inimicos imperare nobis, & pedibus nos calcare. Et Psal. 108. *Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius.* Non leue supplicium Dei est, quod Reipublicæ contigit cum gubernatur ab aduersario, & inimico, qui est veluti dæmon, cùm nil aliud machinetur, quam subditorum perniciem, cùm qui præest ciuium est inimicus idem est ac tradere eos in potestatem diaboli. Et nota, quòd iuxta Hæbraicum ideotisinum qui imperat vocatur caput. Et qui obsequitur cauda, præcipuè si opprimitur. Isaiæ. 7. *Caput Syriæ Damascus.* Id est metropolis Syriæ erit Damascus erit

Simachus. *Deuter. 28.* *Psalm. 65.* *Psalm. 108.* *Isaiæ. 7.*

Isaiæ. 9. Regalis curia. Et Isaiæ. 9. *Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & deprauantem die vna, longæuus, & honorabilis, ipse est caput: Propheta docens mendatium ipse est cauda.* Idest Principem, vel subditum peruertentem recta, & vera deprauantem Dominus disperdet. *Nam, qui soluerit vnum demandatis istis minimis minimus vocabitur in*

Matth. 5. *Regno cœlorum.* Matthæi. 5. Caput sumitur, pro imperio,

Genes. 3. & principatu in sacra pagina, & pro potestate. Genesis. 3. *Ipsa conteret caput tuum.* Idest vires, & potentiam, & principatum, aliquandò etiam idem est quod Rex, & Prin-

1. Reg. 15. ceps. 1. Reg. 15. *Cum esses paruulus in occulis tuis, caput super Israel constituit̃e.* Et Oseæ. 1. *Et congregabuntur filij Iu-*

Oseæ. 1. *dà, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra.* Hoc est duodecim tribus fœderabuntur, & vnum Regem sibi constituent, & ita crescent, & multiplicabuntur in gentibus. Et est locus pro concordia, & pace, qua paruæ res crescunt, discordia verò maximæ dilabũtur. Sæpe etiã caput sumitur pro Sponso, & marito. Ad Ephesi.

Lucæ. 21. 5. Caput mulieris vir. Leuare caput est letari. Vt Lucæ. 21. *His fieri incipientibus leuate capita vestra.* Hoc est gaudete, nã qui sunt mœrentes demiso capite sunt. Vt dicitur de Acab.

3. Reg. 21. 3. Reg. 21. *Cum audisset Acab sermones istos scidit vestimenta sua ieiunauitq́, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite.*

Iob. 5. Idest tristis, & mærore repletus. Et Iob. 5. *Et mærentes erigit sospitate.* Facit vt eleuent caput cum gaudio adeptæ salutis, & libertatis. Leuare alicuius caput est, in sublimi dignitate

4. Reg. 25. constituere. Sicut. 4. Reg. 25. *Leuauit Euilmerodach, Rex Babylonis, anno, quo regnare ceperat, caput Ioachim Regis Iuda de carcere, & locutus est ei benigne & posuit thronum eius super thronum Regum, qui erant cum eo in Babylone.* Notandum est

Galatin. lib. 4. cap. 21. ex Petro Galatino. lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis capite. 21. Quod apud Hæbreos in libro expositionis planctus Hieremiæ dicitur facti sunt hostes eius in capite. Hic est Vespasianus Cesar. Inimici eius temere egerũt, iste est Titus nequã filius eius, Et quia Iudæi peccauerunt in caput suũ

Christum,

Christum, ideo in capite puniti sunt, ita notat Galat. lib. citato cap. 22. Sed tandē in fine sæculorū iuxta Oseæ, vicinū cap. 1. *Congrebabuntur filij Israel, ponent sibimet caput vnū.* Idest cognoscēt Christū esse suū caput, & Principē in fine sæculorū, cū reliquiæ conuertentur. Vltimo facti sunt hostes eius in capite, idest primi; & præcipui. Vt Deuter. 28. *Constituet te Deus in caput, & non in caudā.* Hoc est eris prim⁹ inter omnes populos, & infra. *Ipse erit in caput, & tu eris incaudam.* Idest euadet primus, & tu eris fortis postremæ. *Oseæ. 1.* *Deuter. 28.*

☞ *Inimici eius locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam.*

Sensus est, omnia prosperè cedūt nostris inimicis, & ditiores facti sunt ex spolijs Iudæorū. 4. Reg. 24. refertur, quòd subuersa Hierusalē, Nabuchodonosor tulit omnes thesauros tēpli. Sanctes Pagninus legit, inimici eius prosperati sunt. Nam cœperunt hostes diuitum thesauros. *4. Reg. 24.*

☞ *Quia Dominus locutus est super eam.*

Idest statuit Deus tredere eos in manus Chaldeorum. 70. Interpretes legunt. Quia Dominus humiliauit eam, idest, afflixit. Vide quāmtum humiliet paupertas, voluit Dominus humiliare Hierosolimitanos, & spoliauit eos diuitijs per manus Chaldæorum, nudati opibus humiliati sunt. Sanctes Pagninus legit, quia Dominus dolore affecit eam. Maximè enim dolet homo cum coram suis occulis rapiūtur eius bona. *70.* *Pagninus.*

Secundus sensus. Quia Dominus locutus est super eam. Idest contra eam sententiam vltionis protulit. Super vsurpatur pro contra in sacro eloquio. Vt Oseæ. 11. *Qui plantauit te locutus est super te.* Idest, contra te. Ezechielis. 21. *Effundam super te indignationem meam, daboq; te in manus hominum.* Suficit dicere in manus hominum quia crudeliores sunt Leonibus. Homo enim homini lupus. Sic Danielis. 5. Manus hominis scripsit sententiam *Oseæ. 11.* *Ezechiel. 21* *Daniel. 5.*

Balthasaris in pariete. Quia vindex Diuinæ iræ futurus erat exercitus Medorum, & Persarum, qui absque vlla misericordia Babylonios vastarunt, regemq; interfecerunt. Et Matthæi. 13. Vt denotetur sæuitia dæmonis qui superseminauit zizania in medio tritici dicitur. *Inimicus homo hoc fecit, cum dormirent homines.* Osseæ etiam 2. *Et visitabo super eam dies Baalin.* Idest contra eam. Et Iudicum. 16. *Philistim super te Sanson.* Idest contra te. Et Iudith. 11. *Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum.* Dixit Holofernes loquens cum Iudith. Et Danielis. 2. *Et aspectus faciei illius in mutatus est super Sidrac, Misac, & Abdenago.* Hoc est, iratus est contra ipsos. Super etiam sumitur pro iuxta. Vt Isaiæ. 6. *Seraphim stabant super illud.* Idest iuxta illud. Et Psal. 23. *Ipse super maria fundauit eam.* Idest, iuxta mare est terra fundata. Et Psal. 139. *Super flumina Babylonis illic sedimus.* Idest iuxta fluminum ripas. Et Ezechielis. 16. Dedi in aurem super os tuum. Idest iuxta os. Quia pendet ex aure, & tangit maxillam. Vel locutus est super eam. Idest comminatus est ei, & male tractauit. Psalm. 37. *Dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.* Suple mala facienda. Et Psal. 54. *Si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Et in his locis. Psalmorum super pro contra accipitur. Sicut Psalm. 40. *Homo pacis meæ, in quo speraui magnificauit super me suplantationẽ.* Idest homo pacificus leuauit contra me calcaneum. Sic exponitur à D. Ioanne. cap. 13. *Qui manducat mecum panem leuauit contra me calcaneum.* Hoc est vilipendit me, sicut quod calcatur contemnitur.

Matth. 13. Osseæ. 2. Iudith. 11. Daniel. 2. Isaiæ. 6. Psal. 23. Psalm. 136. Ezechiel. 16. Psal. 37. Psalm. 54. Psalm. 40. Ioan. 13.

☞ *Propter multitudinem iniquitatum eius.*

OMnia ista mala euenere Israelitis propter enormia scelera eorum. Non sine causa ira Dei in peccatores deleuit. Vt dixit Eliphaz. Iob. 5. *Nihil in terra sine causa fit, & de humo non egredietur dolor.* Suple sine causa; sed propter

Iob. 5.

propter peccatores, qui habitant in terra egreditur afflictio, & sterilitas, quæ causat dolorem. *Et miseros facit populos peccatum.* Prouerb. 14. *Iustitia verò eleuat gentem.* Ergo iniustitia deijcit. Micheæ. etiam cap. 1. *Quia ecce Dominus egredietur de loco sancto suo, & consumentur montes subtus eum, & valles, scindentur sicut cera, à facie ignis.* Et tantæ iræ, & comotionis asignat rationem vates, dicens. *In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel.* Hoc est, propter peccatum Iacob cõsumuntur montes, & deficiunt colles à præsentia, supremi numinis irati. Et Hieremiæ. 4. *Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt tibi hoc, ista malitia tua, quia amara.* Ideſt, mortifera. *Quia tetigit cor tuum.* Amarius morte est peccati extremum, tangit viscera, & transuerberat cor eius virus. Vnde Sapient. 1. *Iniustitia mortis aquisitio est.* Ideſt, quod culpa aquiritur mors est. Et Paulus ad Rom. 6. *Stipendium peccati mors.* In Græco est, obsonium peccati mors, quod Hispanè dicimus (el faynete del pecado es la muerte) quod erit ipse infernus. Militi datur stipendium, & ciborum mensura certa. Sic ait, Apostolus stipendium præbet peccantibus ipsum peccatum, & cibus, quẽ ministrat peccatũ nil aliud est, quàm mors. Militũ labores rarò rectè soluuntur, sed laborãtibus ad peccandum soluetur labor, inferni tormentis. Quapropter fideles tremere debent, cum audierint peccatum, quia vbi peccatum adest ira Dei præsens est. Vndè Psalm. 4. *Irascimini, & nolite peccare.* In Hæbreo est, contremiscite, & ne peccetis. Ita legit Campensis. Sanctes Pagninus. Pauete, & ne peccetis. (Ragaz) enim significat irasci, & tremere. Ideſt si ad Deum conuerti volumus debemus pristinis irasci vanitatibus, & contremiscere pro eis, atq; pauere, & timere salubriter, quia *Inirium sapientiæ timor Domini.* Ecclesiasti. 1. Date sedulo operam ne peccetis temerè, sequendo ipsum Absalonem, & me per sequendo, dicit Dauid. Vel nõ solum ira est cohibenda, verum etiam est ad Dei voces cõtremiscendum, pauenda enim est eius offensa, quia bea-

Prouerb. 14.
Micheæ. 1.
Hierem. 4.
Sapient. 1.
Ad Roma. 6
Psalm. 4.
Campensis.
Ecclesiaſ. 1.

tus

tus homo, qui semper est pauidus. Et notandum quòd in Hæbreo hic additur dictio. *Selah*. Et ita inuenietur in Biblia Pagnini & Vatabli. Quæ dictio ponitur in Psalmis, quotiescunq; Propheta agit de rebus magni ponderis, quæ replicabatur à cantoribus Psalmorum, quoties auditores volebant reddere atentos, ad ea, quæ canebantur. Itaq; hæc vox index erat eleuationis vocum cantantium. Eleuatio autem illa fiebat, vt tam cantores quàm auditores, intenti essent his, quæ canebantur, sicut modò contigit in musica, vbi ad vocem. La. ascenditur, non possunt supra leuare vocem cantores. Vt ergo nos moneat vates, quantùm damni afferat culpa, quantaq; solertia ab ea sit

Ioan. 19. fugiendum, ponit hanc dictionem. Ioannis. 19. Sistitur Christus Dominus ante Pilati tribunal, qui erat Ethnicus amicus Cesaris simul, & Iudæorum, ne apud Cesarem ab eis accusaretur. Dixerant enim ei. *Si hunc dimitis non es amicus Cesaris*. Insuper eius vxor postulauerat Christi libertatem dicens. *Quid tibi, & iusto illi*. Nec tamen audebat dimittere. Tandem dixit illi Dominus. *Propterea, qui me tradidit tibi maius peccatum habet*. Quo audito. *Ex inde querebat Pilatus dimitere eum*. Gentilis timet audita voce peccati, nos vero, fideles non ex pauescimus, sed, *Bibi-*

Iob. 15. *mus, quasi aquam iniquitatem*. Vt ait Iob cap. 15. Et Gene-

Genes. 43. sis. 43. Nolebat Iacob, mittere in Ægyptum puerum Benjamin, dixit autem Iudas. *Nisi reduxero, & reddidero eum tibi ero peccati reus omni tempore*. Et tunc dimisit: nullum pignus ingentis pretij obtulit patri, vt concederet filium tantum se obligauit sub onere peccati, seq; constituere peccatorem elegit quia fugiebant à crimine, & peccato tã-

Lucæ. 11. quàm à præsentissimo veneno viri probi. Videte. Lucæ. 11. Qualiter dæmon hominem tractauerit cæcus, mutus, & surdus erat.

☞ *Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.*

Ante

ANTE *Faciem tribulantis.* Suple hostis. Et infra dicit, quòd ducti sunt ante faciem subsequentis. Quia ducebantur, sicut agnorum grex pueri, & mulieres in captiuitatem, & sicut gregem sequitur pastor, sic ipsi præcedebant, inimici vero à tergo eos sequebantur. Et hic dicit vates, ante faciem tribulantis ibant: quia si sitibundi aliquantulum recedebant à via vt biberent ex fontibus, vel torrentibus illos crudeliter vexabant, & vinculis, atq; manicis ligabant. Ita Ezechielis. 7. *Fac conclusionem, quia iniquitate repleta est terra.* Sanctes Pagninus legit. Fac catenam, qua vinciantur, vt serui, vel quòd Hispanè dicimus (concluyd el pleyto para senenciarlo.) Iam Deus contra vos profert sententiam. *Ezechiel. 7.* *Pagninus.*

Vau. ☞ *Et egressus est a filia Sion omnis decor eius.*

SEptuaginta Interpretes legunt. Ablatus. Idest per vim fuit spoliata suo decore Hierusalem. Decor eius hoc est pulcherrima templi vasa aurea, & argentea, asportata sunt in Babylonem. Sicut prædixerat Ezechiel capite. 19. *Auferentur vasa decoris tui.* Et 4. Regum. 24. capto Ioachim. Ablata fuere vasa templi. D. Hieronymus exponit, quod decorem amisit Hierusalem fame, & peste punita, vel spoliati fuere Hierosolimytani decore, quia orbati Regno, Sacerdotio, ornatu, & pulchritudine, fuere. Vndecim gaudebat Hierusalem prærogatiuis, quibus reliquas vrbes antecellebat, authoritate, letitia, securitate, solemnitatibus, atq; rebus festiuis, pace, fortitudine, delitijs, gloria, & pulchritudine, sanctitate, & rerum omnium copia. Sed ô Iudæi, quia egressus est Iesus à vestra vrbe, vt cruci affigeretur, spoliati fuistis his bonis. Egressa enim est suprema magestas, & in primo quaternario, Hieremias de hoc dolet dicens. *Princeps prouinciarum facta est sub tributo.* Perijt letitia. Et in secundo quaternario dicit. *Plorans plorauit in nocte.* *70.* *Ezechiel. 19.* *4. Reg. 24.* *Prærogatiuæ Hierusalem.*

Ablata

Ablata est securitas: & propterea dicit omnes amici eius apprehenderunt eam inter angustias. Solemnitates euanuere, & ideo addit. *Viæ Sion lugent, eo quòd non sint, qui veniant ad solemnitates.* Orbata fuit pace, & ideo in quinto quaternario, ait. *Facti sunt hostes eius in capite.* Periit fortitudo. *Facti sunt Principes eius, velut arietes, & abierunt absq; fortitudine.* Iam non sunt delitiæ, neq; voluptates, & sic dicit vates. *Recordata est Hierusalem omnium desiderabilium suorum.* Octauum bonum amisit, gloriam videlicet, & honorem propter quod adiungit. *Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt eam.* Nono, spoliata est decore, & ideo ait. *Sordes eius in pedibus eius.* Sanctitatem perdidit, & propterea dicit. *Vidit gentes ingressas sanctuarium suum.* Tandem caret abundantia rerum, & sic ait. *Dederunt praciosa quaq; pro cibo ad refocilandam animam.* Deniq; omnibus eget bonis, quia ab ea egressus est Iesus baiulans sibi crucem.

Nota, quod filia Sion vocatur Hierusalem, quia protegebatur ab arce Sion, & templo, sicut filia protegitur in sinu materno vel hoc nomine decoratur, quia peculiariter populus Hæbreorum præ cæteris populis, à deo diligebatur. Vndè Sophoniæ. 3. dicitur. *Lauda filia Sion, Dominus Deus tuus fortis in medio tui, gaudebit super te in letitia: silebit in dilectione tua.* Silebit ad præterita peccata, & dissimulabit, quia te amore prosequitnr. Secundus sensus, quem tangunt Nicolaus Lyranus, & Cartusianus egressus est omnis decor eius. Idest Regnum, & Imperium, & Sacerdotium. Sic Psal. 29. Ait Regius vates. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Idest stabilisti Regnum meum, quia pulchritudo Regni est Rex. Sic Isaiæ. 16. *Super solium Dauid sedebit, vt corroboret illud.* D. Hieronymus legit, statuisti monti meo fortitudinem. Loco illius vocis decori meo. Tu Domine inexpugnabile fortalicium fecisti illum montem, in quo eram circunuallatus in modum coronæ ab exercitu Saul, & sic euasi eorum manus. Recesit igitur à Hierusalem Imperium, Regnum, & Rex, &

Sopho. 3.
Lyranus.
Cartusianus.
Psal. 29.
D. Hierony.

& Principes, Regni, fame periere.

☞ *Facti sunt Principes eius velut arietes non inuenientes Pascua.*

IN Obsidione Principes consumpti inedia interibăt. Et recte comparat Principes arietibus, qui solent esse duces, ouium, ita vocantur Hieremiæ cap. 25. *Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis, quia vastauit Dominus Pascua eorum.* 70. Interpretes legunt, plangite, arietes ouium. Idest Principes, & Hieremiæ. 34. *Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.* Puluerulentus pergit grex marcidus, & tenuis tempore siccitatis, cum nō est in pratis herba: sic isti ibant sitibundi, aridi, & famelici, inhiantes, sicut arietes. Sanctes Pagninus legit, & alij ex Hæbreo, sicut cerui. Idest, timidi, & sitibundi, quia hoc genus animalium est valdè timidum; similiter vexantur siti, quia sunt calidi. Vnde Psal. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* *Hierem. 25.* *70.* *Hierem. 34.* *Pagninus.* *Psalm. 41.*

☞ *Et abierunt absq. fortitudine ante faciem subsequentis.*

IDest. Sine cibo, & potu, absq; buccella panis, iter faciebant in becilles, atq; debiles ad resistendum inimicis, vinctos duxit illos hostis: plebs inualida, nō potuit vim inimicorum infringere. Fugere Principes in campis Hiericuntinis, vt habetur Hieremiæ vltimo, & relicta est plebs inualida in manu hostium. Sic exponit D. Thomas ante faciem subsequentis. Idest, hostium, qui eos persequebantur, est enallage, numerus singularis pro plurali. Sicut Isaiæ. 13. *Non ponet ibi tentoria Arabs.* Idest Arabes, quia tanta erit Babylonis euersæ solitudo, vt nec Arabes, qui inuasta solitudine degere solent, ibi comorentur. Vel est synedoche per Arabes siue pastores Arabiæ, quosuis pastores intelligit, vel dicit hostis in singulari, quia in tantam deuenere ignauiam, vt vnus miles sufficeret ad eorum custodiam, ne fugerent. *Hierem. vlt.* *D. Thomas.* *Psal, 13.*

Isaiæ. 22. fugerent. Hoc prophetauerat Isaias cap. 22. *Cuncti principes tui fugerunt simul, durèq; ligati sunt omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter.* Vbi ad litteram loquitur vates de euersione Hierusalem, & Baruch. 4. *Delicati mei ambulauerunt*
Baruch. 4. *vias asperas, ducti sunt enim, vt grex direptus ab inimicis.* Per saxosa videlicet, & montuosa itinera.

Zain. ☞ *Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator.*

Pagninus. SAnctes Pagninus legit. Recordata est dierum paupertatis suæ, & indigentiarum suarum omnium desiderabiliũ suorũ, quia omnibus desiderabilibus, & optimis carebat. Recte cum paupertate indigentiam copulauit, pauper enim omnibus rebus necessarijs ad vitam eget: ita
Leuitici. 12. Leuitici. 12. Præcipitur puerperæ, vt offerat agnum anniculum. *Quod si non inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnum. Sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum.* Notate Verbum si nõ inuenerit manus eius. Est periphrasis paupertatis extremæ; pauper enim ad qualencunq; rem si extenderit manum, non inueniet; si ad marsupium non inuenit numos; si ad cibum, vel linteum, vel vestes, non habet; nil reperit ex his quæ ad suum victum, & amictum
70. querit, omnibus eget. 70. Interpretes legunt. Recordata est Hierusalem dierum humiliationis suæ, & rebellionum omnium desiderabilium suorum. Humiliatio hic idem est quod afflictio, quæ solet humiliare superbos: & rebellauerant, atq; conspirauerant contra Hierosolymitanos omnes illi in quibus antea delectari solebant, & à quibus desiderabant opem. Sed nostræ vulgatæ æditionis verba triplicem habent sensum. Primus est, in diebus afflictionis

suæ,

suæ,& præuaricationis Babyloniorum, recordata est Hierusalem, omnium desiderabilium. Idest, voluptatum, & deliciarum, quietis, Regni, epularum, tripudii, pacis, Sacerdotij, benedictionis, fructuum Palæstinæ, Prophetiæ, & victoriæ cum olim de gentibus triumphabat: & quod maius est Dei protectionis. Cũ olim egressa est ex Ægypto onusta auro, & argento, cum scisum est mare rubrum ante eos sub mersis Ægyptijs,& illuminabatur in nocte columna nubis, & obumbrabatur in die. Cœlumq; pluebat eis manna, & petra fundebat riuos: aquarum, mellis, & olei, sed nunc Hierusalem videt omnia illa bona in mala esse commutata,in duram seruitutem, famem, & nuditatem,atq; ignominiam, cupiebat Hierusalem antiqua tempora,& lamentabatur aduersa. Sic Ruth. 1. dicebat Noemi, cum eiues inter sedicebant. *Hæc est illa Noemi, ne vocetis me Noemi. Idest, pulchram, sed maram: idest, amaram, quia amaritudine valdè repleuit me omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Ita in præsenti loco augetur miseria,cum pristinæ felicitati confertur. Iob in sterquilinio dicebat. *Quis michi det, vt sim iuxta dies pristinos, quando lauabam pedes meos butiro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Aperuit pœna occulos ciuium Hierosolimitanorum, & venit, illi in mentem præuaricatio, quæ fuit suæ calamitatis causa. Et prosperitatem præteritam vocat desiderabile,idest delectabile,delitias, quibus fruebatur. Et ita exponit D.Thom.desiderabilium. Idest,prosperitatũ,sicut Ezechiel.26.Vxor vocatur. *Desiderabile occulorũ.* Idest,delectabile:& Isaiæ.54. *Ponam portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* Idest, visui delectabiles:& ita exponit Haimo.Ratio est,quia,quod occulis est delectabile, semper videri desideratur. Lapides termini solēt esse saxa inculta, hic autē dicit, quod erũt lapides delectabiles visui,quia à latomis perpoliti. Micheæ. etiā 2. *Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarum suarũ.* Idest,à domibus virorũ:quos vocat vxorũ delitias,quia honestis matro-

Ruth. 1.
Iob. 29.
D. Thomas.
Ezech. 26.
Isaiæ. 54.
Haimo.
Micheæ.2.

ni;,nil gratius esse debet, quam in domo viri manere, illiq; amore coniugali aglutinari. Et reprehendit vates crudelitatem creditorum in repetendis debitis; vel quia non contenti pignoribus, domos capiebant, & eiiciebant, ex eis mulieres: vel cum toties domos intrarent ad debita petenda, mariti zelotipiæ spiritu tracti, sinistram de vxoribus concipiebant opinionem, & eiiciebant è domo suas vxores, & ita priuabantur suis delicijs, & maritis. Dicit igitur vates noster. In Babylone existentes Israelitæ dicent, nostra scelera hunc finem sortita sunt. Et in talem adduxerunt miseriam: sicuti fratres Ioseph dicebant.Genes.42.

Genes. 42. cum furti arguebantur in Ægypto. *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem*. Labor aperit occulos hominum, qui prosperitate decepti Dei sui obliuiscuntur. Vn-

Hierem. 10. de Hieremiæ. 10. dicebat Propheta. *Hæc est iniquitas mea portabo eam. Corripe me Domine, veruntamen in iuditio*. Idest, cum pondere, & mensura, me flagellis cæde. *Ne forte ad*

Et 30. *nihilum redigas me*. Et cap. 30. *Consumationem faciam in gentibus cunctis in quibus dispersi te, te autem non faciam in consumationem. Sed castigabo te in iudicio*. Idest mitius tecum agam non te penitus disperdam. Secundus sensus. Desiderabile sumitur in sacra pagina pro optimo, quia quod optimum est, & prætiosum ab omnibus desideratur. Sic sumitur hic. *Recordata est omnium desiderabilium suorum*. Idest, op-

Daniel. 10. timorum bonorum, quæ posidebat. Ita sumitur Danielis 10. *Panem desiderabilem non comedi*. Idest, optimum panem primarium non gustaui, qui præ cæteris est candidior, & propterea magis desideratus. Sed vescebar pane secundario. Psalm. 105. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*. Idest, optimam. Et Isaiæ. 32. *Super vbera plangi-*

Isaie. 32. *te, super regione desiderabili, super vinea fertili*. Idest flete super hanc optimam terram crudeliter vastatam. Hiere-

Hierem. 12. miæ etiam. 12. *Dederunt portionem meam desiderabilem in*

Daniel. 9. *desertum*. Et Danielis. 9. Vocatur Daniel. *Vir desiderio-*

Genes. 27. *rum*. Idest, optimus, vel magnarum dignitatum. Et Genesis.

nesis. 27. *Vestibus Esau valde bonis induit eum.* In Hæbreo hæ vestes appellantur (hamudo.) Idest dignitatum, à nomine Hæbreo(hamuda.)Idest,desiderium. Et Malachiæ.3. *Malach.3.*
eritis vos terra desiderabilis. Idest optima cum nil desit, vt sit cæteris melior, alijq; optent terram suam fore tam feracem,sicut vestra est.

Tertius sensus. *Recordata est Hierusalem dierum afflictionis, & præuaricationis:* Idest, transgressionis mandatorum Dei. Psalm. 118. Præuaricanres reputaui omnes peccatores terræ. *Psalm.118.* D. Hieronym. legit, quasi scoriam computasti omnes impios terræ vilis enim scoria impius est. *Luto vilior vita eius.* Sapientiæ, 15. Vt prodigus porcos *Sapient. 15.* pascens,

Quartus sensus. *Præuaricationis omnium desiderabilium suorum.* Idest, vxorum suarum, cum quibus delectabantur, quia cornua forsitam, vt hodie fit,apponebant viris. Erant fædifragæ, cum Chaldeis turpiter comiscebantur. Quod eorum cor transuerberabat. Vxor autem vocatur desiderabile. Ezechiel. 24. *Fili hominis ecce ego tollo à te, desiderabile occulorum tuorum in plaga, Et mortua est vxor eius* *Ezechiel. 24* *vespere.* Et infra. *Polluam desiderabile occulorum tuorum.* Et iuxta hunc sensum notandum est, Quam graue peccatum sit adulterium.Maximus dolor cordis viri. Est tale crimen videre in fœmina. Ethnici cognouere huius sceleris grauitatem, vt constat ex capite 20. Genesis. Abstulit Abime- *Genes.20.* lec Saram à suo viro Abraham, volens ea abuti. Dixerat enim Abrahamus Saram esse suam sororem timens necem. Cognita rei veritate reddidit viro intactam. Et dixit. *Quid fecisti nobis quid peccauimus in te. Quia induxisti super me, & super regnum meum, peccatum grande? Quæ non debuisti facere fecisti nobis.* Animaduerte adulterium ab ethnicis vocari peccatum grande,& tantum timebant hoc scelus comittere quod prius homicidium quam adulterium patrarent. Et propterea dixit Abrahamus Saræ. *Dic quod soror mea est.* Cela me esse tuum virum. Quia si hoc

resciuissent viri Geraris, interficerent eum, vt sic fruerentur liberius venustate Saræ. Insuper Iudicum. 19. Propter
Iudic. 19. vxorem leuites turpiter fœdatam, & per totam noctem à viris illius populi violatam, maxima bella fuere orta,
Oseæ. 9. & innumeræ cædes secutæ in prælio. Vnde Oseæ. 9. *Profunde peccauerunt, sicut in diebus Gabaa.* Mortua enim fuit vxor leuites lasata libidine ciuium, & ante ostium domus viri reperta est primo mane exanimata. *Recordabitur iniquitatis eorum.* Idest, peccata illius tribus puniet acriter, quia ex tunc adulteri fuere, & nunc sunt simili delicto inuoluti. *Profundè peccauerunt.* Idest profundam fecerunt peccatorum suorum foueam. Altasq; radices in peccatis iecere, præcipuè in adulterijs. *Profunda enim fo-*
Prouerb. 23. *uea est meretrix. Et puteus angustus aliena.* Prouerbiorum. 23. Vocatur meretrix fouea profunda. Vel quia nullus neq; modus, neq; finis, fit in amore meretricio. Crescente cum fornicatione, peccati desiderio, vel quod à profunda fouea non sit facilis ascensus sursum. Sed semel lapsus de vita periclitatur. Ita qui semel in amplexus meretricium incidit, se facile extricare non poterit. Sed illius voluntati cogitur in seruire. *Et puteus angustus, aliena.* Idest adultera, vt hinc facile nequas euadere: tot angustijs implicantur qui impudicum mulierum amore, semel sunt comprehensi, vt amplius sui iuris esse non videantur, cum possint vere à tali vitio seiungi, Dei auxilio. Sicut enim qui in puteum arctum cadit, ita demergitur, vt cum difficultate extrahi possit: ita qui in exsecrandum adulterij vitium labitur, non separatur facili
Psalm. 7. negotio. Et propterea Dauid Psalm. 85. Gracias in mensas Domino referebat videns se liberatum à tali crimine. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quia misericordia tua magna est super me.* Et declarat, statin in quo consistit hæc maxima clementia, dicens. *Eruisti animam meam ex*
Euthimius. *inferno inferiori.* Sic exponit Euthimius declarans hunc Psalmum. Si locum intelligas pertinere ad Prophetam Dauid.

Dauid, per infernum profundam peccati foueam intellige. Adulterij nimirum, & homicidij. Propterea Ecclesiastici cap. 9. monet sapiens. *Cum aliena muliere non sedeas omnino neq; accumbas cum ea super cubitum, & non altercer is cum illa vino, ne fortte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.* Ideſt cum periculo effusionis sanguinis, vel vitæ labaris in baratrum perditionis. Nota aduerbium omnino, quasi dicat sapiens, in nullo euentu, neq; in vllo loco, neq; propter quamcunq; rationem etiam si sit magni emolumenti. Cum illa sedeas, sed animaduertant viri, plerunq; contingere, vxores esse adulteras, quia sui viri eadem fecere illis. Vt Oseæ. 4. dicitur. *Non visitabo super filias vestras cum fornicatæ fuerint, & super sponsas vestras cum adulterauerint. Quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur: & cum effœminatis sacrificabant.* Parpari referent illis suæ vxores, adulteræ erunt, quia mariti adulterauere. Ipsæ fregerunt fidem viris, quia fides prius fuit fracta ab illis. Et Amos 7. Sacerdos impius Amasias in bethel hoc suplicio punitur. Quia obturabat os Prophetæ Amos, ne Verbum Dei prædicaret. *Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui, & filiæ tuæ, in gladio cadent.* Quasi diceret, in pœnam tui delicti adultera erit tua vxor, & hoc publicæ, quod cedet in maius dedecus. Hoc significat, in ciuitate fornicabitur, non in abscondito sed palam. Sicut illud Lucæ. 7. *Erat mulier in ciuitate peccatrix.* Ideſt, manifestum erat talem esse peccatricem. Dauid, etiam Psalmo. 50. Petit à Deo liberari, à pœnis, homicidijs, & adulterijs constitutis. *Liberame de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.* Sanguines apellat capitale crimem, & pœnam vltimi supplicij, adulteris impositam, & sanguinarijs. Valerius Maximus refert libro. 6. de Zaleuco-locrensium Rege, qui lege sanciuit, vt quisquis in adulterio depprænhenderetur, vtroq; occulo orbaretur, & filium suum conuictum de hoc crimine impubli-

Ecclesiast. 9. *Oseæ. 4.* *Amos. 7.* *Lucæ. 7.* *Psalm. 50.* *Valer. li. 6.*

cum produxit vtroq; luminari priuandum. Vetat hoc populi concursus, contra patrem indignatus; quia vnicus erat Regni succesor, nec propter hoc pater à sua sententia desistit. Remittit tandem, cum omnia ad seditionem expectare videret, & cum popularibus suis hac condicione pasciscitur, vt ipse vno occulo priuaretur, filius vero altero, vt lex sua duobus occulis effossis incolumis perstaret, tantum potuit in iustißimo homine Regi-

2.Reg.15. nalex. Dauid etiam Rex propter Vriæ vxorem à se adulteratam à filio Absalon plusquam ciuili bello impetitus, regno suo exuitur, & tota Iudea, pro fugus agitur, & paulominus vitæ discrimen adiisset, nisi Deus, tot periculis direxatum, integrum restituisset. Vrbē Troiam, & Priami Regnum, ob Paridis adulterium euersum, nulli non cognitum est. Quis ignorat Tarquinorum familiam, à toto Romanorum Regno depulsam: nisi ob adulterium, à Sexto Tarquino, Lucretiæ castißimæ Romanæ matronæ, per vim illatum. Et sic non immerito Rex Abimelec, adulterium ex

Ad Hab.13 horruit. Ad Hæbræos. 13. dicit D. Paul. *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.* Quasi ipse velit, propria manu, & non aliena punire, tanquam, atrocißimum crimen, & capitale delictum. Et propter hanc causam, adulter vocatur,

Prouerb.18. á sapiente stultus. Prouerb. 18. *Qui tenet adulteram insipiens & stultus est.* Bis vocat insanum adulterum. Idest, valde stolidum, cum non consideret pænas, tali peccato consti-

Numeror.5. tutas. In oblatione qua, inuestigabatur adulterium. Numer. 5. Præcipit Dominus, non misceri oleum. *Et dabit aquas amarißimas, potum mulieri: quas cum biberet mulier, vterus eius dirumpebatur, femoraq; putrescebant.* Vel aquæ amaræ, idest mortiferæ: continebant enim periculum mortis quæ valdè

1.Reg. 15. amara est. Ita. 1.Reg.15. *Siccine separat amara mors?* Et Psal.

Psalm.63. 63. *Intenderunt arcum rem amaram.* Idest mortifera instrumenta. Carebat autem oleo, illa oblatio, quod est, misericordiæ simbolum: quasi diceret: nulla vtendum misericordia, cum adulteris, sed rigide puniendas, & aquæ dantur

amaræ

amaræ fœminis, quia amaricauere suos viros, maximus enim dolor est viris, tale crimen, in suis coniugibus videre, & in tantum, execratur Dominus, adulterium, vt vellit eius suspitionem, certo purgari sacrificio. *Quando spiritus Zelotipiæ concitauerit virum, contra vxorem, quæ polluta est, vel falsa suspitione appetitur, aducet eam ad Sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, & imponet illam super altare, & pugillum sacrificij tollet, de eo quod offertur.* Lex Zelotipiæ execrationis aqua, & eius potatio, horrenda sunt omnia, ne putemus gratis esse dictũ: non concupisces vxorem proximi tui. Et adultera iubebatur occidi. Deuteron. 22. imo ante datam legem comminatus est Dominus Abimelec mortem: si Saran, adulterio violasset. Genes. 20. *En morieris propter mulierem, quam tulisti, habet enim virum.* Et tanta atrocitas adulterij erat in opinione gentium, vt leuius crimen existimarent homicidium, vt interfecto viro, muliere per eius cedem, facta libera, potirentur: quam, vt alterius vxorem, viuente viro, polluerent. Hinc Abraham & Isaac cum inter exteras nationes peregrinabantur: vxores suas sorores vocabant: ne à viris illarum regionum occiderentur: vt liberius pulchritudine, suarum vxorum, potirentur. Vt Genes. 12. & 20. & 26. habetur. Apud Romanos lex Iullia adulteros capite plactebat. Et Malachiæ. 3. *Ero testis velox. Maleficis, & adulteris.* Et. 1. ad Corint. 6. *Adulteri Regnum Dei non possidebunt.* Et de adultera, dicitur Ecclesiast. 23. *Dedecus erit mulier omnibus, derelinquens virum suum.* Et Iob. 23. vocatur adulterium. *Ignis vsq; ad perditionem deuorans. omnia eradicans genimina.* Et Prouerb. Exiguum peccatum raputatur furtum in comparatione adulterij. Quia videlicet Iesus, coniux reconciliari non vult. *Non grandis culpa* (inquit) *cum quis furatus fuerit, furatur enim, vt esurientem impleat animam deprehensus quoq; reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ reddet. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam. Turpitudinem, & ignominiam, congregat sibi; & oprobrium illius non delebitur quia Zelus, &* furor

Deuter. 22. *Genes.* 20. *Genes.* 12. et 20. & 26. *Malach.* 3. 1. *Ad Corin.* 6. *Iob.* 23. *Prouerb.* 6.

furor viri, non parcet in die vindictæ, nec aquiescet cuiusquam
Ecclesiast.23 *precibus.* Et Ecclesiast. 23. Tria sapiens ponit, quæ reddunt graue, hoc peccatum. *Dedecus erit omnibus, mulier derelinquens virum suum, & statuens hereditatem, ex alieno matrimonio. Primo enim in lege, altissimi incredibilis: & secundo, virum suum, derelinquit, & tertio, in adulterio fornicata est, & ex alio viro, filios statuit sibi.* Idest, adulterium, est prolis nocumentum: cogitur infelix maritus, prolem depetulante coccige suppositam, educare. Vel impedit, vt non nascatur proles, aut nata, est in certi patris, & de tali adultera dicit sapiens. *Quod hæc in Ecclesiam adducetur, & in filios eius, respicietur.* Suple ab omnibus, & notabuntur vt infames, & sine honore. Et addit sapiens. *Et derelinquet in maledictum memoriam eius, & dedecus, illius non delebitur.* Pœna adulteri erat, lapidari, vt cons-
Leuitici.20 tat, ex cap. 20. Leuitici, & Ioan. 8. & Daniel. 13. popu-
Ioan. 8. lus Turcarum, consueuit tales lapidare. & Arabes, capi-
Daniel. 13. tis suplicio multabant, teste Vergilio Polidoro. Sed, deplorandum est nostrum seculum: cum sic, interfideles, hæ vi-
Hierem. 23 tia excreuerint, vt possimus dicere, illud Hierem. 23. *Adulteriis repleta est terra.* Et cap. 5. *Vnusquisq́, ad vxorem proximi sui hinniebat.* Nec multitudo delinquētium, peccati minuit
Iob. 24. grauitatem. Iob. cap. 24. dicit, *Occulus adulteri obseruat cali-*
D. Thomas. *ginem, leuis est super faciem aquæ.* D. Thom. exponit quod maria, & flumina natando, trāsnadabit adulter, vt delectationem turpem, obtineat. Sicut de Ero, & Leandro, scribit
Ouidius. Ouidius. lib. de arte amandi. *Maledicta sit pars eius in terra, neq; ambulet, per uias vinearum.* Idest, substantia adulteri minuetur, & nō audebit per publicas ambulare vias, sicut solent esse vinearū, à quibus delinquentes fugiunt, ne in manus iudicum cadant. Et quia tales punientur in tartaro, dicit. *Transibunt, ab aquis niuium, ad calorem nimium, & vsq́ ad inferos peccatum illius.* (Suple perueniet, vt puniatur.) *Obliuiscatur illius misericordia.* Quia iustitia diuina, torquebit eos in æternum, nunquam, miserebitur damnatorū Deus.

Ideo

Ideo D. Paul. ab vxoratis fœminis, hoc postulat, vt seruent fidem suis viris, vt salutem consequantur animarum. *Mulier autem sedućta, in preuaricatione fuit saluabitur autem per filiorum generationem, si per manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate.* 1. ad Timoth. 2. Notanda sunt Apostoli verba. Mulier educans suos filios saluabitur, si tamen marito fidem seruauerit. Et ideo dicit, si permanserit in dilectione, quia mulier, si suum virum, non diligit raro, aut nunquam, seruabit illi fidem. Similiter etiam vir, si odit vxorem, alienis adhærebit, & si fuerit mulier pudica, & casta, & hoc significat in sanctificatione. Et si non fuerit multo vino dedita, & ideo dicit, Apostolus, in sobrietate. Item notandum est, quod talionis pœna, punitur adulter, nam non deerit qui auferat, suam vxorem ab eo: si aliena, ipse abutitur. Sicut 2. Reg. dixit Nathan, ad Dauid. *Eo quod tuleris, vxorem Vriæ Hetei, ecce ego tollam vxores tuas in occulis tuis, & dabo proximo tuo, & dormient, cum vxoribus tuis, in occulis huius solis.* Quod fuit impletum cum Absalon rebellauit contra Dauid, abstulit patris concubinas, & palam cum eis peccauit. Hanc sententiam, contra se, proferabat Iob, si tale commisisset delictum. cap. 31. *Si deceptum est cor meum, super muliere, si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas magna.* Duo vltima verba, sunt notanda. Quæ grauitatem huius peccati, & atrocitatem denotant. In Hæbreo est molat alteri vxor mea, idest, sit scortum publicum. Et vocatur mola scortum, quatenus mola suscipit granum, non ad fecunditatem, vt terra, sed ad perditionem, quatenus molens alijs est mercenaria, & parata, cuicunq; defferenti granū ad eam. Quæ tres conditiones, cōstituūt, meretricē publicā: quæ non suscipit ad fecunditatem semen. Prætio conducitur, cuicunq, exponitur. *Hoc enim est nefas, & iniquitas maxima.* Exageratur adulterij crimē, his verbis tripliciter; tū secūdū se ipsum, quia non est simplex peccatum, sed scelus, tun relatiue ad iustitiam

1. ad Tim. 2.

2. Reg. 12.

Iob. 31.

humanæ curiæ, quia est, iniquitas iudicum : hoc est à iudicibus punienda. Tum relatiuè ad consanguineos, quia est intolerabilis sicut ignis, & sic addit Iob. *Ignis est vsq; ad perditionem deuorans*. Ita exponit Caietan. Super hoc loco. Est etiam locus Sapientiæ. 14. *Nec mundas nuptias iam custodiunt, sed alius alium per inuidiam, occidit, aut adulterans contristat*. Et nota quod quantum ad fidem matrimonij atinet æqualiter peccant vir, & mulier, quantum ad dominium rationis, vir amplius delinquit. Sed ratione scandali, & incertitudinis prolis, mulier adultera, grauius peccat. Iuxta D. Thom. placitum. 22. quæst. 154. art. 8. & Paludan. in 4. distin. 35.

Caietanus. *Sapient. 14.* *D. Thomas. 22. q. 154. art. 8. Palud. in 4. dist. 35.*

Quæ habuerat à diebus antiquis. Idest, illa desiderabilia, & optima, fauorem videlicet Dei, & protectionem, cum ceteris beneficijs habebat a diebus pristinis, cum à seruitute Ægyptiaca fuit hic populus liberatus. Sed nunc cadit populus in manu hostili.

☞ *Cum caderet populus eius, in manu hostili, & non esset auxiliator.*

HOmerus sepe in Iliade, comparat Hectorem, de vastantem Græcorum aciem, tempestati grandinis, prosternentis segetes, & Leoni, seuienti contra agnos mansuetos. Et Isaiæ. cap. 5. similiter exercitum Assiriorum Leoni coæquat. *Rotæ eius quasi, impetus tempestatis, rugitus eius, vt Leonis*. Turbini, & rapidissimis procellis, & rugienti Leoni milites Assirios comparat: à Leone quis se deffendet? A tempestate irruente quis abscondetur? Rarus, aut nullus. Sic dicit hic noster vates, non erat qui nos erueret de manu hostium.

Isaia. 5.

☞ *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata eius.*

70. SEptuaginta Interpretes legunt. Deriserunt super habitatione eius, vel tran smigratione. Sensus est. Irrident templum,

templum,quia vaſtatū,& vocatur habitatio quia,frequentari debebat, à Iudæis, vt eorū domus, vel irrident,quia vident,eius habitationem,non eſſe vt olim, magnificas domos, & ampla palatia,ſicut antea in Hieruſalem. Sed ſubterraneas ſpeluncas, & profundos lacus, in quibus nocte claudebantur, ne fugam caperent. Sed ad ſenſum noſtræ vulgatæ æditionis, hoſtes deriſſerunt Sabbata eius, Babylonij illudebant eorum ſolemnitates, adueniente Sabbato, quo die, feriabantur Iudæi, & cum irriſione, eos laborare faciebant: in ſuper chachinabantur Babylonij, quia Iudæi,pro ſuis Sacerdotibus flebant. Sic. 1. Machabeor. 1. *Sabbata eius in opprobrium*. Faxit Deus ne modo noſtri aduerſarij dæmones, irrideant nos, quia non obſeruamus, dies feſtos vt decet ſed his diebus magis genio indulgemus,& ociamur ad aleas,& taxillos,& ad venerem ſectandam, linguæq; habenas laxamus ad aliorum famam denigrandam: cum potius deberemus, diuinis offitijs aſiſtere, & maxima cum attentione, audire ſacra, & Verbum Dei, explicantibus obſequi, mederiq; ægrotis, & domos pauperum, & viduarum viſitare, vt eis ſubueniamus, ſanctoſq; noſtris præcibus inuocare,& Deum optimum maximum, nobis reddere propitium. Sed heu, quàm non animo diuinis officijs ſumus præſentes, ita vt eādem querimoniam habeat Deus,quam tempore Ægei cap. 1. de Iudæis habebat. *Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus. Intuliſtis in domum, & exuflaui illud quam ab cauſam dicit Dominus, exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis, vnuſquiſq; in domum ſuam, propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem.* Et ſi feſtinant homines ad domum ſuam eſt, vt epulentur, in ebrientur, ludant, & luxurientur. Aliter fecit Dominus cum, remanſit in templo; conſumatis, diebus feſtiuitatis. Lucæ. 2. Vnde Iſaiæ. 58. *Si auerteris à Sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam, in die ſancto meo: vocaberis Sabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum.* Loquitur vates cum Hæbreis quibus non licebat in die Sabbati,

1. Macha. 1.

Ægei. 1.

Lucæ. 2.

Iſaiæ. 58.

Sabbathi, plusquam duo milliaria ambulare. Sed illa lex iam cesauit, & nobis fidelibus præcipitur, manibus non laborare, sed quiescere corpore, vt melius Deo vacemus, & lectioni atq; orationi, & meditationi studeamus. Vel sensus est. Si tuos affectus cohibueris, desideriaq; nociua non compleueris vocaberis, Sabbatum delicatum. Hoc est, si duxeris colendum tenere, & delicatè, in Domini gloriam.
Haimo. Vel, vt exponit optime Haimo. *Si auerteris à Sabbato pedem tuum.* Idest, non illud pollueris, & conculcaueris, prauis actionibus, quæ enim in magna reuerentia habemus, non
1. Reg. 5. audemus pedibus tangere: sicut Sacerdotes Dagon. 1. Reg. 5. cum iacuit Idolum in terra, truncatis manibus, & pedibus, in limine templi. Dicit textus. *Propter hanc causam, non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur, templum eius, superlimen Dagon in Azoto, vsq; in hodiernum diem.* Si ergo non paruipendoris diem festum, sed magna obseruatione colueris, maximam habebis remunerationem, & in magno prætio apud Deum tu eris. Et exponit vates quid sit auertere à Sabbato pedem, dicens. *Non facere voluntatem tuam in die sancto meo.* In super pollicetur mercedem obseruatoribus diei festi, dicens. *Vocaberis Sabbatum delicatum.* Et hoc sibi vult illa benedictio qua Deus diei septimo
Genes. 2. benedixit, Genes. 2. Quod in illa Deus coli voluerit, & colentibus se, concedere munera, & ampliora dona. Et credo in illa die Deū optimum maximum primos parentes, magnis benedictionibus affecisse in hoc innuens, immēsis donis eos esse cumulandos, qui diem Dominicum iuxta eius præceptum custodierint. Ideo etiam Ioanni Apostolo die
Apoc. 1. Dominica, vt ipse testatur, cap. 1. Apocal. maxima, & abstrusa fuere, reuelata misteria, quia fuit in oratione die Dominica: in cuius rei præmium pandit ei Deus sua arcana.
Amos. 8. Amos cap. 8. carpit festorum violatores, dicentes. *Quando transibit mesis.* Seu mensis vt est in Hæbreo. Notat Iudæos vates de cupiditate peccuniarum, qui dicebant quando transibit tempus mesis? Vt carius vendamus frumentum:
vel

vel mensis. Idest, chalendæ mensium, quæ erant Neomeniæ, & erat dies festus. *Et venundabimus merces, & Sabbatum.* Idest, quando transibit Sabbatum, vt aperire possimus horrea, & triticũ paleis, & quisquilijs mixtum venundare. Ita, auari erant, vt grauarentur diebus festiuis, quia non poterant tunc vendere. Sed ne Sabbatum violaretur, expectabant quod transiret. Sic Maria Magdalena, & aliæ sanctæ mulieres, vt vngerent corpus Iesu. Marci. 16. Expectauere; *Marci. 16.*
vt dies festus præteriret. *Cum transisset Sabbatũ, Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, &c. Emerunt aromata. vt venientes vngerent Iesum.* Seruauere præceptũ prius, & postea opus super erogationis perfecerunt. Sed nũc Christiani hiscediebus feriatis, mercimonia exercent, vendunt, & emunt. Hieremiæ cap. 17. Promittitur diei festi obseruatoribus, pax. *Et* *Hierem. 17.*
erit si audieritis me dicit Dominus, & non inferatis onera per portes ciuitatis huius die Sabbati: ingredientur per portas ciuitatis huius Reges, & Principes, sedentes super solium David, & habitabitur ciuitas hæc in æternum. Et quod præcipue Propheta, his verbis intendebat, hoc erat, vt peccata fugerent, in diebus solemnibus, quæ sunt animarum grauia onera. Psal. etiam *Psalm. 45.*
45. *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.* Ac si apertius diceret vates si vobis præcipio in die festo a labore cessare, hoc non est, vt otio vacetis, sed vt liberius, intendatis rebus diuinis, & orationi. Vnde Exodi. 20. dicebat Deus. *Me-* *Exodi. 20.*
mento vt diem Sabbati sanctifices. Quia mãticæ posteriori dies festos mãdamus, & ita nõ sanctificamus festa, vt debemus. Numerorũ etiã cap. 29. Præcepit Dominus offerri pro pec- *Numer. 29.*
cato, vitulũ in solẽnitatibus. Innuẽs in hoc, propterea fuisse instituta festa, vt illis diebus, offeramus vitulos labiorũ. Vt dicit Oseas cap. 14. Idest in Dei laudes prorrũpam⁹, & nos- *Oseæ. 14.*
tra crimina tũc lugeamus. Sabbatũ autẽ æternũ, datũ fuit Iudæis, vt esset certũ signũ, inter Deum, & homines, ipsum Deũ colẽtes. Sic dicitur Exod. 31. *Videte vt custodiatis Sabba-* *Exodi. 31.*
tum meum, vt sit signum inter me, & vos. Signum fuit Iudæis operis admirabilis creationis, sex dierum opificio absoluti.

Secundo

Secundo vt ad monerentur illius beneficij: libertatis videlicet, à Ægyptiaca captiuitate. Nobis autem Christianis, in signum redemptionis à captiuitate diaboli, per Christum Dominum factæ, & eius resurrectionis à sepulchro, præcipitur sancta diei Dominicæ obseruatio. Sic Deuter. 6. dicit Dominus Israelitis. *Memento quod seruieris in Ægypto, & eduxerit te in manu forti*. Id circo præcepit nobis Dominus, vt faciamus omnia, legitima hæc. Tertio hoc Sabbatum significabat Sabbatum spirituale, vt admonerentur Iudæi; à suis operibus cessare, & sinere vt eos Dominus & non ipsi se sanctificarent. Vt dicit eis Dominus Ezechiel. 20. *In super & Sabbata mea dedi ipsis vt essent signum inter me, & eos, & sciant quia ego Dominus sanctificans eos.* Nobis autem Christianis, dies Dominica significat quod meminerimus sanguine agni in maculati, liberatos fuisse à demonis tyrannide. Et sicut hic dies nos certiores facit, Christum obedisse Patri vsq; ad mortem crucis: morteq; deuicta, quieuisse in sepulchro, pertriduũ. Ita nos carne mortificata, & eius concupiscentijs consopitis Deo subiiciamur, vt consepulti Christo per baptismum, vltra non seruiamus peccato; sed in nouitatæ vitæ ambulemus: vt ait Apostolus ad Roman. 6. Et Christum crucifixum sequamur: carnem nostram vnacũ vitijs crucifigentes: vt quemadmodum ille surrexit ita & nos, in nouitate vitæ ambulemus, & festa custodiamus, vt exponit Isaias cap. 56. *Custodiens Sabbatum, ne polluat illud. Custodiens manus suas ne faciat malum.* Quasi dicat hoc est otium, quod debet habere Christianus, quiescere à vitijs. Est enim peccatum, crudelis tortor, non sinit hominem quiescere, qui ergo opera sua luto peccatorum, non contaminauerit, istud præceptum diei festi recte obseruat. Et hoc capite promittit Dominus locum intra muros supernæ ciuitatis Hierusalem, ijs qui seruauerint Sabbata eius, & nomen nominatum quod non peribit. Et quia poterat aliquis interrogare modum, quem seruare debet, in tali obseruatione. Dicit vates.

Deuter. 6. | *Ezechiel. 20* | *Ad Rom. 6.* | *Isaiæ. 56.*

vates. *Qui custodierint, Sabbata mea, & elegerint quæ, ego volui, & tenuerint, fœdus meum.* Quasi diceret, ille qui non suã sed meam, voluntatem fecerit præcepta mea custodiens, talis obseruat ritè dies festiuos.

Item super hoc loco notandum est. Quod maximè dolet vates, & merito: de derrisorum contumelijs, & chachinis, super Iudæorum vastitate, & templi ruina, suarumq; solemnitatum despectu. Et longe maius tormentum est, à vilioribus hominibus irrideri. Sic Christus Dominus, agẽs cum suis discipulis, de sua morte. Matth. 20. & Lucæ. 18. Et de ordine suorum tormentorum, in capite omnium, hoc numerat. *Tradetur gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Illudere graue delictum, horribilisq; est iniuria, & sic illius prius meminit Dominus. Et maxime, cum summa sapientia ab insipientibus, & summa iustitia, & innocentia, à sceleratis, irrideretur. Dauid Psal. 24. petit. *Neq; irrideant me inimici mei.* Et Psalm. 1. de viro iusto dicitur. *In cathedra pestilentiæ non sedit.* In Hæbreo est (letzim.) Idest illusorum. Sanctes Pagninus legit, in cathedra derrissorum. Septuaginta Interpretes, verterunt in cathedra pestilentiarũ, seu pestium, non sedit. Isti sunt nequissimi homines, qui non solum, sunt vna reipublicæ pestis: sed multæ pestes, & quos noster, vulgatus appellat pestilentes homines. Hæbreus vocat derrissores, quia illussores qui diuina, & humana irrident, nequissimæ belluæ sunt. Chaldaica paraphrasis, legit in cathedraludentium, vel illudentium, non sedit ita Hieremiæ. 5. *Non sedi cum concilio ludentium.* Idest, illudentium. Et Genes. 21. Vidit Sara Ismael ludentem cum Isaac. Idest subsanantem. Ecce qui futurus sit hæres totius substantiæ magnificæ, & amplissimæ domus Abrahæ? Et Tobiæ. 2. *Sicut beato Iob, insultabant Reges, ita isti parentes, & cognati eius irridebant, vitam eius.* Et non minus irrisione angebatur, quàm, miseria, & indigentia. Similiter Sanson inter Philisteos, sustinuit cecitatem, & laborem, quem ad molam, patiebatur.

Matth. 20. Lucæ. 18. Psal. 24. Psal. 1. 70. Chaldaica paraphrasis. Hierem. 15. Genes. 21. Thobiæ. 2.

Sed cum post epulas allatus fuit, ad eorum, præsentiam
Iudicum. 1. fecerunt. *Vt ante eos luderet*: è carcere solutus: idest materiam lusus, illis præstabat, atq; risus. Impingens, & cadēs, cum non videret, irridebāt eum, alophili illi, quod animaduertens Sanson, apprehensis templi colunnis, se et ipsos interfecit, templum subuertens, nollens vltra subsanari, & amplius irrideri: cum talis, sub sanatio, in Dei cōtumeliam, resultaret. Et 2. Machab. 14. maluit Razias strenuus, dux
2. Mach. 14 pugione, viscera extrahere. *Eligens, nobiliter mori potius, quàm subijci peccatoribus, & contra natales suos indignis iniurijs agi.*
Psalm. 68. Et Psalm. 68. *In me psallebant, qui bibebant vinum.* Et Isaiæ.
Isaiæ. 57. 57. *Super quem lusistis, & eiecistis linguam.* Et tales irrisores prius vocantur, à Propheta nequissimi. *Accedite huc filij augaratricis, semen adulteri. Nunquid non vos filij scelesti semem mendax?* Et tales insipientes qui plerunq; solent, sapientes
Iob. 39. subsanare, sunt veluti struthio, de qua dicit Iob, cap. 39. *Priuauit illam Deus sapientia, nec dedit illi, intelligentiam, & cum tempus fuerit, in altum alas erigit, derridet equum, & accensorem eius.* Vide struthionis stultitiam, cum ipsa non possit volare propter corporis grauitatem, & magnitudinem, velocem equm irridendo prouocat, & contemnit. Similiter impij sine virtutum plumis iustos despiciunt.

Heth. ☞ *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est, omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt, ignominiam eius.*

PRimus sensus est, multoties peccant, & diu permansit in delectis, Hierusalem peccata peccatis cumulauit.
Lyra. Sic Lyranus, & Dionisius, & huic consonat illud Isaiæ. 1. *Væ genti peccatrici; populo graui iniquitate.* Peccatricem vo-
Luc. 7. cat, populum, propter peccati consuetudinem. Ita Lucæ. 7. Magdalena vocatur peccatrix propter peccatorum, asiduitatem, & in nostro Hispano sermone homines qui sepe, ex quacunq; leui occasione infirmantur, vocamus (enfermizos)

mizos.)Ita dicit vates,væ genti peccatrici, ac si nos diceremus(ay de vna gēte pecadoriza.)Idest, væ illis, qui quacūq; oblata ocasione etiam leui,in peccata labuntur.

Secundus sensus est. Peccatum peccauit.Idest,maximū, & enorme commisit peccatum,ita legit Chaldeus,peccatum grande. Sicut Psal. 131. *Votum vouit Deo Iacob.* Idest, eximium, & singulare vouit votum Deo omnipotenti, ipse Dauid de extruendo templo. Et meminit Iacob, qui votum emisit, Genes. 28. *Si dederit mihi Deus panem ad manducandum erit mihi Dominus in Deum.* Sed queres quale fuit hoc peccatum, quod peccauit Hierusalem? D. Thom. Et Dionisius exponunt de peccato in fidelitatis, fuit idolatria, quod antonomatice vocatur in sacra pagina peccatum.Eo quòd debitum Deo cultū, homo præstat lapidibus, & lignis atq; dæmonijs. ita Ioan. 16. *Arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.* Et 4. Reg. 10. *Deleuit itaq; Gehu, Baal de Israel, veruntamen, à peccatis Ieroboam filij Nabath qui peccare fecit Israel non recessit, neq; dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethæl, & in Dam.* Et 4. Reg. 17. *Separauit enim Israel à Domino, & peccare fecit peccatum magnum.* Ecce quomodo idolatriam vocat peccatum magnum. Et Ecclesiast. 49. *Præter David, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt.* Intelligitur de peccato idolatriæ, quo crimine non fuere maculati hi tres Reges, quorum Dauid primus cultumDei auxit,alij duo summo zelo,cultū Dei collapsum,restaurauere. Asa autē, & Iosaphat licet laudātur, in Scriptura, vel excelsa non abstulere, vel cum idolatris fædus inierunt. Sicut 2. Paralipom. 19. Iosaphat carpitur, à Prophetis de familiaritate contracta cum Acab, & eius filio, propter quem in sua idolatria quodam modo fouebātur.Peccatum ergo peccauit: idest, maximum perpetrauit,idolatriæ peccatū Hierusalē.Idest;nō vnus,aut alter, de populo, sed tota ciuitas, idolis adolebat. Similis tropus est ad Rom.7.*Vt fiat supra modum peccans peccatum,per mandatū.* Idest,valde peccās,& supra modū contra mandatum:cum

Chaldeus. Psal. 131. Genes. 28. D. Thomas. Dionisius. Ioan. 16. 4. Reg. 10. 4. Reg. 17. Ecclesiast. 49 2. Paral. 19 Roman. 7.

lex prohibeat delictum, qui legem transgreditur, grauius
Caietanus. delinquit. Sic exponit Caietanus. Imo ipsum idolum vo-
Deuter. 9. catur peccatum. Deuter. 9. *Peccatum autem vestrum, quod feceratis. Idest vitulum arripiens igne combusi.*

☞ *Propterea instabilis facta est.*

IDest; hac de causa in sua patria non mansit, sed ex ea in Babylonem captiua migrauit, à natiuo exulat solo, propter sua scelera. Sicut palea agitatur à vento; sic ciues Hierosolimitani, inter suos hostes ventilantur. Vel instabilis facta est: idest, debilis, pedibus suis nõ valet consistere. Vbi animaduertendum est, si vnum peccatum sæpius iteratum, homines reddit instabiles, & a propria expellit patria: multo magis expellentur, propter multa peccatorum genera, à cælesti regno. Secundo notandum est. In hac vita punire
Isaiæ. 22. Deũ impios exilio. Isaiæ. 22. Hoc supplicio puniuit Deus Sobnam, tẽpli præpositum. *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sublenabit te.* Idest ea facilitate, qua asportatur gallus ad emporiũ, & qua viator, super humerum portat pallium: te asportabunt hostes in captiuitatem: & quasi pilam mittet te in terram spatiosam, & ibi morieris. Idest, eo impetu quo pila proiicitur à ludẽtibus, tu duceris per lata Babylonis arua, vbi è vita mi-
Iob. 18. grabis. Et Iob cap. 18. de impijs dicit. *Expellet eũ de luce ad tenebras, & de vrbe transferet eum.* Vel vt alij legunt, de orbe. Non quiescet Deus, quousq; peccatorem de toto orbe
Pagninus. expellat (ita Pagninus legit) vide quo pacto faciat homines
Prouerb. 10. instabiles peccatũ. Et Prouerb. 10. *Quasi tempestas transiens,*
Iob. 11. *non erit impius, iustus autem, quasi fundamentum æternũ.* Et Iob 11. *Si abstuleris iniquitatem, quæ in manu tua est, stabilieris.* Et
Psalm. 50. Psal. 50. hoc petebat Dauid, flens sua peccata. *Spiritũ rectũ*
D. Hierony. *innoua in visceribus meis.* D. Hierony. legit, spiritũ stabilẽ innoua in visceribus meis. Idest; firmũ, & in bono stabilẽ: ma-
Isaiæ. 19. li enim in virtute nutãt. Vnde Isaiæ. 19. *Dominus miscuit in medio eius spiritũ vertiginis.* In Hebræo est, spiritũ peruersitatum.

tũ.Et sic legit Sanctes Pagninus. Loquitur vates de Ægypto,& idẽ sunt peccatũ,& vertigo,quæ nõ sinit homines, vno loco cõsistere. Similiter peccatũ facit peccatores moueri,ab vna voluptate in aliã trãseunt. Et nota,quòd 70. Interpretes,loco horũ verborũ,instabilis facta est. Legũt,influctuationẽ,vel cõmotionẽ facta est. Theodoret. legit,in cõmotionẽ,vt sit sensus in cõmotionẽ capitis. Hoc est, inderisum. Mouere caput, in Scriptura sacra, est irridere. Sic Hieremiæ. 18. *Omnis qui præterierit per eam obstupecet,& mouebit caput suũ.* Et 4.Reg. 19. *Post tergũ tuũ caput mouebit Hierusalẽ.* Et Psal. 47. *posuisti nos similitudinẽ in gentibus, cõmotionẽ capitis in populis.* Matth. 27. *Mouẽtes capita sua.* Talis enim erat irridẽtium gestus. Sed iuxta primũ sensum, in fluctuationẽ facta est. Merito vrbis sceleratæ pœna est; vt neq; ciues pedibus cõsistant,neq; ædificia permaneant: sed ruinã minẽtur,& cadãt. Et hoc supplicio filios impiorũ prædicit Regius psaltes puniẽdos. Psal. 108. *Nutantes transferantur filij eius,& mẽdicent.* Sanctes Pagninus legit, mouendo moueant se filij eius. Hoc est, vagando vagẽtur filij iniquorũ. Et Prouerb. 2. *Qui recti sunt,habitabũt in terra, & simplices permanebunt in ea,impij autẽ de terra perdentur, & qui iniquæ agũt auferentur ex ea.* E contra verò, de iustis dicit Dauid. *Non dabit in æternũ fluctuationẽ iusto.* Psal. 54. Et propterea Hierem. cap. 48. miratur de Segor, vna ex quinque Sodomorũ vrbibus,quòd nõ corruerit. *Cor meum ad Moab,quasi tibia sonabit, vectes eius vsq; ad Segor vitulam conternantem.* Addunt Hebræi quòd bis sustinuerit terremotum,& tertio corruit, vt sit dictum. Conternantem, idest, tertio terremotu postea ruentem, vel conternantem. Idest robustam, sicut solent animalia, tertio anno robustissima esse, sicut homo anno trigesimo. Fuit ergo fortis Segor, quæ sustinuit cælorum turbines, & non corruit. De Segor Genes. 19. Fit mentio, & vocatur Salisa. De qua Isaiæ, 15. *Vectes eius vsq; ad Segor vitulam conternantem.* Dixit conternantem, quasi triennem eo quod Salisa Hebræis est tria. Et quia dixerat

Pagninus. *70.* *Theodoretus* *Hierem.* 18. 4.*Reg.* 19. *Psalm.* 47. *Matth.* 27. *Psalm.* 108 *Pagninus.* *Prouerb.* 2. *Psalm.* 54. *Hierem.* 48. *Genes.* 19. *Isaiæ.* 15.

Loth. *Est hic ciuitas parua.* Vocatum est nomen eius Segor.
Genes. 14. Genes. 14. Et est Hebraicæ (Micharapar) quod est parua.
Hieremiæ etiam. 15. *Dabo eos in feruorem, vniuersis regnis terræ.* Vel quia ira in eos feruerent vniuersa Regna: vel vt
Chald. lectio. Chaldaica paraphrasis vertit, in commotionem: idest, in certis sedibus vagabūdus, vt Cain propter fratricidium. Influctuationem igitur data est impia Hierusalem propter
Ezechiel. 39 sua crimina. Vnde Ezechiel. 39. *Et scient gentes quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israel, eo quod dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim in manus hostium. Iuxta immunditiam eorum, & scelus feci eis.* Sunt impij,
Psal. 1. sicut puluis, quem proiicit ventus, à facie terræ. Iusti autem, si laborum fluctibus cōcutiuntur, non tamē submer-
Psalm. 54. guntur. Iuxta illud Psal. 54. *Non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Idest, licet ad tempus iustus commoueri permittat sed mox tranquillitate fruetur.

Tertio autem aduerte propter idolatriæ crimen punitos Israelitas, & huius peccati authores, puniuit Deus, mor-
Genes. 12. te immatura filiorum. Sicut Genesis capite. 21. dicitur, *Mortuus est Aram, ante Thare patrem suum. In terra natiuitatis, suæ in Hur Chaldæorum.* Idest, coram patre suo, vi-
70. uente patre. Sic verterunt septuaginta Interprætes, coram patre: vel in conspectu patris, in terra natiuitatis suæ. Hoc est in Chaldea, vbi natus fuit. Erat enim Thare genere Chaldeus: quod constat, ex verbis Achior, dicen-
Iudith. 5. tis ad Holofernem de populo Hebræorum. *Populus iste de progenie Chaldæorum est.* Hebræi enim ab Abraham descendunt filio Thare, & iste fuit nepos Sarug, qui Sarug ie-
D. Epipha. lib. 1. tom. 1. cit fundamenta idolatriæ: vt notat D. Epiphan. lib. 1. contra hæreses tomo. 1. Et idem notat Suidas, vbi dicit Epi-
Suidas. phanius. Docuit imaginibus, & statuis, esse colendos qui optima egissent: & durauit hoc vsq; ad tempora Thare patris Abraham, qui Thare, teste Epiphanio, idolatriā exercuit, & ab eo imagines luteæ, & testaceæ formari ceperunt. Sed non euasit diuinam vindictam, cum enim tres

tres filios genuisset Abraham, Nachor, & Aram. Iste Arã, minor natu vltimum, clausit diem patre viuente, vt primus esset, ab orbe condito qui filium morientem vidisset, morte naturali, cum superiores patres, filios suos, semper superstites, reliquissent. Et si Abel fuit mortuus, viuẽte patre, non naturali morte, sed violenta à Cain occissus fuit. Hæc D. Epiphanius.

Vltimo super hæc verba, expende lector, quam facile ab vno peccato fragilis homũcio, in multa labatur. Postquam enim dixit vates, peccatum peccauit Hierusalem, Paulo infra dicit. *Sordes eius, in pedibus eius.* Iuxta expositionem D. Thomæ, sordes peccatorum habet in pedibus. Idest, in affectibus: quasi ad progrediendum in peccatis. Indies enim, peccatores, peccata, peccatis addunt. Vnde Christus Dominus, dixit Ioan. 8. Phariseis. *Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini.* Et infra, idem repetens ait. *Dixi vobis, quia in peccatis vestris moriemini.* Ecce, quo pacto, cum prius locutus esset in singulari, nunc, loquitur in plurali: quia ab vno scelere labitur peccator in multa. Iuxta D. Gregorij sententiam. Peccatum, quod per pœnitẽtiam, non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Et Ecclesiast. 20. *Est processio in malis, viro in disciplinato.* Hoc est, de malo in peius progreditur. *Et est inuentio indetrimentum.* Quia talis excogitat noua mala, in aliorum perniciem. Et ita de talibus dicit Apostolus. Ad Thimo. 3. *Mali autem, profficient, in peius: errantes, & in errorem mittentes.* Non solum ipsi errant, sed faciunt alios, ab itinere recto deuiare. Et similes sunt offendentibus in primo scalæ gradu, qui non sistunt, vsq; per omnes gradus, in terram corruant. Quod ipsi fatentur, Sapient. 2. *Nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Vnum contriuit vitulum Moyses quẽ Israelitæ conflauere, sed duos eius loco fabricauit Hieroboam, augere volens idolatriæ crimen. 3. Reg. 12.

D. Thomas. Ioan. 8. D. Gregor. Ecclef. 20. 1. ad Thim. 3. Sapient. 2. 2. Reg. 12.

☞ *Propterea instabilis facta est.*

Pagninus. IN Hebræo habetur in derisionem facta est. Et sic legit Sanctes Pagninus, & alij ad ludibrium est, exposita. Ideſt illam irrident. Et nota quod ſunt quædam peccata, quibuſdam nationibus propia. Galli, & Tuſci, ſunt lurcatores, Cretenſes mendaces, ſtulti Galathæ, Mauri vani, Dalmatæ feroces, Numidæ leuiſsimi, Chij petulantes, Siri cupidi, auari, nouarum rerum auidi. Indi, & Perſæ ocioſi, Druidæ malefici, Germani, & Cimbri duri, latrocinijs deditì, Corſij diri, immanes, Scithæ rapidi, feroces Aſsiani, Iones, Abbideni, Medi, Arabes, Tarentini, Galatæ, molles, & effœminati, Liguri duri, fallaces, agreſtes, Alexandrini, dicaces, Galli mobiles, ſtollidi, ſed religioni dediti, Hiſpani iactabundi, ſed ad inediam laboreſq; ad mortem vſq; parati. Siculi vafri, Hedui iracundi, Phriges timidi, Græci leues. Ægyptij rumorum, & nouitatum, amatores, Luſitani, amaſij, atq; blaterones, & dementes, Itali helluones, Iudæi irriſores. Helias cum eſſet Dei Propheta, Sacerdotes Baal ſubſanabat dicens. Clamate voce maiori, ſi forte dormit.

Matth. 27. Et Phariſei, illudebāt Chriſtum pendentem in cruce. Mat-
Pſalm. 68. thæi. 27. *Vah qui deſtruis, templum Dei.* Et Pſal. 68. *In me pſallebant, qui bibebant vinum, aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta.* Dicit enim vates quemadmodum, Hieruſalem alios ſubſanabat, ſic modo omnes nationes eam irri-
Pſal. 69. debant. Et Pſal. 69. *Auertantur retrorſum erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge.* D. Hieronym. legit, qui dicunt mihi;
Abdias. 1. vah, vah, hoc vitium, prohibuit Dominus, Abdiæ. 1. *Et non deſpicies in die fratris tui, & in die peregrinationis eius, & non letaberis ſuper filios Iuda, in die perditionis eorum, & non magnificabis, os tuum, in die anguſtiæ.* Non deſpicies, interlinealis exponit, non irridebis, neq; magna iactabis ſuper illo, gau-
Sophon. 2. dens de eius ruina, quia de illo triumphaſti. Et Sophon. 2. *Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Amon, quæ exprobrauerunt, populo meo. Propterea viuo ego dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael. Quia Moab, vt Sodoma erit, & filij Amon, quaſi Gomorra.* Et infra dicit, *Horribilis Deus ſuper eos.*

Notate

Notate ingens irrisſorum ſuplicium. Flammis comburi, ignis, & ſulphuris, vt Sodomitæ. Et eis, ſe oſtendere Deũ horribilem, & tremendum, valdeq; formidandum.

☞ *Omnes qui glorificabant illam, ſpreuerunt eam, quia viderunt, ignominiam eius.*

NON Fuit ciuitas in toto orbe, amplius magnificata, & pluris habita, quàm Hieruſalem. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Pſal. 47. erat magnificè extructa, ab omnibus extollebatur, ſed nũc ab omnibus contemnitur, cum ſit ſolo adæquata. Olim *Alienigenæ, & Tirus, & populus Ethiopum fuerunt ibi.* Pſalm. 88. ad eam, ex omni terrarum orbe confluebant mercatores, & mercimonia, exercebãt in ſuis nundinis, & emporijs, ſed hæc, ceſſauere, quia eius ignominiam viderunt. Ideſt, turpitudinem, & nuditatem, atq; abiectionem, inter Babylonios, vel ignominiam eius. Ideſt, idola, idolum Moloch, & propterea ſpreuere eam. Vocantur idola in ſacro eloquio, ignominia, vt Exodi. 32. *Videns ergo populum Moyſes nudatũ, poliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam ſordis.* Ideſt, propter fabricam vituli: & Deuteron. 39. *Quomodo tranſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes, vidiſtis abominationes, & ſordes.* Ideſt, eorum idola. Et Oſeæ. 5. *Dilexerunt, afferre ignominiam, protectores eius.* Ideſt, idolatriam. Et infra. *Ephraim fractus eſt, in iudicio.* Quia cepit abire poſt ſordes ſuas. Ideſt idola. Et Amos. 7. *Excelſa idoli.* In Hebræo eſt, excelſa Iſaac. Ideſt riſus, quia idola res ridiculæ ſunt. Vnde 4. Reg. 23. dicitur de Ioſia. *Deſtruxit excelſa, quæ erant in Hieruſalem, ad dexteram partem montis offenſionis quẽ edificauerat Salomon.* Ideſt idola, quæ Scriptura appellat ita, vel quia in illis offenditur Deus. Vel quia ruinam ſuis cultoribus afferunt. Ita Angelonius. Et Amos. 8. *Qui iurat in delicto Samariæ.* Ideſt per vitulum, quem adorabãt Samaritani: & vocatur delictum, quia delinqunt homines illud colentes. Vocantur idola nominibus, vilibus, in ſacro eloquio, vocantur infirmitates, quia imbecilia, &

Pſal. 47. *Pſalm. 88.* *Exodi. 32.* *Deuter. 39.* *Oſeæ. 5.* *Amos. 7.* *4. Reg. 23.* *Angelonius.* *Amos. 8.*

Psalm. 5. sine fortitudine sunt. Psalm. 5. *Multiplicatæ sunt infirmitates*
D. Hierony. *eorum. Postea accelerauerunt.* D. Hieronym. legit, multiplica-
ta sunt idola eorum postea accelerauerũt. Alij legunt, post
alterum accelerauerunt, Idest post alterum Deum. Vnde
Deuter. 5. Deuteron. 5. *Non habebis Deos alienos coram me.* In Hebræo
habetur, non habebis Deos posteros. Idest, non coles pro
Deo creaturas quæ, sunt posterius creatæ, Deus autem est,
sine principio ab æterno. Coram me, quasi dicat, conside-
Hierem. 2. ra quòd omnia video. Vocantur vanitates. Hierem. 2. *Quid
inuenerunt in me iniquitatis, patres vestri? Quia abierunt post va-
nitatem, & facti sunt vani.* Idest, post idola: quod explicauit
Propheta, dicens. *Si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non
sunt Dij; populus vero meus, mutauit gloriam meam, in idolum.*
Ionæ. 2. Et Ionæ. 2. *Qui custodiunt vanitates, frustra misericordiam suam
derelinqunt.* Idest, idolatræ, qui sortibus studẽt. Frustra Deũ
misericordiarum dereliquerunt: colentes vanos Deos. Et
Psalm. 39. Psalm. 39. *Non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Vocã-
Psalm. 103. tur mortui. Psal. 103. *Et initiati sunt Belphegor, & comederunt
sacrificia mortuorum.* Idest, idolis oblata. Vocantur Deus re-
Psalm. 80. cens. Psal. 80. Et ita fictitij hominum manibus fabricati, &
Psal. 43. Deus extraneus. Psal. 43. *Si expandimus manus nostras ad Deũ
Psalm. 95. alienum.* Vocantur Dæmonia Psal. 95. *Omnes Dij gentiũ Dæ-
Isaiæ. 41. monia.* Vocãtur ventus Isaiæ. 41. *Ventus, & inane, simulachra
D. Epiphan. eorum.* Vidẽdus est D. Epiphan. lib. ancoratus. Vbi agit de si-
lib. ancorat. mulachrorũ initijs, & progressu. Sanguinarius Deum fecit
Martem, Deũ faciens vnusquisq; iuxta suũ affectũ: mæchus
Venerẽ; rebus tẽporalibus inhians; Saturni figuram præferi-
bebat, & effœminatus Cibellẽ, & Rheam; gulosus Artemis-
siam venatricẽ proponebat. Ebriosus Dionisium, Ærum-
nosus Herculẽ, & Ægyptij etiã, isto malo fato, percusi sunt,
qui neq; à proprijs Philosophis lumẽ acceperũt. Non enim
audiunt Diagoram, qui Herculẽ suum ligneũ, in penuria
ligni exusit. Age dicens Hercules, decimũ tertium laborem
subiturus ad esto, obsonium nobis cocturus. Et sane arrep-
tum ipsum, in scandulas fidit, deridens proprium Deum.

Primus

☞ *Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.*

PRimus sensus est D. Thom. cōuersa est retrorsum. Scilicet à sua prosperitate, cecidit à suo splēdore, à libertate in seruitutē, à diuitijs in paupertatē, à gloria in ignominiā. *D. Thom.*
Secundus sensus. Taliter se videt spoliatam, & omnibus bonis orbatam, vt occulos à se auertat, & se videre abhorreat, videns gloriam suam, mutatam in ignominiam. Tertius sensus est. Iuxta Hebræum tropum, conuerti retrorsum est cadere à suo statu, & honore in vltimam miseriā. Vt Psalm. 39. *Conuertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Et Psal. 53. *Tunc conuertentur inimici mei retrorsum.* Et ita hic, cōuersa est retrorsū. Idest, valde abiecta, sub omniū pedibus cōstituta. Iuxta illud Baruch. 2. *Facti sumus subtus, & nō supra.* Et Isaiæ. 57. *Misisti legatos tuos procul, & humiliata est, vsq; ad inferos.* Idest, ad maximā, vilipēsionē deiecta. *Psalm. 39. Psalm. 53. Baruch. 2. Isaiæ. 57.*
Quartus sensus. Vt his verbis exprimatur, captiuorū gestus, qui cū extra patriam trahuntur, retro aspiciunt: cōsiderantes natale solū, gementes, quia terrā natiuitatis cogūtur deserere. Inde Iudæi, captiui conuertebant occulos ad proprias domos, & hæreditates, fundos, substantiāq; suā; quam derelinquebāt, vt euenire solet, cū aliquis à suis laribus, violēter expellitur. Sic Genes. 19. vxor Loth, ægre ferēs, Sodomā funditùs euerti: contra diuinū præceptū, retro aspexit, dolens de ruina suæ vrbis, & versa est in statuam salis. Ipsa autē Hierusalē gemit, quia se videt cōuersam retrorsum. Et, sumitur pro quia, sic. Genes. 14. dicitur de Melchisedec. *Obtulit, panē, & vinū, erat enim Sacerdos Dei altissimi.* In Hebræo est. & erat Sacerdos Dei. Idest, quia erat Sacerdos, ideo obtulit, panem, & vinum. Ita hic gemens est, & conuersa, retrorsum. Idest gemit quia se videt abiectam, & indeterius conuersam. Et, pro quia sumitur in sacro eloquio, & ratio est, nam (vau) quæ pro copula in Hebræo accipitur frequētèr vsurpat officium reddendi rationem. Vt Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine* *Genes. 19. Genes. 14. Ioan. 1.*

eius; & verbum carofactum est. Idest, quia verbum caro factum est, & sic explicat D.Chrysost. homilia. 10.in Ioannem. Cum dixisset filios dei factos, qui eũ receperunt tanti honoris causam adiecit, quod verbum caro factum est, & serui formam accepit Dominus. Et Matth. 10. *Veni separare hominem aduersus fratrem, & inimici hominis domestici eius.* Hoc est, quia inimici hominis sunt eius domestici. Cantic. 8. *Soror nostra paruula est, & vbera non habet.* Ideo est paruula, quia vbera non intumuerãt, sicut Ezechiel. 16. dicitur de illa adolescentula. *Grandis facta es, & peruenisti ad mundum muliebrem, & vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit.* Isaiæ. etiam 24. *Proptèr hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius.* Hoc est, quia peccabunt: & Psalm. 124. *Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.* Quia si auerteris faciem tuam à me similis ero mortuis, & sepultis. Isaiæ quoq; 64. *Tu iratus es, & nos peccauimus.* Idest quia nos peccauimus. Et Genes. 26. *Seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum, & benedixit ei Dominus.* Idest, quia benedixit ei Dominus, messuit centuplum. Et Ecclesiast. 3. *Cor nequam grauabitur doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum.* Idest, quia peccator adiiciet ad peccandum doloribus grauabitur. Et Vergilius audieras, & fama fuit, hoc est, quia fama fuit.

(D. Chrysost. homil. 10. in Ioan. — Matth. 10. — Cant. 8. — Ezechiel. 16 — Isaiæ. 24. — Psalm. 124. — Isaiæ. 64. — Genes. 26. — Ecclesiast. 3. — Vergilius.)

Ex hoc textu. *Ipsa autem gemens conuersa est retrorsum.* Collige, quàm molestum sit à patria exulare, quantumq; mortales sentiãt ab ea longe distare, cuius ratio est, quia vnum quodq; ex quo principio maximè proficiscitur ei adiungi cupit, & in eo se contineri optat, & non ex quo magis cõstat. Vnde aues, quia ex aqua creatæ fuere, vt habetur Genes. 1. influentis aquarum merguntur, atq; reficiuntur; & idem contingit in hominibus, qui natale solum sua dulcedine cũctos alliciens desiderant, est enim patria quoddam principium; qua propter valdè durum est exulare licet in proprijs domicilijs homines careant bonis, quod declarant illa verba. Iob. cap. 29. *In nidulo meo moriar.* Idest, in mea patria,

(Genes. 1. — Iob. 26.)

patria,& domo putabam me per mansurum, & nō in ster-
quilinio,& ætatem futurā mihi diuturnam cum viris pro-
bis longitudo vitæ promittatur. Et ita addit. *Et sicut palma
multiplicabo dies meos.* 70. legunt, sicut phenix. In Hebræo 70.
est sicut arena. Idest putabam dies habiturum in numera-
biles, & sine numero, vt arenæ maris. Et sic in Hebræo est
(cholharena) sed iam hoc solatio priuatus sum. Leuit. 26. *Leuiti.26.*
promittebat Dominus. *Absq; pauore habitabitis in terra ve-
stra.* His qui suam legem seruarent. Et Hieremiæ.22. *Nolite* *Hierem. 22.*
*flere mortuum, neq; lugeatis super eum fletu, plangite eū qui egre-
ditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis
suæ.* Vbi loquitur vates de Sedechia. Secundum. D. Hie- *D.Hierony.*
ronymum. Vel de Iosia, vt putat. D. Thomas, vel de Ioa- *D. Thomas.*
cham vt arbitratur Theodoretus,& dicit hunc sellum vo- *Theodoretus;*
cari, qui fuit filius Iosiæ, & post eum regnauit. Vbi nota
quòd Propheta maiorem futuram esse calamitatem Regis
denunciat,quàm eorum,qui moriuntur quia ducetur cap-
tiuus,& ibi peribit inter alienos. Melius actum est cum il-
lo qui in propria ocūbit vrbe inter suos domesticos, ideoq;
de eo minus dolendum. Et D. August.super Psal.93. dicit, *D. August.*
odit valdè patriam,qui putat bene sibi esse cum peregrina- *super Psalm.*
tur. Et Casiodorus super Psal. 136. ait nimis dulcis est re- *93.*
cordatio patriæ,quæ in hostili terra probatur existere. Ge- *Casiod.super*
nes. etiam 30. Iacob dixit Labam suo socero. *Tempus est, vt* *Psal. 136.*
reuertar in patriam meam. Cicero etiam lib.1. officiorum,ait, *Genes. 30.*
chari sunt liberi,& propinqui,& familiares,sed omnes om *Cicero lib. 1.*
nium charitates patria vna amplexa est. Et ob patriæ dile- *officiorum.*
ctionem Nazarei admirati petebant à Domino,vt miracu-
la in ea ederet Lucæ. 4. *Lucæ. 4.*

Theth. ☞ *Sordes eius in pedibus eius, nec recorda
ta est finis sui.*

PRimus sensus est D.Thomæ,& Dionisij in tantam ve- *D.Thomas.*
nit miseriam Hierusalem, vt sit vidua, & nudis pedi- *Dionisius.*
bus ambulet per vias,& plateas Babylonis, atq; ita lutosos

habet

habet pedes,& sordidos vt ancilla quæ crudeliter à Dominis tractatur, cui calcei non dantur. Vel describitur lutosa insignum doloris, quia pedites ducebantur captiui cum in genti afflictione. Sic de Miphisbosec agente vitam calamitosam propter fugam Dauid dicitur. 2. Reg. 19. *Erat illotis pedibus, & intonsa barba.* Et de Tiro ab inimicis oppressa dicitur Isaiæ. 23. *Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.* Contextus huius loci est:cum verbis præcedentibus dixisset vates. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* Vagatur semper incertis sedibus captiua. Statim dicit sordes eius in pedibus eius. Quasi diceret sicut iter agentes puluerulentos, & squalidos habent pedes, & lutosos,per vias enim lutosas ducti sunt captiui Iudæi in Chaldeam,ideoq; dicit in pedibus magis quàm in alia corporis parte esse sordes.

2. Reg. 19. *Isaiæ. 23.*

Lyra. *Vatablus.* *Isidorus Clarius.* *Hierem. 2.*

Alius sensus est,Lyrani,Vatabli,& Isidori Clarij.In fimbrijs subduculæ lineæ, habet maculas, instar menstruatæ mulieris,& impudentis,quæ non veretur menstruum sanguinē in fimbrijs absq; pudore portare, & adhuc veneri indulget,sicut illa de qua Hierem. 2. *Omnes, qui quærunt eam non deficient in menstruis eius inuenient eam.* Tam procax est,vt tempore menstrui non abstineat ab amasiorum congressu. 70. Interpræt. legunt inmunditia ante pedes eius. Quæ lectio consonat huic expositioni,& versio Pagnini,quæ sic habet sordes eius in fimbrijs eius, & aludere videtur ad morem fœminarum,quæ menstruum patiuntur, sedent enim super pauimentum terræ,de quo non surgunt propter assiduum sanguinis fluxum, & fauet huic sensui 70. Interpretum lectio h͂c, & non est recordata nouissimorum suorū, & fecit se descendere in mense: vnde Rachel Genes. 31. Sedit super cameli stramenta, sub quibus absconderat patris idola,cui dixit. *Ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi, & sic delusa est solicitudo quærentis.* Et fortè mulieres Hebrææ,vt aliquantulū à laboribus leuarentur, sæpius fingebant,

70. *Pagninus.* *70.* *Genes. 31.*

fingebant, se menstruatas, & per plures dies esse pollutas.

Vel sensus est ipsa Hierusalem in spurcitia suorum peccatorum plena sordibus sedebat, non cessans à vitijs neq; de illis erubescens. Et est locus contra peccata publica, & lõga consuetudine iterata, quæ memoriam mortis auferunt, atq; iudiciorum Dei. Et ideo ait vates. *Non est recordata finis sui.* Cui sensui lectio Sanctes Pagnini quadrat. Qui legit, sordes eius in fimbrijs eius. Idest, in ora vestimẽti immunditiam gerit, & de suis sordibus letatur easq; ostentat publicè. Huiuscemodi sunt inueterati peccatores, de quibus ait sapiens. Eclesiasti. 11. *Qui autem in malis exultant consenescunt in malo.* Ioab occidit Abner. 3. Reg. 2. *Et posuit cruorem prælij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calciamento suo, quod erat in pedibus eius.* Non fuit contentus homicidio, quòd commisit sub osculo pacis, sed sanguine occisi tinxit calciamenta sua, atq; baltheum, vt ab omnibus cognosceretur occissor ducis Abner. De talibus conqueritur dominus Ezechielis. 24. Sanguis enim eius in medio eius super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram, vt posit operiri puluere, vt super inducerem indignationem meam, & vindicta vlcisserer. Ecce quo pacto Dominus irritatur eiusq; ira illico descendit super publicos peccatores, & de huiuscemodi publicis sceleribus manifestè sumet Deus vindictam. Et sic ait vates loco citato. *Dedi sanguinem eius super limpidißimam petram ne operiretur.* Quasi dicat publica pœna punieris, sanguis tuus effundetur super lapides, quemadmodum tu Hierusalem aliorum fudisti. Hieremiæ etiam. 2. *In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum, non in foßis inueni eos, sed in omnibus, quæ supra memoraui.* Metaphora est sumpta ab auibus rapacibus, quæ laceratione prædæ vngues, rostrum, & pennas sanguinolentas habent. In Hebræo est, in oris vestimentorum tuorum inuenti sunt sanguines animarum pauperum vestes tuæ sanguine tinctæ plusquam

Eccles. 11.
3. *Reg.* 2.
Ezechiel. 24
Hierem. 2.

quam cocco, ex fimbrijs tuis,sanguis guttatim fluit ex pauperibus quos occidisti. Et Isaiæ. 3. *Agnitio vultus eorum respondebit eis.* Hoc est frons inuerecunda, & vultus procax testimonium reddit vitæ eorum, & sic legit Sanctes Pagninus, testificabitur contra eos.

Isaiæ. 3.

Vltimus sensus est. *Sordes eius in pedibus eius.* Quód Hispané dicimus (anda en malos passos, y sobre todo esso no se acuerda q̃ á de morir, de pies en la muerte, y no se acuerda della) cum habeat pedes lutosos ex itineribus, quæ per agrauit in captiuitatem migrans non cogitat de sua morte, vel non recordatur captiuitatis suæ, quā prædixerunt multo ante Prophetæ. Pulsat mors domos Hierusalem, & incolæ non recordantur suorum peccatorum. De his dicitur Prouerb. 23. *Eris sicut dormiens in medio maris, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices verberauerunt me, sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi.* Isti dormiunt, sicut Ionas in infima parte nauis, in tempestate tam horribili, cum nautæ clamabant, & vota promebant pro serenitate suis dijs. Dicit Aristoteles lib. 1. de somno, & vigilia cap. 5. infantes cum in lucem prodeunt ex maternis visceribus in ipsa hora partus, & præssuræ matrū in vtramq; dormiūt aurē propter consuetudinem, quam habent dormiendi in vtero, & habent occulos clausos vsq; ad aliquot dies, & eo tempore quo magis periclitantur, maioriq; periculo sunt expositi, in hora partus cum potius vigilare deberent seq; adiuuare, vt citius ab illo arcto claustro exirent, magis dormiunt; & hoc sibi volunt illa verba Oseæ. 13. *Dolores, vt parturientis venient ei ipse filius, & non sapiens, nunc enim non stabit in contritione filiorum.* Hoc est si puer cognosceret periculum in quo est constitutus in hora sui ortus maxima cum celeritate ex matris vtero exiret, vbi tot pereunt. Similiter si animaduerteret peccator in maximo discrimine quo viuit cum in peccato lætali est, non auderet in vtramq; dormire aurem, sed vociferaretur gemens, petens criminum remissioné ne in tartari faucibus pereat. Sed heu in medio tempestatis

Prouerb. 23

Ionæ. 2.

Arist. lib. 1. de somno, & vigilia. cap. 5.

Oseæ. 13.

pestatis dormit peccator, vt alter Ionas, de his dicitur. Oseæ *Oseæ. 7.*
7. *Factus est Ephraim, quasi columba seducta non habens cor.* Columba est auis insipiens, si alicubi euelluntur plumæ, illuc reuertitur statim. Sic est peccator, semel, atq; iterū reuertitur ad vomitum suorū delictorum in eoq; volutatur. Vnde Oseæ. 5. *Ephraim fractus est in iudicio, quia cepit abire post sordes suas.* Fractus in iudicio. Quod Hispanè dicimus (lleuò en la cabeça, sentenciaron contra el.) Et nota quod si ita punitur Ephraim solum, quia cepit abire post sordes suas, quali supplicio punietur impius qui non solum incipit abire post sua crimina sed quotidie committit eadem scelera. Sordes appellat vates idola, quæ sordes vocantur propter obscena veneris opera, quæ in idolorum sacris idolatræ exercebant. 3. Reg. 15. dicitur de Asa. *Purgauit vniuersas sordes idolorum, quæ fecerant patres eius.* Et Isaiæ. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit.* Idest idolatriam, cum idolatriā deleuerit, quæ est peccatū contra Deum. Per sanguinem verò homicidij crimen intelligitur, quod est contra proximum, & per hæc duo peccata contra Deum, & proximum vniuersa delicta intelligit vates.

Oseæ. 5. *3. Reg. 15.* *Isaiæ. 4.*

☞ *Non est recordata finis sui.*

IDest, non meminit, quid ei posſit posthac contingere. In Hebræo est, nouiſsimi sui, & sic legit Pagninus. Idest, non meminit futuræ gloriæ, & posteritatis suæ, non recordatur filiorum suorum, ad tantum stuporem est redacta, vt suis miserijs intenta illorum obliuiscatur. 70. legunt non est recordata nouiſsimorum suorum. Vocantur autem filij nouiſsimi, quia sunt post patres, eisq; succedunt. Ita Hieremiæ. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, est spes nouiſsimis tuis.* Idest filijs, quod continuo declarat dicens. *Reuertentur filij tui ad terminos tuos.* Et cap. 29. *Vt dem vobis finem, & patientiam.* Pagninus legit, vt dem vobis nouiſsimum, & spē. Idest, filiorum propagationem, quam speratis vel optatum finem,

Pagninus. *70.* *Hierem. 31.* *Hierem. 29.*

Iob. 18. finem, quem desideratis. Et Iob. 18. *In die eius stupebunt nouissimi.* Ideft iuuenes qui post patres sunt. *Et primos inuadet horror.* Hoc est, senes qui prius vixerunt. Vltimus sensus horum verborum est. *Non est recordata finis sui.* Idest mortis suæ. Quasi dicat vates, hæc mala Hierusalem apræhenderunt, quia mortis non meminit. Innumera committunt homines crimina, quia mortis iudicijq; diuini non recordantur, & præcipue seculi potentes. Sic Regius psaltes testatur.
Psalm. 72. Psal. 72. *Quia non est respectus morti eorum, nec firmamentū in plaga eorum. Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate.* D. Hieronymus legit, quod non recogitauerint de morte sua tenuit eos superbia. Quasi diceret si de morte cogitarent humiliarentur, & ad Deum conuerterentur. Et
Psalm. 4. *Chaldeus paraphrast.* Psalm. 4. *Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* Chaldeus paraphrastes legit, dicite orationem ore vestro, & petitionem in corde vestro, & orate super cubili vestro, & mementote diei mortis semper. Ex quo colligitur quantum prosit mortis memoria ad recte viuendum, qua sublata effrenate homines peccant. Psal.
Psalm. 72. etiam 72. Hoc docetur. *Non est firmamentum in plaga eorum.* Felix pratensis legit, fortis, & robustus est ipse impius, & hac de causa mortis obliuiscitur ac si in æternum sit hac
Isaiæ. 37. luce fruiturus. Mors fortissimum frenum. Isaiæ. 37. *Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & reducam te per viam per quam venisti.* Et exponit infra vates quód fuerit hoc frenum dicens. *Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Asiriorum centum octoginta quinq; millia, & surrexerūt manè, & ecce omnes cadauera mortuorum, & egressus est, & abijt, & reuersus est Senacherib Rex Asiriorum, & habitauit in Niniue.* Hoc fuit validissimum frenū, quo Rex fuit infrenatus videre suos milites interfectos ab Angelo, & cadauera militum fugiens pedibus calcare. In enarrabi-
2. Paral. 20. les diuitias nobis mortis memoria affert. 2. Paralip. 20. de Iosaphat et eius exercitu dicitur. *Inuenerūt inter cadauera variam supellectilē, vestes quoq;, & vasa preciosissima, & diripuerunt.*

runt. Sic nos in mortis consideratione inueniemus thesauros spirituales; & ideo Sathanas conatur hanc mortis memoriam de nostris mentibus penitus abolere: vt tali freno amisso præcipitemur in perditionis voraginem. Daniel. 2. somniauit Nabuchodonosor somnium, quod suæ vitæ, atq; imperij portendebat finem vidit statuam illam horribilem ex diuersis metallis conflatam ex auro, argento, ære, & ferro, atq; luto, & tandem lapis paruus de monte excissus percusit luteos statuæ pedes, & disipata est. Et dicit textus. *In anno secundo Regni Nabuchodonosor vidit somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo, & sapientibus Chaldeæ dixit Rex, sermo recesit à me*. Quia somnium de fine Regis erat Dæmon abstulit eius memoriam, id ipsum nobis cum agit Dæmon ne eruamur à suis laqueis curat hãc cõsiderationem mortis à nobis penitus delere. Semper in auribus nostris sibilus ille venenosi serpentis sonat. *Nequaquàm moriemini*. Genes. 3. quæ vox ex Auerni ignibus venit, sed de cælo hæc memoria renouatur, & ideo Apocalip. 14. dicit D. Ioan. *Audiui vocẽ de cælo dicentẽ mihi scribe, beati mortui, qui in Dño moriũtur*. Diuinæ prouidẽtiæ fuit opus, vt nõ moriãtur omnes simùl neq; in eadẽ ætate vt sẽper ante oculos habeamus mortẽ, & mortui suo silẽtio nobis prædicẽt. *Heri mihi hodie tibi*. Eclesiast. 38. & hac de causa alij in infãtia, alij in pueritia, alij in iuuentute, & in senecta plures ex hac vita migrãt, ne iuuenes securi viuãt. Vnde primus, qui falcẽ mortis fuit expertus. Abel fuit, qui adolescentior erat quàm Cain. *Ascẽdit enim mors per fenestras disperdere paruulos de foris, & iuuenes de plateis*. Hierc. 9. Et sicut Dauid subito irruit in Amalechitas. 1. Reg. 30. cũ leti inter se diuidebant spolia similiter mors inuadit nos cũ tẽporis spolia in medijs delicijs diuidimus, & repẽte morimur, & gaudia in luctum cõuertũtur, & sicut sagittarius cũ auẽ sagitta transfigit terret aliàs aues, vt expratis auolent, sic Deus nobis incutit timorem morte amicorum, & cognatorum, vt ad meliorem frugem conuertamur. Mortis etiam consideratione inimicitiæ,

Daniel. 2.
Genes. 3.
Apocal. 14.
Eclesias. 38.
Hierem. 9.
1. Reg. 30.

Ecclef. 30. inimicitiæ, & rixæ ſedātur, vt ait ſapiēs Eccleſ. 28. *Memento nouißimorū, & deſine inimicari tabitudo enim, & mors imminēt.* Diuitiarū cupiditatē ceſſare facit hæc cōſideratio, voluptates etiā cōtēnuntur vitæq; honores. Numer. 13. Exploratores miſſi à Moyſe ad luſtrādā terrā promiſſionis dicit D. Auguſt. quod ingreſſi ſunt ſicut peregrini. Mirū tamē eſt cum incolæ terræ illius eſſent de genere gigāteo. Vt habetur Numer. 14. Et Hebræi cōparatione illorū, vt locuſtæ videbantur quomodo nō viderūt illos, & captos in vincula miſſere atq; tormētis extorſerunt finē ſui itineris. Ratio eſt quā ipſi exploratores reddiderūt loco citato. *Terra deuorat habitatores.* Ideſt in ſalubris eſt terra eiuſq; in colæ ægrotāt frequēter, & moriūtur: vnde Abacuch. 3. Ante faciē eius ibit mors: in Hebræo eſt (reſeph.) Ideſt peſtis quā miſit Deus in illos, vt minuerētur hoſtes ſuæ plebis, & cū eſſent intēti in ſepeliēdis mortuis non curauere de exploratoribus, mors enim vt atonitos illos tenebat cū graſſaretur peſtis inter eos; ſimiliter qui expectāt quotidie mortē huius vitæ illecebris non ineſcātur. Hæc mortis cōſideratio retraxit Iacob ne de Labā vindicaretur cū decies immutaſſet mercedē eius, & ita Geneſ. 31. dixit ſocero ſuo Labā. *Niſi Deus patris mei Abrahā, & timor Iſaac afuiſſet mihi forſitā nudū me dimiſiſſes.* Ideſt, niſi Deus fortis, & valde timendus mihi fauiſſet ſpoliares vtiq; & vocat Deū timorē. Quia ita appellabant Chaldei Deū, eo quod debeat magis timeri quàm terræ potētes niſi Deus mihi opem, tuliſſet nūc à te vaſtarer. Vel timorē vocat mortē; timor Iſaac, ideſt mors, quam valdè formidabat Iſaac, vt exponūt aliqui Hebræi. Ab eo tempore quo voluit eū Abrahā ſuus parens in mōte Moria immolare manibus, & pedibus ligatis ſuper ligna, & euaginato gladio, timuit mortē, & ſemper eā timebat, & quaſi præſentē habebat atq; ita iuxta normā legis diuinæ viuebat, & ſic ſenſus eſt, certè ſi mortē nō timerē tecū modo litigarē, atq; ambo rixaremur, & niſi tu mortem timeres me penitus ſpoliares. Ecce quomodo mortis memoria pacatos reddit animos, Propterea

Marginal notes: *Numer.* 13. — *Numer.* 14. — *Abacuh.* 3. — *Geneſ.* 13. — *Geneſ.* 50.

rea Ioseph asportare iusit in loculo ossa sua ex Ægypto in terrã promissionis, vt mortis memoria refricaretur in mẽtibus illius populi, quia in deserto tunc nullus ægrotabat, vt dicitur Psal. 104. *Nõ erat in tribubus eorum infirmus.* Infirmitates autẽ sunt nuncij mortis. Vestimẽta quoq; nõ fuere atrita, & de hostibus reportabãt victoriã Israelitæ. Sit igitur inter eos cadauer sui Principis Ioseph, quod hãc memoriã renouet, ille opulẽtus Ægypti Princeps mortuus est, dicet populus, nos quoq; moriemur. Nihil est certius in hac vita, morte, cuius obliuiscimur. D. August. ait. Cætera nostra bona vel mala incerta sunt sola mors certa est. Conceptus est puer, fortè nascetur, fortè abortũ faciet, fortè crescet, fortè non crescet, fortè senescet, fortè nõ senescet, fortè diues erit, fortè pauper. Respice omnia mala vbiq; est fortè erit, fortè nõ erit, nũquid potest dicere fortè morietur, vel non morietur? Nõ profectò. Et D. Hieronym. epist. ad Heliodorũ dicit, quotidie morimur hoc ipsũ quod dicto, quod scribo, quod relego, quod emẽdo de vita mea tollitur. Et Seneca epist. 78. & 86. moriar, nec primus, nec vltimus omnes me antecesserũt omnes sequentur hac cõditione intraui, vt exirẽ. Pios igitur nõ deterreat mortis recordatio, nõ cõsternat eiusdẽ ineuitabilis necessitas, quando tot in ea comites habẽt sichari nostri moriãtur eos nõ amittimus, sed præmittimus mox secuturi. 1. Reg. 10. dixit Samuel Sauli. *Hoc tibi signũ, quia vnxit te Deus in principẽ. Cũ abieris hodie à me inuenies duos viros iuxta sepulchrũ Rachel.* Signũ virorũ existentiũ iuxta sepulchrũ, est signũ sui Regni, vt memor sit Saul sepulturæ cũ regnauerit, reducitur ei in memoriã sepulchrũ Rachelis pulcherrimæ, quia omnis pulchritudo, & imperiũ tãdẽm finitur, & in sepulchro Fetent Reges, deformes sunt speciosæ, & sic nõ inflabitur Saul. Et Genes. 24. Isaac sponsam suã Rebecã. *Introduxit in tabernaculũ Saræ matris suæ.* Vt cũ videret cubile ornatũ Saræ, reminiscatur ipsa mortis in suis nuptijs, & alta mẽte cõsideret finem, & quod sicut Sara mortua fuit etiã ipsa morietur: hæc mortis cõsideratio fecit

Psalm. 104.

D. August. serm. 21. *de verbis Dñi.*

D. Hierony. epist. ad Heliodorum.

Seneca epist. 78. *&* 86.

1. *Reg.* 10.

Genes. 24.

4. Reg. 21. impiissimum Acab pænitere de quo habetur.4.Reg.21. *Fuit venũdatus,vt faceret malũ*.Et tamẽ vbi primũ dixit ei Helias.
3. Reg. 21. *Occidisti insuper,& posedisti? In loco vbi linxerũt canes sanguinẽ Naboth lingẽt canes tuũ sanguinẽ*.Mortis nũcio audito,vitã in melius emẽdauit.*Operuitq́; cilicio carnẽ suã,& ambulauit demisso capite*.Mortis sẽtẽtia terruit Regẽ,vt ad meliorẽ frugem cõuerteretur:cõsiderauit Acab huius sęculi bona esse futilia,ideoq́; pænituit.
Psalm.38. Psal.38. *Verũtamem vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Si ho no viuẽs est vanitas:quid erit homo
D.Hierony. mortuus? Nisi vanitas vanitatũ:& ita hic dicit D.Hierony. si peccator est,& in delicijs fluxerit vanitati subsistit,si iustus,& desiderat dissolui,& cũ Christo esse, vana est ei nihilominus vita præsens. Et tãdẽ hãc memoriã nobis cõmen-
Eclesias.14. dat sapiẽs Eclesiasti.14.*Memor esto quoniã mors non tardat,& testamẽtũ inferorũ, quod demõstratũ est tibi,testamẽtũ enim huius mũdi morte morietur*.Et verbũ nõ tardat,repetendũ est in illis verbis,ꝙ demõstratũ est tibi nõ tardat. Testamẽtũ infero-
Sapient.1. rũ.Idest,sepulchri. Sic Sapient.1. *Sanabiles fecit omnes nationes,& nõ est in illis medicamẽtũ exterminij , neq; inferorũ Regnũ in terra*.In Græco est(pharmacõ oletrõ)idest præsentissimũ venenũ,nõ dedit Deus morti iurisdictionẽ. Nec inferorũ Regnũ in terra;idest,neq; sepulchra, quæ sunt mortis carceres, nã in cẽtro terræ est infernus dãnatorũ locus. Dicit igitur sapiẽs. *Et testamẽtũ inferorũ,quod demõstratũ est tibi*. D.
D. August. lib.16.de ciuita. cap.27 August.lib.16.de ciuitate Dei cap. 27. dicit,testamẽtũ autẽ primũ , ꝙ factũ est ad primũ hominẽ profecto illud est, qua die ederitis morte moriemini. Vnde hoc fuit legatum primũ nostri protoplasti.Hereditas,quæ omnibus contigit
Ad Heb. 9. hæc fuit.*Statũ est hominibus semel mori, & post hoc iudiciũ*. Ad
Eclesias.14. Hebræos.9.Vnde etiã Eclesiasti.14.*Omnis caro,sicut fenũ veterascit,& sicut foliũ fructificãs in arbore viridi,alia generãtur,et alia deijciũtur,sic generatio carnis,& sanguinis*.Etin loco citato vbi noster textus habet.*Et testamẽtũ inferorũ, quia demõstratũ est tibi*.InGræco est testamẽtũ inferorũ non est demõstratũ
Ecclesiast.9. tibi, quia, *Nescit homo finẽ suũ*, Eclesi. 9, Et dicit locus Eclesiastici,

siastici, *Testamentum enim huius mundi morte morietur.* Idest, dispositio, quæ pertinet ad hunc mundum inferiorem, & ad ea quæ in eoviuũt hæc est, morte morietur omnis silicet homo, vel omnis caro, & quia omnia finiũtur dicit sapiẽs. *Ante mortem bene fac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi.* Non enim poteris post mortem manus extendere, ad elargiẽdum pauperibus elemosynam, & propterea in vita hilari vultu distribue egentibus.

☞ *Deposita est vehementer, non habens consolatorẽ.*

DEposita est. Suple à pristino statu, & gloria, à solio regni deiecta. Sanctes Pagninus legit, descendit mirabiliter. Hoc est, talis, & tã grãdis fuit eius ruina, & tã repẽtinus casus, vt obstupecerẽt vidẽtes, in super nõ habuit sui doloris cõsolatorẽ. Similiter Iob cap. 21. agẽs de sua miseria cũ à solio Regni esset præcipitatus in sterquiliũ dicebat. *Attendite me, & obstupecite, & super ponite digitũ ori vestro, & ego quãdo recordatus fuero pertimesco, & cõcutit carnẽ meã tremor.* Merito de suis calamitatibus mirabatur Iob cõsiderãs iustos acriter hic puniri qualis erit impiorũ in alio seculo plaga. Si hic in vinculis decapitatur inocentissimus Ioannes, quid erit de Herode in altera vita?

Pagninus.
Iob. 21.
Matth. 11.

☞ *Vide Domine afflictionem meam, quia erectus est inimicus.*

IDest, inualuit hostis. In Hebræo est magnificauit, vel iactauit se inimicus per victoriã, & in superbiã erigitur nõ solũ cõtra me, sed cõtra te, ideo vide afflictionẽ meã, vt mei miserearis. Hæc verba possunt esse Prophetæ orantis Deũ pro sui populi libertate; vel sunt plebis afflictæ in ergastulis Babylonicis. *Erectus est inimicus.* Hoc est, valde superbit, sicut Numer. 16. *Multũ erigimini filij Leui.* Hoc est, superbitis: & 2. Machab. 5. dicitur de Nicanor quod erectus est cõtra Iudæos. Chald. Para. legit erectus est super me. idẽ est sensus.
Animaduertat lector vnicum esse remedium in labori-

Numer. 16.
2. Mach. 5.

Psalm. 118. bus Dei auxilium implorare, sic faciebat Dauid Psal. 118.
Exthimius. *Vide humilitatem meam, & eripe me.* Ideft afflictionem, sic ex-
D. Hierony. ponit Euthimius, & sic legit D. Hieronymus. Vide afflictio-
Daniel. 9. nem meam. Idem faciebat Daniel cap. 9. *Aperi occulos tuos, & vide desolationem nostram.* Animaduertendum etiam est. Vatem Dei misericordiam implorare, cum agit de suæ gẽtis ingentibus peccatis, quia semper est locus pœnitentiæ dum viuimus. Et cum à Deo homo puniris eleua occulos
Daniel. 9. ad eum, & dic cum Daniele. *Atende Domine, placare Domine, exaudi Domine, & fac, ne moreris propter te metipsum.* Fac,
Psalm. 118. suple, misericordiam, sicut Psal. 118. *Fac cum seruo tuo se-*
Hierem. 14. *cundum misericordiam tuam.* Et Hierem. 14. *Si iniquitates nostræ responderint nobis Domine fac propter nomen tuum.* Ideft fac nobiscum secundum misericordiam tuam. Hoc est facere Dei, quia proprium Dei est misereri. Et si fas est dicere, cum admiratio non cadat in Deum videtur mirari de
Amos. 4. peccatore flagellato, & indurato. Amos. 4. *Plui super vnam ciuitatem, & super aliam non plui, & non redistis ad me dicit Dominus subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & non redistis ad me dicit Dominus. Misi in vos mortem in via Ægypti, & non redistis ad me, dicit Dominus.* Quinquies repetit hæc eadem verba augendo semper supplicia, & dicit non redistis ad me, dolentis simul, & admirantis sunt hæc verba, quasi diceret, si ad me reuersi essetis in prima plaga cesarem, secundo vos non percuterem; sed quia indurastis corda vestra, & vt adamantem, & silicem posuistis, ideo tot plagis vos percusi. Sic fecit cum Pharaone incipiens à plagis leuioribus, sed ipse magis indurabatur. Sicut medicus cum curat infirmum si potest cum vnica venæ tunsione ab ægritudine liberare non præbet potionem amaram, nec extremis vtitur remedijs cum facilia sufficiunt; sic agit Deus nobiscum, quia nõ punit, vt destruat, sed solum vt corrigat.

Iod. ☞ ***Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia***
eius

eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.

SEptuaginta Interpretes legunt, manum suam misit tribulans, quia non quicunq; hostis affligebat hunc populum, sed crudelis inimicus, qui tribulabat valdè Hierosolimitanos. Et notandum est verbum misit. Quasi diceret, nō laborauit, vt nostras de prædaretur diuitias, sed quasi ludens absq; ciuium resistentia, & vllo labore, solum manus extensione rapuit thesauros, sicut cum quis poma matura ex ramis arboris inclinatis decerpit nil aliud facit quàm extendere manus. Sic Canticor. 5. Sponsus manum suam misit per foramen, vt cubilis Sponsæ aperiret ianuam. Et Exod. 4. *Mitte manum tuam in sinum.* Quæ omnia absq; labore fiunt. His itaq; verbis denotatur ciuium Hierosolimitanorum imbecillitas, qui non valuere impetum inimicorum infringere. 70. Cant. 5. Exodi. 4.

☞ *Ad omnia desiderabilia eius.*

IDest prætiosa omnia rapuit hostis templiq; thesauros cepit. Ita Isaiæ. 64. *Ciuitas sancti tui facta est deserta, domus sanctificationis nostræ, & gloriæ facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.* Hoc est, templum solo adæquatum, vasa templi, aureum candelabrum deprædata, altare destructum, libri legis exusti. *Desiderabilia.* Idest expetibilia eius, hoc est palatia regia, domus solatij, & cætera quæ apetuntur. Hostis. Idest, hostes est enallage numeri singulare pro plurali, vt Exod. 8. *Venit musca grauissima in domos Pharaonis, & seruorum eius.* Idest muscæ. Musca autem hæc fuit canina, vt tenet D. August. tomo 10. sermone 87. Psal. 21. *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Idest, canum, & Leonum, de manu Iudæorum ferocium, atq; gentilium cohortis videlicet Isaia. 64. Exodi. 8. D. August. tomo. 10. sermone 87. Psalm. 21.

Matth. 15. delicet Cesaris. Ita Matthæ. 15. *Non est bonum sumere panem*
Iosue. 7. *filiorum, & dare canibus.* Idest, Gentilibus. Iosue. 7. *Lapidauit eum omnis populus Israel.* Sanctes Pagninus legit lapidauit cum lapidibus, aliqui ex Hebræo vertunt lapidauit eum la-
Psalm. 104. pide. Et Psalm. 104. *Dixit, & venit locusta, & bruchus.* Idest locustæ. Et Lucæ. 4. *Dic lapidi huic, vt panis fiat.* D. Matth.
Matth. 4. cap. 4. ait. *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Genes. etiã 31. *Erexit Iacob lapidem in titulum.* Idest tumulum lapidum, vel forte dicit hostis noster vates in singulari quia omnes vnanimes Iudæorum perniciem moliebantur, ac si vnus solum esset
1. *Esdras.* 3. hostis, sicut 1. Esdras. 3. dicitur de filijs Iuda in reædificatione tẽpli. *Congregatus est populus quasi vir vnus in Hierusalẽ.* Vel dicit hostis, quia nõ erat opus, vt plures conuenirent ad deuastandam vrbem, quia fugerant Iudæi pro vita tuenda.

☞ *Ad omnia desiderabilia eius.*

NOTA Verbũ omnia in quo denotatur auiditas hostium, & inexplebilis sitis rapiendi diuitias, cunctas ex-
Hierem. 43. pilauerunt opes. Ita Hieremiæ. 43. deuastitate Ægypti dicitur. *Amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo.* Idest, vniuersa Regio Ægypti occupabitur à militibus in tã-
70. to numero, vt operiãt illã, sicut locustæ. 70. Interprætes legunt, & scrutabitur terram Ægypti sicut pediculis purgat
Theodoretus pastor vestimentum suum. D. Theodoretus sic explanat. Nabuchodonosor exactè vastabit Ægyptum, sicut pastor colligit pediculos vestis suæ: diligenter enim hoc faciunt pastores, vt pote, qui multo abundant ocio.

Inter alias acceptiones, quas habet manus in sacro eloquio
Plin. lib. 28. osculari manum est adorare. De hoc more agunt Plinius lib. 28. & Apuleius, & Lucianus in Nigrino, & fuit mos Per-
Iob. 31. sarum. Iob. 31. *Si vidi solem cum fulgeret, & osculatus sum ma-*
D. Hierony. *num meam ore meo.* Idest si adoraui solem, sic exponit D.
Psalm. 2. Hieronym. cõtra Rufinum. Et Psal. 2. Appræhendite disciplinam D. Hieronym. legit adorate pure. Et fuit mos apud veteres osculo adorare, & nunc apud plerosq; moris est magnatum

magnatum manus osculari. Et illud verbum apprehendite in Græco significat nō quo vis modo apprehēdere, sed manu, aut pugno, & sic nō est absurda interpretatio apprehēdite illicet manu ad osculādū. Rabi Abraham ad monet præcedentē versum. *Seruite Domino in timore.* De Deo patre esse intelligendū: hunc vero osculamini filiū, vt ex Hebræo legit Pagninus, de filio eius Mesia, hoc est Christo (bar) vero nullo Hebræorum reclamante, nunc purū, nunc pabulū, nunc filium, nunc electum notat. Dauid etiā Kinhi exponit adorate filiū, seu amplectimini purum, sub audime qui sum mundo corde in quo non est iniquitas, vel me electum, quem Deus elegit in Regem, vt supra dixit. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo.* Videndus est Lindanus lib. 1. de optimo genere interpræțandi cap. 8. Vbi exponit hūc versum. Et Mathias Bredembachius, super Psalm. Hic mos adōrandi tangitur. 3. Reg. 19. *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, & omnis, qui non adorauerit eum osculans manum.*

Rabi Abraham. *Dauid Kihin.* *Lindan. lib. 1. de optimo genere interpretandi.c.8* *Bredembachius.* *3. Reg. 19.*

☞ *Quia vidit gētes ingressas sāctuariū suū, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.*

RAbi Salomon per hostes intelligit Amonitas, & Moabitas, qui inuastitate Hierusalem festinauere ad comburendos libros legis, quos appellauit versu præcedenti desiderabilia. Iuxta illud Psal. 118. *Desiderabilia super aurū, & lapidē pretiosum multū.* Chaldei vero properauere; ad diripiendos thesauros. *Vidit gentes.* Idest coacta est videre nam Deuter. 23. Præceptum erat à Domino quod Moabitæ, & Amonitæ etiā post decimā generationē nō intrarēt in Ecclesiā Domini in æternū. In sanctuario autē in latere arcæ lex seruabatur, vt habetur Deut. cap. 31. Extraxere inde legē, & cōbusere hostes. Ezechi. etiā 44. arguūtur Iudæi, quia violauere præceptū de non recipiendis alienigenis in templo. *Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircuncissos carne, & corde, vt sint sanctuario meo.*

Rabi Salomon. *Psalm. 118.* *Deut. 23.* *Deut. 31.* *Ezechiel. 44*

D. Bonauet. D. Bonauent. similiter exponit hic de Amonitis, & Moabitis, tanta enim familiaritate erant illis coniuncti, vt eos in templum aduceret: & hoc fuit vnum de peccatis, propter quæ captiuitas Babylonica venit. Propterea Dominus tradidit illos in manus hostiū, quia violauere hoc præceptum inter alia quæ non obseruabant.

Psalm. 2. Vox gentes in hoc loco pro gētilibus vsurpatur, vt Psal. 2. *Quare fremuerunt gentes*. Ideſt, cohors Cesaris, & Pilati conspirauit contra Christum Dominum. Sed aliquando *Genes. 25.* accipitur hoc nomen gens, pro Iudæis, vt Genes. 25. *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi.* Iudaicus videlicet, & *Ioan. 11.* Gentilicus, & Ioannis. 11. *Quod Iesus erat moriturus pro gente, & non tantū pro gente:* (Iudæorum scilicet.) *Sed vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum.* Ideſt pro illis, qui ex gentibus erant ad fidem conuertendi. Deniq; pro omnibus hominibus totius mundi mortuus est Christus Dominus.

Notandum etiam est ex verbis nostri vatis, si tātum curauit olim Deus ne in suum templum ingrederentur infideles, vt aliquod ibi exercerent munus: quantum modo curabit ne legis nouæ Sacerdotes sint nefarij, vt illi senio- *Ezechiel. 8.* res de quibus conqueritur. Ezechiel. 8. Quód adorabant ad Orientem, mille repleti sceleribus adorantes reptilia de *Theodoret.* picta in pariete. Notauit hic Theodoretus quod in Sancta Sanctorum soli Pontifici summo licebat semel in anno ingredi. In sancta vero anteriora soli Sacerdotes intrabant, in interiorem vero aulam etiam leuitæ, at in exteriorem, qui erant de genere Israelitico, & proseliti circuncisi. De *Ad Heb. 9.* hoc agit late D. Paulus ad Hebræos. 9. ratio autem propter, quam Amonitis interdicebatur templi ingressus, habe- *Deuter. 23.* tur Deuter. 23. *Quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua, quando egressi estis ex Ægypto.* Sed occurrit questio. *Deuter. 2.* Quia Deuteron. 2. dicitur filios Israel misisse nuntios ad *Conciliatio duorum textuū Script.* Regem Esebon petentes transitum, & cibos suis emptos numis, sicut fecere Moabitæ, & filij Esau. Primo respōdetur, quod Moabitæ non per se ipsos, sed per mulieres vendide-

realiter-

re alimenta. Armatis Moabitis viris ad sui deffensionem, si Israelitæ molesti forent. Vel secundo dicitur, quod aliqui Moabitæ fuere benigni habitantes in Har, vt dicitur Deuteron. 2. alij autem, sicut Amonitæ non nocuere Iudæis vt pote, qui remoti erant à via. Vel tertio respõdetur, quod in principio non dedere cibos, & hoc narratur cap. 23. in capite vero secũdo narratur quòd sero fecerunt: & ita notat Caiet. super cap. 23. Deuter. Hieronymus ab Oleastro dicit, quod licet vendidere cibos, & transitum concesserunt non fuit gratis, sed præsenti pecunia, neq; occurrerunt cum panibus in via, sicut decebat inter progenitos à duobus fratribus. *Caietanus.* *Oleaster.*

Secundo ex hoc textu expende, merito doluisse Israelitas de alienigenarum ingressu in suum templum, & de vastitate, & prophanatione templi, & quod vasa sancta ab immundis tangerentur quæ vocat sancta. D. Paulus ad Hebreos. 9. *Habuit quidem, & prius testamentum, iustificationes culturæ, & sanctum seculare, tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur sancta.* Et Leuit. 8. *Tulit Moyses vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni supellectile sua, cumq; sanctificans aspersisset altare, &c: & omnia vasa eius, labrumq; cum basi sua sanctificauit oleo.* Cyrus Persarum Rex ea habuit in magno prætio, nam primo Esdras. 1. protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem. *Et anumerauit ea Asabassar Principi Iudæ.* Et Iudith. 11. dixit ipsa Holoferni. *Ordinant filij Israel, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum, & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit non contingi in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quæ nec manibus debent contingere, ergo quoniam hoc faciunt, certum est, quod in perditionem dabuntur.* Et cap. 9. Ante occulos diuinæ maiestatis hoc ponit, vt ad misericordiam flectat. *Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt, se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui.* *Ad Heb. 9.* *Leuiti. 8.* *1. Esdras. 1.* *Iudith. 11.* *Iudith. 9.*

Meritò

Merito igitur dolēt de templi prophanatione, & ita statim dicit vates. *Omnis populus eius gemens.* Et Hierem. 51. *Confusi*
Hierem. 51. *sumus, quoniam audiuimus oprobrium, operuit ignominia facies nostras, quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.* Et quia in templo confidebant, putabant nunquā à Deo puniēdos ne simul cum eis templum vastaretur. Quod eis
Hierem. 7. monebat Hierem. cap. 7. *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templum Domini, templum Domini est: ite ad locum meū in silo, & videte, quæ fecerim eis propter malitiam populi mei Israel.* Et Ezechiel. 7. Hoc suplicio plectendos aserit. *Et violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emisarij, & contaminabunt illud.* Arcanum Dei vocatur sanctuariū, seu sancta sanctorū in quod solum summo Sacerdoti licebat in-
Abacuch. 2. gredi, quod Chaldei polluerunt. Et Abacuch. 2. contra Nabuchodonosor dicitur. *Repletus es ignominia pro gloria bibetu, & consopire circundabit te calix Domini.* Idest, vndiq; cinget te supliciuin. *Quia iniquitas libani operiet te.* Idest vastitas templi, quod constructum erat ex cedris libani vastabit te, & à Regni sede deiiciet. *Et vastitas animalium deterrebit eos.* Idest rapuisti greges, & armenta quæ in templo sacrificabantur, & ideo peribis.

Ex verbis nostri vatis disce pie lector sancta sanctè tractare templaq; Dei reuereri cum graui pæna puniātur oppositum facientes, sed proh dolor quot, & quanta scelera in nostro infelici seculo in Dei templis committuntur, & iudices ipsi violant templorum inmunitatem ibi sunt detractiones, lasciua verba contractusq; celebrantur, & multa alia crimina committuntur, quæ in aulis principum nullus auderet patrare. Ita vt possimus cum Mathathia plorare.
1. Macha. 2 1. Machab. 2. *Væ mihi vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cū datur in manus inimicorum; sancta in manus extraneorū facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt.* Et infra. *Quæ erat libera, facta est ancilla.* Idest, nil honoris defertur tēplis, sicut homini vili, qui iniuriis à quocunq;

cunćq; afficitur. Et Amos. 2. conquæritur Dominus. *Super vestimentis pignoratis acubuerunt, iuxta omne altare, & vinum damnatorum biberunt in domo Domini.* Hoc est, tanta fuit huius populi petulantia, vt iuxta mea altaria sternerent vestimenta, quæ pro pignore ex debitoribus extrahebant, & in eis dormiebant, & vinum in quo damnauerāt alios pro aliquo delicto. Bibebant in templo meo: ac si esset in domo cauponarij. Et Isaiæ. 1. *Quis quesiuit hæc de manibus vestris? Vt ambularetis in atrijs meis.* Sanctes Pagninus legit. Cōculcaretis atria mea. Si offenditur Deus, quia homines in suo templo deambulant, & pauimentum conculcant, grauius indignabitur contra eos qui absq; vllo timore mille crimina comittunt in domo, quam sibi elegit, contra hos acuit suas sagittas, euaginat gladium, & arma parat. Hierem. 51. *Acuite sagittas, & implete pharetras suscitauit Dominus spiritū Regum Medorum, contra Babylonem mens eius; vt perdat eam quoniam vltio Domini est, vltio templi eius, super muros Babylonis leuate signum.* Ecce propter quid vindicari Deus vult de Babylonijs, quia suū templū vastauere. Ideo sagittis diris, & acutis eos trāsfiget. Sicut contigit Balthasari vasa templi in conuiuio prophanāti Daniel. 5. in eadem nocte fuit interfectus quia sacrilegus fuit. Sed auo eius Nabuchodonosor cōcessum fuit tēpus vnius anni, ante exsecutionē diuini supplicij, vt cōstat Daniel. 4. Quia nō fuit sacrilegus, nec tēplū Dei contēpsit, sed solū fuit eius superbia punita. Iustus ille Iacob aliter fecit defessus ex itinere iacuit in agro vbi somno correptus dormiuit Genes. 28. Et in somniis vidit scalā attingentē cælū Dominumq; inixum scalæ, euigilans pauidus, & tremens dixit. *Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. Surgensq; erexit lapidem in titulum.* Quasi diceret, si ego huius loci sanctitatem agnoscerē non aussus fuissem in eo dormire, sed vigilarē, & humiles præces hic funderem. Vnde Leuit. 26. *Pauete ad sanctuarium meum, ego Dominus.* Quasi diceret, ego qui sum omnium

Amos. 2. *Isaiæ. 1.* *Pagninus.* *Hierem. 51.* *Daniel. 5.* *Daniel. 4.* *Genes. 28.* *Leuit. 26.*

Dominus

Dominus si non colueritis sanctuarium meū, vlciscar hãc iniuriã. Optatus mileuitanus Episcopus (cuius sex libri cõtra Donatistas in lucem prodierūt) dicit, Donatistæ altaria Christi frangebãt, remouebant, radebant, quod scelus prôh

Optatus lib. 6. cõtra Donatistas. Deum quam exhorret. Optatus lib. 6. contra Donatistas. Sunt enim altaria tanquam scala quædam è quibus sacrificia Deo offerūtur, & his subuersis scala ad Deum subducta videtur. Quid est enim tam sacrilegū, quàm altaria Dei frangere, & radere, & remouere; in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt; quo Deus omnipotẽs inuocatus est, quo postulatus descendit Spiritus sanctus vnde à multis pignus salutis æternæ, & spes resurrectionis accepta

3. Reg. 19. est. Helias dicebat. 3. Reg. 19. *Altaria tua destruxerunt.* Dum dicit tua, indicat, quòd altare res Dei est. Sacrilegi isti, apud Græcos inter leges eorum receptū erat quod carerent cõ-

Diodor. Siculus lib. 15. muni sepultura, quod Diodorus Siculus scribit lib. 15. Inania verba non sunt habenda in templo, sed ibi est orãdum.

D. Basilius super Psalm. 28. Quod rectè adnotauit D. Basilius homilia super Psal. 28. Super illa verba. *In templo eius omnes dicent gloriam.* Audiant hæc Psalmi verba, & confusi suppudescant, ij qui in templo prolixissima intertexunt colloquia: quid dicit Psalmus. Qui in templo Dei est non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obscænis rebus differtos sermones pronunciet; sed in templo eius quisq; dicet gloriam. Assistūt verba describentes Angeli, adest, & Dominus affectus intrantium considerans, præces cuiuslibet Deo manifestæ sunt. Hæc

Luca. 24. D. Basilius. Vnde Lucæ. 24. de Apostolis dicitur. *Et erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum, amen.* Ecce

Ioan. 2. quid agendum sit in templo, laudes Dei canere, vnde Ioannis 2. Christus Dominus Agnus mansuetus, cum erga omnes esset beneuolus solum contra mercatores negotia, & mercimonia in templo exercentes iratus. *Fecit de funiculis quasi flagellum.* Et eos eiecit de templo flagellauit Iudæos ante quam ipsi cum in domo Pilati flagellis cederent. Isti qui in templis crimina patrant sunt veluti filij Israel, qui ad

ad radicem mõtis, in quo Dominus loquebatur cum Moyse, vitulum fecerunt, & adorauere in Dei præsentia. Sic isti coram occulis supræmæ maiestatis peccata grauia cõmittunt. Flebat Dauid, & merito Saulem, & Ionathã quia in excelsis montibus ocubuerant vbi timidi animũ sumũt, locus enim munitus adiuuat, & vires suggerit; cum experientia constet exercitum in alto existentem facilius vincere eum qui in plano moratur. Sic maximè dolendum est quod in monte Ecclesiæ vbi peccatores suorum delictorũ obtinent veniam, & lachrimas fundunt, valétioresq; egrediuntur, contra dæmones: in eodem loco superẽtur à dæmonis tentationibus, ibi concupiscant alienas vxores detrahant proximis, & multis sceleribus inuoluantur. Contra violantes templa notat Fasciculus Temporum. De Pompeio qui semper fuit victor, & viginti duos Reges superauit, sed postquam templum prophanauit in prælijs fuit victus. Et Crasus Syriæ præses templum expoliauit, & ideo auro in os eius effusso perijt. Merito igitur noster vates magis dolet de iniuria facta Deo in suo templo, quã de damnis illatis suis ciuibus.

Exodi. 32. *2. Reg. 1.* *Fasciculus temporum.*

Caph. ☞ *Omnis populus eius gemens, & querens panem dederunt prætiosaqueq; pro cibo, ad refocillandam animam.*

DEscribit famem, quam passi sunt ciues Hierusalem. Huc, atq; illuc discurrebant, querentes cibum, pro quo gemebant diuites, & opulentij; quem vt emerent omnem suam substantiam in prætium dabant. Vestes, aurum, argentum, & nõ ad sufficientem sustentationem, sed ad aliqualem refocillationem, vt notat hic D. Thomas de hac fame dixerat Isaias cap. 38. *Non sunt vltra panes in ciuitate.* D. Theodoretus exponit, præciosa quæq;. Idest filios charissimos, & dilectos. Quia tempore huius famis gustauere de carnibus filiorum. Ad refocillandam animam. 70. Interpretes

D. Thomas. *Isaiæ. 38.* *Theodoretus* *70.*

Theodoretus prætes legunt. Ad reuocandam animam. D. Theodoretus legit, ad reducendam animam, quod est idē. Eflabant morituri animam præ dira fame, nisi paululum cibi inuenirēt, *Pagninus.* qui animam detineret. Et sic Sanctes Pagninus legit, ad detinendam animam, omnia sua bona pro pane largiebantur. *Genes. 47.* Sic fecere Ægyptij, Genes. 47. pro tritico dedere Pharaoni pecora, & iumenta dicentes. *Nec clam te est quod absq; pecoribus, & terra nihil habeamus, cur ergo moriemur te vidente? Et nos, & terra nostra tui erimus, eme nos in seruitutem Regiam, & præbe semina.* Et notandum est. Quod depingitur populus querens panem, absq; vlla requie, per vicos, & vias ambulabant Hierosolimitani querentes panem. Maximè vexat homines penuria panis inumeris se exponūt oprobrijs, *1. Reg. 25.* & laboribus qui indigentiam sustinent panis. 1. Reg. 25. Vilipensus fuit Dauid ab stulto Nabal cumpetijt ab illo cibos aliquos, & hoc humiliter. Dixit enim militibus suis. *Venietis ad Nabal, & salutabitis eum pacifice ex nomine meo. Sit domui tuæ pax, & tibi sit pax, & omnibus quæcūq; habes sit pax, nunc ergo inueniant serui tui gratiam in occulis tuis in die enim bona venimus, &c.* Amara valdè verba audiuit à rustico Nabal, Dauid. Respondit enim. *Quis es Dauid? Aut quis es filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & carnes pecorū, quæ ocidi, tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio.* Et voluit Dauid eum destruere, & totam domum vastare, nisi ocurrisset Abigail. Cum iniu- *Genes. 42.* rijs affectus esset à Nabal, & hoc quia fame vexatus, suplex panes postulauit. Et Genes. 42. *Audiens Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto dixit filijs suis, quare negligitis.* Quot ludibria passi sunt. Ab ipso Ioseph fratre traditi sunt custodiæ, in carcere. Et dixit illis. *Exploratores estis vos, vt videatis infirmiora terræ venistis.* Et hæc verba sæpe eis dixit, & *Genes. 44.* tribus diebus in vinculis detinuit. Et Genes. 44. acusati sunt de furto sciphi. Cum serui Ioseph in sacco iunioris posuissent, quia sic iuserat eis ipse Ioseph: quæ omnia sunt ludibria, quæ Principes, & diuites solent facere cum sunt saturati.

rati. Rident de egenis, & famelicis. Hæc omnia opprobria sustinuere, propter tritici penuriam illi Patriarchæ. Et Lucæ.11.repulsam accepit ille, qui media nocte petijt tres panes, vt hospiti apponeret. Et mille audiunt verba amarulēta egeni, atq; à pluribus despiciuntur, ingens enim est afflictio, indigentia panis: & valde humiliat, & sic non mirum si populus gemat in panis defectu. *Lucæ. 11.*

Populus aliquando sumitur in sacro eloquio pro cōgregatione: vt Prouerb. 30. *Formicæ populus infirmus.* Formicæ est in plurali numero, & est sensus congregatio formicarum est in valida, & imbecillis. *Prouerb. 30*

Anima hic sumitur pro vita, ad refocillandam animam. Idest, vitam conseruandam. Sicut 1. Reg. 28. dixit Phitonissa Sauli. *Quare insidiaris animæ meæ, vt occidar.* Idest, vitæ. Et Genes. 37. *Non interficiamus animam eius.* Idest, vitam. Anima enim occidi non potest cum sit in mortalis: iuxta illud Eclesiastes.12. *Et spiritus reddeat ad Deum qui dedit illum.* Actor. etiam 20. *Nec facio animam meam prætiosiorem quam me, dum modo consumem cursum meum.* Anima hic sumitur pro temporali vita, in Græco est. Nec duco sine cēseo, vitam meam prætiosam mihi. Idest, neq; tanti facio vitam meā, vt non libenter pro vobis in Euangelij causa proffundam. Dum modo consumem cursum meum. Idest, in iunctam mihi prouinciam perficiam. Græci codices, qui nunc extant addunt: cum gaudio. Quia cum magna cordis letitia martyres ad tormenta properabāt. Genes. etiam 44. *Si intrauero ad patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius, ex huius anima dependeat, videritq; eum non esse nobis cum morietur.* Idest, cum patris nostri Iacob vita pendeat ex vita filij sui Beniamin, morietur si nobiscum non vadit. Et Exod. 4. *Mortui sunt omnes qui querebant animam tuam.* Dixit Dominus Moysi. Et Matth. 2. *Defuncti sunt qui querebant animam pueri.* Et Ioan. 10. *Qui amat animam suam.* (Idest vitā.) *Perdet eam.* Hinc oritur Hebraismus habere animam in manibus, pro eo quod est habere vitā expositam periculo *1. Reg. 28. Genes. 37. Ecclesiast. 12 Actor. 20. Genes. 44. Exod. 4. Matth. 2. Ioan. 10.*

mortis:quod Hispane dicimus(traer la vida jugada al tablero.) 1. Reg. 28. dixit Phitonissa Sauli. *Posui animam meam in manu mea, & audiui sermones.* Idest exposui vitam meam periculo mortis, cum tuo regio mandato cautũ esset, ne aliquis studeret incantationibus. Et sic exponitur illud Psalm. 118. *Anima mea in manibus meis semper. Et legem tuam non sum oblitus.* Idest vita mea manifestis mortis periculis est exposita: nam, quod est in manibus obiectũ est externæ direptioni. Versor in perpetuo vitæ discrimine. Et ita legit Paraphrastes Chaldeus. Anima mea periclitatur ac si esset in superficie manus meæ. Et ita exponit D. Hierony. ad Sunam: quotidie periclitor, & quasi manibus meis sanguinem meum porto, & tamen legem tuam non obliuiscor. Quanuis D. August. dicat legendum esse in manibus tuis, quia, *iustorum animæ in manu Dei sunt.* Et nemo rapiet eas. Anima vero in manibus meis, quomodo intelligatur ignoro, & ita putat viciosam esse lectionem in manibus meis. Et idem existimant Theodoretus, & Casiodorus: sed salua tãtorum Doctorum pace quod D. August. dicit se ignorare explicat D. Hieronym. Et sic nostra lectio non est explodenda sed recte transtulit vulgatus interpres. Idem tropus est Iob 13. *Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis.* Et Iudicum. 12. dixit Iepte. *Posui animam meam in manibus meis transiuiq́, ad filios Amon.* Aduertere hic oportet quod anima rationalis est à Deo creata immortalis; & quamuis sit indiuisibilis, & partibus careat, cũ sit Spiritus: habet duo nomina ratione diuersorũ effectuũ, quos sortitur. Vocatur spiritus quatenus respicit ad res, quæ in Dei obsequiũ diriguntur. Et sic dixit beata virgo. Lucæ. 1. *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.* Non dixit exultauit anima mea. Vocatur autem anima quia animat corpus, & gerit curã rerũ pertinentiũ ad corpus, & ita desiderat comedere, & bibere, & quiescere. Sicut diues ille dicebat. Lucæ. 12. *Anima mea habes multa bona comede, & bibe.* Sic etiam dixit Christus Matthæi. 26.

(Margin notes: 1. Reg. 28. — Psalm. 118. — Chaldeus. — D. Hierony. — D. August. — Sapient. 3. — Theodoret. — Casiodorus. — Iob. 13. — Iudicum. 12 — Lucæ. 1. — Lucæ. 12. — Matth. 26.)

thæi. 26. *Tristis est anima mea vsq, ad mortem.* Quia tūc animæ oficium exercebat. Et hæc est pars inferior. Postea vero dixit in cruce. *Pater in manus tuas commendo spiritum meū.* Quia iam deserebat corpus, nō faciebat munus animæ erga corpus, quod est animare. Et sic sensus illorum verborum. Ioan. 10. *Qui amat animam suam perdet eam.* Hic est. Qui voluerit in omnibus satisfacere carnis apetitibus, & omne quod caro concupiscit etiam si sit contra legem Dei ex sequitur; hic perdet animam, & sic vsurpatur hic *Dederunt pretiosa quæq; pro cibo ad refocillandam animam.* Idest animæ desiderium, quæ optat comedere, & bibere, vt conseruetur in corpore. Lucæ. 23. Ioan. 10.

Ex hoc textu colligitur quam grauis plaga sit fames, & quam dira passio, vt illam effugiāt, cuilibet se exponunt periculo homines; gementes, & cælum suspirijs complentes; vagantur, huc, & illuc discurrunt, vt cibum inueniant. Vt Isaiæ. 8. *Et transibit per eam, & corruet, & esuriet, irascetur, & maledicet Regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio.* Idest, qui per prouinciam Iudeæ vastatam transierit dura sustinebit non hospitia, nō vbi pernoctetur inueniens, vnde etiam fame laborabit. Inedia autem laborantes facile irascūtur. Quare viatores illi in hospitalitate, & fame exacerbati, & ira succensi probra iacient in Regem, & in deos suos. Et, qui per Iudeā transierit, quocūq; se vertat, siue leuet occulos in cælū, siue in terrā, tristia omnia, & aflictione plena reperiet. Vel loquitur vates de Senacherib. Qui transiuit per Iudeam & Hierosolimitani, rabiē patientur præ fame, & deficiet eis patientia, cū esurierint, & Regi, & Deo maledicent; homo enim fame vexatus mille maledicta proferet, fames enim validos, & fortes, ita præmit, vt tāquam stupidi loquātur, ea quæ nō conueniunt ore proferri. Ex flagellis Dei quibus peccatores in hac vita puniti, hoc est vnum, & nō leue, & sunt Angeli deputati à Deo ad hæc flagella infligenda: siue boni siue mali. Vt de peste. 2. Reg. 24. Et Ezechiel 9. Dauid vidit Angelū coelu- Isaiæ. 8. 2. Reg. 24. Ezechiel. 9.

 dentem

dentē ensem in vagina. Et Ezechiel. 9. vidit viros. *Habentes vasa interfectionis.* Et vnus Angelus vna nocte occidit centum octoginta quinque millia militū exercitus Senacherib. *Eclesiast. 8* *Chaldea versio.* Et Eclesiastes. 8. *Non est in hominis potestate cohibere spiritum.* Chaldaica paraphrasis legit, cohibere Angelum mortis. Et *D. Gregor. Nazianz. in Eclesiastem.* D. Gregor. Nazianz. super hoc caput, dicit nemo est tantis viribus præditus; vt Angelū animā ipsius extorquētē, arcere, ac prohibere possit. Similiter est Angelus deputatus fami: vt notauit Remigius Antisiodorensis super Psalmos, in *Remigius in Psalmos.* Psal. 104. *Et vocauit famem super terram.* Cum fames sit res inanimata vocauit famem. Idest, Angelum malum Principem famis per quem fames inducitur super terrā. Quamuis etiam dicatur vocare famem, ne quis eam tribuat naturæ, vel fato vel casui, est enim vnum ex Dei flagellis durissimis. *4. Reg. 8.* Sic 4. Reg. 8. *Vocabit Dominus famem, & veniet super terram annis septem.* Et nota quod maior plaga est fames quā pestis, & bellū. Propter famem peregrinatus est Abraham. *Genes. 12.* *2. Reg. 24.* Genes. 12. & 2. Reg. 24. Elegit Dauid pestem tribus diebus potiusquam bellum, aut famem tanquàm maius malum illam recusauit. *Vergil. lib. 3 Æneidos.* Et lib. 3. Æneidos his epithetis notatur à Vergilio rabida fames.

Quam vos dira fames nostræ iniuria cædis
Obsconamq; famem, quæ prima pericula vito,
Et metus, & male suada fames, & turpis ægestas
Me fame rapida tria guttura pandens.

Eccles. 39. Eclesiasti. 39. numeratur fames inter Dei suplicia. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerūt tormenta sua, ignis, grando, fames, & mors omnia hæc ad vindictā creata sunt.* *Hierem. 44.* Hierem. etiā 44. *Mittam in eis gladiū, famē, & pestē donec cōsumātur de terra, quam dedi eis.* Et olim mos erat apud Græcos famē virgis ex ædibus eiicere dicētes, foras famem, *D. Basil. ho. 8. in diuites.* intro diuitias, & sanitatē. Apud Græcos habet viginti epitheta vocatur nigra, atra, insuauis, rapida, sæua, anhelās, mæsta, *Plutarchus.* léta. Hæc omnia nomina explicat D. Basilius hom. 8. in diuites. Et Plutharcus de tuēda bona valetudine. Et Rodriginus *Rodriginus.* lib. 3.

lib. 13. lectionũ antiquarũ cap. 24. Et Cicero lib. 5. ad Aticũ dicit fame nil miserius. Seneca lib. 3. epist. 21. Veter præcep ta nõ audit, poscit, appellat. Mitridates cesit Pompeio fame coactus; Carthaginẽ nõ prius cepit Cipio, quàm Carthaginẽses fame deficerẽt. D. Basilius homil. 8. de fame multa dicit, humanarũ calamitatũ caput est fames, cuiusuis generis morte duriorẽ afferẽs finẽ: in alijs nãq; periculis ensis cuspide cito interibis, vel ignis impetus breuiter vitã extinguit, at fames diuturnũ malũ. D. August. serm. 211. de tẽpore, & est sermo tertius Dominicæ septimæ de fame Samariæ dicit, crescit fames, quotidie pæna, quia quotidie crescit, & culpa vbi late tractat quid cogat facere fames. Et Ezechiel. 14. Vocatur fames iudiciũ pessimũ, idest grauissimum, & acerbũ. *Si quatuor iudicia pessima gladiũ, aut famẽ, pestem, & ma las bestias immisero super terrã.* Iudicia pessima. Idest, iudices atroces suæq; iræ executores, nequis putet, famẽ, aut pestẽ casu euenire, vel in grato cælorũ aspectu, sicut nec iudices Regis sine eius diplomate ad prouinciã destinãtur. Sũt mili tes exercitus Dei istæ plagæ. Et Deut. 28. *Mittet Dominus su per te famẽ, & esuriẽ donec cõterat te.* Et cap. 32. *Cõgregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in eis. Cõsumẽtur fame, & deuorabũt eos aues morsu amarissimo.* Prima ex sagittis recẽsetur fames tãquàm omniũ crudelior. Et Baruch. 2. *Mortui sunt, in doloribus pessimis in fame, & in gladio, & in emissione.* Pessimos dolores appellat vates famẽ. Leuit. etiã 26. *Trademini in manus hostiũ postquã cõfregero baculũ panis vestri, ita vt decẽ mulieres in vno clibano coquãt panes, & reddãt eos ad põdus, & comedetis, & non saturabimini.* Sẽsus est tãta caritas erit farinæ, vt vnus paruus clibanus sufficiat coquere pastam pro decem familijs, vt distribuatur in domibus suis ad mensuram paruam, quod Hispane dicimus (lo deñ por onças pesado.) Fames superat paternum amorem, siquidem Iacob concedit dilectum filium Beniamin fratribus, vt habeat triticum quo vescatur. *Sed et fratrem vestrum tollite, & ite ad virũ.* Sepæ negauerat puerum, fame tamen coactus eũ tradit, vt eat

Cicero lib. 5. ad Aticum. *Seneca lib. 3 epist. 21.* *D. Basilius hom. 8.* *D. August. serm. 211. de tempore.* *Ezechiel. 14* *Deuter. 28.* *Deuter. 32.* *Baruch. 2.* *Leuit. 26.* *Genes. 43.*

D. Chrysost. homil. 64. in Genes. in Ægyptum cum capite præcedenti vincula, & præsuras quas pertulerant ei, retulissent. Ita notauit D. Chrisost. homilia 64. in Genes. tandem noster vates dicit. Threnor. 4. melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame, quoniã
Matth. 21. isti extabuerũt consumpti à sterilitate terræ. Et Matth. 21.
Christianus Drutmarus. *Malos malè perdet.* Christianus Drutmarus super hæc verba notat perdidit Deus Iudæos male, quia fame, qua nihil durius, quæ etiam compellit humanis carnibus vesci illos perdidit in obsidione Hierusalem per Titum, & Vespasianum. Et quod magis sensit prodigus in sua miseria fuit fa-
Lucæ. 15. mes. Et ideo dixit. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo.* Et potuit tantum fames quod reduxit eum in domum patris sui, & sic dixit. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Et noster vates vbi primum hoc loco de fame egit ad Deum exclamat, vt suæ gẽtis misereatur dicens. *Vide Domine, & considera quoniam facta sum vilis.* Cum antea non implorasset vates Dei opem hic cum vehementi dolore inuocat, cum de fame loquitur.

☞ *Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.*

70. IDest, considera quòd despicior. 70. Interpraetes legunt, vide Domine, & considera quoniam facta est vilis. Et iuxta hanc lectionem sunt verba Prophetæ pro suæ gentis remedio ad Deum fundentis præces. Sed iuxta nostram lectionem, sunt verba ciuium Hierosolimitanorum, qui in tantis laboribus constituti dicebant, vide Domine, quoniam in extremam miseriæ lineam deuenimus, siquidem coacti sumus distrahere aurimonilia vestes præciosas anulos gemmis ornatos, in aures, & torques fæminarum vt panem emamus. Cum ergo res maioris prætij pro rebus exigui valoris cõmutamus nostri miserere considerans tã diram præsuram, & longam obsidionem, & à tot tantisq; ærũnis libera. Notandus est vatis dolor videntis prætiosaquæq; dilapidari, & prouilibus cõmutari in sua vrbe, vt ex hoc colligas

colligas quàm deploranda sit infelix sors illorum, qui animam suam pro momentanea voluptate dæmoni tradunt, quam prætioso sanguine Christus Dominus comparauit. De his dicit Isaias cap.52. *Gratis venundati estis*. Celestia bona isti despiciunt. Sicut illi de quibus Psalm.105. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*. Ideſt optimam, & omnium desiderio dignissimam, & cenam illam opulentam despiciunt de qua Lucæ. 14. *Homo quidam fecit cenam magnam*. Cum potius abstinere deberent à terrenis cibis, sicut faciunt illi, qui inuitati sunt ad magnatum cenam in meridie parum, aut nihil comedun, vt in nocte auidius manducent. Euenit autem his, qui replent ventrem in huius diei vita bonis terrenis, quod euenire solet multum manducantibus in prandio, & satiantur postea in nocte non cenant; ita isti, qui hic replentur diuitijs, & delicijs incenati dormiunt in orco carentes beatitudinis refectione.

Isaiæ. 52.
Psalm. 105.
Lucæ, 14.

Lamed. ☞ *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor, sicut dolor meus, quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui.*

PEriphrasis est viatorum præcipuè mercatorum, qui omnia perambulant itinera. Et est singulare prò plurali, qui transitis per viam. Ideſt vias, vt Genes. 49. *In furore suo occiderunt virum*. Sub viro hoc, est Principe Sichem, intelliguntur omnes fichimitæ, qui ergo plures orbis partes vidistis attendite, & considerate si vidistis ruinam huic similem 70. Interpretes legunt, qui ad vos omnes, qui transitis per viam opinantur multi esse verba ad iurantis, quasi dicat vatos ad iuro vos, vt tàtisper à via declinetis, & proximè accedatis, vt hanc calamitosam consideretis vastitatem. Alij ex Hebræo vertunt, non ad vos. Suple perueniat hoc malum si nostri misereminj; vsitatus est hic modus loquendi illius nationis quando de aliquo malo loquntur adiungere, libe-

Genes. 43.
70.

Pagninus. re vos Deus ab illo. Sanctes Pagninus, & alij legunt non sit vobis graue, omnes, qui transitis per viam aspicite, & videte si est dolor, sicut dolor meus. Idest non sit vobis molestum ô viatores atente considerare meam miseriam. *Si est dolor, sicut dolor meus.* Suple qui factus est mihi, vestra condolētia meam leuabitis afflictionē ô viatores ita liberet vos Deus à tanto malo. Dicite mihi si est dolor, vt meus. Quādoquidem sum, sicut vinea finita vindemia.

☞ *Quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die furoris sui.*

COmparat vates vrbis vastitatem vindemiatæ vineæ, in qua vix vnus aut alter remanet botrus. Ita in Hierusalē nō inuenitur res alicuius pretij. In vindemia racemi vuarū à vitibus scindūtur idē cōtigit in hac vrbe, ciues diuulsi,
Isaiæ. 18. & dilacerati sunt ab ea, & ita appellatur ab Isaia cap. 18. gēs dilacerata. *Ite Angeli veloces ad gētē conuulsam, & dilaceratā.* Suple ab alijs nationibus vastatā bellis, & obsidionibus. Et
D. Hierony. ipsa ciuitas cōquæritur. Isaiæ. 27. iuxta D. Hieron. expositionē. *In die illa cātabit vinea meri.* Idest, flebit, lugubri atq; funesto cantu plorabit illa vinea, quæ vinū dabat in permixtū, &
Psalm. 74. indilutū. Quòd Hispane dicimus (vino puro.) Vt Psal. 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* Idest, aqua non
Pagninus. diluti. Sanctes Pagninus legit. Vinea faciens vinum rubeū. Quod Hispanè dicimus (vino tinto.) *Ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo ei.* Idest, ego Dominus, qui olim eam seruabam, propinabo repente ei. Suple calicem iræ meæ, & propterea flebit quia ego qui ad pœnitentiam sperabam eam diutius, & nocte, & die seruo eam. *Ne forte visitetur contra eam.* Ad indulgendum ei eam sperabam, vt conuerteretur, sed quia noluit cōuerti, calice iræ meæ inebriabo eam. *Quis dabit me in spinam, & veprem.* Idest, vtinam sim durus, & asper contra hanc vineam, & naturam meam vincam, ad misericordiam propensam. Sed notandum est qualis remansit hæc vinea sine frondibus, & palmite amplius

plius non germinauit. Et sic dicit de ea cap. 32. *Consumata est enim vindemia, collectio vltra non venit.* D. Hieronymus sic exponit. Post vltimam vastitatem sub Tito, & Vespasiano factam, & sub Adriano: non erit vltra alia, taliter subuertetur vrbs vestra, vt numquam reædificetur. Et si euelluntur vites non erit necessaria vindemia, quia non erunt racemi. *Isaiæ. 32.* *D. Hierony.*

Expende lector quã graphicè appellat noster vates Dei suplicium vindemiam. Vindemia serò, & in fine æstatis venit, sed tamen nil fructus in vitibus relinquitur, racemant vsq; ad botros vindemiantes. Et hac similitudine significatur, quòd Dei punitio sero quidem venit, sed tamen cum punit tarditas suplicij grauitate compensatur. Vt ait Plutarchus. Et propterea Christus Dominus iudicij tempus messi comparat Matth. 13. Et Apocalip. 14. Angelis dicitur. *Mittite falces quoniam maturauit messis.* Ita hic dicit Hieremias. *Vindemiauit me Dominus.* Idest, diu dissimulauit, nũc autem peccata populi mei ad maturitatem venerunt, & pedibus inimicorum conculcata sum. Similis locus est Apocalip. 14. *Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindimiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum.* Iubetur Angelo, vt de medio tollat impios, qui per botros carnalis, & terrestris vineæ, intelliguntur; electi enim botri sunt vineæ Dei; reprobi vero, vineæ terræ racemi. *Quoniam maturæ sunt vuæ eius.* Idest, reproborum peccata vsq; ad completam malitiam, & profundum peccatorum peruenerunt: & Angelus vindemiauit vineam. Auferendo impios de terra. *Et misit in lacum iræ Dei.* Lacus hic vas significat factum ad excipiendum vinum, quo metaphorice infernus significatur. *Et calcatus est lacus.* Est metonimia continens pro contento. Idest, calcati sunt ipsi reprobi existentes in inferno ab ipsis dæmonibus. Et quòd serò nos puniat Deus prius ad pœnitentiam expectans constat ex illo Hierem. 7. *Matth. 13.* *Apocal. 14.* *Apocal. 14.* *Hierem. 7.*

Ecce furor meus conflatur super locum istum. Differt enim Deus suplicium de die, in diem, propterea dicit suum furorem conflari. Sumpta metaphora; à metallis quæ in conflatorio abigne per temporis spatium liquefiunt.

Simachus. Theodoretus. *Vindemiauit me Dominus.* Simachus legit. Coxit me Dominus, & siriaca lectio. Vt notat D. Theodoretus. Quod Hispane dicitur (coziose el fruto) quia vindemia ad vineã refertur, persistit in metaphora. Solent enim cum post niues vel aquarum abũdantiam sol oritur calore solis decoqui fructus arborum, seu vinearum, &c.

☞ *In die furoris sui.*

IN Hebræo est, in die iræ nasi sui. Hebræi nasum pro ira vsurpant. Vt 2. Reg. 22. *Ascendit fumus de naribus eius.* Et Iob. 41. *De naribus eius procedit fumus.* Et Isaiæ. 2. *Quiescite ab homine cuius spiritus est in naribus.* Idest, cauete ne irascatur quod Hispanè dicimus (no se le suba el humo à las narizes) solet in vindemia exultatio magna esse, tam Domini fundi, quam calcantium in torculari. Vnde Hieremiæ 25. *Celeusma quasi calcantium concinetur ad versus omnes habitatores terræ.* Et Isaiæ. 16. *Vocem calcantium abstuli.* Haimo exponit. Idest abstuli celeusma, & iocũditatis voces, quas edere solent in tempore vindemiæ calcatores vuæ. *Et sic, pro vocem calcantium abstuli.* Sanctes Pagninus legit. In vineis non cãtabunt, & non iubilabunt; vinum in torcularibus, non calcabit calcans, iubilationem cesare feci. Ne aliquis putet, hanc vindemiam esse letitiæ, & alacritatis sicut sunt vindemiæ vinearum. Addit vates quòd est vindemia furoris, & vindictæ, & ideo mæroris, & luctus. Hunc Dei furorem horrebat Hieremias cum cap. 10. à Deo petebat. *Corripe me Domine, & non in furore, ne forte ad nihilum redigas me.* Vbi duplex insinuatur Dei suplicium alterũ terribile, quod est in ira. Vt Isaiæ. 63. *Conculcaui eos in ira mea, & calcaui eos in furore meo.* Et Psal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.* Alterum vero quod cum mansuetudine

[Margin notes: 2. Reg. 22. / Iob. 41. / Isaiæ. 2. / Hierem. 25. / Isaiæ. 16. / Pagninus. / Hierem. 10. / Isaiæ. 63. / Psalm. 2.]

dine fit. Vt Psal. 117. *Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* *Psalm. 117.*

☞ Vt locutus est Dominus.

IDest omnes cognoscebāt à Deo irato mihi euenisse talem calamitatem, vt comminatus antea fuerat. Sic Zachariæ. 11. *Et tuli virgam quæ vocatur decus, & præcidi eam vt irritum facerem fœdus meum, quod percusi cum omnibus populis.* Idest dedi facultatem populis euertendi Hierusalem, & in irritum deductum est in die illa pactum. Idest graui bello Hierusalem fuit opressa. *Et cognouerunt sic pauperes gregis.* Idest viri pij. *Qui custodiunt mihi.* Hoc est præcepta mea obseruant. *Quia Verbum Domini est.* Idest cum viderent rem publicam conuulsam cognouerunt hoc esse à Prophetis prædictum, Deumq; quod fuerat minatus præstitisse. Vel cognouerūt acerbas calamitates à Deo esse in missas, propter eorum peccata. Et Daniel. 9. *Stillauit super nos maledictio, & de testatio, statuit super nos Dominus sermones, quos locutus fuerat, vt induceret malum, quale nunquam fuit sub cælo, quod factum fuit in Hierusalem.* *Zachar. 11.* *Daniel. 9.*

Mem. ☞ De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum posuit me desolatam, tota die mærore confectam.

VArijs similitudinibus exponit vates iram diuinam. Et nunc dicit esse ignem de cælo missum, illa queationē, calcationem torcularis, iugiq; impositionem. Recte dixit Dauid Psal. 89. *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Quasi dicat nullus. Contextus huius literæ est. Dixerat Propheta, Dominum vindemiasse Hierosolimam, sicut vineam, & modo ait illam inflamasse, non fuit contentus vindemia, amplius dæseuijt in illam. Omnes vineæ, vites, ignis consupsit: frondes, & pro pagines *Psalm. 89.*

nes adusit, vt vinea combusta mansit Hierusalem, absq; domo, & habitatore. Ignis in sacro eloquio sumitur pro subsolano vento qui terram vrit. Vt Ioelis. 1. *Ad te Domine clamabo quia ignis comedit speciosa deserti.* Aliquando pro pœna mortis. Vt Genes. 38. de Thamar, dixit Iudas. *Producite eam, & comburatur.* Idest lapidibus obruatur, quia sponsata fuerat cum Her filio Iudæ. Et ita venit intelligendus ille locus Hieremiæ. 29. Vbi dicitur quod Rex Nabuchodonosor in Babylone frixit duos senes falsidicos igne, qui cum verecunda, & casta Susana turpiter voluerunt comisceri. *Et asumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæquæ est in Babylone dicentium; ponat te Dominus, sicut Sedechiam, & sicut Acab, quos frixit Rex Babylonis in igne pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores fratrum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter.* Idest falso iurauere cōtra Susanam. Sed Daniel. 13. dicitur. Quòd sunt lapidati. Nulla est contradictio, quia pœna ignis sumitur pro pœna mortis. Vt 4. Reg. 21. dicitur de Manasse. Quòd, *traduxit filium suum per ignem.* Idest, occidit, & in sacrificiū obtulit. Et idem dicitur de Acab. 2. Paralip. 28. *Lustrauit filios suos per ignem.* Idest idolo Moloch inmolauit, iuxta ritum gentium. Secundo de illis senibus dicitur; quod prius fuere lapidati deinde combusti. Et Iosue. 7. *Qui hoc facinore fuerit deprehensus comburatur igne.* Et inuentus est Acham, & tamen fuit lapidatus. Et fornax ferrea vocatur seruitus Ægyptiaca. hic autem ignis sumitur pro Dei punitione, vel pro igne, quo Chaldei arcem Sion, & templum incenderunt.

Genes. 38. Hierem. 29. Conciliatio duorum locorum. Daniel. 13. 4. Reg. 21. 2. Paral. 28. Iosue. 7. Deuter. 4.

☞ *De excelso misit ignem in ossibus meis.*

Theodoretus

ADnotauit hic Theodoretus, & bene. Quod dicit vates de excelso, vt cunctis esset manifestum, hanc plagam à Deo fuisse inflictam contra ethnicos Dei prouidentiam negantes; de quibus Iob. 22. *Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.* Et Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo*

Iob. 22. Psalm. 13.

suo non est Deus. In Græco est, dixit amens, & stollidus. In Hebræo est, dixit Nabal. Nabal enim stultum significat, cerebro vacuum, qui stultitiam coniunctam cum malitia habet. *Non est Deus.* In Hebræo est, non est Heloin. Heloin enim iudicem sonat, atq; prouidentiam respicit, non essentiā. In corde suo, bene addit, in corde suo, nemo enim palam ausus est prorrumpere in tantam insaniam, vt diceret non esse Deum. Adeo etiam gentium animis à natura insitum erat Deum esse, qui cōdidisset, & gubernaret vniuersa. Vnde Protagoras Sophista sui temporis maximus. Cum dixisset se dubitare an essent dij nec ne: iussu Atheniensiū, vrbe, & agro exterminatus est, & inconcione, libri illius exusti sunt. Vt scribit Cicero lib. 1. de Natura Deorum; quanuis fuerint nonulli sacrilegi, & detestandi Philosophi, qui palā aserebant nullū esse Deum. Vt Diagoras, & Theodorus, qui ob id Athei vulgo dicti sunt. Pauci autem sunt qui putent nullum esse prorsus Deum. Idest, nullam primam causam qui cum Dei prouidentia eius etiam essentiam negent. Vt aiunt Aristoteles 12. Metaphisicæ. Et Cicero lib. 1. de Natura Deorum. Sensus ergo est. Apud se cogitat impius, & sentit non esse Deum, qui iudicet quem quā ex suis factis. Qui attendat, & consideret, & curet hominum res, actiones, & opera, quare ruit ad omnia flagitia de suplicio securus. Et hinc sequitur in Psalmo citato. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Est longa enumeratio eorum, quibus impij se cōmaculant propter iudicij prouidentiæq; Dei inficiationem. Sic Chaldeus legit. Nō est potestas Dei in terra. Et quia hanc summam potestatem negauere, in baratrum ruunt perditionis. Vnde ad Roman. 1. Hoc docet D. Paulus. *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt repletos omni iniquitate, & malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate.* Et negantium prouidentiam error reuincitur. Ex illo Ezechielis. 35.

Cicero lib. 1. de Natura Deorum.

Aristot. 12. metaphisicæ.

Psalm. 13.

Chaldea paraphras.

Ad Rom. 1.

Ezechiel. 35

D.Hierony. *Ecce ego ad te mons Seir.* D.Hieronym.exponit ſic,non mittā Angelum neq; alijs vtar miniſtris, ſed ipſe ad te veniam,& extendam manum meam ſuper te. Propterea conquæritur ciuitas Hieruſalem,de cælo venit contra me indignatio, ſicut ille ignis qui de cælo deſcendit,& oues,& armenta Iob combuſit. Sicut contra Edonitas pugnauit propria manu
Pſalm.75. ſic contra me miſsit ignem. Ad idem eſt locus Pſal.75. *De cælo auditum feciſti iudicium,terra tremuit, & quieuit.* Ideſt auditum feciſti iudicium in terra,de cælo; ideſt, manifeſtaſti in terra,quòd tu punias homines de cælo, & vltionem tuā tonitruis,& tempeſtatibus feciſti auditam in terra.Et tunc *Terra tremuit,& quieuit.* Ideſt ſiluit,& obſtupuit,atoniti cō-
Hierem. 12. ticuere habitatores terræ. Et Hieremiæ. 12. *Deſolatione de-*
70. *ſolata eſt terra omnis.* 70. legunt. Propter me diſsipatione diſsipata eſt terra. Verba ſunt Dei dicentis, propter me terra
Zachar. 5. redacta eſt in ſolitudinem. Zachariæ etiam 5. dicitur. *Vidi,& ecce volumen volans.* Quod erat plenum maledictioni-
70. bus. 70. Interpretes legunt. Vidi falcem volantem. Volare dicitur volumen,vt è tribunali altiſsimi, & æquiſsimi iudicis venire intelligatur. Et etiam celeritas diuini iudicij deſcribitur,quod opprimit repente impios,& citius quam ipſi opinabantur.Et falci etiam comparatur,quia totum hominem circundat, ſicut falx manipulum,quem manu meſſor appræhendit. Sic etiam animam,& corpus punit Deus,homines enim ſolum corpus poſſunt perdere:in hoc ergo va-
Ezechiel. 22 tis noſtri loco,ignis ſuplicium diuinū ſignificat. Sicut Ezechiel. 22. *Succendam vos igne furoris mei, &c.*

In oſsibus meis. Primus ſenſus eſt. In robuſtiſsimis illius vrbis,qui illam ſuſtentabant, ſicut oſſa corpus humanum. Oſſa pro robore vſurpantur in ſacro eloquio. Sicut Pſalm. 138. *Non eſt ocultatum os meum à te. quod feciſti in oculto.* Aliqui exponunt. Non eſt ocultatum robur meum à te. Fuit eius percuſſio ſicut fulminis ictus. Fulmen enim carnē non lędit,& oſſa eī minuit, & incinerat; ſic Dei plaga imbecilliores non ita præmit. Sicut robuſtos,& potentes, quos in

fauillam redigit. Et ita hic ossa vocat Principes. Non remãsit in columnis, neq; vnus dux, aut Princeps, in Hierusalem. Pro intelligentia huius loci notandum est. Quòd Galenus dicit, rempublicam esse veluti corpus humanũ, in quo sunt membra infirma, & alia fortia, & robusta. Et sicuti in corpore humano quicunq; morbus magis vexat partem corporis in becilliorem; ita contingit in republica, tributa, & vectigalia, & quicunq; alius labor in caput pauperum deuoluitur, quia debiles sunt, ipsi luunt pœnas, & penuriam, & famem sustinent, atq; calumnias, sed magnates & diuites opulentis fruuntur mensis, & cibis delicatioribus vescuntur, & parum, aut nihil soluunt de tributis. Et ita Daniel. 2. Lapis qui descendit de monte, pedes luteos statuæ percusit: non caput aureum, nec pectus argenteum, nec tibias ferreas, quòd modo contingit, nunquam lapidibus laborum diuites, & potentes percutiũtur, sed pauperes, qui humi reptant. Sic Matth. 2. *Iratus Herodes videns quòd illusus esset à magis, occidit pueros.* Quid illi fecerunt infantes? nihil, & tamen occiduntur; sic modo euenit: rixantur inter se Reges, oriuntur bella, & in prælio milites plures ocumbunt. Quidquid delirant Reges plectũtur Achiui. Sed Dei suplicium omnes compræhendit, diuites, & pauperes; nobiles, & ignobiles; primi erunt, qui de calice iræ diuinæ bibent Principes. Prius descendit ignis in ossa quæ potentes adumbrabant, quia priores fuere in peccando. Ita Amos. 6. *Væ, qui opulenti estis in Sion optimates, capita populorum qui dormitis in lectis eburneis.* Et infra dicit vates. *Quapropter migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.* Quasi diceret, cum essetis populi capita, luxuriati, & epulati istis, cum deberetis esse ante signani in bono, propterea eritis primi in captiuitate incipiet à vobis suplicium, & ita de medio tolletur impiorum congregatio. Ad hoc propositum est optimus locus Ezechiel. 24. Vbi primates ossa reipublicæ nuncupantur. *Hæc dicit Dominus, pone ollam, pone inquam, & mitte in eam aquam.* Et infra. *Pinguissimum*

Galenus.

Daniel. 2.

Matth. 2.

Amos. 6.

Ezechiel. 2.

pecus

pecus assume compone quoq; strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius. Olla illa erat vrbs Hierusalem. Et pecus pingue po-
Deuter. 32. pulus Israel erat, qui Deuter. 32. *Impinguatus recalcitrauit.* Per aquã, in qua carnes decoquebãtur longa obsidio denotabatur in qua sunt consumpti, tardius enim carnes aqua
Exod. 12. parantur quàm igne. propterea Exod. 12. Agnus assus igne iubetur comedi ab Israelitis quia cum festinatione illa nocte egressuri erant ex Ægypto, & propterea festinãter edẽdus. Strues ossium poni iubentur sub ea, sub audi, sub carne nam infra dicit vates. *Discocta sunt ossa illius in medio eius.* Forte minora, nam maiora sub olla sunt posita, quo facto Dominus ostẽdere voluit Principes illius populi, qui erãt, velut ossa concoquisse carnes. Idest, populares nã ossa pro lignis posita sub olla ignem succenderunt, quo cocta fuit olla carnis. Gubernatores enim reipublicæ, qui vt ossa illam sustentare atq; protegere debebãt fuere causa vastitatis Hierusalem, & quod ille populus in lebete Babylonico per multum tempus vexaretur. Per aquam tribulatio de
Psalm. 17. notatur quã passi sunt in obsidione. Vt Psal. 17. *Assumpsit me de aquis multis.* Ita etiam postea cõtigit in Hierusalem cum
Ioan. 11. *Pontifices, & Pharisei collegerunt concilium:* contra Dominum fuere causa vastitatis suæ vrbis. *Misit ignem.* Per ignem intelligit vates hostes. Ideoq; non dicit combusit sed erudiuit, vel intelligit ignẽ quo exustum fuit templum à Chaldeis. Decimo die mensis Augusti, & eodem die à Titi militibus fuit inflamatum, qui dies erat Iudæis fatalis, & exi-
Egesip. li. 5. cap. 42. tialis. Et hic mẽsis à Iudæis appellatur (Toma) sic notat Egesipus lib. 5. de excidio vrbis cap. 42. Ciuitas vero per Titi milites fuit combusta octaua die mensis Goripei. Hoc est Septembris. Durauit illud templum à die primo suæ con-
Paul. Oros. lib. 7. cap. 9. ditionis, vsq; ad diem euersionis vltimæ annis mille, & cẽtum duobus, vt testatur Paulus orosius lib. 7. cap. 9. Ossa in
Genes. 49. sacro eloquio vires significant, & fortitudinem ita Genes.
Caietanus. 49. *Isachar asinus fortis.* In Hebræo est osseus, quòd est plus-
Psalm. 31. quàm fortis, vt notauit hic Caietanus. Et Psal. 31. *Quoniam tacui*

tacui inueterauerũt ossa mea: idest, vires, quæ sũt site in ossib⁹.

Secundus sensus est, vt per ossa intelligat vates arcẽ Siõ, tẽplũ, & regale palatiũ, turres, & fortia vrbis propugnacula quæ ignis cõbusit, dicũtur vero ista ossa, quia sunt vrbis robur, sicut corporis animalis ossa sũt fortitudo. Chaldea versio legit, de cælo misit ignẽ in castella mea, & subegit ea. *Et erudiuit me.* Sub audi ipse ignis, & sic legit sanctes, & dominatus est ipse ignis, suple mei, & vrbis redigẽs in fauillã. Lyra li. differẽtiarũ legit, separauit me: idest, vrbe inccẽsa diuisi sunt ciues à sua patria trãslati in Babylonẽ. Vbi nota, quòd propriũ ignis est cõburere, & nõ erudire, & cũ deberet dicere vates cõbusit me, dicit erudiuit, sed quia locus intelligitur nõ solũ de igne materiali, sed etiã de igne tribulationis, & captiuitatis, quẽ De⁹ mittit vt erudiamur, & corrigamur. Propterea ait. *Erudiuit me*: sic Iob. 30. *Verũtamẽ nõ ad cõsumptionẽ meã emittis manũ tuã, & si corruerint ipse saluabit.* Fatetur ergo Hierusalẽ hac obsidione fuisse eruditã quia labores homines docẽt, iuxta illud Isaiæ. 28. *Sola vexatio intellectũ dabit auditui.* Et Hiere. 6. *Erudire Hierusalẽ, ne forte recedat anima mea à te.* 70. legũt, per omnẽ dolorẽ, & flagellũ erudieris Hierusalẽ. Vbi etiã notãdũ est Dei percusionẽ cõtra impios nõ esse leuẽ pertingit vsq; ad medullas ossiũ, sicut fulmẽ, quod cominuit ossa, integra manẽte carne. Vnde Isaiæ. 30. *A voce Domini pauebit Asur virga percussus, & erit transitus virgæ fundatus.* Idest, erit validissima plaga, quæ conterat ossa.

Chaldea versio.

Pagninus.

Lyranus.

Isaiæ. 28.

70.

Isaiæ. 30.

☞ *Expandit rete pedibus meis, & conuertit me retrorsum.*

IDest, laborũ vinculis irretiuit me, atq; cõpedibus captiuitatis vt à via iniquitas retrocederẽ. Ex hoc cõstat laborum vtilitas nam vbi primum misit Deus ignem in ossibus proceres vrbis castigãs; populares periculo alieno cauti ad meliorem frugem conuersi sunt. Hinc est, quòd beneficiũ collatum capiti mẽbris confertur, & quod prælato subditis etiam. Vnde Lucæ. 22. dixit Christus Petro. *Ego rogaui pro* *Lucæ.* 22.

te; vt non deficiat fides tua. Et illicò adiungit. *Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret, sicut triticum.* Poterat aliquis interrogare; cum Sathanas intenderet omnes discipulos tentare, quomodo oratio solum fit pro Petro? Ratio est, quia erat caput, & cum oratio fit pro capite, fit etiam pro sibi subditis. Petro enim in fide firmato facile ipse confirmabit alios condiscipulos, & sic in eodem loco dicit Euangelista. *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*

Expandit rete pedibus meis.

Contextus huius literæ est. Dixerat vates Deum de excelso misisse igne potérat ciues Hierosolimitani fugere ab igne; addit vates, parauit Deus retia, quibus illaqueare tur, qui ab igne liberabatur, cadebat isti in manus hostiũ. Ita

Psalm. 10. Psal. 10. de reprobis dicitur: *pluet super peccatores laqueos ignis, et sulphuris, spiritus procellarũ, pars calicis eorũ.* Sẽsus est. Vt à tẽpestate cælesti nõ possint erui pluet Dñs cũ igne vincula, & cõpedes, quibus vincitur, sicut aues, & sic nullus euadet vltionẽ diuinã. Secũdus sensus est. *Expãdit rete pedibus meis.* Idest, vndiq; cinxit supplicio sicut aues rete inuolutæ capiũtur. appellauerat vates c. 12. Hierusalẽ auẽ. *Nũquid auis discolor hereditas mea.* Dicit modo sicut auẽ illã cepit expãdẽdo. retia, & claudẽdo sicut faciũt aucupes. Ita Ezech. 12. & 32.

Hierem. 12.

Ezechiel. 32.

Amos. 3. *Extẽdã rete meũ, & extrahã te in sagena.* Et Amos 3. *Nũquid cadit auis in terra absq; aucupe? nũquid auferetur laqueus de terra absq; eo quod aliquid ceperit? Si est malũ in ciuitate quòd Deus nõ fecerit?* Intellige de malo pœnæ, & nõ culpæ. Tertius sensus. *Expãdit rete pedibus meis, & cõuertit me retrorsũ.* Idest, fecit vt offendens in laqueo caderẽ retrorsum, vel vt inimicis tergã verterẽ fugiens, & hoc facili negotio, ea facilitate, qua aues

Isaiæ. 10. laqueo cõpræhẽdũtur. Hac similitudine vtitur Isa. cap. 10. Agẽs de victoria Regis Assur superbietis. *Dixit enim in fortitudine manus meæ feci, & in sapiẽtia intellexi, & abstuli terminos populorũ.* Idest, meis viribus, & industria subiugaui gẽtes, & quàm facile eos expugnauerit duabus similitudinibus explicat

plicat dicēs. *Et inuenit quasi nidū manus mea fortitudinē populorū, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terrā ego congregaui, & non fuit, qui moueret pennā, & ganniret.* Ideft, ficut auicula in nido audiēs ftrepitū prætereūtiū non audet garrire, neq; alas mouere, fic aduerfū me nullus aufus fuit lo qui tātus fuit meæ potētiæ terror in hominibus conceptus.

☞ *Posuit me desolatam, tota die merore confectam.*

IDeft, nullā cōfolationē adhibuit, poft tot flagella: & ita cōquærebatur Hierufalē. Baruch. 4. *Adduxit mihi Deus luctū magnū.* Vocauerat Propheta trāfeūtes, vt ruinā Hierufalē cōfiderarēt, modo dicit effe euerfā, vt cōterriti cauti fint alieno periculo á fuis fceleribus refipifcētes. Sic Pfal. 45. *Venite, & videte opera Dñi, qui posuit prodigia super terrā.* D. Hieron. legit, quātas pofuerit folitudines in terra. Felix vertit videte quātas pofuerit defolationes. Chaldea paraphrafis trāffert, qui pofuit defolationē impios terræ. Et ita euertit Deus Hierufalē propter fua peccata. 70. legūt, dedit me deletam: ideft, á fuorū amicorū deleuit numero: vel nullus remāfit in ea ciuis, ficut in tabula cūdeletur literæ fcriptæ nulla remanet. Et cū Deus fic puniat impios mirādū eft quòd homines audeāt peccare. Ifaiæ 24. *Secretū meū mihi, secretū meū mihi, væ mihi præuaricātes præuaricati sunt.* Chaldeus legit, dixit Propheta fecretū mercedis iuftorū cōfpectū eft mihi, fecretū vltionis reuelatū eft mihi. Quafi diceret, heu nefcio, qua audacia impij impiæ agūt cū tātas daturi fint pœnas in alio fæculo. Hac cōfideratione perterritus dicebat Dauid Pfal. 76. *Anticipauerūt vigilias oculi mei turbatus sum, & nō sum locutus.* In Hebræo eft, atonitus erā, nec dormirē poterā fecuritus. D. Hiero. legit ftupebā & nō loquebar. *Cogitaui dies antiquos.* Suple vitæ præteritæ. *Et annos æternos in mēte habui.* Vitā præteritā dies vocat, quia breues fūt, fed futuros æternos appellat, quia vita futura æterna erit, ex qua confideratione magnū emolumētū fuit vati fecutū nā dicit, exercitabar, & fcopebā fpiritū meū, ideft, purgabā fordes mentis pec cato-

Baruch. 4.
Pfalm. 45.
D. Hierony.
Felix.
Chaldeus.
70.
Ifaiæ. 24.
Chaldeus paraphraft.
Pfalm. 76.
D. Hierony.

Simachus. rum maculas lauabam lachrimis. Simmachus vertit perscrutabar, supplicabam peccata, vt de eis contererer. In Græco est Sarticoam sumpta metaphora ab agricultura in qua sarculo quæcunq; nociuæ herbæ, & secantur. Sic notauit

D.Hierony. D. Hieronymus ad Iuuinam, & Hercellam.

Num. ☞ *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manibus eius, conuolutæ sunt, & impositæ collo meo, infirmata est in me virtus mea. Dedit me Dominus in manu de qua non potero surgere.*

PRimus sensus, putabam ego quod dormiebat Deus cũ me non puniebat, sed vigilans considerabat iugũ mihi imponẽdum, cogitat quale iugum imponet mihi, quod vbi primũ posuerit nequaquam à me potero excutere. Sic ex-

Dionisius ponit Dionisius Cartusianus, hoc iugũ fuit captiuitatis Babylonicæ per 70. annos, & hoc iugũ dicit vates esse in Dei manibus, quasi diceret, si esset in manibus hominũ facilitet frũgeretur, sed cũ sit in manibus Dei quis poterit illud auferre, vt cõterat? Nullus, vbi animaduertat pius lector si iugũ captiuitatis. 70. annorũ tanta vigilantia Deus fabricauit, quid erit de illo iugo inferni quod Deus dãnatis destinauit

Isaiæ. 30. ab æterno? De quo Isaiæ. 30. *Præparata est enim abheri Tophet à Rege præparata, profunda, & dilatata.* Dicit vates à Rege esse carcerẽ destinatũ, & nõ dicit quis sit iste Rex, vel cuius regni, quia est Rex regũ, & Dñs dominãtiũ, & videtur allude-

Matth. 25. re ad illud. Matth. 25. *Tũc dicet Rex his, qui à dextris sunt venite benedicti.* Præparata est Tophet: idest, gehena, infern'. Is loc' Tophet est in sorte Béiamin vbi erat sacellũ extructũ idolo Moloch spetaculũ horrẽdũ, & ab impijs possessus in quo inmolabãt filios exustos igne Moloch, queadmodũ Gẽtiles nõ vlli Saturno, & is loc' vocabatur Tophet sit' in valle filij

4.Reg.23. Ennõ, vt habetur 4. Reg. 23. in manib' ereæ statuæ accẽsæ verebãtur pueri ex citato vehemẽti sonitu timpanorũ à sacerdotib', ne audirẽtur eorũ clamores, Erat hoc excelsũ iuxta

phat prope murũ Hierusalẽ,ad Orietẽ solis, vt cõstat Iosue 15. Prophanatus à Iosia,& ita dicitur loco citato. *Contaminauit,q; Tophet, quod est in conuale filij Enon, vt nemo consecraret filium suũ, aut filiam per ignem.* Addit Angelon.hic,esse ibi nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatũ. Est etiã Tophet iuxta piscinam fullonis,de qua Isaiæ.7. Et iuxta agrũ Aceldema,qui ad australem plagã montis Sion hodie monstratur ibiq; structa erat ara ad sacrificandum idolis. Appellatur hic vallis. 2.Paralip.28.Benenon. *Achaz adoleuit in censum in valle Benenon,& lustrauit filios suos per ignem.* Locus apud Iudæos erat exsecrabilis,& quidquid sordiũ Hierosolimis erat proiiciebatur illuc. Et Matth.5. Gehenna ignis vocatur infernus vbi impij cruciantur, illis enim ceu mundi ex crementis locus in ciuitate sanctorũ esse nõ poteſt. Meminit Hierem.cap.7.& 15.& 32.dicit ergo Isaias. *Præparata est ab heri.* Ideſt, à præteritis tẽporibus,ſicut ad Hebræ.13. *Iesus Christus heri,& hodie ipse,& in sæcula.* Ideſt, Deus est ab æterno. *Dilatata est à Rege.* Pulchrè dicitur dilatata quia(Tophet dicitur latitudo,& dilatatus est carcer,quia ingens est numerus impiorũ. Petrus Comestor in historia Scholastica super hũc locũ dicit. Tophet dicitur à Tophus, quod est lapis spõgiosus per cuius concauitates ignis egrediebatur,qui etiã dicitur Gehenna à Ge,ideſt terra, & Enõ. In illo igitur carcere vastissimo nõ deerũt ligna, & ignis,& aer succendes ignẽ,quia, *Flatus Domini,sicut torrẽs sulphuris succẽdẽs eã.* Illã in gẽte pirã nõ flatus hominũ,qui fatigatur, sed Dei indefatigabilis flat⁹ succẽdet,vel maxim⁹ flatus,hoc enim significat vox Domini est superlatiuũ. Iugũ vero istud impositũ collo Iudæorũ dicit Isai.cap. 20. *Computrescet iugũ à facie olei.* Ideſt, misericordiæ operibus, quòd si defecerit hoc oleum continget cuilibet quod contigit virginibus fatuis, quæ audierunt *nescio vos*, propter defectum huius olei. *Iudicium enim sine misericordia ei,qui non fecerit misericordiam.* Iacobi.2. Et pro hoc valde notandum est quòd cum ingredimur in mundum, & renascimur per baptismum oleo, &

Iosue. 15. *Angelonius* *Isaiæ.* 7. 2.*Paral.*28. *Matth.* 5. *Hierem.* 7. *Hebræ.*13. *Petrus Comestor.* *Isaiæ.* 20. *Matth.* 21. *Iacobi.* 2.

chrismate vngimur, & similiter in Sacramento confirmationis vngimur, vt robur in fide habeamus; in Sacramento ordinis etiã vngũtur Sacerdotes, & Episcopus cũ cõsecratur: similiter in Sacraměto extremæ vnctionis ad illud acerrimum certamě cum dæmonibus ineundũ vngimur oleo. Itaq; in introitu vitæ, & in exitu, & in medio vngimur, quo nobis regula præscribitur recte viuědi, monemur enim ne nobis deficiat charitatis, & misericordiæ oleum, quia si deficit claudetur nobis cælestis regni ianua sicuti fatuis virginibus.

Osea. 11. De iugo huius captiuitatis Babylonicæ agit Oséas cap. 11. *Iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.* Idest iugum captiuitatis. Septuaginta Interpræt. legunt vi-

70. gilauit, super iniquitates meas, impositæ collo meo ascěderunt super collum meum. Sensus est, ipse Dominus vigilauit super scelera mea. Vbi aduerte quod iugũ vigilat, & supplicium vigilat contra peccatores, ô quot testes habet impius suæ impietatis, ipsa impietas vigilat, & cubat ad ostiũ domus peccantis, vt eum compræhendat, sicut diuini iudi-

Genes. 4. cis satelles, vt Genes. 4. *Si male egeris peccatũ in foribus tuis erit.* Sanctes Pagninus legit, ad ostium peccatum cubat, & in te erit apetitus eius. Idest, ore aperto te deuorare curabit. Dominus etiam vigilat, qui non dormit, sed cuncta prospicit, in manu peccatoris solum dormit peccatum, vt Ionas dor-

70. miebat. Ascenderũt super collum meum legunt 70. Et est

Psalm. 37. idem cum illo Psal. 37. *Iniquitates meæ supergressæ sunt super caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Idest instar inundantium aquarum superauerũt caput meum, quasi diluuium quoddã, & valde graues fuere plusquã ferre poteram. Cui sensui fauet quod sequitur in textu. *Infirmata est in me virtus mea.* Quasi dicat, defeci ferre non sustinens, sub

Ezechiel. 33 peccatorum onere cadens. Ita Ezechiel. 33. ipsi peccatores conquæruntur. *Sic locuti estis dicentes iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus, quomodo ergo viuere poterimus?* Si peccata supra peccatores sunt ergo corruere sub onere ipsi: & gemunt sub eis. Secundus sensus.

sus. In Hebræo est ligatum est, iugum iniquitatum mearũ, manus eius perplexæ sunt, & sic legit Pagninus, sensus est *Pagninus.* concinatum, & compositum iugum iniquitatum mearum in manibus eius circumligeuerunt se. Idest, vigilauit, vt ligaret iugum, & peccatorũ meorum sarcinam composuit, in modum catenæ, paulatim enim peccata mea in vnũ fasciculum conglomerata sunt, & fuit iugum fortiter contextum, & impositum collo meo, fuit autem iugum omnium iniquitatum mearum, contigitq; mihi sicut latronibus, qui publicè flagellantur quibus ea, quæ furati sunt collo ligantur, sic collo meo loco torquis aurei, funes delictorũ meorum impositi fuere. Quod antea prædixit Oseas cap. 10. *Oseæ. 10.* *Ephraim vitula docta diligere trituram, ego transibo super pulchritudinem colli eius.* Quasi diceret, hæc vitula non fuerat sub iugo, iuxta areas tritici pascebatur. Vocat vates decem tribus vitulam, quia adorabant vitulos aureos in Dan, & Bethel, sugillat eos de idolatria, & transiturum super collum illorum comminatur. Iugum imponam super bonum collum eius, dicit Dominus, acriter quẽ puniam, in captiuitatẽ eos mittens. Hoc significat verbum transire, sicut Exod. *Exod. 12.* 12. *Transiuit Dominus per domos Ægyptiorum percutiens primogenita.* Idest, forti manu interficiens. Ex hoc colliges ligari iniquitatum iugum, vt videas peccata nostra vincula esse, quibus ligati constringimur, iuxta illud Prouerb. 5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* *Prouerb. 5.* Et sic quo magis peccat impius, plus vincula augentur. Vnde Isaiæ. 28. *Et nunc nollite illudere, ne fortè constringãtur vincula vestra, consumationem enim, & abreuiationem audiui à Domino Deo exercituum.* *Isaiæ. 28.* Hoc est, ne irrideatis Dei Prophetas ò Iudæi, ne celerius captiuitatis pœna vos comprehendat, & magis agrauetis vincula. Aduertendum etiã est Hierosolimitanos post tergum habuisse suas iniquitates: nunc vero collo imponuntur, vt ante suos occulos habeãt, & videant, simulq; pæniteant. Psal. 49. *Arguam te, & statuam contra faciem tuã.* *Psalm. 49.* Dicit Deus peccatori, supple tua scelera.

Isaiæ. 43. lera. Isaiæ etiam 43. *Ego sum, qui deleo iniquitates tuas, & pec-*
70. *catorum tuorum non recordabor.* 70. Interpret. legunt, tu vero
memento, & iudicemur. Idest, si cupis, vt ego tuorum pec-
catorum obliuiscar tu illa coram occulis habe.

Tertius sensus vigilauit iugũ iniquitatũ mearũ. Idest, flo-
Ezechiel. 7. ruit vel festinauit. similis locutio est Ezechiel. 7. *Venit finis,*
venit finis euigilauit, aduersum te. Idest, festinauit, quod cons-
tat ex verbis sequentibus. *Ecce venit, venit confractio super te.*
Idest, in ianuis est vltio, & iuxta hũc sensum accipiẽda sunt
verba nostri vatis. *Vigilauit iugũ.* Idest, festinauit iugũ meo-
rũ criminũ, & a Deo postulauit supplicij acceleratiõe cõtra
me. Vigilare Hebræis est mature florescere, & sic vates pro
sequitur metaphorã eius, qui plãtauit arborẽ, & postquam
creuit amputat, & facit ex ea iugũ; sic cito creuit arbor meo
rũ peccatorũ, ex qua graue fecit iugũ, & collo meo Deus
Daniel. 9. imposuit. Similis tropus est Daniel. 9. *Vigilauit Dñs super ma*
Pagninus. *litiã, & aduxit eã super nos.* Sanctes Pagnin. legit, festinauit,
Hierem. 44. suple, vt supliciũ inferret: & Hierem. 44. Ego vigilabo super
Hierem. 1. eos in malũ. Idest, ad punitionẽ festinabo. Et cap. 1. *Virgam*
vigilãtẽ ego video. Vbi ad literã loquitur de vindicta sumẽda
de Iudæis per Chaldeos, & dixit Dñs. *Bene vidisti, quia vigi-*
labo ego super verbo meo, vt faciam illud. Idest, opere com-
pleã, in Hebræo est, virgã Amigdalinã maturẽ florescẽtẽ e-
Pagninus. go video, & sic legit Pagnin. & idẽ sunt virga Amigdalina,
& festinans, quia inter arbores in vere Amigdalus festinat
70. florere, & frõdere. 70. legunt baculũ nuceũ, Chaldeus para-
Chaldeus. phrastes habet, regẽ festinãtẽ ad malefaciẽdũ ego video, fe-
sũ expressit. In Hebræo est (Sached) i radice (Sacad) quæ vi-
gilare, & festinare, & persistere significat, nomen verò (Sa-
cheb) Amigdalũ, & nucẽ significat: & ideo variæ sunt lectio
nes huius loci. Ratio autẽ propter quã in sacra pagina vigi-
lare sumitur pro festinare hæc est, quia nocturni custodes,
qui vigilãt, festinãt, vt cognoscãt eos quos in castris nocte
vidẽt ambulãtes, vt explorent, an sint amici, vel inimici, &
etiã, quia festinãt ad dormiẽdũ expletis horis suæ custodiæ,
& valde

& valde cōcupiſcūt, vt tempus cuſtodiæ cito auolet. Dixit Dñs vati. *Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciā illud.* Ideſt, feſtinabo, vt ea quæ promiſsi ad impleā. Hierem. etiā 5. *Pardus vigilās ſuper ciuitates eorū.* Ideſt, feſtinās, Pardus enim eſt animal vigilās, & ferox, & ad capiēdā prædā feſtinat. Et Iſaiæ. 29. *Succiſſi ſunt omnes, qui vigilāt ſuper iniquitatē ſuā.* Ideſt, ad peccādū feſtināt. Prouerb. etiam 21. *Qui vigilat ad fores oſtii mei quotidie.* Ideſt, feſtinat. Et Iob 21. *Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in cōgerie mortuorū euigilabit.* Ideſt, feſtinat ad ſepulchrū vbi cū alijs cadaueribus erit. Vbi nota ꝙ impius in vita dormit ad bene operandū, ſed in morte vigilabit in tormētis. Cōtra iuſtus cuius mors ſomnus eſt, quia in vita ad benè operandum vigilauit poſt mortem requieſcet. Ita notauit D. Ambroſius ſuper hunc locum Iob. lib. de Interpellatione. Et propterea agens Dominus de morte Lazari. Ioan. 11. dixit. *Lazarus amicus noſter dormit.* Hierem. 5. Iſaiæ. 29. Iob. 21. D. Ambroſ. Ioan. 11.

Quartus ſenſus, qui eſt Vatabli. *Vigilauit iugum.* Ideſt, impreſſū eſt iugū præuaricationū mearū in manu eius: quidā Hebræorū vertunt, punctis quibuſdā deſignatum eſt, quaſi diceret, Deus, quibuſdā notis peccata mea in manibus ſuis deſignauit vt illorum non obliuiſcatur, quod nos debet valde terrere ſcripta eſſe coram Deo noſtra ſcelera, vt dicitur Iſaiæ. 65. *Qui inmolabant in hortis, & ſacrificabant ſuper lateres, qui habitant in ſepulchris, & delubris idolorū dormiunt, qui comedūt carnē ſuillā, & ius prophanū in vaſis eorū: iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardēs tota die, ecce ſcriptū eſt corā me, non tacebo.* Notāda ſunt hæc vltima verba: Hebraica phraſis eſt, pro eo, quod eſt nō ero in memor eorū, quæ feciſtis, nō excident à mēte. Et Malach. 3. *Et dixiſtis vanus eſt, qui ſeruit Deo, & quod emolumētū, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Tunc locuti ſunt timentes Dominum vnuſquiſꝙ cum proximo ſuo, & attendit Dominus, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus nomen eius.* Senſus eſt, quando impij Dei leges cōtemnunt, atꝙ; de eius ſeueritate periculū Vatablus. Iſaiæ. 65. Malach. 3.

faciunt contra eius prouidentiam loquẽtes ab externa huius vitæ felicitate, qua mali plerũq; fruũtur, & à cruce, quã pij portant argumenta petunt dicentes, vanum esse seruire Deo, nec bonam ab ipso mercedem sperare debere, qui cũ ipsum colunt, & exemplo ab ipsis ducto conformant, quia scortatores, lenones, adulteri, ganeones, & Athæi in aulis principum, vt in plurimum primas tenent: dum probi viri, qui pietati student vix tenuissimum victum cõparare honesto labore possunt. *Tunc locuti sunt qui timent Dominum.* Quemadmodum impietas suos habet patronos, ita veritas, quæ omniũ est fortissima habet viros probos, qui suas partes aduersus improbos deffendãt, & se mutuo in verbo Domini consolentur, simulq; se oponant scandalis, quibus rudes, & simplices offendi possent. Dixerunt enim, Deum res omnes mortaliũ cernere, nõ omissurus vindictam impiorũ quantumuis cesset, atq; moretur. *Attendit* (inquit Propheta) *& audiuit Dominus, & scriptus est liber coram eo.* Idest, in gratiã eorum, qui timent Dominum liber est conscriptus, qui ei memoriam omnium factorum refricet; Deus attẽdit, audit, ac numerat, imo præscit omnes suorum gemitus, quibus cũ in palestra persistunt, ne nimium præssi animum despondentes sub onere sucumbant. Non enim opus habebit aliquo, qui ei suggerat bonorum tolerantiam, neq; etiã tyrannorum excessus cum commentarium semper præ occulis habeat, qui ei omnium non solum bonorum, sed etiã malorum memoriam refricet. Hæc metaphora à Regibus ducitur apud quos plerunq; commentarij esse solent refricãdæ memoriæ causa. Sicut Esther. 6. Asuerus. *Iussit afferri sibi historias, & annales priorum temporum, & ventum est ad illum locum in quo scriptum erat, quomodo nunciasset Mardocheus insidias Bagathan, & Thares eunuchorum, &c.* Faciunt hæc plurimum ad piorum consolationem quandoquidem pro comperto habent: Deum in quem nulla cadit obliuio, rationẽ habere suorum studiorum in excolenda pietate, tum etiam impietatis sceleratorum, qui ad verba ociosa vsq; sunt reddituri

Esther. 6.

dituri rationem, cum libri intremendo illo iudicio aperiē-tur, qui dies non tardabit, & sic addit Propheta. *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflamabit eos dies veniens, &c.* Idest ignis, qui in illo die ardebit.

Notandum est, quod vigilare sumitur aliquādo in sacro eloquio proviuere, sicut dormire pro mori, & ratio est quia viuentes vigilant. Sic Daniel. 4. *Ecce sanctus, & vigil descendebat de cælo.* Idest, sanctus, & viuens. Et cap. 12. *Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt.* Idest, resurgent ad vitam. *Alij in vitam æternam, alij in oprobrium.* Sic etiā potest exponi locus nostri vatis. *Vigilauit iugum.* Idest, aduc durat, & viuit mearum iniquitatum suplicium. Præclarum profecto monile impositū est collo meo, peccatorū meorum manifestum signum. *Daniel. 4.* *Daniel. 12.*

☞ *Infirmata est in me virtus mea.*

IDest vires non suppetunt ad hoc graue iugum portandum, non possum caput leuare præ fame, & paupertate non possum pedibus consistere, sicut ille mendicus Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis. Lucæ. 16. Virtus in sacro eloquio aliquando sumitur pro instrumento principali, seu agente. Vt Matthæi. 24. *Virtutes cælorum mouebuntur.* Idest, instrumenta motiua. Et ad Rom. 1. *Non erubesco Euāgelium, virtus enim Dei est in salutem.* Sumitur etiam, produce exercitus, non quocumq; sed primario, quod Hispane dicimus (el General.) Ita vsurpatur Iudith. 13. *Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assiriorum, pulsando, aut intrando aperire.* Idest Holofernis tētorium intrare, qui erat dux supremus exercitus. Sumitur etiam pro exercitu, & potentia Regum, quia eorū vires in copijs militaribus relucent. Psal. 32. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* In Hebræo est, exercitus eorum, & sic legit Pagninus, nam stellæ cæli, vt acies ordinatæ sunt, quarum antesignanus est Luna, dux vero Sol, stellæ vero sunt, vt milites *Lucæ. 16.* *Matth. 24.* *Roman. 1.* *Iudith. 13.* *Psalm. 32.*

Cant. 6. milites sequentes suum ducem sic Cant. 6. *Pulchra, vt Luna electa, vt Sol terribilis, vt castrarum acies ordinata,* Idest, sicut stellæ, quæ varias, & validas sortiuntur proprietates in suis
1. Paral. 29. influentijs. Et 1. Paralip. 26. *In manu tua virtus, & potentia.* Sumitur etiam pro robore corporali, vt in hoc vatis loco.
Psalm. 21. Et Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Idest, fortitudo. Accipitur etiam pro victoria, vt Iudith. 13. *Nobiscum Deus, qui fecit virtutem in Israel.* Idest, victoriam. Quandoq; pro
1. Macha. 1. armatura bellica, & panoplia, vt 1. Machabeor. 1. dicitur de Alexandro. *Congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis.*
Psalm. 83. Et Psalm. 59. *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris?* Idest, non eris dux nostri exercitus. Et Psal. 83. *Ibunt de vir-*
Pagninus. *tute in virtutem.* Pagninus legit de exercitu in exercitum. Idest, turmatim, quod Hispanè dicimus (de ciento en ciento.) Et videbitur quisq; coram Deo Deorum in Sion. Et
Iudith. 2. Iudith. 2. *Tunc Holofernes vocauit magistratus, & duces virtu-*
Psalm. 148. *tis Assiriorum.* Idest, exercitus Assiriorum. Et Psal. 148. *Laudate Dominum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes*
D. Chrisost. *eius.* D. Chrisostom. tomo 1. super hunc Psal. exponit omnes exercitus eius. Et per exercitus Dei intelligit Angelorum Hierarchias. Et ita verba nostri vatis possunt exponi infirmata est in me virtus mea: idest, robur nostri exercitus militaresq; copiæ elanguere præ fame, defecerant escæ lõga
Ioel. 2. obsidione. Etiam sumitur virtus pro fructu Rei. Ioelis. 2. *Lignum atulit fructum suum, ficus, & vinea dederunt virtutem*
Marci. 6. *suam.* Etiam sumitur pro opere mirabili. Marci. 6. *Non poterat ibi virtutem vllam facere.* Idest, nolebat ædere miracula, propter incredulitatem ciuium: vel maxima cum difficul-
Psalm. 110. tate ab illo obtinebant facere ibi mirabilia. Et Psal. 110. *Virtutem operum suorum annunciabit populo suo.*

☞ *Dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.*

IDest, in potestatem Babyloniorum me tradidit à quibus
70. meis viribus non potero liberari. 70. legunt, dedit Dominus

nus in manibus meis dolores,non potero ſtare. Supple ere-
cta ceruice ſed demiſſo capite. Minus pro poteſtate ſumi- *Pſalm.* 88.
tur.Pſal. 88.*Quis eſt homo,qui viuit,& non videbit mortẽ? Eruet*
animam ſuam,de manu inferi? Ideſt,de poteſtate ſepulchri, &
mortis.In Hebræo eſt(Seol.)Ideſt,in genti mortis poteſta-
te.Habet enim mors manũ fortẽ, & lõgã, qua trahit ad ſuũ
carcerem viuentes.In Hebræo additur hic vox(Sela.)Quæ
excitat ad noſtræ miſerabilis conditionis atentã conſidera-
tionem.Ita Oſeæ. 13. *De manu mortis liberabo eos,de morte re-* *Oſeæ.* 13.
*dimam eos.*In Hebræo eſt(miiad ſeol.)Et ſic per manũ mor-
tis potentiã aliquam maiorem quàm, quæ eſt in ſepulchro
intelligit vates dæmonũ videlicet.Et ſic promittit ibi Deus
ſe liberaturũ animas ſanctorũ delimbo patrum in ſua mor-
te vt verè liberauit.Et Geneſ. 16. Ecce ancilla in manu tua *Geneſ.* 16.
eſt. Hoc eſt, poteſtate, & Angelus dixit Agar. *Reuertere ad*
*dominam tuã,& humiliare ſub manu illius.*Et Iſaiæ.3.*Ruina hæc* *Iſaiæ.* 3.
*in manu tua eſt.*Ideſt,in tua poteſtate dicebãt ergo ciues Hie
roſolimitani væ nobis de hac captiuitate exire non poſſu-
mus, & ſi tãtus dolor erat in cordibus captiuorum de cap-
tiuitate vſq; ad mortem duratura.quantus dolor erit in dã-
natis, qui in ſempiternum cruciabuntur in auerni ignibus,
vt dixit Iſaias cap,32.*Tenebræ, & palpatio factæ ſunt ſuper ſpe-* *Iſaiæ.* 32.
*luncas,vſq; in æternum.*Et Iob 20. *Luet quæ fecit omnia, nec ta-* *Iob.* 20.
mem conſumetur iuxta multitudinem ad inuentionum ſuarum ſic
ſuſtinebit. Non redigentur in fauillam damnatorum cor-
pora ab illo inferni igne, ſed ſemper ardebunt. Iſaiæ etiam *Iſaiæ.* 34.
34. *Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in*
ſulphur, nocte, & die non extinguetur in ſempiternum aſcendet
fumus eius à generatione in generationem deſolabitur.. Et infra
agit de Dæmoniorum ſocietate, quam habebunt damna-
ti dicens. *Et ocurrent dæmonia, onocentaurus, & piloſus, ip-*
ſe miſit eis ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in menſu-
ram, vſq; in æternum poſidebunt eam, vſq; in generationem,
& generationem. Notanda ſunt vltima verba. *Diuiſit eis ſor-*
tem. Infelix ſanè eſt damnatorum ſors,& Deus miſit illam,
quia

Scotus in. 1. dist. 41. quia reprobat impios, & à regno exclusit à principio propter eorum scelera, iuxta Scoti placitum tenentis reprobationis dari causam ex parte nostra in 1. dist. 41. Et Dominici de Soto ad Roman. 8. licet dubius maneat in 4. sent.
Dominicus Soto,

Sameh. ☞ *Abstulit omnes magnificos meos de medio mei, vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.*

PER Magnificos intelligit vates Regni magnates, & ipsum Regē, vel Sacerdotes, & Prophetas. 70. Interpræt. legūnt, abstulit fortes meos. In Hebræo calcauit omnes validos meos Dominus in medio mei, sic etiam legit Pagninus. Isti verò fortes, & magnifici solent esse magnanimi, & liberales, & mortui sunt in obsidione, naturali, vel violenta morte. Magnificus dicit Aristot. est magnus magnis sumptibus talium est magna facere. Vnde Isaiæ. 32. *Non vocabitur vltra is, qui insipiens est Princeps.* Idest, liberalis, & ita est in Hebræo, quia magnos decet liberalitas. *Princeps verò ea quæ sunt digna Principe cogitabit.* Idest, non erit auarus sed liberalis. Ita Dauid petebat hunc spiritum (cum esset Rex, et rapuisset vxorem vriæ, & videret regum esse donare, & non auferre.) Psal. 50. *Spiritu principali confirma me,* Spiritum principalem appellat spiritum sanctum, quia est liberalissimus, atq; munificentissimus. Campensis legit, spiritū principali fulcias me. Idest, præcipuo, potēte, Principe, spontaneo confirma me, nōn auaro, & rapiendi auido, sed destribuēdi: quia, *Beatius magis est dare quàm accipere.* Actor. 20. Et sic Principū est dona in pertiri sicut dicitur de Saul. 2. Reg. 1. *Super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.* Dolet igitur noster vates de morte magnificorum, & merito, quod non leue supliciū est ita Isaiæ. 41. *Adducet magistratus, quasi plastes conculcans humum.* Et Zachariæ. 11. *Vlula Abies, quia cecidit*

Marginalia: *70.* / *Pagninus.* / *Isaiæ. 32.* / *Psalm. 50.* / *Campensis.* / *Actor. 20.* / *2. Reg. 1.* / *Isaiæ. 41.* / *Zachar. 11.*

didit Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. Cedrum appellat vates magnates, & Abietem populares, cedrus enim inter ligna maioris pretij est, quàm Abies, dicit igitur vates plorent plebei, quia nobiles interierunt. Vel abstulit omnes magnificos. Idest, Angelos ad meam custodiam deputatos, qui teste Iosepho dixerunt derelinquamus has sedes cum instabat Romanorum obsidio. Et Egesipus lib. 5. cap. 44. refert Sacerdotes nocturno tempore in templi interioribus motum quendam sensisse prodiderunt, & sonnum æditumi, postea etiam audisse repentina voce clamatum transeamus hinc. *Egesipus. li. 5. cap. 44.*

Ex hoc textu animaduerte miserum, atq; miserãdum esse statum rei publicæ, in qua non sunt strenui, & fortes milites, qui in bello sunt aliorum robur hoc suplicio puniuit Dominus Hierusalem. Isaiæ. 3. *Auferet Dominus à Hierusalem validum, & fortem.* Sublatis fortibus actum est de republica flebat Dauid, Ionatham, & Saulẽ, & dicebat, montes Gelboe, nec eos, nec pluuia cadat super vos, neq; sint agri primitiarũ, quia ibi abiectus est clipeus fortium. Sagitta Ionathæ nunquam reddijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. Quibus verbis declarat nil. Prosperum contingere in republica vbi desunt fortes vbertas, & pax deficit, pluuia non est; neq; quid floridum, herba, aut arbor poterit inueniri. *Isaiæ, 3.* *2. Reg. 1.*

☞ *Vt contereret electos meos.*

Suple milites ad bella instructos, electi vt essent duces, atq; antesignani. Qui expediti vocantur Isaiæ. 15. *Expediti Moab vlulabunt.* Idest, fortissimi bellatores, qui sine vxoribus sunt de his dicitur Genes. 14. *Abraham numerauit expeditos vernaculos trecentos decem, & octo.* Idest, validos, & fortes, qui sine vxoribus erant. *Isaiæ. 15.* *Genes. 14.*

☞ *Vocauit aduersum me tempus.*

Suple vltionis induxit mihi, ita exponit Dionisius, vocauit *Dionisius.*

contra me vltionem, nam tempus in facro eloquio,pro vltione vſurpatur, quia in tempore fit vltio.Ita Lucæ. 21. *Et Hierufalem conculcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum.* Ideſt tempus vltionis ſumendæ de nationibus.Et Iſaiæ.30. *Apropinquat dies Domini, dies nubis, & tempus gentium erit.* Ideſt, Babylonicæ perſecutionis cōtra Ægyptum, cum de illis vindićta ſumetur.Et Ezechiel.22. *Appropinquare feciſti dies tuos,& adduxiſti tempus annorum tuorum.* Ideſt,vltionem.Hierem.27.*Seruient Nabuchodonoſor omnes gentes, & filio eius,donec veniat tempus terræ eius, & ipſius.* Ideſt, vltionis eius,& ſui Regni.

Lucæ. 21. *Iſaiæ. 30.* *Ezechiel.22.* *Hierem. 27.*

Secundus ſenſus. *Vocauit aduerſum me tempus.* Ideſt,quæſiuit oportunitatem,& tempus aptum ad vindićtam de me ſumendam,ita vſurpatur.Ezechiel.7.*Venit contritio ſuper te, qui habitas in terris venit tempus, prope eſt dies occiſionis.* Ideſt, oportunum tempus.

Ezechiel. 7.

Tertius ſenſus vocauit aduerſum me tempus. Ideſt,tempus ſtatutum, ad meam vltionem ſignatum. Sic dicimus cum alicui iudici tempus finitur ſuæ commiſionis (acaboſele el tiempo.)Pſal. 74. *Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.* Ideſt, cū nactus fuero ocaſionem,& tempus à me decretum venerit vlciſcar de vobis.Ita Ezechiel. 21. *Quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinitū.* Ideſt, quibus in minet vltio propter numerum peccatorum conſumatum.

Pſalm.74. *Ezechiel.21.*

Quartus ſenſus. *Vocauit aduerſum me tempus.* Ideſt, milites,& bellatores contra me, eiſq; ſtipendium ſoluit erećto vexillo ſub, quo dederunt nomina ad me expugnandum: et ſic vertit Pagninus, vocauit aduerſum me congregationem.Suple militum hoſtiumq; multitudinem.Sumitur autem tempus pro ipſis gentibus, quia in tempore gentes viuunt. Signauit igitur Deus militibus Babyionijs tempus,& horam in qua eram vaſtanda, & tandem decurtauit tempus,& accelerauit ſuplicium. Ita Amos. 5. *Væ deſiderantibus diem Domini.* Et quia illudebant,dicebantq; hunc diem ſero venire. Dicit eis vates. *Ad quid vobis eam? dies Domini iſta tenebræ,*

Pagninus. *Amos. 5.*

tenebræ, & non lux. Vocauit igitur Deus hoc tempus dices, annus, mensis, dies, & hora in qua hunc populum sum vastaturus, festina, & vocatum illuxit, & de me debitas sumpsit pœnas. Solent peccatores accelerare contra se tempus diuinæ iræ augentes quotidie scelera, vt fecit ille iniquus seruus, qui Matth. 18. debebat decem millia talenta. Et quia plus alijs debebat primus Regi offertur, vt reddat rationẽ; & sic peccatores, qui debita peccatorum cumulant, citius ad tribunal diuini iudicis trahuntur; quod dixit Ezechiel. cap. 7. *Ecce venit, egressa est contritio, floruit virga.* Pagninus legit, egressa est sententia, quod Hispanè dicimus. (Salio sentencia.) In Hebræo est, egressa est contractio, & sic legit. D. Hieronym. contractum, & decurtatum est tempus calamitatis venturæ quæ instat, & vicina est, vt à Deo puniamini. *Floruit virga.* illa videlicet, quæ multo tempore vobis minabatur supplicium, vestra germinauit superbia, & floruit supplicium. Et infra dicit vates. *Fac conclusionem quoniam terra repleta est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.* Quod Hispanè dicimus (cerrado el proceso, concluso para sentẽciar.) Nondetur vltra litigandi neq; se defendendi locus, quia terra rapinis, & homicidijs abundat. Et infra. *Venit tempus prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.* Simachus transtulit tempus prope est, & dies festinationis, & non procrastinationis. Suple supplicij. Matth. 18. Ezechiel. 7. Pagninus. D. Hierony. Simachus.

Quintus sensus, vocauit aduersum me tẽpus. Idest, aliud tempus silicet calamitosum, vt nos solemus sæpe conquæri de temporum angustijs, & difficultatibus. *A manè, enim vsq; ad vesperam immutatur tempus.* Eclesiasti. 18. Et Psalm. 80. *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.* Idest, miseria, & calamitas Iudæorum, vsq; ad finem sæculi durabit. Sic exponit Theodoretus, super hunc Psal. Et dicit tempus vocat calamitates, sic enim solent Siri, & Hebræi, atq; Græci nominare consueuerunt, & Latini dicũt, ô tempora, ô mores: prædicit igitur vates Iudæos incursuros huiusmodi calamitates acerbas vsq; ad finem sæculi Eclesiast. 18 Psalm. 80. Theodoretus

K expulsos

expulſos à Dei amicitia poſt tempus proſperitatis vocauit Deus tempus,belli,& famis atq; erumnoſum.

Ex hoc loco colliges pie lector tẽporis viciſitudines, & inſtabilitatem.D.Cirillus lib.9. contra Iulianũ fol.650.ait, dicitur Ægyptij ſerpẽtẽ fingere in tẽporis ſimbolũ,eo quod lõgus ſit,& multis voluminibus ſe girat,reptatq; ſuper terrã abſq; ſtrepitu;ſic tẽpus inconſtans eſt, & præterit abſq; eo quòd ſentiatur. Vnde Sapient.2. *Non prætereat flos temporis.* Dixerunt impij,in Græco eſt flos aeris nam,vt aer fugit,& manibus aprætiẽdi nequit, ſic huius temporis deliciæ vanæ ſunt,vt vetus: & propterea cũ proſpera arridet fortuna, ne in ſoleſcamus, nã vitrũ quãto plus ſplendeſcit tanto citius frangitur fortuna enim vinea eſt at fragilis,quæ cum magis ſplẽdeſcit ſæpe frangitur,vt dixit Seneca. Nunc in altũ tollit,nunc deprimit exaltatũ. In memoria ſemper eſt habẽda illa D. Gregorij ſententia, qui præſenti ſuauitate capitur, quaſi ad interitum ducitur per amena prata. Habet adagiũ neſcis quid mali veſpera vehat. Et multa cadunt inter os, & offam.exemplum huius mutabilitatis habemus in Chriſto Domino, qui in die palmarum exceptus fuit cum magno populi aplauſu, & omnium letitia, quidam ſternebant ramos palmarum in via, alij veſtes,vt aſina in qua vehebatur tranſiret, ſed hæc humana gloria cito tranſiit cum in illo die non habuit quid manducaret ſed vt dicit. D.Marcus cap. 11. *Et circunſpectis omnibus cum iam veſpera eſſet hora exijt in Bethaniam cum duodecim.* Quaſi diceret Euangeliſta in tali, & tanto triumpho nullus fuit, qui inuitaret ad prandendum, Dominum omnium, ore & non opere illi inſeruierunt; omnes circunſpexit quaſi expectans vt eũ aliquis inuitaret. Et propterea vt dicit. D. Lucas cap. 19. in medio triumphi fleuit ſuper ciuitatem, quia vidit garrientes,vt philomelas,ore eum colentes ſed minime in domum ſuam excipientes, nullus inuentus eſt, qui indigentiæ Domini, aut diſcipulorum ſubueniret. Et ſic D. Marcus dicit. *Et alia die cum exiret de Bethania eſurijt.* Et ſi in die

D. Cirillus. lib.9. contra Iulianum. *Sapient. 2.* *Seneca.* *D. Gregor.* *Marci. 11.* *Lucæ. 19.*

die tam solemnis triumphi caruit cibo considera quantam penuriam alijs diebus patiebatur Dominus omnium, non est igitur fidendum fortunæ. Vnde Amos cap. 6. Obiurgat sæculi amatores putantes ista bona diu per mansura cum è manibus elabuntur instar anguis. *Sicut Dauid putauere habere vasa cantici, & non compatiebantur super contritionem Ioseph.* 70. Interpretes legunt, quasi stantia putauere, & non quasi fugientia. D. Hieronymus asignat hunc sensum, & vocat pulcherrimum, propter organorum vocem(ait)intulit Propheta quasi stantia putauerunt, & non quasi fugientia, res enim sæculi, & omnia corpora secundum Epicurum per momenta fluunt, & abeunt, & nihil in suo statu consistit, sed crescunt, & decrescunt, & more currentium aquarum labuntur in præceps, inde in seculari literatura legimus. ***Amos. 6.*** **70.** ***D. Hierony.*** ***Oratius.***

Sed fugit interea fugit irreparabile tempus,
Heu, heu fugaces posthume, posthume labuntur anni.

Nil enim fugacius rebus huius sæculi, quas dum tenemus amittimus, & per infantiam, pueritiam, iuuentutem, ac virilem, ætatem; ac maturam, & ingrauescentem annosq; vltimos senectutis(in quæ semptem spatia Philo vitam describit humanam.) Mutamur, & currimus, & nescientes ad mortis terminos peruenimus. Hæc D. Hieronym. ***Philo.***
Nil permanet sub sole. Eclesiastes. 1. *Terra autem in æternum stat.* Et tamem de partibus terræ fortioribus, & stabilioribus dicit Iob. cap. 14. *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo.* Ea facilitate, qua folium ex arbore defluit rupes miræ magnitudinis de loco suo transferuntur; quia *Suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo.* Eclesiast. 3. Et inter mundi principatus monarchiæ, & regna pollicentur durationem perpetuam, sed falso, & quanto opulentiora citius ruunt. Quod Ezechiel. cap. 1. mirifice depinxit. Sub, figura currus, & quatuor ferocium animalum trahentium rotas currus. Quæ erant Leo, Bos, Aquila, & homo. *Et ecce ventus turbinis.* Quatuor rotæ, quatuor mundi reg- ***Ecclesiast. 1.*** ***Iob. 14.*** ***Eclesiast. 3.*** ***Ezechiel. 1.***

na significabant. Et dicit textus. *Et ecce aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris.* Leo figurabat Chaldeorũ Regnum, Reges enim illi erant crudeles, sicut Leones cõtra Iudæos atq; in vexillis pro signo Leonem gerebãt. Facies hominis Medorum, & Persarum Regnum adumbrabat, quod

Daniel. 5. successit Imperio Chaldeorum, vt habetur Daniel. 5. Quorum Imperator Cirus beneuolè tractauit Iudæos. Bos Monarchiam Græcorum præsignabat, cuius Reges velut tauri cornibus ventilauere Iudæos sæui in eos. Aquila Romanorum Imperium portẽdebat, qui in vexillis Aquilam prosig-

Lucanus. 1. no portabant, iuxta illud Lucani. 1. Pharsalicorum.

Pharsalicor. *Signa pares Aquilas, & pila minantia pilis.*

Et velut Aquila volauit per orbem citissime illum subiiciens suæ ditioni vnguibus, & rostro alios dilacerando. Sed animaduersione dignum est, quod ab Ezechiele describitur Regum, & Regnorum potentia in rotis, vt eorum instabilitatem nobis declararet. Nam sicut rotæ voluuntur nulloq; loco consistunt sic nec habuere stabilitatẽ isti imperatores, & imperia, sed ab vna natione in aliam translata fuere, ex Chaldeis migrauit imperium in Persas, & Medos: è Medis in Græcos, ex Græcis tandem ad Romanos peruenit sceptrum, sed neq; ibi permansit, & hac de causa rotæ similes erãt visioni maris, quia nil mutabilius mari, quod in continuo fluxu est crescit, & decrescit, nunc tranquillum est, & illico tempestatibus horridum: & in eo perflant venti contrarij illud turbantes. Innumeræ sunt in illo procellæ, nauium sub mersiones, & nauigantium pericula plures suffocantur, alij ex diuitibus in momento fiunt pauperes. Ita nil inconstantius huius sæculi dignitatibus, Imperijs, Regnis, opibus, & honoribus omnia sunt obnoxia mutabilitati, & in perpetuo versantur discrimi-

Genes. 1. ne. Quod Genesis. 1. Manifeste apparet illis verbis. *Creauitq; Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, adq; mo-*

Hugo. *tabilem.* In Hebræo habetur mutabilem. Vt notauit Hugo de sancto Victore in adnotationibus elucidatoriis super Genesim;

nesim: quia quidquid factũ est, propter hominẽ fecit Deus ad mutationẽ, & mortẽ, hominẽ vero ad immortalitatẽ. Ita floruit Israelitarũ regnũ, & conculcauere Reges terræ promissionis, cũ eã expugnauere, sed postea à Romanis ipsi fuere subiugati, ab eisq; regebantur, vt habetur Lucæ. 3. *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris procurãte Iudeã Pontio Pilato.* Vnde Eclesiastes. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Chaldea paraphra. legit. Vanitas vanitatũ sæculũ hoc. Idest, ea, quæ sub Luna geritur, quæ quotidiẽ tẽdũt ad interitum. Hebraice est (Habel.) Idest, quod citisimẽ euanescit, vt flatus, qui exit ab ore, vndẽ flatus infantis ab Hebræis dicitur (Habel) seu (Habalim.) D. Hieron. super Eclesiastẽ dicit, significare vaporem fumi, qui cito euanescit, & omnia vapor fumi: hæc namq; bona excæcant mentẽ, vt fumus oculos; hinc primus parẽs Abel vocauit filiũ, quasi dicens, citisimẽ extinguẽdum fine sobole; ea vero, quæ cito euanescũt sunt corruptioni valdè obnoxia, & inutilia: ita hæc duo iũgũtur Hierem. 16. *Posederunt Patres nostri vanitatem, quæ non profuit eis.* Et Psalm. 43. *Homo vanitati similis factus est dies eius, sicut vmbra præctereunt.* Quasi diceret. Videte, quam vana, vt vmbra, talia sunt tẽporalia corruptioni obnoxia, & cito trãseũt.

Lucæ. 3.
Eclesiast. 1.
Chaldea paraphrasis.
D. Hierony.
Hierem. 16.
Psalm. 43.

☞ *Vocabit aduersum me tempus.*

IDest, adduxit. Est hebraismus. Vocare, idest, adducere. Vt Agei. 1. *Vocaui siccitatẽ.* Idest, adduxi. Psal. 104. *Et vocauit famẽ super terrã.* Et Ezech. 36. *Vocauit frumẽtũ.* Isaiæ. 45. *Vocãs generationes.* Idest, adducẽs: &. c. 42. *vocaui te in iustitia*: idest, cũ iustitia. Loquitur de Christo Dño, quẽ Pater adduxit in mũdũ, plenũ iustitia, & sanctitate. Sic in præsenti loco. *Vocauit aduersũ me tẽpus.* Idest, adduxit cõtra me tẽpus: quo tempo Dei potẽtiã notãt Hebræi, vbi primũ vocat, siue sint res inanimatæ, siue animatæ præstò ad sunt, dictoq; obediunt. Discam⁹ nos ex hoc loco voci Dei ob tẽperare, siquide rationis expertia, & insensibilia Dei obediunt imperio, & inter creaturas homo rationis compos Dei mãdata contem-

Agei. 1.
Psalm. 104.
Ezechiel. 36
Isaiæ. 41. & 42.

nit. Admiranda sanè res. Deus vocat sic citatem, & venit
Amos. 5. *Vocat aquas maris, & adsunt.* Vt dicitur Amos, 5. Vocat frumentum, & venit: vocat hominē, & aures obturat. Et sicut
Genes. 3. Adam audiens vocem Domini in paradiso abscōdit se. Genes. 3. impij verò non expauescunt ad Dei vocem, sed vltrà progrediuntur in suis sceleribus, & cum tyrano Pharaone
Exod. 5. dicunt. *Quis est Dominus, vt audiam vocem eius?* Exod. 5. *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Et propter hanc, vt reor, rationem. Daniel. cap. 3. in cātico trium puerorum prius inuitauit ad Dei laudes celebrandas omnes creaturas, Angelos, cœlos, Solem, stellas, & Lunam, & quatuor elementa, ignem, aerem, aquam, & terram, fulgura, & nubes, & turbines, aues, pisces, animalia, arbores, & vltimo loco inuitat homines. *Benedicite serui Domini Domino, benedicite filij hominū Domino.* Quia serò, & quasi inuitus homo laudes Domino decantat pro immensis beneficijs acceptis, cū deberet esse primus, qui in hac armonia, & concentu omnium creaturarū dulciter caneret, ceteræ creaturæ eū antecellūt, atq; præeūt, & ipse lento gradu has laudes Deo canit, & ita
Lucæ. 10. Christus Dñs gratias Patri retulit, quia Dæmonia subijciebantur discipulis, nomine illorū, qui gratias non egerunt.

Vltimò circa hæc verba notandum est. Quod ipsum tēpus erit testis contra impios, illosq; redarguet, quia in pec-
Psalm. 74. catis illud consumpsere diuinā maiestatem irritando. Psal. 74. *Cum accepero tempus ego iustitias indicabo.* Nunc tempus est hominum, tunc erit tempus Dei, & faciet in eo, quod ei placuerit, modo relinquit tempus in hominum potesta-
Felix. te. Felix ex Hebræo legit, cum accepero solemnitatem, iustitias iudicabo, vt innuat, quod puniet acriter eos, qui rē tā pretiosam, vt est tempus, inaniter consumpserunt, & cum maxima solemnitate coram omnibus punietur ille, qui tēpus cōsumpsit, in die illo solemni iuditij vniuersalis, quando erit hominum ingens concursus, sicut solet contingere in vita præsenti, magna hominum multitudo congregatur in solemnitatibus, in die enim extremi iuditij congregabū-

tur

tur ante iudicem omnes gentes. Matth. 25. Et hic dies vocatur magnus, & solemnis, vt puniantur temporis dilapidatores coram multis ad maiorem eorum confusionē. Consideremus fratres tempus fugere. Apocalip. 18. *Poma desiderij animæ tuæ recesserunt à te*. Ecumenius legit. Tempus desiderij animæ fugit á te. Ocasio enim ad bene operandum cum tēpore fugit, in hora mortis ne simus de numero diuitum huius sæculi, de quibus dicitur Eclesiasti. 11. *Est qui locupletatur parce agēdo, & hæc est pars mercedis illius in eo, quod dicit inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit, quod tempus prætereat, & mors appropinquet.* Et ad Ephesios. 5. Vocat Apostolus sapientes illos, qui tempus non consumunt inaniter. *Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis.* In principio nascentis Ecclesiæ omnes Christiani vocabantur fratres, vt poteq; eorum cor erat vnum, & vocat eos fratres, vt non superiorem, sed æqualem se illis faciat, exēplo Christi, qui cum sit Dominus noster, & nos plusquam eius mancipia, non confunditur vocare nos fratres: & monet Apostolus, vt cautè ambulemus, quasi dicat, cùm omnes simus viatores ambulandum nobis est, & iter est periculosum; debemus curare, vt cautè ambulemus. *Nō quasi insipientes, sed vt sapientes.* Ait Paulus. Insipientes sunt, qui tempus inaniter consumunt finis huius vitæ obliti, & per falacē viā vitiorum ambulantes repente præcipitantur. Ostendit Apostolus, in quo consistat ista sapiētia dicens. *Redimentes tempus.* Iacobus Faber exponit, redimētes: idest, emētes tempus, vt in caritate annonæ, cum semem iactum in terram, perit, caristiam facit; ita tempus cum perit facit dierum malitiam, perit vero tempus malis, cum malè operantur; si tempus non consumpseritis frustrà sapiētes eritis. Sicut boni ciues, qui nunquam occasionem amittunt amplificandi Republicam, strenui milites nullam prætereunt occasionem consequendi victoriam, & coloni suas terras colunt, vt sementem iaciant in oportuno tempore, nautæ vela dant ventis secūdis, vbi primū perflant, & qui aliquod

Matth. 25.
Apoc. 18.
Ecumenius.
Ecclesiaſ. 11
Ad Epheſ. 5
Iacobus Faber.

iter peragūt in tēpore serenitatis proficiscūtur, vt ſceſes opportunitate. Similiter nobis faciēdū eſt, opportunitas tēporis nobis vlnis eſt amplectēda, quia cito fugit occaſio, quæ depingitur occipitio caluo, & ſolū in frōte habet capillaturā, quia ſi præterit nō apræhēdetur, nos ergo. *Dū tēpus habemus operemur bonū.* Vt monet Apoſtolus ad Galat. 6. *Quoniā dies mali ſunt.* Ideſt, laborioſi, & fugaces, vel mali ſunt dies, hoc eſt, homines, qui in eis viuūt ſunt pernicioſi. Et ita exponit Haimo. *Redimentes tēpus.* Addit Apoſtolus, ex quibus verbis adnotat Theodoretus, tēpus nō eſſe noſtrū, ſed Dei, quæ enim redimimus in alterius ſunt ditione, & prætio coparamus, vel redimētes tēpus, ideſt, emēdātes, vel bonis operibus copēſantes, vt illa bona, quæ omiſsimus facere in tēpore, quod reſtat, multiplicemus. Vidēdus eſt D. Auguſtinus ſermone 24. de verbis Apoſtoli: & D. Anſelmus. Procedis ad publicū, das numos, & emis tibi panem, aut vinum, aut oleū, aut aliquā ſupellectilē das, & accipis, aliquid adquiris: hoc eſt emere, quomodo enim perdis numos, & emis tibi aliquid: ſic perde numos, vt emas tibi quietem, ecce hoc eſt tempus redimere, ſi irritaris aduerſum aduerſarium tuū in iudicio contendens, & litem proſequēs, ecce tempus perdidiſti, quantò ergo melius eſt, vt numū amittas, & tempus redimas, quando aliquid de temporalibus amittis, vt æterna conſequaris, tūc redimis tempus, & cum male colocatum in carnalibus deſiderijs bonorum operum exercitio ſarcimus, tunc redimitur tempus. Sic exponit Ganeius, Bruno exponit, tunc tempus redimitur, cum nos ad agendum, quod bonum eſt idoneos præparamus. Sanctes Pagninus legit, Redimentes opportunitatem. Quia prætio opportunitas ad bene agendum, vt ſeſe nobis quotidiè offerret erat comparanda, & cum tempus volet, cito debemus feſtinare in benè operando: ſicut Spiritus ſanctus nos admonet. Eccleſiaſtici. cap. vltimo, dicens. *Operamini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem in tempore ſuo.* Vbi notauit Rabanus, hac ſententia claudi librum Eccleſiaſtici, vt dum tempus

Ad Galat, 6 · *Haimo.* · *Theodoretus* · *D. Auguſt.* · *D. Anſelm.* · *Ganeius.* · *Bruno.* · *Pagninus.* · *Eccleſiaſti. 51* · *Rabanus.*

tempus habemus bono operi insistamus, & taliter Ecclesiastes concludit libru suu, dicens. *Finem loquendi omnes pariter audiamus, Deum time, & mādata eius serua, hoc est enim omnis homo, & cuncta, quæ fiunt adducet Deus in iudiciū pro omni abscondito, siue bonum, siue malū sit.* In hac ergo vita est solerter operandum bonum, nam in alio sæculo non erit locus merendi. Vnde Apocalip. 18. agit Euangelista de ruina Babylonis, & dicit. *Et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te.* Idest; in tenebris in orco iacebis, vbi non egebis ornamentis, neq; mūdo muliebri, cum vestibus, quibus ornata ex hoc mūdo exieris relinqueris. De mulieri forti dicitur Prou. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius:* sed de Babylone dicitur. Non lucebit in te lux, nec artifex poterit te ornare, aut in aliquo iuuare; in hac vita quęredus est ornatus, propterea Ioa. 9. dixit Christus Dñs. *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est,* Et simul spuit in terrā, & fecit lutū ex sputo, & liniuit oculos cæci; vt ei visum donaret: instruēs nos properare ad bene operandū, quia volat tēpus. De Imperatore Traiano refertur, quod cum armatus in equo ad bellū properaret, vidua occurrit illi properās, postulās, vt iustitiā ei administraret, & ab opræsoribus liberaret; at ille respōdit, consumato bello reuertar, & quod petis præstabo: et si nō redis ad tuā domū ex prælio? dixit mulier: ille iterū respōdit: si non rediero, qui mihi in regno successerit iustitiā administrabit. Et illa dixit, & quid tibi proderit, ô Imperator, aliena iustitia? Tu mihi debitor es, secūdū tua mærita recepturus, fraus est vtiq; nolle reddere, quod debes, succesor tuus iustitiā pro se tenebitur administrare iniuriā patiētibus. Et his conuictus verbis, ab equo descēdit, & à calūnia liberauit iudicās. Discāt fideles nō relinquere hæredibus, vt pro se restituāt, quæ ipsi propria manu rapuere, sed exēplo illius cauponæ Raab, quæ corporis sui saluti prouisit, nos curā animarūagam⁹. vt illa ante quā venirent dies euersionis, abscōdit domi exploratores, qui illi⁹ beneficij memores cōsuluere ei, vt funiculū

Eclesiast. 12

Apocal. 18.

Prouerb. 31

Ioan. 9.

Traianus.

Iosue. 2.

coccineum in fenestra appenderet pro signo. Quo viso à militibus in columis eius domus relinqueretur. *Quæ dimittens eos, vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.* Et contra quosdam hæreticos Gnosticos turpiter hunc locũ, & perperam exponentes, videndus est D. Epiphan. lib. 1. contra hæreses tom. 2. cap. 26. in confutatione horum hæreticorum, qui dicũt, illum funiculũ fuisse sanguine menstruum, & membrum muliebre: sed notate huius mulieris solertiam, cũ ipsa dixisset exploratoribus. *Ad montana conscendite, & ibi latitate tribus diebus.* Postea narrare debebant Imperatori Iosue omnia, quæ eis acciderant, deinde profecturus erat exercitus, qui paulatim progreditur, satis erat signum appendere post quatuor dies. Verùm hoc est; sed cum de vita agitur non est immorandum, statim adhibendum est salutis signum. Maiori igitur diligentia nos debemus saluti animarum consulere in tempore bonæ valetudinis, & festinare ad benè operandum, sicut faciebat David Psal. 118. *Paratus sum, & non sum turbatus.* D. Hieronym. legit, festinaui, & non neglexi custodire mandata tua. Pagninus legit, festinaui, & non tardaui. Dicebat Hipocrates medicorum facilè Princeps suis discipulis volentibus medicinæ scientiã addiscere: vita breuis, ars longa, experimentum periculosum, occasio præceps, iuditium dificile: ideo maxima est adhibẽda cura. Sic ô fideles aduertite vitæ breuitatem, & artem seruiẽdi Deo longam, & dificilẽ, ô quot benè inceperunt, sed nonvsq; ad finem vitæ in bono perseuerauerũt, & occasio benè operãdi labitur è manibus nostris, adhibenda ergo est maxima diligẽtia, vt posimus ditescere in bono, & postulanda à Deo remissio delictorum in tempore salutis, quia post vitæ huius dies, non erit pœnitẽtiæ locus. Vndè in transitu Iordanis. Iosue. 4. dicitur, cum starent in medio fluuij Sacerdotes portantes arcã, & aquæ erant à dextris pro muro, & non fluebant, dicit textus. *Festinauitq; populus, & transijt.* Festinant omnes transire è fluminis alueo, quamuis sicco, in aridam, quia verebantur, ne horrificus

D. Epipha. *Psalm. 118.* *D. Hierony.* *Pagninus.* *Hipocrates.* *Iosue. 4.*

horrificus ille aquarum mons eos inuolueret, atq; submergeret. Sic nos curemus citò euadere inundationem diuini supplicij, ne propter nostram duritiam, & longam in peccatis consuetudinem auertat Deus à nobis benignum misericordiæ vultum, & aquæ fortes pœnarum nos compræhēdant, quibus demersi in baratrum inferni detrudamur. Ideò Psal. 31. dicebat Regius vates. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.* In Hebræo est, in tempore inuentionis; & sic legit Sanctes Pagninus; idest, in tempore statuto, vt inueniaris, quod est tempus vitæ præsentis, tunc inuenitur Deus propitius, & clemens, atq; culpis nostris indulgebit. Ideò dicit Dauid, sanctum esse eum, qui opportuno tempore peccatorum poscit veniam, quasi diceret, impij importunè transacto curriculo vitæ, aut inter mortis angustias postulant peccatorum remissionem, quam tepide poscunt, nesciunt, propter Deum cōteri de male actis operibus. Psal. 6. *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui.* Quid dicis Propheta sancte? Imò potius in morte reminiscuntur homines Dei, & mundi deliciarum oblibiscuntur. Verum est, quòd recordantur Dei, sed inuiti, & frequētèr fallaciter, non cum firma deliberatione amplius non peccandi, neq; redeūdi ad scelera, quibus sunt irretiti. Mirabilis est ille locus. Exod. 14. Ægyptij insequebantur Hebræos intrāt mare rubrum eos persequentes, sed vissa columna, quæ eos illuminabat, & Dei fauore considerato erga illos, desistit Pharao ab incepto itinere, & etiam suus exercitus, dicētes. *Fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos, fugientibusq́ Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.* O Domine, quomodò eos submergūt aquæ? Nunc resipiscunt, & fugiunt, & reuertuntur in Ægyptum, tuum q; populum relinqunt liberum, quare eos demergis in profundum? Faciunt hoc Ægyptij serò, & coacti, ipsi desiderant nunc eorum sanguinem effussum bibere, submergantur. Similiter contingit impijs, si ab iniquitate discedūt morti iam vicini non est, quia iniquitaté odio prosequuntur,

Psalm. 31. *Pagninus.* *Psalm. 6.* *Exodi. 14.*

tur, sed morte compulsi, nam si spem vitæ haberent nequaquam restituerent, aut à peccato fugerent; ideo eos apprehendūt diuini vltionis fluctus; sunt, vt mercatores, qui horribili maris procella cōpulsi, merces suas proiiciunt in mare, vt alleuetur nauis, & transacta tempestate, quærunt natatores, qui ex maris profundo extrahant diuitias, quas proiecere. Similiter isti, si cōtingat sanari à morbo meretrices vocant, & in domum suam adducunt.

Vltimò circa hunc textum nota, quòd tempus in sacro

Zachar. 14. eloquio plures habet acceptiones; tempus pro hora: vt Zachariæ. 14. *Et in tempore vesperę erit lux.* Idest, hora vesper-

Genes. 24. tina. Et Genes. 24. *Eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam.* Idest, ea hora sedit Eliezer iuxta puteū. Tem-

Iob. 12. pus etiam sumitur pro die iudicij. Vt Iob. 12. *Simplicitas iusti lampas contempta parata vsq; ad tempus statutum.* Tempus

D. Gregor. li. 10. moral. cap. 29. statutū ex sententia magni Gregorij suprema illa dies horrendi iudicij est, quando diuina prouidentia lampades istas, totiusq; orbis luminaria proferet in publicum, improbis hominibus ostendens, quanta potestate fulgeant homines

Actor. 3. simplices. Vnde Actor. 3. vocatur, *Tempus restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo.* In die enim iudicij iustis restituetur honor, requies, regnum, celsitudo, gloriæ vestis. Hæc enim in hoc sæculo posséderunt impij, & iustis debebantur: erant autem despecti, defessi, aflicti, media consumpti. Auferetur ab impijs sceptrū,

Luc. 21. iustisq; restituetur. Lucæ. 21. *Leuate capita vestra.* Eis tunc dicetur. Tempus præterea summitur pro anno, tēpora pro

Apocal. 12. duobus annis; dimidium tēporis pro sex mensibus. Vt Apocalip. 12. *Vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium tempo-*

Daniel. 12. & 7. *ris.* Et Daniel. 12. & 7. tempus sumitur pro anno. *Septem tempora mutabuntur super eum.* Idest, septem anni. Tempus

Matth. 26. etiam sumitur pro fine vitæ; vt Matth. 26. *Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei, magister dicit, tempus meum propè est*

Ioan. 7. *apud te facio Pascha.* Idest, finis vitæ meæ instat. Et Ioan. 7. dixerūt propinqui sui Christo Domino: *Transi hinc à Galilea.*

lilea. Ideſt, ad Iudæam; & reſpondit Chriſtus. *Tempus meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratū*. Ideſt, mortis meæ, hora nondum aduenit, tempus autem veſtrum ſemper paratum eſt. Ideſt, mortis veſtræ hora quotidiè eſt in proximo, quia expoſiti eſtis periculo perdendi vitam. Sic exponunt D. Chriſoſtomus, & Theophilatus: & Eccleſiaſtes. 3. *Impium, & iuſtum iudicabit Dominus, & tunc tempus vniuſcuiuſq; rei erit*. Quia iniuriam irrogant iudices hominibus, finis erit mundi. **D. Chriſoſ. Teophilatu.**

☞ *Vt contereret electos meos.*

Ecce ad quid vocauit tempus, & adduxit tempus vltionis ad conterendos electos, ſuple milites ſtrenuos ad dimicandum, qui mortui ſunt in bello, & obſidione. Sic Pſal. 77. *Occidit pingues eorum, & electos Iſrael impediuit*. Ideſt, interfecit ditiores, ac honorabiles populi, pingues ab eſu carnium, qui erant, quaſi compedibus vincti, proſtrauit, & perdidit, & mortis nexibus implicauit, ne in promiſſionis terram poſſent aſcendere. *Pſalm. 77.*

☞ *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.*

Senſus eſt, grauiſsimum illis intulit ſupplicium, conculcauit Iudæos non ſecus, quam vuæ in torculari præmuntur. Virgini filiæ Iuda. Ideſt, Iudæis: ſic Pſal. 4. *Filij hominum vſq; quo graui corde*. Ideſt, homines. Eſt phraſis Hiſpanè (para dezir à vno diablo, le llaman, hijo del diablo.) Et Iſaiæ. 47. *Non eſt ſolium vltra filiæ Chaldeorū*. Ideſt, Chaldeis. Et Hieremiæ. 46. *Tolle reſinam virgo filia Ægypti*. Et Zachariæ. 4. *Iſti ſunt duo filij olei*. In Hebræo eſt. Duæ oliuæ. Simachus legit, in medio oliuarum. *Pſalm. 4. Iſaiæ. 47. Hierem. 46. Zachar. 4.*

Secundus ſenſus eſt. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. Eſt continens pro contento. Ideſt, calcauit vuas in torculari, vindemiauit vuas acerbas, & propinauit vinum meraciſsimum, ingenſq; ſupplicium excogitauit virgini filiæ Iuda. Eſt ſingulare pro plurali. *Simachus.*

Ideſt,

Ideſt, contra virgines Hieroſolimitanas, vt biberent, vinum felle amarius. Vndè ipſæ poſteà conquærũtur. *Inebriauit me abſinthio.* Et eſt amariſsima herba, quæ Hiſpanê vocatur (aſenſios.)

Sed notandum eſt, comparare vatem acerbum ſupliciũ cum vindemia, eo quod in torculari omnes vuæ calcantur, itaut, neq; acinus vnus integer remaneat, neq; vua, ibi exprimũtur putridæ, & ſanæ vuæ, racemus paruus, & magnus. Sic contingit ciuibus Hieruſalem, nullus euaſit in columis, ſiue magnus, ſiue paruus, ſiue ægrotus, ſiue ſanus: ſi quidem mortui in obſidione, alij gladio interfecti, alij ducti

Theodoretus captiui. Sic exponit Theodoretus. Vndè Hierem. 25. *Celeuſ-*

Hierem. 25. *ma, quaſi calcantium concinetur aduerſus habitatores terræ.* Senſus eſt, pro animi letitia victores canebant, quia de te triũphum reportauerãt: ſicut vindemiatores inter vindemiandum canere ſolent, & ſicut in torculari muſtum exprimitur ex vuis, ſic in hoc bello ſanguis Hieroſolimitanorũ fuit

Iſaia. 63. abundè effuſſus. Similis tropus eſt Iſaiæ. 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon tinctis veſtibus de Boſrra?* Edon eſt quædã prouincia, Boſrra eſt vna ex præcipuis vrbibus Edon, vbi magna copia erat vini rubei, & dicit vates: quis eſt iſte, qui venit tam rubeus, vt Edonitæ, qui in vino rubeo negotiantur: & reſpondit Dominus, *Torcular calcaui ſolus.* Qui ſum, velut vindemiator, qui conculcaui Hieruſalem ciues. Ego ſolus, & dicit vates, quòd venit Deus intinctus ſanguine eorum, non ſecus, ac ſi eos in torculari calcaſſet.

☞ *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.*

IDeſt, præparauit illi abundantiſsimam punitionem, ſicut in torculari ſolet eſſe vini magna copia, cum vindemia fit, & bibentes muſtum, quod feruet, tunc inebriãtur, & inſaniunt: ſic impij amiſſa animi pacientia in laboribus

Hierem. 25. cõtra Deum blaſphemant. Sic Hieremiæ. 25. de his dicitur. *Sume calicem furoris Domini, & propina illum gentibus bibent,*

Ecleſiaſti. 2. *& turbabuntur, & inſanient.* Hos deplorãt ſapiẽs. Ecleſiaſti. 2.

Væ

Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. Eodem capite. *In dolore sustine, & inhumilitate tua pacientiam habe, quoniam in igne probatur aurum, homines verò acceptabiles in camino humiliationis.* Et in igne aurū purius egreditur, sed plumbum liquefit, & deperditur, sic ex igne tribulationis iustus vegetior, & purior euadit, impius verò obduratur, & peior fit. Et notate, quòd sicut intorculari exprimitur mustum, quod est sanguis vuarum. (Vt dicitur Genes. 49. & Plinius dixit, vinum rubeum esse sanguinē terræ.) Sic in hoc bello milites effundent sanguinem puellarum absq; vlla misericordia, loco rubicundi coloris, quo facies suas pingebant virgines Hierusalem, sanguine rubescent earum genæ. *Genes. 49.* *Plinius.*

Aim. ☞ *Id circo ego plorans, & occulus meus deducens aquas, quia longe factus est à me consolator conuertens animam meam, facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.*

SEnsus est. Propterea amarè flebo, quia lōgè discesit, qui me consolabatur, læuior enim est illa calamitas, quæ cōsolatorem habet. In Hebræo repetitur particula illa occulus meus, occulus meus, ad maiorem doloris amplificationem, & expræsionem. D. Thomas per consolatorem intelligit Ægyptum cum eius Rege, & Regno, nàm Ægyptij Hierosolimitanis opem ferebant. Sed melius exponunt Theodoretus, & Nicolaus Lyranus, qui per consolatorem intelligunt Deum, qui sensus magis coheret verbis sequētibus, cunuertens animam meam: idest, illam recreans, & refrigerans. Sicut Psal. 18. *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Idest, recreans, & exhilarans, vel *Conuertens animam meam.* Idest, animans. Quod Hispanè dicimus (el que buelue mi anima al cuerpo.) Et sic legit Pagninus, reducēs animam meam. Absentiam huius consolatoris veri deplorabant Martha, & Maria in Lazari funere. Ioan. cap. 11. *Domine, si fuisses hîc frater meus non fuisset mortuus.* Non tantùm *D. Thomas.* *Theodoretus* *Lyranus, & Dionisius.* *Psalm. 18.* *Pagninus.* *Ioan. 11.*

tum sic hic adesses mors non auderet tangere fratrem: sed neq; pulicem sui lecti. Vel conuertens animā: ideft, quiescere faciens, & reficiens. Solus Deus potest præstare verā
Psalm.114. animæ refectionem, & requiem. Ideò Psal. 114. dicebat Dauid. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus*
D.Theodor. *benefecit tibi*. D. Theodoretus sic exponit. Qui conuertit animam meam, nàm propterea castigationem adduxit animæ meæ, vt me ad illum conuerteret, quod mihi per quàm vtile erat. Cùm ossa in corpore conuelluntur à iuncturis, nil prosunt fomenta admitigandum dolorem, nisi prius in castrentur: sic, nec solatia humana conducunt, cùm à Deo vero consolatore anima recesit, nisi ad Deum ipsum couertatur. Et meritò plorandum nobis est, cùm verus consolator, spiritus videlicet paracletus à nobis discedit. De Simeo
Lucæ. 2. ne dicitur. *Expectans consolationem Israel.* Ideft, Messiam
Isaia. 49. Christum, qui est verus consolator. Vndè Isaiæ. 49. *Consolatus est Dominus populum suum.* Mundi consolatores frustra-
Zachar. 10. nei, & mendaces sunt. Vndè Zachar. 10. *Somniatores locuti*
Iob. 16. *sunt frustrà, & vanè consolabuntur.* Et tandèm Iob suis dixit a-
Iob. 13. micis. *Consolatores onerosi estis vos.* Et cap. 13. suis amicis dixit. *Prius vos ostendam fabricatores mendacij.* In Græco est: vos estis medici iniqui. Quibus verbis voluit sanctus Patriarcha amicos reprehendere, quasi consolatores ineptos, minusq; cordatos, qui illius animū tota disputatione exulcerabant, cuius aduersam fortunam blādioribus verbis leuare debuissent, vel, vt Hispanè dicimus (oficiales de men-
Pagninus. tir) hos vocat fabricatores mendacij. Sanctes Pagninus legit. Medici vani omnes vos. Hebræa veritas habet: medici imperiti estis vos. Imperitum vocamus medicum illū, qui febricitanti, vel ægrotāti dolore capitis, ea adhiberet pharmaca, & admoueret medicamēta, quæ renibus, vel vesicæ ad ciēdum vrinam essent accomodata: sic sunt amici nescientes adhibere consolationis genus, quod requiritur ad solatium amici tristis. Tales sunt huius sæculi consolatores, ignorantes prorsus, imò non valentes auferre cor-
dis

dis mærorẽ:& sæpè neq; suis verbis sciunt consolari. Chaldeus legit. Medici idoli insẽsati,id est,sicut idolũ sine sensu est. Stultus enim esset medicus,qui idolum vellet curare, cùm sine anima sit. *Chaldea paraphrasis.*

☞ *Facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.*

Simachus legit, desolati. Quod idem est, quod perditi, id est, destructi. Sicut Hieremiæ. 50. *Grex perditus factus est populus meus.* Id est, destructus. Et Sophoniæ. 2. *Væ, qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* Id est, destructorum: hoc est, væ vobis, qui ad oram maris habetis domicilia. *Quia erit funiculus maris requies pastorum.* Id est, hæc terra Philistinorum, quæ est iuxta mare, erit vastata, & erit Pascua ouium, & arietũ, terra enim maritima inimicorum incursibus sæpè infestatur. *Simachus. Hierem. 50. Sophoniæ. 2.*

☞ *Quoniam inualuit inimicus.*

Id est, fortior me subiugauit, & ideò filios meos occidit. Ita 1. Reg. 17. *Præualuit Dauid aduersus Philistæum in funda, & lapide.* Id est, superauit. Pagninus legit, robustior fuit Dauid Philisteo. *1. Reg. 17. Pagninus.*

Animaduertẽdum est, quòd filius in sacra pagina diuersimodè sumitur, aliquandò pro filijs legitimis, vt hic: interdùm pro nepote, & sic intelligitur ille locus. Iob. 19. *Orabam filios vteri mei: halitum meum exhorruit vxor mea.* Queritur, quomodò Iob orabat filios iàm mortuos, domus ruina oppressos? Aliqui exponũt, deprecabar nepotes meos. In Græco est, orabã filios cõcubinarũ mearũ, quòd more Patriarcharũ præter vxorem principalẽ habuerit cõcubinas, id est, minus principales vxores, quas non solemni ritu sibi copulabant. Sicut Genes. 25. *Abraham filijs concubinarum largitus est munera.* Sed melius respondetur, iuxta Hebræam lectionem, quæ habet (Labeni.) Id est, ad filios, vel propter filios vteri mei, quos ex mea vxore habueram, eam propter *Iob. 19. Genes. 25.*

ipsos depræcabar, vt mihi subueniret. Et sic legit Sanctes Pagninus depræcabar propter filios vteri mei. Filius etiam vsurpatur pro posteris, & consanguineis ab eodem stipite descendentibus. Sicut Malachiæ. 3, *Purgabit filios Leui.* Idest, eius posteros de hac tribu ortos. Matth. 1. *Filij Dauid.* Idest, à Dauid descendens. Filius idem est etiam, quod gener, & Hispanè vocant soceri generos filios. Sic Luc. 3. *Ioseph, qui fuit Heli.* Suplê gener Heli, idest, Ioachin, qui vocabatur. *Eliachim.* Quia Hebræis idem est Eliachim, & Ioachin, vt constat in Rege Ioachin, 4. Reg. 24. & 25. Vocat autèm eum hîc Euangelista Heli, & non Eliachim, quia breuitatis causa sic appellabatur. Et sic dicitur Ioseph filius Heli idest, gener Ioachim, qui & Eliachim vocabatur, & fortè erat binomius.

Malach. 3. Luca. 3. 4. Reg 24. Et 25.

Phe. ☞ *Ex pandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam, mandabit Dominus aduersum Iacob incircuitu eius hostes eius. Facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos.*

Theodoretus

PRimus sensus est Theodoreti: dixerat filios suos perditos ideo flet illos, solet enim mulieres plorantes extēdere, & contrahere manus suas præ nimia cordis angustia, vel more dolentium, seu parturientium, quæ etiam coprimunt manus suas. Ita Isaiæ 21. *Angustia posedit me, sicut angustia parturientis.* Cui sensui consonat Lectio Pagnini, quæ sic habet. Fregit Sio manus suas. Idest. percusit, more lugentium; quod Hispanè dicimus. (Haziase pedaços las manos) Gestum describit vates lugentium fœminarum, quæ extendunt brachia, & manus præ dolore vehementi. Ita Hierem. 4. *Vox filiæ Sion inter morientes, & expandentes manus suas.* Etiā ipsa lamētatur, & clamor fletꝰ auditur inter eas quæ plorāt. Panigarola exponit iuxta versionē Pagnini, fregit Siō manꝰ suas, idest, manibus suis. Est casus pro casu, suplé panē, & est idiotismus Hebræus, quādo volūt exprimere, aliquē in sua calamita-

Isaiæ. 2. Pagninus. Hieremiæ. 4 Panigarola.

lamitate carere consolatore, dicunt, non est, qui frāgat panem, sed ipse suis manibus cogitur frangere, & fortè panis erat tàm durus, vt manus delicatæ in fractione panis læderentur. Vatablus etiàm exponit, fregit Siō manibus suis panē, quia non erat, qui frāgeret: frangebatur enim panis mærentibus: nō est, qui Siō cōsoletur, siquidēm non habet, qui panē frangat, vt comedat, nam lugentes non curāt de cibo. Itèm vsus obtinuit ægrotis alios ministrare cibū, & manu aliena solent comedere rogati, sed Hierusalem manus eleuat, sed non inuenit panem. Viduis etiàm in die funeris parabatur cibus in domibus cognatorū, & familiarium, cùm ipsæ non curent de esu, sed ad Hierusalē, quæ supra vocata fuit vidua, *Facta est, quasi vidua domina gentium*, nullus mitit cibum: & si esset aliqua vidua tàm inops, & omni solatio destituta, quæ non haberet, vndè emeret cibos, nec pecuniam ad emendum, ostiatim peteret panē, & de hoc maximè doleret: idem contigit Hierosolimitanis, carent pane in obsidione, petunt, & non inueniunt, & ideò gemunt. *Vatablus.*

Secundus sensus est, vt expandere manus sit auxiliū postulare: expandit Sion manus suas petendo subsidium suplicitèr, & iunctis manibus à Deo optimo maximo, sed à Deo exaudiri non meruit, quarè solacio caret. Et hæc expositio est D. Hieronymi, D. Thomæ, & Nicolai Lyrani, & Dionisij. Loquitur vates de Sion, sicut de homine nimis afflicto, qui omni transeunti manus expandit querēdo præsidium, & non inuenit. Simili tropo vtitur Isaias cap. 25. loquēs de Moab afflicto. *Et extendit manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum, & humiliauit gloriam eius cum allisione manuum eius.* Quemadmodum, qui in fluuio natantes sumergūtur huc, & illuc brachia, & manus extendūt, vt periculū mortis effugiāt, & supernatēt aquis. Sic Moab extēdit manus suas, sed non inuenit, neq; rupē, neq; lignum, cui immobilitèr ad hæreat, ne sumergatur. Et sicut natans proprijs viribus putat diuidendo aquas liberari, & ad aridam venire, sic suis viribus Moab volebat erui ab afflictione, sed Hie- *D. Hierony. D. Thomas. Lyra. Dionisius. Isaiæ. 25.*

rusalem petit suplex auxilium, nullusq; præstitit etiàm ex suis amicis.

Expandere manus in sacro eloquio solet sumi pro orare, quia orantes leuant manus in cœlum. Sic. 1. ad Timot. 2. *Leuantes puras manus.* Idest, cum munditia cordis orantes, ne audiamus illud Isaiæ. 1. *Cum extenderitis manus vestras non audiam, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt.* Eclesiastici. 48. *Et expandentes manus leuauerunt ad cœlum, & sanctus Dominus Deus audiuit citò vocem eorum.* Et est iste antiquissimus orandi mos, leuamus ambas manus in cælum, hoc gestu significantes, nos esse proiectos in profundam foueam miseriæ, & postulare à Deo præsidium, vt nos à profundo calamitatum lacu extrahat, manum porrigendo.

1. ad Tim. 2. *Isaiæ. 1.* *Eclesiast. 48*

☞ *Non est, qui consoletur eam.*

NON Inuenit solatium, & meritò, inquit D. Ambrosius super Psal. 118. sermone. 17. Iustum fuit, vt non exaudiretur ciuitas Sion, cùm expandebat manus, quia habuit Hierusalem in medio sui Christum Dominum, expandentem manus suas ad populum incredulum, & contradicentem sibi: vt ait Isaias cap. 65. & noluit eum audire, imò restitit Christo expandẽti alas suas, sicut Aquila, aut galina, vt congreget pullos suos. Matth. 23. Modô ipsa Hierusalem non exauditur, vt meritas det suæ surditatis pœnas. Sic etiàm dicitur de Niniue. *Vastata est Niniue, quis commonebit super te caput?* Idest, condolebit tibi: & infrà dicit. *Qui audierunt auditionem tuam compræserunt manum super te.* Idest, letati sunt, plauserunt manibus, quia omnibus nocueras.

D. Ambros. super Psalm. 118. ser. 17. *Isaiæ. 65.* *Matth. 23.* *Naum. 3.*

☞ *Non est, qui consoletur eam.*

VNdè Isaiæ. 51. *Duo sunt, quæ occurrerunt tibi, vastitas, contritio, & fames, & gladius.* Idest, cõtritio vastitatis, & gladius famis: est andiasis figura, ponit priùs duo, & quattuor cõmemorat: quis cõtristabitur super te, aut quis consolabitur te?

Isaiæ. 51.

tur te? Quasi dicat, nullus. Sicut olim Hieremias & Daniel, imò, & ipse Christus fleuit super te. Lucæ. 19. Ex his verbis nostri vatis, colliges pie lector, quòd solus Deus præstare potest verã cõsolationẽ, sicut dicitur Isaiæ. 57. *Reddidi cõsolationes ipsi et lugẽtibus eius*: septuaginta legũt, dedi ei cõsolationẽ verã: mundi gaudiũ, atq; solamẽ, non est verum, quod solus Deus distribuit. Et sic Ioan. 20. dicitur. *Gauisi sunt discipuli visso Domino*. Quia mæsti erant propter eius mortem. *Lucæ.* 19. *Isaiæ.* 57. 70. *Ioan.* 20.

☞ *Mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius.*

SEnsus est: Domini iussu conuenere milites, & obsederunt Hierusalem, quamuis quærat ab alijs auxilium nil ei proderit, quia ipse Dominus sententiam protulit, & militares copias, contra illam conduxit, & stipendium dedit militibus, vt Iacobitas expugnarent, non venere hostes casu, vel fortuitò, sed Deo iubente. Ita Isaiæ. 10. *Contra populum furoris mei mandabo illi* (Idest, Asur) *vt auferat spolia, & diripiat prædam.* Et cap. 5. *Leuabit signum in nationibus procul, & sibillabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter venict.* Suple miles, seu exercitus Nabuchodonosoris: erexit Dominus vexillum à remotioribus mundi partibus, festinant milites vnico eius sibillo, &c. *Isaiæ.* 10. *Et.* 5.

☞ *In circuitu eius hostes eius.*

IDest, quoquo se vertũt ciues Hierusalẽ in hostes Chaldeos offendũt, qui occupauere omnes eorum fines. Idem tropus est Psal. 11. *In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Augustinus Eugubinus sic exponit, tãtus est impiorum numerus, in hac infœlici ætate, vt quoquo te vertas, occurẽt tibi, & in eos offendes. Et Iob. 1. dixit Sathan. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* Et 1. Petri. 5. *Circuit quærens, quem deuoret.* Sic impij dæmonis ministri vbiq; sunt præstò, vt rapiant, & interficiant. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* *Psalm.* 11. *Augustinus Eugubinus.* *Iob.* 1. 1. *Petri.* 5.

Ideſt, occultiſsima ſunt iudicia tua, quibus permittis malos multiplicari. Chaldea paraphraſis legit, ſicut ſanguiſugæ filij hominum: ideſt, circuunt terram, vt effundant ſanguinẽ pauperum, ſanguinem ſugunt humanum. Hanc obſidionem prædixerat antea Hieremias. cap. 4. *Ecce auditum eſt in Hieruſalem, cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorũ facti ſunt ſuper eam in gyro, quia me ad iracundiã prouocauit, ait Dominus.* Ideſt, quaſi vinitores, qui cuſtodiunt vineas, vt non capiatur, neq; vnus racemus ex vitibus, tam ſolerter milites obſidebunt Hieruſalẽ, & munitionibus, atq; tormentis bellicis vias eius claudent. Et cap. 6. *Specioſæ, & delicatæ aſimilaui filiam Sion, ad eam venient paſtores, & greges eorum, fixerunt in ea tentoria in circuitu, paſcet vnuſquiſq; eos, qui ſub manu ſua ſunt: ſanctificate ſuper eam bellum.* Filiam Sion vocat vates Hieruſalem, cuius arx erat Siõ, vocat ſpecioſam propter ædificiorum amplitudinem, & pulchritudinem: delicatam, propter ciues genio indulgentes: & ſumpta metaphora à paſtoribus, fixerunt, ait, tetoria in ea duces exercitus, quos vocat paſtores, & milites greges, quia ducibus obediunt, vt greges paſtori, atq; illum ſequũtur, ſicut oues paſtorem, & vnuſquiſq; dux paſcet: ideſt, gubernabit eos, qui ſub poteſtate ſua erunt, & dicent, ſtote, ô milites expediti, vt faciliter poſitis committere bellum. Et Pſal. 65. conquæritur Regius Pſaltes. *Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.* D. Hieronymus, & Nebienſis pro laqueo legunt obſidionem. Alij legunt, catenam, vt Campenſis: ille Dominus, de quo canit Dauid Pſal. 43. *Qui mandas ſalutes Iacob.* Nunc præcipit hoſtibus, vt Iacobitas perimant, & vbi primum Deus hoſtibus iubet, vt obſideant Hieruſalem, ſtatim adeſt hoſtis in circuitu. *Quoniam omnia ſeruiunt tibi.* Dixit Regius pſaltes. Pſal. 118. Et Baruch. 3. ſtellæ dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & letatæ, vocatæ ſunt, & dixerunt ad ſumus, & luxerunt ei cum iucunditate.

Chaldea verſio. *Hierem. 4.* *Hierem. 6.* *Pſalm. 65.* *D. Hierony.* *Nebienſis.* *Campenſis.* *Pſalm. 43.* *Pſalm. 118.* *Baruch. 3.*

☞ *Facta est Hierusalem, quasi polluta menstruis*

IDest, insecrabilis, & abominabilis, vt mulier polluta mẽstruo. Isaiæ. 30. *Disperges ea, sicut immunditiam mestruatæ.* Et Ezechiel. 36. *Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me.* *Isaiæ. 30. Ezechiel. 36*

Secundus sensus. *Polluta menstruis.* Idest, ab hominum consortio segregata, sicut menstruata, à qua fugit vir. Mos erat apud Hebræos non intrare in cubile vxorum, cùm erant menstruatæ, sic à Hierusalem, vt à menstruata muliere, omnes fugiunt, & sic legit Sanctes Pagninus, facta est Hierusalem in elongatione, quia omnes longe fiunt ab ea. Vel in longinquas terras captiua ducta est. Septuaginta legunt, in mẽstruatam facta est Hierusalem. Vidè Leuit. 20. Vbi pœna punitur vir, qui coierit cum muliere menstruata, & pari pœna ipsa castigatur. Et Ezechiel. 18. *Et ad mulierem menstruatam non accesserit.* Quod à Domino inter dicebatur, ne paruuli leprosi, aut elephantiaci nascerẽtur, vt docet D. Hieronymus in hoc loco Ezechielis: & idem docet. D. Clemens lib. 6. constitutionum Apostolicarum cap. 28. menstruisq; apparentibus viri cum mulieribus, ne coeant, vt filij sine morbo nascãtur. Purgationem verò naturalem Deus instituit in mulieribus per menstrua spatia, valetudinis, firmitatisq; causa, cùm otiosæ sint, vt quæ magna ex parte domi sedent. *Pag ninus. 70. Leuit. 20. Ezechiel. 18 D. Hierony. D. Clemens. lib. 6. de cõstitution. cap. 28.*

Tertius sensus est. *Quasi polluta menstruis.* Quia Hierusalem fœdauerunt hostes cædibus, & sanguinis effusione aspersa erat interfectorum cruore, sicut fœmina menstruum patiens plena est sanguine, & omnium occulis abominabilis.

Sadi. ☞ *Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui, videte obsecro vniuersi populi, videte dolorem meum, virgines meæ, & iuuenes*

abierunt in captiuitatem.

ORdo huius literæ est. Retulerat vates suæ vrbis infortunia, clades, famem, seruitutem; & ne ab aliquibus in punitione nimius existimaretur Deus, ipse populus afflictꝰ confitetur ore propio, & sponte non excessisse Dominum iustitiæ limites in puniendo : mala, quæ patimur, peccata nostra meruere; Dei pacientiam, & longanimitatem nostris sceleribus irritauimus, & ad iracundiã prouocauimus.
Pagninus. Sanctes Pagninus legit, ori eius rebelaui : idest, rebelaui eius præceptis, & legi, quæ ex ore eius procesit, non obedi-
Chaldeus paraphrastes. uimus. Chaldeus paraphrastes legit. Sermonem eius transgressa sum. Iustus Dominus nemini iniuriam irrogat, vt
Psalm. 10. dicitur Psal. 10. *Iustus Dominus, & iustitias dilexit, æqui-*
Sapient. 12. *tatem vidit vultus eius.* Et ita Sapient. 12. dicit Sapiens. *Cum sis iustus, iustè omnia disponis, ipsum quoque, qui non debet puniri condemnas, & exterum æstimas à tua virtute.* Æquissima sunt tua iudicia, ô Domine, nullus potest de tua æquitate conquæri, ipsum, qui non debet puniri iuxta hominum æstimationem, condemnas, & punis, quia occuli tui, plusquàm lincei sunt, & vides iniquitatem in corde hominum. In Græco est, ipsum quoq; qui non debet puniri, cõdemnare, alienum æstimas à tua potentia; & ita manifestus est sensus. Extraneum æstimas à tua potentia condemnare insonte : & in vulgata, præsens indicatiui sumitur pro præsenti infinitiui, extraneũ, & alienum à te est, innocẽtem
Iob. 34. condẽnare, & debet pũctuari in illo verbo virtute. Iob etiã cap. 34. *Absit à Deo impietas, & ab omni potenti iniquitas.* Dixit Heliud ipsi Iob : dixerat Iob. *Subuertit Deus iudicium meum, in iudicando enim me, mendatium est: violenta sagitta mea absq; vllo peccato.* Idest, in me sagitta volabat inuita, nõ spõtè, vt solet in peccatores ferri, qui sunt scopus cœlestis arcus, me verò, qui sum iustus violentèr vulnerauit. Et infrà dixit Heliud. *Verè enim Deus non condemnabit frustrà, nec Omnipotens subuertet iudicium.*

Iustus

☞ *Iustus Dominus.*

IVstus in sacro eloquio aliquando sumitur pro rigido, vt Ecclesiastes. 7. *Noli esse iustus multum.* Loquitur de iudicibus, quibus sapiens consulit, vt sint clementes, & ne sint rigidi. *Ecclesiaste.7.*

☞ *Quia os eius ad iracundiam prouocauimus.*

PEtrus Galatinus lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 19. Ex Hebræo sic legit: quia os eius amaricaui. Tūc enim Iudaica prauitas os Dei amaricauit: cùm propinauit Christo Domino pendenti in cruce, spongiam aceto plenam. *Petrus Galatin. lib. 8. cap. 19.*

Tertius sensus est. *Quia os eius ad iracundiam prouocaui.* 70. legūt, os eius exacerbaui. Sanctes Pagninus legit. Ori eius rebellis fui. Idest, Domini Prophetis nō obtemperauimus, recurrendo ad Ægyptum, ipsi verò nobis præcipiebant, ne descenderemus in Ægyptum. Isaiæ. 31. *Væ, qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes* Et cap. 30. *Væ filij desertores &c qui ambulatis, vt descendatis in Ægyptū, & os Domini non interrogastis.* Et non solum nō obediuimus tuis Prophetis, sed etiàm percusimus, maximè Hieremiam mittendo eum in lacum, vt habetur cap. 37. suæ prophetiæ, qui vocatur os Domini cap. 15. *Si separaueris prætiosum à vili, quasi os meum eris.* Et Iosue. 9. *Os Domini non interrogauerunt.* Idest, eius Prophetas non consuluere. Et sic intelligitur ille locus. Oseæ. 6. *Propter hoc dolaui in Prophetis.* Idest, per Prophetas curaui populū hūc instruere, & ad rectitudinis viā reducere, sicut ligna dolātur per dolabrū. *Et occidi eos in verbis oris mei.* Idest, per verba oris mei: idest, per verba meorū prophetarū prædixi eos occidendos, quia inobediētes erāt mihi. Verba sui oris Prophetas vocat, & sic exponit Nicolaus Lyranus. Sic dicebat Daniel. cap. 9. in Babylone captus: *Non obediuimus seruis tuis, & Prophetis qui locuti sunt.* Et Isaiæ. 48. *Priora ex tūc annūciaui, & ex ore meo exierūt, & audita* *70. Pagninus. Isaiæ. 31. Et cap. 30. Hierem. 15. Iosue. 9. Oseæ. 6. Lyranus. Isaiæ. 48.*

Haimo. *feci ea.* Hamo exponit. Ideſt, de ore prophetarum, qui os Domini nuncupantur.

D. Auguſt. lib. de eſſentia diuinitatis. Quartus ſenſus eſt. D. Auguſtini lib. de eſſentia diuinitatis: os Dei ad iracundiam prouocauimus. Ideſt, filium Dei.

Super hoc loco notandum eſt; quòd os in ſacra pagina plures habet acceptiones: ſignificat accumen, & aciem gladij, vt Iudicum. 8. *Percuſſerunt eos in ore gladij.* Quod Hiſpanè dicimus. (Los filos de la eſpada.) Et Exod. 17. *Fugauit Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij.* Et Lucæ. 21. & 24. *Cadet in ore gladij.* Vocatur autem acies gladij, os, quia ſcindit homines, veluti ore, & dentibus ſcinditur cibus.

Iudicum. 8. *Exod. 17.* *Lucæ. 21. & 24.*

Secundo ſumitur os pro porta ciuitatis, vt 4. Reg. 21. dicitur de Manaſe. *Et ſanguinem innoxium ſudit Manaſes multum nimis, donec impleret Hieruſalem vſq; ad os.* Ideſt, vſq; ad portam, eo quod porta in vrbe ſit, velut os in corpore, per quod alimentum intrat in ventrem, ſicut per portam vrbis intrant cibaria in vrbem, carnes, & triticum: & Iſaiæ. 5. *Propterea dilatauit infernus animã ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino.* Ideſt, aperuit ſepulchrum portam ad cadauera recipienda, & Numer. 16. *Aperiens terra os ſuum deuorauit eos.* Ideſt, magnus hiatus apparuit in terra, & deſcenderunt viui ad ſepulchrum. Et ſic 4. lib. Reg. 21. *Donec impleret Hieruſalem ſanguine, vſq; ad os.* Legit Sanctes Pagninus. De latere ad latus. Ideſt, ab vno extremo in aliud, à principio vſq; ad finem vrbis. Et 1. Eſdras. 9. *Qui repleuerunt eam ab ore vſq; ad os in coinquinatione ſua.* Hiſpanè dicimus (de parte à parte.) Etiam ſumitur pro voluntate. Geneſ. 24. *Quæramus voluntatem eius.* Pagninus legit: interrogemus os eius. Os etiam accipitur pro interpræte. Exod. 4. *Aaron frater tuus ipſe erit os tuum.* Ideſt, interpræs tuus: quod Hiſpanè dicimus (tu lengua) ſumitur etiam pro perſona. Pſal. 8. *Ex ore infantium.* Ideſt, ex perſona infantium. *Perfeciſti laudem.* Et Matth. 21. & 1. Reg. 21. *Os iuſti meditabitur ſapientiam.* In ore verſari alicuius, eſt, illum odio proſequi. Vt 2. Reg. 13. dicitur

4. Reg. 21. *Iſaiæ. 5.* *Numer. 16.* *4. Reg. 21.* *Pagninus.* *1. Eſdras. 9.* *Geneſ. 24.* *Pagninus.* *Exod. 4.* *Pſalm. 8.* *Matth. 21.* *1. Reg. 21.* *2. Reg. 13.*

dicitur de Amnon. *Amnon solum mortuus est, quoniam in ore Absalon erat positus ex die, qua oppræsit Thamar sororem suam.* Quod Hispanè dicimus (traiale entre los dientes, no lo podia tragar.) Ideſt, illum odio proſequebatur.

☞ *Audite omnes populi, videte dolorem meum, virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.*

SVple Babylonis: ô infauſta, & miſerãda calamitas. Adoleſcẽtes pulchri, & venuſtæ, atq; delicatæ puellæ, in ſeruitutẽ fuere ductæ. Hieremiæ. 51. conquærebatur de Babylone Hieruſalem. *Absorbuit me Nabuchodonosor quasi draco repleuit ventrem suum teneritudine mea.* Ideſt, tenerrimis virginibus, & adoleſcentibus ephebis, impleuit ſuam vrbem Nabuchodonoſor. Sic Herodes teneros occidit infantes, iratus valde. Matth. 2. Vocat Propheta Hieruſalem teneritudinem ſuam. Vbi erant teneræ illæ plãtæ: vel vocat teneritudinem, quia illos tenerrimè diligebat, ſicut mater paruulos ſuos. Et ſic intelligitur illud, Prouerb. 4. Vbi de ſe dicit Salomon. *Nam, & ego filius fui patris mei, & tenellus, & vnigenitus coram matre mea.* Ideſt, maximè dilectus. Et ita legunt. 70. Interprætes. Dilectus in facie matris, & dicunt in facie; quia non permittebat mater Salomonis, eũ à facie ſua diſcedere atq; præſentia. Itaq; tenellus, & vnigenitus, & dilectus idem ſunt in ſacro eloquio. Et ſic conciliatur hic locus cum illo. 1. Paralip. 3. *Porro in Hierusalem nati sunt ei. (Silicet Dauid.) Filij Samaa, & Soba, Natham, & Salomon quatuor de Bersabe.*) Et ita non oportet, dicere illos tres fuiſſe filios naturales Vriæ, & adoptiuos Dauidis, ſed naturales etiam Dauidis. Nam vnigenitus ibi, idẽ eſt quod ſummè dilectus. Et hoc noto cõtra Clitoueum in cap. 15. 4. lib. Theologiæ. D. Damaſceni. Vocatur igitur Salomon vnigenitus coram matre ſua, quia eius corculum, animula, & filius chariſsimus, quem feruentiſsimè diligebat. Et ita notauit

Hierem. 51. *Matth. 2.* *Prouerb. 4.* *70. Conciliatio duorum locorum.* *1. Paral. 3.* *Clitoueus.*

Ioannes Arboreus. notauit Ioannes Arboreus, super hoc caput Prouerbiorum. *Pagninus.* Et sic legit Sanctes Pagninus. Vnigenitus inter filios matris *Matth. 17.* meæ. Vnde filius Græcè appellatur Agapitos. Idest, vnicè dilectus, & vnigenitus. Sic Matth. 17. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* In Græco est: vnigenitus, ac perinde vnicè dilectus.

Notandum est, ex verbis nostri vatis. Merito reddere attentos circumuicinos, & remotos populos, eosq; conuocare, vt considerent sui miseriam populi, eiq; condoleāt siquidem virgines, & iuuenes in seruitutem sunt ducti. Extrema enim hominū hæc miseria est: cum homo sit creatus liber, vt præesset animalibus, & piscibus. Tantum enim *Paul. Oros. lib. 4. ca. 23.* bonum est libertas, vt multi eam antepofuerint vitæ. Et vt refert Orosius lib. 4. Regina Cartaginis, cum sui Regni proceribus, sponte prosiliit in ignem ne fieret Romanorum serua. Et Iurisconsulti arbitrantur, postremum omnium malorum esse seruitutem. Lege seruitutem. ff. de regulis iuris, quam coæquant morti. Illā fugiunt animalia, aues, & *Genes. 15.* quicquid habet vitam. Genes. 15. cum Abrahæ fuit reuelatā Ægyptiaca seruitus dicit textus: quod, *Horror magnus inuasit Abraham.* Exhorruit merito tam graue malum. Quot cla- *Exod. 3.* mores fuere illius populi in seruitute Pharaonis? Exod. 3. *Psalm. 136.* & Psal. 136. de Babylonica captiuitate ipsi dicunt. *Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion.* Quam etiam deplorant mortui secundum Hebræos. *Hierem. 31.* Hierem. 31. *Vox in Rama audita est Rachel plorans filios suos.* Suple transeuntes iuxta sepulchrum eius. Cum ducerentur in Babylonem. Seruitus autem propter peccatum in- *Genes. 9.* troducta fuit. Vt Genes. 9. *Maledictus puer Canam seruus seruorum erit.* Ex hoc loco constat propter peccatum patris fi- *D. August. lib. 19. de ciuitate Dei.* lium fuisse seruitute punitum. Et hoc aserit D. Augustin. lib. 19. de ciuitate Dei. Et Albinus in Genesim fol. 51. ser- *Albinus in Genesim.* uum autem hominem homini fecit, vel iniquitas, vel aduersitas iniquitas. Genes. 9. *Maledictus puer Canam.* Aduersitas verò sicut accidit Ioseph. Vt venditus à fratribus seruus alienigenæ

alienigenæ fieret. Item primos seruos, quibus hoc nomem inditum est in latina lingua, bella fecerunt. Cum enim homo ab homine superatus, iure belli posit occidi, quia seruatus est, seruus appellatus est. Inde, & mancipia, quia manu capta. Iacob Genesis. 46. timebat ingredi Ægyptum quanuis filium Ioseph in illo Regno haberet à Rege secundum, timens ne filij, & nepotes in seruitutem redigerentur ab Ægyptijs, sicut Dominus prædixerat auo. Et ideò dixit illi Dominus. *Noli timere Iacob, ego sum fortissimus Deus Patris tui, noli timere, sed descende in Ægyptum. Ego descendam tecum illuc, & ego adducam te reuertentem.* Et Dauid in persona sui populi conquæritur de hac calamitate. Psalm. 65. *Induxisti nos in laqueum.* Idest, in captiuitatem. *Posuisti tribulationes in dorso nostro.* Idest, post captiuitatem plures secuti sunt labores. Campensis legit. Catenam circumponis lumbis nostris. *Imposuisti homines super capita nostra.* Idest, velut iumentis insident homines ceruicibus nostris. Venimus in miseram seruitutem, ita, vt quasi iumentis abusi sint nobis. Et Genesis. 16. Abraham habebat ancillam nomine Agar, quæ interpretatur Græcè (paræcia) Latinè peregrinatio, siue incolatus, a verbo (Agarreuo.) Id est, seruio, seu sustineo, est & Agarria pro seruitute. Hinc Agar à seruitute sortita est nomen. Idest, ancilla quæ peregrinatur. Et re vera peregrinatur omnis ancilla quandiu seruit, & si in natali maneat solo; Quipe quæ non sibi sed Dominis suis adquirit, atq; laborat quidquid asiduo labore lucratur: quod est non tam sibimet, quam alteri viuere, ei enim quisq; cuius rerum satagit viuit. En, miseram seruitutem. Et de Isachar dicitur Genesis 49. *Isachar, asinus fortis, vidit requiem quod esset bona, & apposuit humerum ad portandum.* Idest, tam infœlicis, & miseræ sortis erit Isachar, quod vilissimè seruiet, natura ipsa erit deditus seruituti, sed fortis erit nam labori subiicietur, *Accubans inter terminos.* Vox Hebræa. (Hanis

Genes. 46.

Psalm. 65.

Campensis.

Genes. 16.

Genes. 49.

(hanis phatain.) Cum in alio loco Scripturæ non reperiatur. Interpretes multum torsit: & licet inter se non conueniant omnes tamen voces significāt seruitutem, & subiectionem. Quidam legunt: accubans inter duo onera, & sarcinas. Ideſt, adeò fortis erit, vt inter duo onera, & sarcinas non ſuccumbat, præualebit in quibuſuis laboribus. *Inter terminos.* Ideſt, non mittetur extra terminos ſuos. Nam ſi hoſtes venerint ipſe ſtatim ſupponet humerum. Et tributis ſeruiet. *Quia vidit requiem quòd eſſet bona.* Ideſt, quia vidit bonum eſſe, in pace viuere, & ſuam terram eſſe feracem, omnibus ſubiicietur, & tributa ſoluet. Alij exponunt inter duos terminos. Ideſt, inter fines maris Siriaci, & Galileæ: inter duo extrema contraria, ſcilicet agricolas, & ſapiētes. Quòd eſſent agricolæ hic textus Geneſis dicit. Quòd

1. Paral. 12. eſſent ſapiētes dicitur. 1. Paralip. 12. *De filijs quoq́, Iſachar viri eruditi qui nouerant ſingula tempora.* Eſt tantum bonum libertas, vt qui illam reſpuebat ſignabatur auris perforatio-

Exod. 21. ne. Exod. 21. Auris ſerui, qui anno iubilei nolebat exire à Domini poteſtate perforari ſubula præcipitur à Domino. Vt nos doceat Deus quanti ſit facienda libertas, & quas debeat ſubire pœnas qui eam reiicit. Auris illius qui bonum nuncium libertatis letus non recipit vulneretur, & per foretur: & qui onus ſeruitutis, & dedecus non ſentit, puniatur portans ſeruitutis ſigna.

Conſidera pie lector. Quanto miſerius ea peregrinatur anima quæ peccato ſeruit, & dæmoni ſubiicitur, & à natali matris Eccleſiæ ſolo, in quo Chriſto Domino eſt regenerata per baptiſma: in longinquam terrā adducitur, vt fi-

Lucæ. 15. lius ille prodigus. Lucæ. 15. Vt grauibus prauitatis catenis conſtricta, in tenebriſq; & vmbra mortis detenta, miſerrimam iniquis, & ſæuis dominis ſeruitutem ſeruiat. Ita

Pſalm. 106. vt de talibus dicatur illud Pſal. 106. *Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis vinctos in mendicitate, & ferro.* Compedes enim, & mendicitas, & fames, & inopia, & nuditas, hæc omnia mala, captiuos comitantur. Additur etiam ad captiuorum

rum miseriam : quod soleat plerumq; mentiri dominorum suorum timore perculsi;tanta enim eis præcipiunt Domini vt faciant,vt non suppetant vires ad ea opere complenda: ob quod sæpe captiui flagellorū timore mentiuntur dicentes omnia se fecisse. Vnde mentiri in sacro eloquio idē est quod subijci. Vt Psal.65. *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* Idest,fient tibi supplices,& subiicientur. Et Psal.82. *Inimici Domini mentiti sunt ei.* Hoc est,pœnitus fuere subiecti.Et forsitam propter hanc rationem solet diuina Scriptura vsurpare,mentiri pro trepidare,& maxime in seruili subiectione, quia serui solent præ timore multa mentiri his, quibus subiiciuntur.sic Deuteron. 33. *Negabunt te inimici tui , & tu eorum colla calcabis.* Idest , tibi mentientes subditi erunt licet inuiti. Psalm.65. Psalm.82. Deuter.33.

Coph. ☞ ***Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me, sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quesierunt sibi cibum, vt refocillarent animam suam.***

SEnsus est confugi ad Asirios,seu Ægyptios,qui erant familiares mei, & deceperunt me. Sic Hierem. 38. *Seduxerunt,& prævaluerunt pacifici tui , & demerserunt te in cœno, in lubrico pedes tuos,& recesserunt à te.* Hoc dixit Hieremias Regi Sedechiæ. Si mihi fidem non adhibueris,amici tui te decipient,& in paludibus lutosis te demergent, vbi pedes tui labentur , & te postratrum relinquent. Sumpta metaphora à viatore, qui tempore pluuiarum deuia quæreret , transeuntesq; ostenderent illi prata viridia quæ sunt plena scaturiginibus aquarum vbi cum primum figit gressus, vsq; ad femora demergitur,& eum ridentes in luto relinquunt.Ita contingit huius sæculi amatoribus: nil aliud mundus intēdit , nisi quomodo nos illudet : est velut planities camporum,& vallis amena plena calamo, & iunco viridi, & pulcherrimis floribus quæ supernatant aquis in quibus hærent Hierem.38.

transeuntes

transeuntes in luto vſq; ad genua. Senſus igitur eſt, Præualuerunt tui amici, qui tibi ſuadebant ne mihi crederes, & Chaldeaparaphraſis. iſti irridebant te demerſum, & ſordidum. Chaldea paraphraſis legit, demerſerunt in cœno, vel lubrico pedes tuos vel infixi ſunt(ſuple in luto) pedes tui, vt habetur in Hebræo, quod Hiſpanè dicimus(puſieron te del lodo tus enemigos, y dexaron te enel cieno, y fueronſe riendo.) Idem Matth.26. contigit ciuibus Hieroſolimitanis deceperunt eos. *Vocaui amicos.* Eſt ironia ſicut Matthei 26. *Amice ad quid veniſti,* Hoc ſolet mundus cũ ſuis aſeclis facere, vnde D. Paulus 1. 1. ad Cor. 7. ad Corinthios 7. dicit. *Qui emunt tanquam non poſidentes. Et qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur.* Vel tanquam non abutentes. In Græco eſt, tanquam non perpetuo poſidentes. Conſiderate ait Apoſtolus quòd domum vel vineã, quam prætio comparatis nõ eſtis perpetuo poſſeſuri, ſed in breui relinquetis. *Præterit enim figura huius mundi.* In Greco eſt, decipit huius mundi pompa, & pulchritudo fallit, ornat ſe mundus, & depingit, cum ſit de formis, ſicut impia Gezabel: fidit Hieruſalem in ſuis amicis, ſed fruſtrata fuit ſua ſpe: quæ eſt meritiſsima pœna eorum qui in homi-Geneſ.41. nibus ſpem collocant. Geneſ. 41. Ioſeph vinctus in carcere exponit pincernæ Pharaonis ſomnium, & prædicit, in antiquum gradum ſuæ dignitatis eſſe reſtituendum in domo Regis, & obſecrat vt recordetur ſuæ libertatis; Oblitus eſt pincerna duobus integris annis. Et dicit textus, *Poſt duos annos recordatus eſt pincerna* Et ibidem dicitur. *Poſt duos annos* D. Aug. ſer. *vidit Pharao ſomnium*. Et tunc vocatus eſt Ioſeph, vt ſom-82. tom. 10. nium declararet, neſcientibus Egiptijs eius ſolutionem. D. Auguſtinus tomo 10. Sermone 82. & eſt Sermo. 1. in ſabbatho 2. poſt 2. Dominicam Quadrageſsimæ dicit, quòd permiſit Deus, vt obliuiſceretur pincerna Ioſeph, in pœnam ſuæ culpæ, quia ſpem ſuam poſuit in illo homine, potius quam in Deo. Et propterea additi illi ſunt duo anni Iſaiæ. 22 carceris. De his, qui Deo non fidunt conqueritur Dominus. Iſaiæ 22. *Et congregaſtis aquas piſcinæ ſuperioris, & domos*

Hieru

Hierusalē numerastis. Ideſt,ad humana præſidia cōfugiſtis,& ciſternas aqua repleuiſtis,inſuper recenſuiſtis viros ad bella expeditos,vt parati eſſent ad prælium. *Et nō suſpexiſtis ad eū qui fecerat eū.* Ideſt,ad me nō recurriſtis,qui hūc exercitū cō tra vos parabā. Suſpicere ad aliquē eſt ab eo auxiliū poſtulare. Hiſpanè dicimus. (Fulano no tiene à quiē boluer cabeça.)Ideſt,nō habet auxiliātē.Et etiā Hiſpanè dicimus(miradme à la cara q̄ yo os fauorecere.)Sic Cantic. 2. *Columba mea in foraminibus petræ.* Scilicet abſcōdita metu accipitris,& auium rapacium, in parietum ſciſſuris. *Oſtende mihi faciem tuam ſonet vox tua in auribus meis.* Ideſt, fige in me occulos tuos,ad nullum alium viſum conuertas, & clamare nō ceſes; quouſq; te ab inimicorum liberem inſidijs. In ſolo ergo Deo eſt collocanda fiducia. Sicut dicitur Zachar. 12. *Confortentur mihi habitatores in Domino exercituum Deo eorum.* Ideſt,vt ſumant fortitudinem,in Deo nitantur.Conqueritur Iob de ſuis amicis cap. 6. *Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis.* In Hebræo eſt, nunc fuiſtis ei, ideſt,ſimiles ipſi torrenti, de quo antea dixeram. *Amici mei, ſicut torrens prætererunt me.* Chaldaica paraphraſis legit. Fuiſtis, (ſuple mecum)tanquā nō fuiſſetis(ſuple amici)veſtra amicitia inutilis fuit,nomine tenus,retroceciſtis , adfuiſtis , & expauiſtis:ita vt fueritis perinde ac ſi nō fuiſſetis:quod verba ſequentia declarant. *Nunquid dixi afferte mihi de veſtra ſubſtantia?* Si emolumento mihi non fuiſtis,neq; aliquid de veſtris facultatibus poſtulo,quare fugitis cum non fuerim vobis oneri? Quid faceretis ſi à vobis peterem veſtras diuitias,vt me aleretis, aut ab ſterquilinio leuaretis? Bene dixit Ouidius, elegia.8.

Cant. 2. *Zachar. 12.* *Iob. 6.* *Chald.lectio.* *Ouid.eleg.8.*

> *Donec eris fælix multos numerabis amicos,*
> *Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.*
> *Horrea formicæ nunquam ad inania tendunt,*
> *Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.*

Prouerbiorum. 27. *Qui benedixit proximo ſuo voce grandi , de nocte conſurgens , maledicenti ſimilis erit .* Simul enim atq; *Prouerb. 27*

nos tributationis aduenerit, qui prius tibi benedicebat oblatrabit, & vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: Ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, inquit Cicero lib. 4. ad Herennium, simul atque fortunæ hiemem viderint deuolant omnes. Aliter fecit Dominus cum Martha, & Maria mittunt nuncium dicentes, *Ecce, quem amas infirmatur*, siquidem in necessitate venit, & Lazarum suscitauit.

Cicer. lib. 4. ad Herēniū.

☞ *Sacerdotes mei et senes mei in vrbe consumpti sunt quia quesierunt sibi cibum, vt refocillarēt animas suas.*

SAcerdotes inedia periere, & senes. Sed duo sūt animaduertēda in hoc textu; primū quod præponit sacerdotes senibus, quia plus sūt honorādi sacerdotes, quā senes, cū maiori honore digni sint, vt potequi præstantissima pollēt dignitate. Secūdo notādū est: quod coniungit sacerdotes cū senibus, quia debēt esse sacerdotes maturi cōsilii, sicut sūt senes, & dicit vates, sacerdotes mei, quia debēt sacerdotes diligi à popularibus, & qui diligūt Deū, illius etiā ministros

Matth. 2. in visceribus habēt; tres Reges Mat. 2. *Vidētes stellā gauisi sunt gaudio magno valde.* Et hoc gaudiū fuit, quia ducebat illos ad Regē natū, quē inquirebāt: simili pasu qui Deū diligunt colūt illius ministros, qui docēt vbi sit Deus in veniēdus, & tenerē amant. Itē magnū supliciū est de medio tollere senes in republica; qui cōsilia solēt præbere salutis, vnde

Isaiæ. 3. Isaiæ. 3. *Auferet Dominus à Hierusalem senem, & principē, honorabilem vultu, & consiliariū.* Vrbis ornamentū, & honor sūt senes, & sic pro ingēti beneficio promittitur vrbi Hie-

Zachariæ. 8 rusalē Zach. 8. *Et habitabūt senes, & anus in plateis Hierusalē, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierū.* Sed iā in nostra Hispania supliciū Dei apprehēdit nos, quia nō sūt senes, neq; homines canos capillos, & albam habentes barbam, & notandum est, quôd senibus apud omnes gentes maximus

mus fuit habitus honos. Numeror. cap. 11. præcepit Deus Moysi. Vt 70. senes eligeret, qui perplexa, & dubia dissoluerent, ne pondere tanti populi premeretur. Quorum sententiæ omnes stare cogebantur. Vocabãtur hi (sanhedrin) quos nos iudices ordinarios appellamus. Vocabantur etiam scribæ, & legislatores, durauitq; sanhedrin hoc, apud Israelitas per multos annos. Apud Græcos etiam senes erãt primi omnium rerũ administratores. Et apud Lacedemõnes honor senibus exhibitus, locũ fecit prouerbio, vt in sola sparta senescere expediret: vt author est Plutarchus in laconicis. Homerus vocat consilium senum magnanimorum, & vocat senes magnanimos, vt quorũ vox non ex ore tantum, vel labijs labitur, vt in iuuenibus fieri solet, sed de pectore, & corde pro ficiscatur, quod sapientum est, nam solent esse senes sapiẽtes. Hinc est quod Sacerdotes vocentur presbyteri, idest, senes, moribus præcipue, nedum annis. Origines hom. 16. ad illud Iosue. 13. *Iosue erat senex pro vectæq; ætatis.* Et hom. 4. in Psal. 36. & ante nos, inquit, quidam obseruantes in Scripturis notauerunt præsbyteros, & seniores non ex eo appellari quòd longeuam duxerint ætatem, sed pro maturitate sensus, & grauitate vitæ veneranda hac appellatione decorari. Si enim æui prolixitate sic quis appellandus, quẽ magis oportebat aliũ hoc nomine cẽseri, quã Adam, et Matusalẽ, vel Noe, qui pluribus, quã cæteri annis in hoc mundo vixisse creduntur? Sed lõge breuioris æui Abrahã primus in scriptura, sic appellatus est, cũ ante eum plurimi, annos. 900. & 600. & 500. & vt minimũ. 300. vixissent, eorũ nemo præsbiter, senior, dierũ plenus dict⁹ est, nisi Abrahã præsbiter, nutritus in senectute bona. Genes. 25. Vt intelligẽtes, interioris hominis maturitate, nõ corporis ætate, sic designatũ: & in sacro eloquio, null⁹ impius vocat⁹ est senex, & plenus dierũ, sed solũ iusti, reliqua vide in Origine loco citato. Et senectus bona Dei donum est, & sic singulares Dei amici in senectute bona defuncti leguntur. Vt Genes. 15. 25. & 27. & 28. Patriarchæ. Iudicum. 8. Gedeon, David

Numer. 11.

Plutarch. in laconicis.

Origen. hom. 16. in Iosue. 13.

Genes. 25.

Genes. 15.

Iudicum. 8.

1.Paral.29. Dauid.1.Paralip.29.& 3.Reg.1. & Ahias Propheta.3.Reg.
Iob.42. 14.& Ioiada Sacerdos.2. Paralip.24.& Iob cap.42. mortui
dierũ pleni.Iosue 13.& 24.Caleb.& Ecclesiasti.46. Moyses
Deuter. 33. annorũ 120.moritur.Deuter.34. & Thobiæ.5.& 10.& 14.
Thobias mortuus in senectute bona,cũ vxore.& Deut.33.
in benedictionibus Aser.*Sicut dies iuuentutis tuæ sic , & senectus tua.*
Psal. 90. Et Psal.90. *Longitudine dierum replebo eum,&c.* Notũ
etiam est quod Roboã filius Salomonis magna auiti Regni
parte priuatus est,ob despectum senum consilium , prætulit enim iuuenum consilium senum prudẽtiæ, quod ei minuendi principatũ causa fuit.Hinc Græci vocãt hũc seniorũ conuentũ senatum, à senibus deducta voce,sed & senatores Romani,à senectute dici fatis cõstat, quos initio Romulus centũ elegit,quorũ cõsilio rẽpublicã administraret.
Menander. Vnde dixit recte Menãder sentẽtiæ seniorũ semper meliores sunt. Alexãder Magnus quẽ animi magnitudine nullus superauit, qui affectabat totius orbis imperiũ : paruis copijs
Iustin.li.11. instructus erat ad tãti belli molẽ sustinẽdã , vt scribit Iustinus lib. 11. exercitũ elegit nõ iuuenes robustos primo ætatis flore,sed veteranos plerosq; qui cũ patre,& patruis militauerãt; nõ tantũ milites,quã militiæ magistros electos putares ; ordinesq; nemo nisi sexagenarius duxit:vt si principia castrorũ cerneres , senatũ te alicuius priscæ reipublicæ videre diceres.Hinc apud nos Christianos sacrorũ Antisti-
1. Petri. 5. tes seniores vocãtur : vnde D.Petrus.1.Canoni. cap.5. ait. *Seniores ergo,qui in vobis sunt obsecro, consenior , & testis Christi passionum,&c. Pascite qui in vobis est gregem Dei.* Vbi Episcopos senioris vocabulo decorat,& dicit pascite, qui in vobis est gregẽ Dei,greges non sunt in visceribus pastorũ, sed in pascuis agrorũ, sed hic grex quia Dei est, debet esse in corde pastorũ, sũmẽ dilectus,sunt animæ Dei grex suo redẽptæ sanguine,vocãtur etiã Episcopi presbyteri,quia primo loco sunt positi,& ab omnib' in primis colẽdi,qui licet ætate nõ sint senes,moribus tamẽ,et sapiẽtia, debẽt esse: verbũ enim Græcũ,à quo præsbyter venit non tãtum senes, sed honore prosequor

prosequor, & primo loco, pono significat. Etiã antiquus sumitur pro nobiliori apud Ciceronem oratione in Verrem. Antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locũ, id est, honorabilem. Hi ergo senes fame interierunt, sunt etiã honore prosequendi senes, quia vt dicit Iob cap. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Et eleganter dixit Euripides iuueniles manus ad agendum robustæ sunt, seniorum autem sententiæ præstant, Tempus enim multam, & variã doctrinam parit. Et propterea dixit Thales milesius tempus esse omnium rerum sapientissimum. Et ex sententia Alexidis, est homo similis vino, vt enim vinum nouum, item, & virum deferuescere necessariũ est, vt deinde ab omni malo defæcatum, confirmata iam ætate, moribusq; compositis & repressis omnino affectibus iuuenilibus, aliis possit consulere. Hi ergo senes de medio fuere sublati, & sacerdotes fame perempti, quos aluit Pharao in Ægypto tempore famis septem annis· Genes. 35.

Cicer. in Verrem.
Iob. 12.
Euripides.
Thales Milesius.
Alexis.
Genes. 35.

☞ ***Vide Domine et considera quoniam tribulor conturbatus est venter meus, sub versum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, et domi mors similis est.***

VEnter accipitur hic pro corde, cõturbatum est cor meũ & non solum conturbatum sed subuersum in me ipsa quoniã amaritudine plena sum, cordis dolore laboro, ò Domine cor meum dolet nimis, quia extra vrbem occiduntur ciues ab hostibus, & intra vrbem fames consumit eos, quæ secunda mors est. Venter pro corde vsurpatur hic, & Isaiæ, 16. *Vẽter meus ad Moab*, Et Ecl. 23· *Aufer à me cõcupiscẽtias vẽtris mei.* Idest cordis nociua desideria. Et Prou. 18. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniũt vsq; ad interiora ventris.* Idest, cordis: & Hierem. 4. *Ventrem meũ, ventrem meum doleo.* Idest,

Isaiæ. 16.
Eclesiast 23.
Prouerb. 18.
Ieremiæ 4.

idest cor meum & ita in præsenti loco exponit vates, quid intelligat per ventrem dicens sub versum est cor meum.

Pagninus. Venter etiam sumitur pro visceribus, in hoc loco, conturbata sunt viscera mea, & sic legit Sanctes Pagninus: viscera mea in tumuerunt, idest, periclitor, vt mulier, cuius

1. Reg. 28. fœtus in vtero periclitatur, viscera mea tremunt. Sic 1. Reg. 28. dicitur de Saul. *Interfecit omnes, qui pithones habebant*

Ioann. 7. *in ventre.* Idest, in visceribus, & Ioannis 7. *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Id est, de corde, & visceribus, scaturient riui limpidissimi aquarum atq; perennes.

Pagninus. ☞ *Quoniam tribulor.*

SAnctes Pagnin. legit quoniã retribulatio est mihi, idest duplextribulatio, duplices inminẽt mihi calamitates, quas explicat vates dicẽs. *Foris interficit gladius.* Idest, qui ad agrosegressi sunt ad præliũ, gladio hostiũ occubuere. Ecce vnã tribulationẽ. Alia miseria est, *Domi mors similis.* In Hebræo est, & domi est aliquid tãquã mors, idest fames, interie

Ezechiel 7. re fame qui domi mãserũt in vrbe. Similis loc⁹ est, Ezechiel. 7. *Gladius foris, & pestis, & fames, intrinsecus, qui in agro est gla*

Zachriæa 8. *dio morietur, & qui in ciuitate peste.* Et Zac. 8. nec introeunti, neq; exeunti erat pax, præ tribulatione, idest, viæ erant ab hostium in cursibus infestæ. Qua propter tam intrantes in

2. ad Corin. vrbem, quam ex euntes mortis periculum subibant. Et 2. ad Corinth. 7. *Cum venissemus Macedoniam nullam requiem*

Deuter. 32. *habuit caro nostra, foris pugnæ, intus timores*, Et Deuteronomij 32. *Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.* Suple gladij inimicorum. Hoc idem contigit Ierosolimitanis. &c.

Sim. *Quia amaritudine plena sum.*

IN Hebræo est quia rebellando rebellaui. Suple contra Dominum, & ideo amaritudine repleta sum.

Audieruntquia ingemisco ego, & non est qui conso letur

letur me. Omnes inimici audierunt malum meum le tati sunt quoniam tu fecisti, adduxisti diem consola tionis & fient similes mei.

DE mea vastitate, & obsidione, ruina, & mœrore omnes letantur. Hinc illud Psalm. 70. *Qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum dicentes, persequimini quia Deus dereliquit eum.* Idest, qui obseruabant, vt vitam meam perderent, expectabāt tēpus in quo desererer à Deo, vt contra me armarentur. *Psalm. 70*

Omnes inimici mei audierunt malum meum, letati sunt quoniam tu fecisti.

AFflicti maxime sentiunt in sua calamitate quod eius inimici de eorū ruina gaudeant. Mortuis Ionatha, & Saule, plangebat Dauid, *Incliti Israel super montes tuos inter fecti sunt, quomodo ceciderunt fortes? Nolite annunciare in geth, neq; in compitis Ascalonis, ne forte letentur filiæ philistin, & exultent filiæ incircuncissorum.* *2. Reg. 1.* Et Micheæ 7. *Ne leteris inimica mea super me quia cecidi, consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est, & educet me in lucem.* *Michea 7.* Idest, in maximam fœlicitatem adducet, *Et aspitiet inimica mea, & operietur confusione: oculi mei videbunt in eam nunc erit in conculcationem.* Verba sunt Hierusalem captiuæ in Babylone. Si sustinuero pa tienter vincula videbo occulis meis, Babylonem à Persis vastatam. & Ezechielis 25. *Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & gauissa es ex toto affectu super terram Israel, id circo extendam manum meam super te.* *Ezechiel. 25* Dicitur Amonitis.

Adduxisti diem consolationis & fient similes mei.

IDest, diem quem vocasti, vel tempus, in quo de inimicis solacium capiam: est præteritum pro futuro. Adduxisti idest, adduces, propter certitudinem prophetiæ.

Matth.26. Ita Matth. 26. *Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur.* Respondens Iudas qui tradidit eum dixit. *Nunquid ego sum Rabi?* Ait illi. *Tu dixisti.* Ideſt, tu dices? Quod impletum fuit quando proprio ore in templo ſuum ſcelus confeſſus eſt, dicens. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.*
Matth.27. Matthæi. 27. Eſt q; figura hætereoſis, qua vtitur ſcriptura, cum ponitur vnum tempus pro alio: ſicut indicatiuum
Ioan. 13. pro futuro, vel imperatiuo. Ioannis. 13. *Quod facis fac ci-*
Pſalm. 100. *tius.* Ideſt, facies. Et Pſalm. 100. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Ideſt, perambulabo. *Non proponebam ante occulos meos rem iniquam.* Ideſt, non proponam. *Non adhæſit mihi cor prauum.* Ideſt, non adhærebit. Omnia iſta præterita imperfecta, ſunt futura. Compoſuit enim hunc Pſalmum Dauid cum regnare cœpit, & proponit quomodo ſit guuernaturus Regnum, ſi-
Pagninus. cut optimus Princeps, & ita ex Hebræo legit Sanctes Pagninus. Omnia hæc præterita imperfecta per futurum.
Deuter. 32. Similis tropus Deuteron. 32. *Constituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum.* Dixit Moyſes. Ideſt, conſtituet, quia non intrauit ipſe in terram promiſsionis,
Micheæ.4. ſed Moyſe mortuo, Ioſue populum introduxit. Et Micheæ 4. *Nunc congregatæ ſunt gentes multæ ſuper te.* Ideſt, congregabuntur. Dicit ergo noſter vates. Aliquando veniet tempus illud, & illuceſcet dies illa, in qua mei hoſtes ſimiles fient in pœna mihi. Et implebitur in illis illud vaticinium
Iſaiæ. 17. Iſaiæ cap. 17. *Rapientur ſicut puluis montium à facie venti. & ſicut turbo coram tempeſtate in tempore veſperè, & ecce turbatio, in matutino non ſubſiſtet. Hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.*

Dies in Scriptura ſacra ſumitur non pro vna die, ſed pro
Geneſ. 2. certo tempore, vt Geneſ. 2. *Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ in die quo fecit Dominus cœlum, & terram, & omne virgultum*
Pſalm.94. *agri.* Sex illi dies pro vno die accipiuntur. Et Pſal. 94. *Secundum diem tentationis in deſerto.* Tempus illud 40. annorũ vo-
Ioan.8.& 7 cat diem. Et Ioan. 8. *Abraham exultauit, vt videret diem meum,*
Ideſt,

Ideſt,tempus vitæ meæ.Et Ioan.7. *In die feſto ſcenopegia.* Pro ſeptem diebus, quibus durabat feſtum: & ſic addit. *Iam die feſto mediante.* Ideſt, dies feſti: hoc eſt octaua huius feſtiuitatis inſtabat.Et Pſal.193. *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Ideſt,tẽpore belli:& Ioan.9. *Me oportet operari donec dies eſt.* Ideſt,tempus vitæ adeſt:& 2.ad Corint. 6. *Ecce nunc dies ſalutis.* Ideſt, tempus. Adduxiſti diem conſolationis ideſt tempus. *Pſalm.193.* *Ioan. 9.* *2.ad Cor. 6.*

Queritur,quomodo vates dicat eſſe illum diem conſolationis,cum futurus ſit dies afflictionis? Reſpondetur,quòd per antifraſim vocatur dies conſolationis, ſicut Hiſpane: Ethiopes vocamus albos.(Al negro llamamos Iuan blãco.) Adduces eos Domine in diem afflictionis: quod conſtat ex verbis ſequentibus. *Ingrediatur omne malum coram te.* Sicuti vocabãtur per antifraſim luci,loci illi vmbroſi, & opaci arboribus conſiti,vbi ſacrificabant idolis gentes: quia nõ lucebãt cum eſſent tenebroſi frondium denſitate. 3.Reg.14. *Et fecit Iudas malum,& ædificauerunt ſibi aras,ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem.* Alij dicunt quod appellabãtur luci,quia re vera lucebant luci illi,propter ardentes focos,& micantia lumina,quæ in ſacrificijs arietum, & vitulorum accendebantur in idolorum honorẽ.Qua propter præcepit Deus ne plãtaretur lucus, aut arbor iuxta ſuum altare ne diuinus cultus ſpeciem idolatriæ haberet, cum idolatræ in montibus plenis arboribus ſacra facerent,ſuis dijs: ab omni enim ſpecie mali eſt cauendum.Et Oſeæ.4.de hoc vitio arguitur Dei populus. *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thimiama ſubtus quercum, & populum, & Therebinthum,quia bona erat vmbra eius.* *3.Reg.14.* *Deuter. 16.* *Oſeæ.4.*

Secundo vocatur dies conſolationis,nõ Babyloniorũ,ſed. Hieroſolimitanorũ,qui tũc viderũt vltionẽ de hoſtibus Babylonijs.Solent enim homines letari, & gaudere de inimicorũ ſuorũ vindicta.Iſaiæ.1.*Heu conſolabor de hoſtibus meis,& vindicabor de inimicis meis:*&Eccleſiſ.8.*Noli de inimico mortuo gaudere ſciẽs,quia omnes morimur, & in gaudiũ volumus venire.* *Iſaiæ. 1.* *Eccleſiaſt.8.*

M 5 Supple

transeuntes in luto vsq; ad genua. Sensus igitur est, Præualuerunt tui amici, qui tibi suadebant ne mihi crederes, & isti irridebant te demersum, & sordidum. Chaldea paraphrasis legit, demerserunt in cœno, vel lubrico pedes tuos vel infixi sunt (suple in luto) pedes tui, vt habetur in Hebræo, quod Hispanè dicimus (pusieron te del lodo tus enemigos, y dexaron te enel cieno, y fueronse riendo.) Idem contigit ciuibus Hierosolimitanis deceperunt eos. *Vocaui amicos.* Est ironia sicut Matthei 26. *Amice ad quid venisti,* Hoc solet mundus cũ suis asseclis facere, vnde D. Paulus 1. ad Corinthios 7. dicit. *Qui emunt tanquam non posidentes. Et qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur.* Vel tanquam non abutentes. In Græco est, tanquam non perpetuo posidentes. Considerate ait Apostolus quòd domum vel vineã, quam prætio comparatis nõ estis perpetuo possesuri, sed in breui relinquetis. *Præterit enim figura huius mundi.* In Greco est, decipit huius mundi pompa, & pulchritudo fallit, ornat se mundus, & depingit, cum sit de formis, sicut impia Gezabel: fidit Hierusalem in suis amicis, sed frustrata fuit sua spe: quæ est meritissima pæna eorum qui in hominibus spem collocant. Genes. 41. Ioseph vinctus in carcere exponit pincernæ Pharaonis somnium, & prædicit, in antiquum gradum suæ dignitatis esse restituendum in domo Regis, & obsecrat vt recordetur suæ libertatis; Oblitus est pincerna duobus integris annis. Et dicit textus, *Post duos annos recordatus est pincerna* Et ibidem dicitur. *Post duos annos vidit Pharao somnium.* Et tunc vocatus est Ioseph, vt somnium declararet, nescientibus Egiptijs eius solutionem. D. Augustinus tomo 10. Sermone 82. & est Sermo. 1. in sabbatho 2. post 2. Dominicam Quadragesimæ dicit, quòd permisit Deus, vt obliuisceretur pincerna Ioseph, in pœnam suæ culpæ, quia spem suam posuit in illo homine, potius quàm in Deo. Et propterea additi illi sunt duo anni carceris. De his, qui Deo non fidunt conquæritur Dominus. Isaiæ 22. *Et congregastis aquas piscinæ superioris, & domos*

Chaldea paraphrasis. *Matth. 26.* *1. ad Cor. 7.* *Genes. 41.* *D. Aug. ser. 82. tom. 10.* *Isaie. 22*

Hierusalē numerastis. Ideſt,ad humana præſidia cōfugiſtis,& ciſternas aqua repleuiſtis,inſuper recenſuiſtis viros ad bella expeditos,vt parati eſſent ad prœliū. *Et nō suſpexistis ad eū qui fecerat eū.* Ideſt,ad me nō recurriſtis,qui hūc exercitū cōtra vos parabā. Suſpicere ad aliquē eſt ab eo auxiliū poſtulare. Hiſpanè dicimus. (Fulano no tiene â quiē boluer cabeça.)Ideſt,nō habet auxiliātē.Et etiā Hiſpanè dicimus(miradme à la cara q̄ yo os fauorecere.)Sic Cantic. 2. *Columba mea in foraminibus petræ.* Scilicetabſcōdita metu accipitris,& auium rapacium, in parietum ſciſuris. *Ostende mihi faciem tuam ſonet vox tua in auribus meis.* Ideſt, fige in me occulos tuos,ad nullum alium viſum conuertas, & clamare nō ceſes ; quouſq; te ab inimicorum liberem inſidijs. In ſolo ergo Deo eſt collocanda fiducia. Sicut dicitur Zachar. 12. *Confortentur mihi habitatores in Domino exercituum Deo eorum.* Ideſt,vt ſumant fortitudinem,in Deo nitantur.Conquæritur Iob de ſuis amicis cap. 6. *Nunc veniſtis, & modo videntes plagam meam timetis.* In Hebræo eſt, nunc fuiſtis ei, ideſt,ſimiles ipſi torrenti, de quo antea dixeram. *Amici mei ſicut torrens prætericrunt me.* Chaldaica paraphraſis legit. Fuiſtis, (ſuple mecum)tanquā nō fuiſſetis(ſuple amici)veſtra amicitia inutilis fuit,nomine tenus,retroceciſtis , adfuiſtis , & expauiſtis:ita vt fueritis perinde ac ſi nō fuiſſetis:quod verba ſequentia declarant. *Nunquid dixi afferte mihi de veſtra ſubſtantia?* Si emolumento mihi non fuiſtis,neq; aliquid de veſtris facultatibus poſtulo,quare fugitis cum non fuerim vobis oneri? Quid faceretis ſi à vobis peterem veſtras diuitias,vt me aleretis, aut ab ſterquilinio leuaretis? Bene dixit Ouidius elegia.8.

Cant. 2. *Zachar.* 12. *Iob.* 6. *Chald.lectio.* *Ouid.eleg.*8.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris.
Horrea formicæ nunquam ad inania tendunt,
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Prouerbiorum. 27. *Qui benedixit proximo ſuo voce grandi , de nocte conſurgens , maledicenti ſimilis erit .* Simul enim atq; *Prouerb.* 27

nos tribulationis aduenerit, qui prius tibi benedicebat oblatrabit, & vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: Ita falsi amici sereno vitæ tempore

Cicer. lib. 4. ad Hereñiũ. præsto sunt, inquit Cicero lib. 4. ad Herennium, simul atq; fortunæ hiemem viderint deuolant omnes. Aliter fecit Dominus cum Martha, & Maria mittunt nuncium dicentes, *Ecce, quem amas infirmatur*, siquidem in necessitate venit, & Lazarum suscitauit.

☞ *Sacerdotes mei et senes mei in vrbe consumpti sunt quia quesierunt sibi cibum, vt refocillarēt animas suas.*

SAcerdotes inedia periere, & senes. Sed duo sũt animaduertẽda inhoc textu; primũ quod præponit sacerdotes senibus, quia plus sũt honorãdi sacerdotes, quã senes, cũ maiori honore digni sint, vt potequi præstantissima pollẽt dignitate. Secũdo notãdũ est: quod cõiungit sacerdotes cũ senibus, quia debẽt esse sacerdotes maturi cõsilii, sicut sũt senes, & dicit vates, sacerdotes mei, quia debẽt sacerdotes diligi à popularibus, & qui diligũt Deũ, illius etiã ministros

Matth. 2. in visceribus habẽt; tres Reges Mat. 2. *Vidẽtes stellã gauisi sunt gaudio magno valde.* Et hoc gaudiũ fuit, quia ducebat illos ad Regẽ natũ, quẽ inquirebãt: simili pasu qui Deũ diligunt colũt illius ministros, qui docẽt vbi sit Deus in veniẽdus, & tenerè amant. Itẽ magnũ supliciũ est de medio tollere senes in republica; qui cõsilia solẽt præbere salutis, vnde

Isaiæ. 3. Isaiæ. 3. *Auferet Dominus à Hierusalem senem, & principẽ, honorabilem vultu, & consiliariũ.* Vrbis ornamentũ, & honor sũt senes, & sic pro ingẽti beneficio promittitur vrbi Hie-

Zachariæ. 8 rusalẽ Zach. 8. *Et habitabũt senes, & anus in plateis Hierusalẽ, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierũ.* Sed iã in nostra Hispania supliciũ Dei apprehẽdit nos, quia nõ sũt senes, neq; homines canos capillos, & albam habentes barbam, & notandum est, quòd senibus apud omnes gentes maxi-

mus

mus fuit habitus honos. Numeror. cap. 11. præcepit Deus *Numer. 11.*
Moysi. Vt 70. senes eligeret, qui perplexa, & dubia dissoluerent, ne pondere tanti populi præmeretur. Quorum sententiæ omnes stare cogebantur. Vocabãtur hi (sanhedrin) quos nos iudices ordinarios appellamus. Vocabantur etiam scribæ, & legislatores, durauitq; sanhedrin hoc, apud Israelitas per multos annos. Apud Græcos etiam senes erat primi omnium rerũ administratores. Et apud Lacedemõnes honor senibus exhibitus, locũ fecit prouerbio, vt in sola sparta senescere expediret: vt author est Plutarchus in *Plutarch. in laconicis.*
laconicis. Homerus vocat consilium senum magnanimorum, & vocat senes magnanimos, vt quorũ vox non ex ore tantum, vel labijs labitur, vt in iuuenibus fieri solet, sed de pectore, & corde pro ficiscatur, quod sapientum est, nam solent esse senes sapientes. Hinc est quod Sacerdotes vocentur presbyteri, idest, senes, moribus præcipue, nedum *Origen. hom. 16. in Iosue. 13.*
annis. Origines hom. 16. ad illud Iosue. 13. *Iosue erat senex pro uectaq; ætatis.* Et hom. 4. in Psal. 36. & ante nos, inquit, quidam obseruantes in Scripturis notauerunt præsbyteros, & seniores non ex eo appellari quòd longeuam duxerint ætatem, sed pro maturitate sensus, & grauitate vitæ veneranda hac appellatione decorari. Si enim æui prolixitate sic quis appellandus, quẽ magis oportebat aliũ hoc nomine cẽseri, quã Adam, et Matusale, vel Noe, qui pluribus, quã cæteri annis in hoc mundo vixisse creduntur? Sed lõge breuioris æui Abrahã primus in scriptura, sic appellatus est, cũ ante eum plurimi, annos. 900. & 600. & 500. & vt minimũ. 300. vixissent, eorũ nemo præsbiter, senior, dierũ plenus dict⁹ est, nisi Abrahã præsbiter, nutritus in senectute bona. Genes. 25. Vt *Genes. 25.*
intelligẽtes, interioris hominis maturitate, nõ corporis ætate, sic designatũ: & in sacro eloquio, null⁹ impius vocat⁹ est senex, & plenus dierũ, sed solũ iusti, reliqua vide in Origine loco citato. Et senectus bona Dei donum est, & sic singulares Dei amici in senectute bona defuncti leguntur. Vt *Genes. 15.*
Genes. 15. 25.. & 27. & 28. Patriarchæ, Iudicum. 8. Gedeon, *Iudicum. 8.*

1. Paral. 29. Dauid. 1. Paralip. 29. & 3. Reg. 1. & Ahias Propheta. 3. Reg.
Iob. 42. 14. & Ioiada Sacerdos. 2. Paralip. 24. & Iob cap. 42. mortui
dierū pleni. Iosue 13. & 24. Caleb. & Eclesiasti. 46. Moyses
Deuter. 33. annorū 120. moritur. Deuter. 34. & Thobiæ. 5. & 10. & 14.
Thobias mortuus in senectute bona, cū vxore, & Deut. 33.
in benedictionibus Aser. *Sicut dies iuuentutis tuæ sic, & sene-*
Psal. 90. *ctus tua.* Et Psal. 90. *Longitudine dierum replebo eum, &c.* Notū
etiam est quod Roboā filius Salomonis magna auiti Regni
parte priuatus est, ob despectum senum consilium, prætu-
lit enim iuuenum consilium senum prudētiæ, quod ei mi-
nuendi principatū causa fuit. Hinc Græci vocāt hūc senio-
rū conuentū senatum, à senibus deducta voce, sed & sena-
tores Romani, à senectute dici satis cōstat, quos initio Ro-
mulus centū elegit, quorū cōsilio rēpublicā administraret.
Menander. Vnde dixit recte Menāder sententiæ seniorū semper melio-
res sunt. Alexāder Magnus quē animi magnitudine nullus
superauit, qui affectabat totius orbis imperiū: paruis copijs
Iustin. li. 11. instructus erat ad tāti belli molē sustinēdā, vt scribit Iusti-
nus lib. 11. exercitū elegit nō iuuenes robustos primo ætа-
tis flore, sed veteranos plerosq; qui cū patre, & patruis mili-
tauerāt; nō tantū milites, quā militiæ magistros electos pu-
tares; ordinesq; nemo nisi sexsagenarius duxit: vt si princi-
pia castrorū cerneres, senatū te alicuius priscæ reipublicæ
videre diceres. Hinc apud nos Christianos sacrorū Antisti-
1. Petri. 5. tes seniores vocātur: vnde D. Petrus. 1. Canoni. cap. 5. ait.
Seniores ergo, qui in vobis sunt obsecro, consenior, & testis Christi
passionum, &c. Pascite qui in vobis est gregem Dei. Vbi Episco-
pos senioris vocabulo decorat, & dicit pascite, qui in vobis
est gregē Dei, greges non sunt in visceribus pastorū, sed in
pascuis agrorū, sed hic grex quia Dei est, debet esse in cor-
de pastorū, sumē dilectus, sunt animæ Dei grex suo redēptæ
sanguine, vocātur etiā Episcopi presbyteri, quia primo loco
sunt positi, & ab omnib⁹ in primis colēdi, qui licet ætate nō
sint senes, moribus tamē, et sapiētia, debēt esse: verbū enim
Græcū, à quo præsbyter venit non tātum senes, sed honore
prosequor

prosequor, & primo loco, pono significat. Etiã antiquus sumitur pro nobiliori apud Ciceronem oratione in Verrem. Antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locũ, idest, honorabilem. Hi ergo senes fame interierunt, sunt etiã honore prosequendi senes, quia vt dicit Iob cap. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* Et eleganter dixit Euripides iuueniles manus ad agendum robustæ sunt, seniorum autem sententiæ præstant, Tempus enim multam, & variã doctrinam parit. Et propterea dixit Thales milesius tempus esse omnium rerum sapientissimum. Et ex sententia Alexidis, est homo similis vino, vt enim vinum nouum, item, & virum deferuescere necessariũ est, vt deinde ab omni malo defæcatum, confirmata iam ætate, moribusq́; compositis & repressis omnino affectibus iuuenilibus, aliis possit consulere. Hi ergo senes de medio fuere sublati, & sacerdotes fame perempti, quos aluit Pharao in Ægypto tempore famis septem annis. Genes. 35.

Cicer. in Verrem.

Iob. 12.
Euripides.

Thales Milesius.
Alexis.

Genes. 35.

☞ ***Vide Domine et considera quoniam tribulor conturbatus est venter meus, sub versum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, et domi mors, similis est.***

VEnter accipitur hic pro corde, cõturbatum est cor meũ & non solum conturbatum sed subuersum in me ipsa quoniã amaritudine plena sum, cordis dolore laboro, ô Domine cor meum dolet nimis, quia extra vrbem occiduntur ciues ab hostibus, & intra vrbem fames consumit eos, quæ secunda mors est. Venter pro corde vsurpatur hic, & Isaiæ, 16. *Vẽter meus ad Moab*, Et Ecl. 23. *Aufer à me cõcupiscẽtias vẽtris mei.* Idest cordis nociua desideria. Et Prou. 18. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniũt vsq́ ad interiora ventris.* Idest, cordis: & Hierem. 4. *Ventrem meũ, ventrem meum doleo.* Idest,

Isaiæ. 16.
Eclesiast 23.
Prouerb. 18.
Ieremiæ 4.

letur me. Omnes inimici audierunt malum meum le tati sunt quoniam tu fecisti, adduxisti diem consola tionis & fient similes mei.

DE mea vastitate, & obsidione, ruina, & mœrore omnes letantur. Hinc illud Psalm. 70. *Qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum dicentes, persequimini quia Deus dereliquit eum.* Idest, qui obseruabant, vt vitam meam perderent, expectabãt tẽpus in quo desererer à Deo, vt contra me armarentur. *Psalm. 70*

Omnes inimici mei audierunt malum meum, letati sunt quoniam tu fecisti.

AFlicti maxime sentiunt in sua calamitate quod eius inimici de eorũ ruina gaudeant. Mortuis Ionatha, & Saule, plangebat Dauid, *Incliti Israel super montes tuos inter fecti sunt, quomodo ceciderunt fortes? Nolite annunciare in geth, neq; in compitis Ascalonis, ne forte letentur filiæ philistin, & exultent filiæ incircuncisorum.* Et Micheæ 7. *Ne leteris inimica mea super me quia cecidi, consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est, & educet me in lucem.* Idest, in maximam fœlicitatem adducet, *Et aspitiet inimica mea, & operietur confusione: oculi mei videbunt in eam nunc erit in conculcationem.* Verba sunt Hierusalem captiuæ in Babylone. Si sustinuero patienter vincula videbo occulis meis, Babylonem à Persis vastatam. & Ezechielis 25. *Pro eo quod plausisti manu, & percusisti pede, & gauissa es ex toto affectu super terram Israel, id circo extendam manum meam super te.* Dicitur Amonitis. *2. Reg. 1.* *Michea 7.* *Ezechiel. 25*

Adduxisti diem consolationis & fient similes mei.

IDest, diem quem vocasti, vel tempus, in quo de inimicis solacium capiam: est præteritum pro futuro. Adduxisti idest, adduces, propter certitudinem prophetiæ.

Matth. 26. Ita Matth. 26. *Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur.* Respondens Iudas qui tradidit eum dixit. *Nunquid ego sum Rabi?* Ait illi. *Tu dixisti.* Ideſt, tu dices? Quod impletum fuit quando proprio ore in templo ſuum ſcelus confeſſus eſt, dicens. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.*
Matth. 27. Matthæi. 27. Eſt q; figura hætereoſis, qua vtitur ſcriptura, cum ponitur vnum tempus pro alio: ſicut indicatiuum
Ioan. 13. pro futuro, vel imperatiuo. Ioannis. 13. *Quod facis fac ci-*
Pſalm. 100. *tius.* Ideſt, facies. Et Pſalm. 100. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Ideſt, perambulabo. *Non proponebam ante occulos meos rem iniquam.* Ideſt, non proponam. *Non adhæſit mihi cor prauum.* Ideſt, non adhærebit. Omnia iſta præterita imperfecta, ſunt futura. Compoſuit enim hunc Pſalmum Dauid cum regnare cœpit, & proponit quomodo ſit guuernaturus Regnum, ſi-
Pagninus. cut optimus Princeps, & ita ex Hebræo legit Sanctes Pagninus. Omnia hæc præterita imperfecta per futurum.
Deuter. 32. Similis tropus Deuteron. 32. *Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum.* Dixit Moyſes. Ideſt, conſtituet, quia non intrauit ipſe in terram promiſsionis,
Micheæ. 4. ſed Moyſe mortuo, Ioſue populum introduxit. Et Micheæ 4. *Nunc congregatæ ſunt gentes multæ ſuper te.* Ideſt, congregabuntur. Dicit ergo noſter vates. Aliquando veniet tempus illud, & illuceſcet dies illa, in qua mei hoſtes ſimiles fient in pœna mihi. Et implebitur in illis illud vaticinium
Iſaiæ. 17. Iſaiæ cap. 17. *Rapientur ſicut puluis montium à facie venti. & ſicut turbo coram tempeſtate in tempore veſperè, & ecce turbatio, in matutino non ſubſiſtet. Hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.*

Dies in Scriptura ſacra ſumitur non pro vna die, ſed pro
Geneſ. 2. certo tempore, vt Geneſ. 2. *Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ in die quo fecit Dominus cœlum, & terram, & omne virgultum*
Pſalm. 94. *agri.* Sex illi dies pro vno die accipiuntur. Et Pſal. 94. *Secundum diem tentationis in deſerto.* Tempus illud 40. annorũ vo-
Ioan. 8. & 7 cat diem. Et Ioan. 8. *Abraham exultauit, vt videret diem meum,* Ideſt.

Ideſt,tempus vitæ meæ.Et Ioan.7. *In die feſto ſcenopegia.* Pro ſeptem diebus,quibus durabat feſtum: & ſic addit. *Iam die feſto mediante.*Ideſt, dies feſti : hoc eſt octaua huius feſtiuitatis inſtabat.Et Pſal.193. *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.*Ideſt,tẽpore belli:& Ioan.9.*Me oportet operari donec dies eſt.*Ideſt,tempus vitæ adeſt:& 2.ad Corint. 6. *Ecce nunc dies ſalutis.* Ideſt , tempus. Adduxiſti diem conſolationis ideſt tempus. *Pſalm.*193. *Ioan.* 9. 2.*ad Cor.* 6.

Queritur,quomodo vates dicat eſſe illum diem conſolationis,cum futurus ſit dies afflictionis? Reſpondetur,quod per antifraſim vocatur dies conſolationis , ſicut Hiſpane: Ethiopes vocamus albos.(Al negro llamamos Iuan blãco.) Adduces eos Domine in diem afflictionis : quod conſtat ex verbis ſequentibus. *Ingrediatur omne malum coram te.* Sicuti vocabãtur per antifraſim luci,loci illi vmbroſi, & opaci arboribus conſiti,vbi ſacrificabant idolis gentes : quia nõ lucebãt cum eſſent tenebroſi frondium denſitate. 3.Reg.14. *Et fecit Iudas malum,& ædificauerunt ſibi aras,ſtatuas , & lucos ſuper omnem collem.* Alij dicunt quod appellabãtur luci,quia re vera lucebant luci illi,propter ardentes focos,& micantia lumina,quæ in ſacrificijs arietum, & vitulorum accendebantur in idolorum honorẽ.Qua propter præcepit Deus ne plãtaretur lucus, aut arbor iuxta ſuum altare ne diuinus cultus ſpeciem idolatriæ haberet , cum idolatræ in montibus plenis arboribus ſacra facerent,ſuis dijs : ab omni enim ſpecie mali eſt cauendum.Et Oſeæ.4.de hoc vitio arguitur Dei populus. *Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thimiama ſubtus quærcum , & populum , & Therebinthum,quia bona erat vmbra eius.* 3.*Reg.*14. *Deuter.* 16. *Oſeæ.* 4.

Secundo vocatur dies conſolationis,nõ Babyloniorũ,ſed. Hieroſolimitanorũ,qui tũc viderũt vltionẽ de hoſtibus Babylonijs.Solent enim homines letari, & gaudere de inimicorũ ſuorũ vindicta.Iſaiæ.1.*Heu conſolabor de hoſtibus meis,& vindicabor de inimicis meis:*& Eccleſiſ.8.*Noli de inimico mortuo gaudere ſciẽs,quia omnes morimur , & in gaudiũ volumus venire.* *Iſaiæ.* 1. *Eccleſiaſt.* 8.

M.5. Suple

Thau. ☞ *Ingrediatur omne malum eorum coram me, & vindemia eos, sicut vindemiasti me, propter omnes iniquitates meas.*

IDest, sicut meas considerasti nequitias, sic eorum crimina prospice, & puni, sicut mea castigasti peccata. Sic exponit Theodoretus. Sanctes Pagninus legit, fac eis sicut fecisti mihi. Idest, aflige eos seruitute, sicut me. Ita Psal. 108. *In memoriam reddat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.* Loquitur Regius Psaltes de Iuda proditore, vel de Doeg Idumœo, qui fuit typus Iudæ: iuxta Iansenium, Vatablum, & Flaminium: & petit vt peccati eius, & suorum parentum Deus reminiscatur. *Fiant contra Dominum semper.* In Hebræo, & in Græco est. Coram Domino. Idest, ante diuinæ maiestatis occulos sint semper præsentia eius crimina, vt semper de illis vltionem sumat. Clamant enim contra nos scelera nostra, vt dicit Hierem. cap. 14. *Domine si iniquitates nostræ responderint nobis, fac secundum misericordiam tuam.* Chaldea versio, & Hebræa legūt. Si iniquitates nostræ testatæ sunt contra nos. Idest, testificantur, nos esse iniquos, & æterno supplicio dignos miserere nostri.

Theodoret. *Pagninus.* *Psalm.* 108. *Iansenius.* *Hierem.* 14. *Chaldeus.* *Hebraicè.*

☞ *Vindemia eos, sicut vindemiasti me, propter omnes iniquitates meas.*

HOc est, calca eos, & pedibus tere, sicut me pesundasti. Vuæ enim calcantur in torculari, fac eis, sicut fecisti mihi. Syrus interpræs legit, vt refert Theodoretus. Aflige illos, sicut aflixisti me. In Hebræo est. Sis causa eis, quemadmodum causa fuisti mihi: hoc est, fac eos puniri, sicut fecisti mecum. Ex hoc textu constat, quātas strages faciat peccatum, quot munitas vrbes destruat, ore proprio confitentur Israelitæ propter sua scelera fuisse vindemiatos in Dei torculari. Thobiæ. 14. hortatur Thobias senex filios suos, vt

Syrus. *Theodoret.* *Hebraicè.* *Thobiæ.* 14.

â Niniue

à Niniue discedant. *Vides enim quod iniquitas eius finem debit*
Isaiæ. 14. *ei.* Et Isaiæ. 24. *Et agrauabit eam iniquitas, & corruet, & non adiiciet, vt resurgat.* Terra ipsa onus sentit peccatorũ, & de-
Psalm. 105. siderat ipsis de medio sublatis alleuari. Et ita Psal. 105. dicitur. *Infecta est terra in sanguinibus.* Omnia exemplaria Græca
D. August. habent interfecta est terra, in sanguinibus. Et D. Augustinus explicat. Idest, habitatores terræ. Sed verè loquitur Psalmografus de ipsa terra, quæ sterilis, & quasi mortua efficitur nullos pariens fructus propter malitiam habitantium in
Isaiæ. 24. ea. Vnde Isaiæ. 24. *Et grauabit eam iniquitas, & corruet, &c.* Et infra. *Infirmata est altitudo populi terræ, & terra interfecta est ab*
D. Hierony. *habitatoribus suis.* Vnde mirum est quomodo. D. Hierony-
Psalm. 105. mus verterit Psal. 105. Infecta, & hoc loco Isaiæ interfecta, cũ vtrobiq; sit idem verbum Hebræum (vatehenaph.) Fugiendum ergo nobis est, tanquam à facie colubri à pecca-
Thobiæ. 4. to. Hoc consulebat Thobias senex filio suo cap. 4. *Caue, ne aliquando consentias peccato.* Est enim velut vsurculus, qui parum fæneratur, & postea multum pecuniæ pro mutuo
Psalm. 71. exigit. Psal. 71. *Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum.* Dicitur de Christo Domino, liberabit enim nos à peccatis quæ exigunt à nobis magnas vsuras. Vno enim peccato lætali commisso, nisi pœniteamus, in alia plura labimur; & pro exigua voluptate æternis supplicijs sumus mancipati.
Psalm. 105. Ideo Regius vates coniungit cũ iniquitate vsuras. Et Psal.
Pagninus. 105. *Pro nihilo saluos facies illos.* Sanctes Pagninus legit. Num
Felix. pro iniquitate euasio erit eis? Felix legit, propter iniquitatem liberatio illis? Legendum est interrogatiue, quasi dicat minime: non datur beatitudo nisi bene operantibus. Ecce quomodo peccatum, & nihil, pro eodem accipiatur in sa-
D. August. cro eloquio, & sic exponit D. Augustin. illud Ioan. 1. *Sine*
tractat. 1. *in* *ipso factum est nihil.* Tractatu 1. in Ioan. tom. 9. putare, aliquid
Ioannem. esse nihil, peccatum quidem non per ipsum factum est: & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines, cum peccant, & idolum non per verbum factũ est: habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo

per

Per verbum factus est; nam forma hominis in idolo, nō per Verbum facta est, Scriptum est 2. ad Corinth. 8. *Scimus quia nihil est idolum*. Ergo ista non sunt facta per verbum, sed quæcunq; naturaliter facta sunt. Et Psal. 138. *Vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via eterna*. Felix legit si via afflictionis, vel contristationis in me est. Hæc est via impietatis, via doloris, quæ perducit ad dolorem æternū inferni. Psal. etiam 105. *Et vexatus est Moises propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius*. Idest, cum Deus sit mansuetissimus, ipsi eum prouocauerunt, detrahendo de eius bonitate. De clementissimo Principe dicitur, non deserere suam natiuā conditionem, licet iniuriis sit lacessitus: sed ait Dauid tam grande malum esse peccatum, quod facit Deum irasci, cū sit ipsa mansuetudo, & benignitas. Dionisius exponit *Vindemia eos*. Hoc est, iam puta eos è suis vrbibus, sicut vuæ à vinea. Sed maius suplicium est calcari, vt in vindemia, quod petit vates, vt resipiscant, non liuore vindictæ.

2. ad Cor. 8. *Psalm. 138.* *Felix.* *Psal. 105.* *Dionisius.*

☞ *Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.*

INgentia sunt meā suspiria ex intimis visceribus orta, & merito, quia mæstitia impleuit cor meum. Sic Ieremiæ 8. *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens*. Et animo mœrore vulnerato, non potest corpus esse bene affectū. *Spiritus enim tristis exsicat ossa*. Prouerbiorum 17. Eclesiastic. 25. *Omnis plaga tristitia cordis est*. Idest, summa, & maxima plaga est.

Ieremiæ. 8. *Eclesiast. 25* *Prouerb. 17*

☞ *Ingrediatur omne malum coram te.*

HAEC verba exponi possunt, vt non sint optantis sed vaticinantis. Sicut Isaiæ. 28. *Vadant, & cadant, retrorsum, & conterantur, & illaqueentur*. Idest, cadent retrorsum conterentur, capientur, & illaqueabuntur, & Isaiæ 6. *Audite audientes, & nolite intelligere, vidēte visionem, & nolite cognoscere, excæca cor populi huius, & aures eius agraua*.

Isaiæ. 28. *Isaiæ. 6.*

D. Paulus

Actor. 28. D.Paulus. Actorum. 28. citat hunc locum, & legit de futuro. Vt verba sint prophetantis. *Vade ad populum istum, & dic, aure audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non perspicietis.*

(⁎✠⁎)

CAPVT



CAPVT· II·

Aleph. ☞ *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion, proiecit de cælo in terram inclitam Israel, & non est recordatus, scabelli pedum suorum in die furoris sui.*



NITIVM HVIVS CApitis simile est principio capitis primi, quod ab interrogatione incipit. Quomodo sedet sola ciuitas? Et hoc incipit ab admiratione: miratur vates, quòd tam subitò populus ad cœlum vsq; exaltatus, deiectus sit: sicut Hierem. 50. de Babylone. *Quomodo versa est in desertum Babylon in gentibus!* Per caliginem, intelligit vates afflictionem magnã operuit Dominus Sion tenebris densissimis, ita vt nec radius lucis eam illustret. Lux in sacro eloquio idem est, quòd prosperitas: tenebræ, & miseria, idem sunt. Vt Isaiæ. 8. *Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens.* Ecce quo pacto tenebræ, & tribulatio sunt idem, & cap. 5. *Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.* Idest, omnis defuit prosperitas, omnia sunt plena calamitatibus. Et Iob. 29. *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos,*

Hierem. 50. *Isaiæ. 8.* *Isaiæ. 5.* *Iob. 29.*

not, secundum dies quibus Deus custodiebat me, & splendebat lucerna eius super caput meum. Idest, cum prospera mihi arridebat fortuna. Caligo est densissima obscuritas, hac fuit o-
Isaia. 13 perta Sion. Isaiæ 13. *Super montem caliginosum leuate signum.* Idest, super Babylonem, quæ appellatur mons propter sublimitatem ædificiorum, & caliginosus propter maximam calamitatem, quæ ei imminebat: Babylon enim sita erat in campestribus, & in profunda valle. Vel vocatur mons caliginosus propter fumum incendii, quia combusta fuit. Vel super montem, ciuitati adiacentem, caliginosum, propter altitudinem, nebulis plenum, vel caligare facientem visum.

Secundus sensus: in lege veteri cum Dominus descendebat ad loquendum cum Moise in nube, apparebat opertus
Exod. 16. caligine, in nube apparuit gloria Dei. Exod. 16, & Exod.
Et Exod. 19 19. *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis.* Et Exod. 40. ope
Exod. 40. ruit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini im
1. ad Tim. 6 pleuit illud, & D. Paulus 1. ad Timot. 6. *Lucem habitat inaccessibilem,* Et hæc sunt stemata, & signa suæ potentiæ, venit Deus cum nubibus, non potest à creatura compræhen-
Psal. 17. di Psalm. 17. *Nubes, & caligo sub pedibus eius.* Dicit ergo noster vates, tu Domine, qui olim nobis loquebaris, sicut filiis Israel, & patribus nostris cū maiestate, & clementia Principis, cū sub pedibus tuis viderūt Israelitæ, *Quasi opus lateris*
Exod. 24. *saphirini, & sicut cœlum cum serenum est.* Exod. 24. & solium maiestatis, & pacis nobis ostendebas: iam non apares nisi iratus valde, ita vt non sis recordatus scabelli pedum tuorum, sed pedibus illud contriuisti, omnia sunt tenebris operta. Operuisti nubibus densis, & obscuris vultum tuum, à nemine vis conspici. *Filiam Sion.* Hoc est ipsam arcem Sion, vel Iudæorum gentem, quam paterno amore diligebas, obliuioni tradidisti, & templum vbi colebaris, & nomen inter gentes illustrabas, atq; famā amplificabas, des-
2. Paral. 12 truxisti Sic 2. Paralipom. 12. dicitur de Roboam, *Quod regnauit annis decem & septem in Hierusalem vrbe, quam elegit Dominus*

mi-nus vt confirmaret nomen suum ibidem.

Filia Sion hic, & in Scriptura quoties reperitur, est hebraismus, & nil aliud significat quam Sionos. Sicut Psalm. 44. *Et filiæ Tyri in muneribus.* Pro Tyrijs. Et Hierem. 46. *Filia Ægypti.* Pro Ægyptijs. Isaiæ. 1. *Et derelinquetur filia Sion.* Idest Hierusalem, *Sicut vmbraculum in vinea.* Et Zachariæ. 9. *Dicite filiæ Sion.* Idest, Hierosolimitanis. Vocatur autem filia Sion, Hierusalem, quia ab arce Sion protegebatur, sicut filia à matre deffenditur: & est mos scripturæ, vocare metropolitanas ciuitates matres, & circũuicina oppida, & villas, filias appellare. Isaiæ etiam 23. de Tyro dicitur. *Transi terram tuam, quasi flumen filia maris.* Idest, ad instar rapidissimi fluuij, capienda est tibi fuga ò Tyro, vt possis te liberare ab hostibus: & consueto Hebræorum tropo, vocatur filia maris Tyro, quia erat insula cincta mari. *Nõ est cingulum vltra tibi.* Idest, turrium fortalicia non erunt vltra tibi, quibus vrbes vndiq; cinguntur, sicut hominum lumbi cingulo.

Psalm. 44. Hierem. 46. Isaiæ. 1. Zachar. 9. Isaiæ. 23.

☞ *Proiecit de cœlo in terram inclitam Israel.*

Sensus est. Leuauit vt deiiceret Hierusalem, vsq; ad cœlum exaltauit Hierusalem, erat enim Metropolis Regni. Sic Psal. 101. *Eleuans allisisti me.* Idest, eleuasti, vt allideres. Deuter. 4. Vocatur gens inclita Israeliticus populus; propter cultum Dei, & religionem, & templum. Opulentissima vrbs præcipitata est vsq; ad profundũ. Sicut Matth. 11. dixit Christus Dominus de Capharnau. *Nunquid vsq; in cœlum exaltaberis, & vsq; in infernum descendes?* Similiter Isaiæ. 14. de ruina Babylonici Regis Nabuchodonosor, dicitur. *Quo modo cecidisti Lucifer, corruisti in terrã.* Et dicitur cecidisse de cœlo: idest, de excelso throno, habẽt enim impij hic suũ cœlum, & beatitudinem; diuitias videlicet, & imperium. Similiter Ezechiel. 28. *De monte Dei proieci te in terram.* Vbi agit vates de ruina Regis Tyri. Et Lucæ. 10. *Videbam Sathanam sicut fulgur cadentem de cœlo.* Et sicut fulmen vbi primum tangit terram, amittit splendorem, & obtenebratur:

Psalm. 101. Deuter. 4. Matth. 11. Isaiæ. 14. Ezechiel. 28 Lucæ. 10.

Sic dæmon ad tempus fuit lucidus, sed quia in veritate non stetit obscurus, & deformis remansit: proiecit igitur Dominus de cœlo in terrã Hierusalē. Id est, de sublimi statu in quo erat, quasi super cœlos eleuata, in infimũ locum.

Tertius sensus proiecit de terra inexpugnabili, montuosa, & cæteris digniori. Isaiæ. 5. *Vinea fuit dilecto in cornu filio*
Isaiæ. 5. *olei.* Id est, in loco sublimi, & eminētiori, atq; feraci. Permisit igitur Dominus, vt caderet inclita Israel. Hoc est Hierusalē de fœlici, & sublimi statu in maximã miseriã. Quasi in tantã venerit ignominiã, sicut ille qui cadēs de cœlo factus est, vt cadauer putridũ. Isaiæ. 14. 70. Interpretes legũt. Pro-
Isaiæ. 14. iecit de cœlo in terram gloriationē Israel. Hoc est, tēplum,
70. & arcã testamēti, quæ erat gloria Israel, & de qua gloriabãtur Israelitæ. 1. Reg. 4. dixit vxor Phinees audiēs arcã à Phi-
1. *Reg.* 4. listeis captã. *Translata est gloria Domini de Israel.* Et Psal. 62.
Psalm. 62. dicebat Dauid. *In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto aparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Id est, testamenti arcam, de qua gloriabantur Iudæi.

☞ *Et non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui.*

Scabellum pedum vocat templum. Sic Psal. 98. *Ado-*
Psalm. 98. *rate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* De ar-
Theodoret. ca quæ erat in templo exponit Theodoretus: vbi erant tabulæ legis, & manna, & duo Cherubin alis extensis, & inde dabat Deus responsa, & supra erat propiciatorium, vbi Deus peccata remittebat: dicit modo vates, in die sui furoris non est recordatus domus suæ, neq; throni. Hoc fecere ciuium Hierusalem crimina, vt amplius domus suæ nõ re-
Hugo. minisçatur. Hugo exponit. *Non est recordatus scabelli pedum.* Id est, populi qui seruiuti, & obsequio Dei, erat humiliter subiectus.

In die furoris sui. In Hebræo est. In die nasi sui. Quod Hispane dicimus (guardaos no se le suba el humo à las na-
Isaiæ. 2. rizes.) Sicut Isaiæ. 2. *Quiescite ab homine cuius spiritus est in naribus.*

ribus. Ideſt, cauete, ne iraſcatur contra vos, &c. Cum dominus familiæ iraſcitur, ſi forte ſedet ad menſam, dapes, & vaſa, & catinos in terram proiicit, imo & ipſam menſam ſubuertit, ſicut fecit Chriſtus Dominus. Ioan. 2. *Numulariorum menſas ſubuertit*. Sic Deus iratus, menſam vbi panes propoſitionis ponebantur, candelabrum aureum, altare, & ipſum templum ſubuertit. Propter iniquitates, habitãtium in Hieruſalem. Ideo Hieremias cap. 14. dicebat. *Solij gloriæ tuæ recordare*. Ideſt, Hieruſalem: quæ eſt thronus tuæ gloriæ. Et Ezechiel. 43. *Locus Solij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, vbi habitabo in medio Iſrael in æternum*. Ideſt, in templo. *Ioan. 2.* *Hierem. 14.*

Beth. ☞ *Præcipitauit Deus nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob, deſtruxit in furore ſuo, munitiones virginis Iuda, deiecit de cœlo in terram, polluit Regnũ & Principes eius.*

DIxerat vates proiecit de cœlo in terrã: explicat, quo pacto deiecerit præcipitando, non paulatim ſed repente, & cum magna ira. Plus eſt præcipitare, quàm proiicere: impetu, & vi magna illam repulit, vt contereretur. Et quia vocauerat Hieruſalem ſcabellum, dicit, contriuit ſcabellum, pedibus conculcauit, & expulſit, geſtus eſt hominis irati, non ſolum manibus, ſed pedibus repellere, quæ ei ſunt obuia: & auget lamentum, dicens, non proiecit terram incultam, & ſterilem, ſed vberem, & ſpecioſam. 70. legunt, demerſin, ſicut nauis demergitur in mari, præcipitare, hîc ſumitur pro deſtruere, nam quæ præcipitantur pœnitus comminuuntur, & pereunt. 2. Paralipomen. 25. *Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præcipitium cuiuſdam petræ. Præcipitaueruntq́, eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi crepuerunt.* Quod Hiſpane dicimus (rebentaron.) Et Pſalmo. 140. *Abſorti ſunt iuncti petræ iudices eorum.* In Græco eſt, iuxta petram. D. Hieronymus. 70. *2. Paral. 25* *Pſalm. 40.* *D. Hierony.*

sublati sunt iuxta petram iudices eorum, idest, eorum prin cipes iuxta cacumina montium, excelsarumq; rupium præ
Felix. cipitentur. Felix legit, distrahantur super cacumina lapidū iudices eorum: In locis petrosis præcipitentur iudices iniqui, qui iustitiam præcipitarunt, præcipitentur ipsi; Pagni
Pagninus. nus legit, derelicti sunt in locis petrosis iudices eorum, suple insepulti. Postquam fuerint præcipitati & eorum comminuta ossa careant sepultura, facti esca coruorum, & vulturum: erat hoc ingens supplicium, illi impij ciues
Lucæ. 4. vrbis Nazareth duxerunt Christum Dominum ad supercilium montis, vt inde eum præcipitarent. Sed Dominus noster *Transiens per medium illorum ibat* Et 2, Re,
2. Reg. 20. 20. *Quare præcipitas hereditatem Domini*. Idest, destruis,
Isaiæ 25. & Isaiæ 25. *Precipitabit Dominus mortem in sempiternum*. Idest, destruet, & Psalm. 51. *Dilexisti omnia verba præcipi-*
Psal. 51. *tationis lingua dolosa*. Lingua maledicorum præcipitium est à quo honor, & clara notitia cum laude, quæ est fama hominum præcipitantur, & denigratur hominum opinio optima. Quod Hispanè dicimus (no dexa hueso sano vna
Eclesias. 28. mala lengua) *Plaga linguæ comminuet ossa*. Ecclesiast. 28. Dilo
Pagninus. xisti verba præcipitationis, Sāctes Pagn. legit deuorationis, deuoratur enim bona alicui⁹ fama, detractione. Ita hic præcipitauit Dñs, idest deuorauit, destruxit, absorbuit ōnia pul cherrima Iacob. Sāctes Pag. legit absorbuit, idest deuorauit
Pagninus. *Nec pepercit*, Idest, magna seueritate puniuit sic 2. Re-
2. Reg. 15 gum 15. *Triumphator in Israel non parcet*. Hoc est, seueriter puniet. Omnia speciosa Iacob, idest, vrbis ædificia pul-
Chaldæus paraphrastes. cherrima, in Hebræo est tuguria. Caldæus paraphrastes legit, omnem ornatum, & per speciosa, significatur opulentia: & per municiones, intellige fortitudinem, atq; potentiā: per Iacob, decem tribus: per Iuda, duas tribus.

Parcere in sacro eloquio aliquando idem est quod serua re, vt Ezechielis 36. *Peperci nomini sancto meo quod polluerat*
Ad Rom. 8 *domus Israel*. Idest, seruaui & ad Roman. 8. *Qui proprio*
Ezechiel. 36 *filio suo non pepercit*. Idest, à morte non seruauit, quamuis postri-

poſt triduũ deuicta morte, propria virtute ſurrexit. Et ita in præſenti vatis loco. *Nec pepercit.* Ideſt, à deſtructione non ſeruauit, quod ſtatim declarat dicens; deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, ſpecioſa Iacob, ſuple tabernacula. Numerorum, 22. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* *Numer. 22.*

☞ *Deiecit de cœlo in terram inclitam Iſrael.*

Secundus ſenſus eſt. Ideſt, manifeſte puniuit videntibus cunctis, & ſæueriter percuſit. Ita Iſaiæ. 34. *Inebriatus eſt in cœlo gladius meus.* Ideſt, manifeſte quia, quæ in cœlo ſunt conſpicua omnibus apparent. Et Apocalip. 14. *Audiui vocem de cœlo dicentem mihi.* Ideſt, magnam audiui vocem dicentem eſſe fœlices illos, *Qui in Domino moriuntur.* Hoc eſt, propter Dominum, vt ſunt martyres, qui propter Chriſtum mortui ſunt: & quia de morte agebatur, recte magna vox intonuit, vt homines auribus, & mente percipiant eſſe morituros. Solet autem Deus publicè peccatores punire, vt alij homines alieno periculo ſint cauti. Vnde Iob 34. *Quaſi impios percuſit eos in loco videntium.* Ideſt, manifeſte coram omnium occulis; & hoc voluerunt forte ſignificare 70. Interpætes qui legunt, conſpicui coram eo, &c. *Iſaiæ. 34.* *Apocal. 14.* *Iob. 34.* *70.*

☞ *Polluit Regnum, & Principes.*

Ideſt, prophanauit. Omnia enim prophanauere Chaldei, & templũ conculcauere; vel polluit Regnũ, ideſt, oſtendit Principes, & omne Regnum eſſe pollutum, peccatiſq; conſpurcatũ, & propterea vaſtatũ. Maximũ eſt piaculũ cũ fere omne Regnũ peccatis eſt plenum, tunc cito venit Dei ira ſuper illud, vt teſtatur Amos cap. 9. *Ecce occuli Domini Dei ſuper Regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.* Non dicit eſſe Domini occulos ſuper Regem peccãtẽ, aut ſuper aliquos Regni primates, ſed ſuper totũ Regnũ; tunc enim conteritur, & deſtruitur à Domino. Vel polluit Regnum, quia propter conſortium gentium, ad quas ſunt diſperſi, *Amos. 9.*

didiſcerunt opera eorũ, & prophanati ſunt, & polluti idolatria, vel polluit. Ideſt, oſtendit eſſe pollutum. Vt Geneſ. 22. *Nunc cognoui quod timeas Deum.* Ideſt, cognoſcere feci.

Geneſ. 22.

Gimel. ☞ ***Confregit in ira furoris Cornu Iſrael, auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici, & ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.***

IDeſt, in illa vaſtitate Iſraelis non ſolum debilia confregit, ſed fortia, & inexpugnabilia Caſtella, & ad reſiſtendum munita præſidia, ſolo adæquauit in ira furibũda. Paraphraſtes Chaldeus legit de truncauit cornu. Hoc eſt confringere cornu, quod eſt in tauris fortiſsimum, vt fortitudo Iſraelis declararetur contra hoſtes, dixit Moyſes Deuter. 33. *Cornua eius, cornua Rinocerotis.* Et Daniel. 8. deſcribitur potentia Regis Medorum Darii videlicet, per arietem habentem cornua excelſa. Per cornu etiam intelliguntur potentes, & Principes Iſraelis, quia ſicut in capite bouis, vel tauri ſunt cornua caput autem ſemper eſt in eminentiori corporis loco, ſic in ſublimiori loco ſunt Principes, & tauri fortitudinem habent in cornibus. Ideo accipitur cornu pro fortitudine, & potentia. Et ſic ſenſus eſt facie ad faciẽ, fronte ad frontem, Deus pugnauit cum Hieruſalem, & vicit. Cornu etiã ſignificat Regnum, quia in Regno ſolet eſſe robur, vt Zachariæ. 4. *Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iuda.* Hoc eſt, quatuor Regna, & ſic Chaldeus paraphraſtes habet, quatuor Regna, & 1. Reg. 2. *Sublimauit cornu Chriſti ſui.* Ideſt, Regnum Meſsiæ. Et notauit Angelonius hic. Oſſa omnia carne inuoluta ſunt: cornu excedit carnem, & ideo cornu ſalutis, Regnum Chriſti Saluatoris vocatur. Lucæ. 1. quod cuncta gaudia huius ſæculi, & Regna ſuperat, cætera Regna fragilia, & caduca ſunt, Regnum Chriſti fortiſsimũ, & æternum. Etiam ſumitur cornu pro Rege, quia Reges cornu

Paraphraſt. Chaldea. *Deuter.* 33. *Daniel.* 8. *Zachar.* 4. 1. *Reg.* 2. *Angelonius ſuper libros Regum.*

cornu olei vngebantur. Vt cõstat ex 1. Reg. cap. 16. & Hieremiæ. 48. *Abscisum est cornu Moab, & brachium eius contritum est.* Chaldea versio habet succissum est Regnum Moabitarum, & dominatores eorum contriti sunt. Et Psal. 131. *Illuc producam cornu Dauid.* In Hebræo est oriri faciam Regem potentissimum ex prosapia Dauidis, Messiam videlicet. Et Lucæ. 1. *Erexit cornu salutis nostræ.* Idest, dedit potentissimam salutem. *Hierem. 48.* *Psalm. 131.* *Lucæ. 1.*

Quarto sumitur. Cornu pro victoria, quia tuba cornea solebant victores celebrare victoriam. Psal. 74. *Nolite extollere in altum cornu vestrum.* Idest, gaudetis quia vicistis, aliquando eritis victi. Et Amos. 6. *Nunquid non in fortitudine nostra asumpsimus nobis cornua.* Idest, viribus, & potentia nostra obtinuimus victoriam. Cornu etiam pro exercitu sumitur. 1. Machab. 9. *Et dextrum cornu cum illis.* Idest, exercitus qui erat ad partẽ dextram. Etiam pro angulo. Exod. 29. *Pones super cornua altaris.* Et Psal. 117. *Constituite diem solemnem vsq; ad cornu altaris.* *Psalm. 74.* *Amos. 6.* *1. Mach. 9.* *Exod. 29.*

Vltimo cornu vsurpatur pro splendore, & radio flamme metaphora sumpta à bouis cornu, ad solis radios, & ad flammam ignis: radij enim ignis sunt obliqui, sicut cornua tauri, aut arietum quæ non sunt recta. Ita Exod. 34. *Videntes filij Israel, cornutam faciem Moysi timuerunt.* Idest splendidam, & fulgentem: & propterea Moyses posuit velamen ante vultum suum, cum loquebatur ad filios Israel: & ita est in Hebræo. Resplendebat cutis faciei eius, & sic legit Pagninus. 70. legunt, faciem Moysi gloriosam. Et Habacuc. 3. *Cornua in manibus eius.* Idest, splendores, & ita legit Sanctes Pagninus. *Exod. 34.* *Pagninus. 70.* *Habacuc. 3.*

Sensus ergo nostri vatis est. Confregit in ira cornu Israel: idest Regnum, Regem, potentiam, robur, & splendorem Israelis. Vnde Psal. 88. *Posuisti firmamentum eius formidinem.* Idest, fecisti, vt in ipsis Regni propugnaculis strenui milites formidarent. *Destruxisti omnes sepes eius.* Hoc est muros. S. Theodoretus per cornu Israel, potentes intelligit. Su- *Psalm. 88.* *Theodoret.*

Isaiæ. 5. mittur etiam cornu pro abundantia vt Isaiæ. 5. *In cornu filij olei vinea fuit dilecto.* Idest, in loco vberi, Lucæ. 1. *Erexit nobis cornu salutis.* Idest, dedit abundantem, & copiosam salutem, quia in regionibus feracibus, tauri longiora, & maiora habent cornua. Redegit igitur Dominus terram illam pinguissimam, & fructiferam, in salsuginem, & sterilitatē.

☞ *Auertit retrorsum manum suam a facie inimici*

IDest: in gratiam inimici abscondit manum, & permisit hostes grasari in populum neq; illum detinuit, vt olim faciebat, cum nobis fauebat: retraxit manum, noluit ingruētibus hostibus nos deffendere, qui antea erat dux noster.

Psal. 73. Psal. 73. dicebat Dauid. *Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam?* Dextera sumitur pro potentia, quia manus dex-

Psalm. 89. tra fortior est sinistra Psal. 89. *Quis nouit potestatē iræ tuæ, & dexterā tuam, sic notam fac.* Idest, potentiā iræ tuæ per tēporalē castigationē fac nos intelligere, *Et eruditos corde in sapiētia.* Idest, vt simus eruditi corde, & sapiētes, ad irā tuā fugiēdā. Vbi nota, quod si Deus nō deserit nos, nil cōtra nos poterit moliri hostis, & sic nil in hac præsenti vita gloriosi⁹ quā

Isaiæ. 4. Deū habere protectorē, vt dixit Isai. cap. 4. *Creabit Dominus super omnē locū montis Siō, & vbi in vocatus est, nubē perdiē, et fumū, splendorem ignis flamātis in nocte, & super omnem gloriam protectio.* Idest, ita suos amicos proteget sicut olim suū populū in deserto protegebat, in nube per diem, & in splēdore ignis per noctem. Hæc protectio est gloria magna Ecclesiæ fidelium, hanc mirabilem tutelam à Iudæis abstulit, & hoc fuit manum auertere, dexteram auertit ne protegeret, sinistram extendit, vt percuteret, & sic exponit Hugo de

Hugo. sancto victore &c.

☞ *Et succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis ingyro.*

SEptuaginta interpræteś legunt, & accendit quasi ignem flāmam, hoc est tantū cōburebat flāma sicut ipse ignis,

Theodoretus

Theodoretus exponit, ardentem ignem: sensus nostræ vulgatæ est, vniuersa Hierusalem ardebat, vndiq; erumpebant flãmæ, & collucebãt: & sic nullus dabatur locus introeũdi ad extinguendũ ignẽ: vel erat vndiq; vallata hostibus, ita vt auxiliaribus copijs denegaretur introitus, ne nobis fauerẽt. Erant enim hostes, vt Leones ignẽ spirãtes: & idẽ est hic locus cũ illo capitis primi. *Hostis in circuitu eius.* Vel igne fuit succensa Hierusalẽ à Chaldeis, & aduerbium, quasi, nõ minuit, sed auget: sicut diximus cap. 1. super illis verbis. *Quasi vidua.* Idest, vere vidua, & maximè vidua: sic *quasi ignẽ*, idest, maximũ ignẽ, & ardẽtissimũ. Quod prædixerat idem vates cap. 1. *Ollã succensam ego video.* Vocat Hierusalẽ ollã, & ignẽ Nabuchodonosorẽ sufflantẽ prunas, vt arderẽt. Sic Isaiæ. 6. visso Domino in sede maiestatis dicit Propheta. *Et cõmota sunt superliminaria, & domus repleta est fumo.* D. Cyrillus in Isaiam, notat. Significare voluisse Dominũ, illud tẽplũ Hierosolimitanũ esse vastãdũ, & incendẽdũ igne, quod fumus portendebat, qui ex igne cũ incipit ardere egreditur. Idem significabat Ezechiel. cap. 1. in illa visione currus, & animalium, & *in medio animalium splẽdor ignis, & de igne fulgur egrediens.* Iste ignis adumbrãbat illum, quo fuit Hierusalem à Chaldeis exusta: quod cap. 10. exponitur à vate, illis verbis. *Et dixit Seraphim ad virum qui indutus erat lineis, ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherub, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem.* Iustinus Martyr quęstione. 44. ad Ortodoxos, per Leonẽ intelligit, quæ euentura erãt Nabuchodonosori, cuius vngues creuerũt, vt Aquilæ; pili, vt Leonis, quódq; herbis pastus fuerit more vituli, & hominis cor ei datum fuit. Et hac visione solatur Israelitas degentes in dura seruitute, sub potestate Babyloniorum, & de libertate desperantes, per coniuntionem mansueti, & immansueti animalis, & volucris, & vituli, graues humeros habentis. Aquila vero leuis est, Leo fœrox, homo mansuetus, declaratur igitur mutatio fœritatis Babyloniorum in mansuetudinem, &

Theodoret.

Hierem. 1.
Isaiæ. 6.

D. Cyrillus.

Ezech. 1. & 10.

Iustin. quęstio. 44.

& translatio duræ seruitutis in libertatem: est enim subiugalis vitulus, Aquila vero à iugo libera, videt etiã vates rotam in rota, indicatur per eas Iudæorum abductionem in exilium, & eorum reductionem in patriam, semper enim mouetur rota, nunquam in eodem consistit loco. D. etiam

Gregor. Nazianzen. Gregorius Nazianzenus sub titulo significatio, in Ezechielem folio 532. est videndus, vbi allegorice hũc locum acute exponit, & notat dicere vatem vidisse, de igne fulgur egrediens. Ignis, dicit propter correptionem fulgurans; quia per interualla pœnæ infligũtur: & hoc dicit quia quemadmodum in turbine, & tempestate, non semper fulgurat, sed fulguris splendor, interuallis quibusdam distinguitur, ita vt mediet aliquod tempus in quo tonat: ita Deus peccantes non continuo punit, sed per aliquod temporis spatium, & vtitur clementia.

Daleth. ☞ *Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.*

CVM Præcedenti sententia, sic conectuntur verba sequentia: dixerat vates, quod auertit manum suam dexteram à facie inimici, & opem non præstitit: dicit modo, nõ solum denegauit auxilium, sed proprijs manibus me percusit, & veluti in scopum direxit contra me sagittas, non contentus inimicorum persecutione, non solum auertit dexteram, ne protegeret, sed firmauit dexteram, vt grauiter vulneraret. Similis locus est Iob. 30. *Pharetram suam aperuit, & afflixit me.* In Hebræo est arcum suum, idest, aperta pharetra sua me percusit, & omnes pharetræ suæ sagittas in me iecit vibrauit arcum, & extendit contra me. Et Iob. 16. *Posuit me sibi quasi in signum.* Pagninus legit, quasi in scopum, suple ad sagittandum.

Iob. 30. Iob. 16. Pagninus.

Firmauit

☞ *Firmauit dexteram suam, quasi inimicus.*

IDest, animo occidēdi, nō corripiendi me afflixit. Est idem cum illo Iob. 30. *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia* Iob. 30.
manus tuæ aduersaris mihi. De inimico dicitur Ecclesiastici. cap. 12. *Si inuenerit tempus non saturauitur sanguine.* Punit Eclesiaſ. 12.
Deus peccatores aliquando, vt inimicus. Hierem. 30. *Plaga* Hierem. 30.
inimici percussi te, castigatione crudeli. Ecce, quid sit percutere vt inimicus, crudeliter. Et Iob. 19. *Iratus est contra me furor* Iob. 19.
eius, & sic me habuit quasi hostem suum. Valdè tristantur Dei amici cum infestum sibi vident eum, à quo opem in sua afflictione sperabant. Zachar. 11. *Sumpsi mihi duas virgas al-* Zachar. 11.
teram vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum. Virga, qua percussus peccator induratur amplius in suis sceleribus, hæc est funiculus; sed illa virga appellatur decor, cum qua percussus homo corrigitur, & patienter sustinet flagella. Plaga amici fuit Babylonica captiuitas, siquidem non idolatrauere amplius Iudæi, & Ægyptiaca seruitus, à qua egressi sunt, sicut columbæ deargentatis alis. Et Isaiæ. 51. *Exurge Hieru-* Isaiæ. 51.
salem exurge, quia bibisti de manu Domini calicem furoris eius. Et vt addat meliorem spem continuo infert. *Cum transierit ira furoris mei ego curabo*: ò amplectenda pollicitatio, qua pro mittitur pharmacum potens omnes vitiorum pestes de hu- Isaiæ. 8.
manis pectoribus excludere: licet videatur hæc potio ægrotanti amara, non tamen iam est irascentis, sed diligentis, & monet vates, vt Hierusalem exurgat. Et repetit verbum exurgere, quia festinare debet homo ad accipiendum, & potandum calicem cœlitus porrectum, quo postea cor hominis letificatur.

Notandum etiam hic est, quod cum Deus facit nobiscum misericordiam, absolute vocatur pater, sed cum castigat, non vocatur absolute inimicus, sed quasi inimicus: non omnino hostis, sed tamquam hostis, sic etiam Ioan. 2. *Fecit* Ioan. 2.
quasi flagellum. Non flagellum completum.

Et

☞ *Et occidit omne quod pulchrum est visu, in tabernaculo filiæ Sion.*

Psal. 131. IDest, perdidit omne, quod erat delectabile visui in tēplo, tabernaculum sumitur pro templo. Psal. 131. *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pe-*
2. Paralip. 1 *des eius.* Et 2. Paralip. 1. *Arcam Dei adduxerat David de Cariathiarim in locum, quem præparauerat ei, vbi fixerat illi tabernaculum.* Hoc est in Hierusalem, non occiditur nisi quod viuit. Superius dixerat destruxit, hic verò amplificans sententiam, dicit, occidit, vt ostēdat non solū diuitias, sed ipsas animas abstulisse. Occidi etiam de plantis dicitur cùm aref-
Psal. 77. cunt Psal. 77. *Occidit in grandine vineas eorum.* Secundus sensus, per tabernaculum intelligitur ciuitas Hierusalem,
2. Reg. 18. vt 2. Reg. 18. *Omnis Israel fugit in tabernacula sua.* Idest, in
3. Reg. 12. ciuitates suas, & 3. Reg. 12. *Vade in tabernacula tua Iacob.* &
Psal. 86. Psal. 86. diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob, idest, plusquam alias vrbes Palestinæ diligit Deus Hierusalem. Vel occidit pulcherrimas puellas in domibus Hierusalem Chaldæus exercitus.

Tabernaculum etiam sumitur pro domo magnifica mul-
Iob. 5. & 18 to auro, & ampla supellectille referta, vt Iob. 5. *Et scies quia pacem habeat tabernaculū tuum.* Idest, prosperitatem, & cap. 18. & sepæ in libro Iob vsurpatur tabernaculum pro familia, & loquitur more suæ prouinciæ, nam orientalis erat, & orientales pro domibus tabernacula struebant, & in
Genes. 9. tentorijs degebant, sicut modo Cedareni. Ita Genes. 9. *Nu-*
Genes. 13. *datus iacuit in tabernaculo suo.* Idest, in sua domo, & Genes. 13. sed & Loth, qui erat cum Abraham, fuerunt greges ouium, & Armenta, & tabernacula. Idest, habebat tentoria vbi habebat plures diuitias; in hoc loco nostri vates pro his omnibus sumitur. Etiam vsurpatur pro sepulchro Isaiæ
Isaie. 22. 22. *Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi sepulchrum, excedisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum*
2. Petri 1. *tibi.* Idest, sepulchrum, & sacellum: sumitur etiam pro

corpore 2. Petri 1. *Velox est depositio tabernaculi mei:* Idest, corporis dissolutio, & Amos 9. *Suscitabo tabernaculum, quod ceciderat*, Idest, corpus Christi Domini, quod triduo iacuit in sepulchro surrexit gloriosum. 2. Petri 1. Amos 9.

☞ *Effudit quasi ignem indignationem suam.*

VErbum effundere præ se fert ingentem vindictã, sicut cum aqua effunditur in abundantia. Ita Apocal. 16 præcipitur angelis, *Effundite phialas plenas ira Dei in terra*. Et Amos 5. reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis, Idest, cum magno impetu torrens diuinæ iustitiæ inundabit, & quæcunq; obiauerit rapiet, & non dicit vates tanquam aquam effundisse Deum suum furorẽ, sed tanquam ignem, impetus enim aquarum dissipat res, sed nõ cõsumit in breui, sicut ignis, cui assimilatur diuina vltio, quæ omnia citissimè destruit. Vocatur autem vindicta, effusiõ ignis, quia ira est eferuescencia sanguinis circa cor cũ desiderio vindictæ. Hæc est illa olla succensa, quam vidit Hieremias cap. 1. idest ebulliens, & eferuescens ira diuina super mœnia vrbis, sicut olla cum feruet foris mittitur aqua. Apocal. 16. Amos 5.

He. ☞ *Factus est Dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, dissipauit omnia mœnia eius et repleuit in filia iuda humiliatam et humiliatam.*

DIssipauit mœnia, in Hebræo est, palatia 70. interpret. legunt, turres: mœnia etiam sunt in muris ad ornatum vrbis, hæc omnia destruxit inimicus, quæ dicuntur a muniendo quia muniunt vrbem, & decorant. Hoc deplorabat Isaias caput 63. *Afflixerunt spiritum sanctum eius, & conuersus est eis in inimicum, ipse debellauit eos*. Idest, Spiritus sanctus, cuius munus est consolari, ipse bellum gesit cõtra eos & hæc verba sæpe repetit vates, dolens de tam miserãda clade. Sicuti cúm alicuius latus dolet semper manum habet in illa corporis parte, quæ dolet; mœnia in muris sũt ad decorẽ 70. Isaiæ. 63.

munitiones

munitiones ad tutelam. Deiecit ergo Deus fortia, & pulchra ædificia.

Repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.

IDest, tam viros, quam fœminas humiliauit, miserijsq; repleuit: quia biberunt de calice iræ Domini vsq; ad fundum; vtrunq; sexum multiplici confusione despicabilem reddidit, plena fuit ciuitas humiliatis, & deiectis. In Hebræo est, luctum, & luctum, & sic legit Sanctes Pagninus: idest, mærorem, & dolorem. Chaldeus vertit: luctum, & lamentum, quia afflicti plãgunt, & in planctu solent se lamentari. 70. Interpretes legunt: humiliatam, & humiliatam: idest, valde humiliatas, vel plures humiliatas, & afflictas, vniuersa ciuitas Hierusalé erat plena luctu. Sic Amos. 8. *Ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diẽ amarum.* Vallabunt hostes Hierusalem, cuius finis erit amarior felle. Et Amos. 5. loquitur de obsidione facta per Salmanasar, & Asirios. 4. Reg. 7. & dicit. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt dicetur, væ, væ, & vocabũt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere, & in omnibus vineis erit planctus, quia pertransibo in medio eorum dicit Dominus.* Suple illos percutiens. Erat mos antiquus apud Hebræos plangendi, & habebant in suis planctibus cantores, qui lugubria carmina tristi concentu canebant, & mouebant alios ad plangendum. Vt constat. 2. Paralip. 35. & Matth. 9. cum Christus Dominus. *Eiecit tibicines.* De domo Archisinagogi: dicit nunc Propheta, in vineis, & vijs, in agro, & vrbe, & in plateis, & suburbijs, erit magnus fletus, & non audietur alia vox, quàm flentium, sicut cum pertransiui in Ægypto, eorum primogenita iugulans nil aliud audiebatur, quàm lamentantium voces.

Secundus sensus, humiliatum, & humiliatam. Idest, afflictum, & afflictã: humiliare enim, pro affligere sumitur. Nam, qui ab alio humiliatur afflictione repletur. Sic Iudicum. 4. *Humiliauit*

Marginalia: *Pagninus.* *Chaldeus.* 70. *Amos.* 8. *Amos.* 5. 2. *Paral.* 35. *Matth.* 9. *Iudicum.* 4.

Humiliauit Deus in illa die Iabim. Ideſt,af lixit: & Geneſ. 29. *Vidit Dominus humilitatem meam.* Ideſt,af lictionem: & Pſal. 34. *Humiliabam in ieiunio animam meam.* Sanctes Pagninus legit,af ligebam,inedia enim af ligitur venter. Et Pſal. 118. *Bonum mihi quia humiliaſti me.* In Hebræo eſt quia af lictus ſum. Simachus legit, profuit mihi, quia af lictus ſum. Et Pſal. 104. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.* Hoc eſt vinculis af lixerunt Ægyptij Ioſephum. Et Iudith. 4. *Humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs.* Hoc eſt af lixerunt. Et Pſal. 118. *Prius quam humiliarer ego deliqui.* Hoc eſt, ante quam â te af ligerer, ego peccaueram contra te.

Geneſ. 29. *Pſal. 34. & 118.* *Pagninus.* *Simachus.* *Pſalm. 104.* *Iudith. 4.* *Pſalm. 118.*

Vau. ☞ *Diſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum, obliuioni traddidit in Sion feſtiuitatem, & ſabathum, & in opprobrium, et indignationem furoris ſui, Regem, et ſacerdotem.*

PRimus ſenſus: deſtruxit Dominus templum, quod oculos videntium delectabat, ſicut hortus amenus, vt ſolent milites hortos vrbium, quas depopulantur vaſtare. Secundus ſenſus: ea facilitate, qua ſolent milites ſepes, & macerias hortorum diruere, deſtructum fuit templum, & ciuitas ſolo adæquata, vel templũ illud quod erat pulcherrimum, vt hortus, & paradiſus deliciarum deſtruxit. Et ſic in Hebræo eſt, tanquam paradiſus. Et ita ſuſpenſi, & attoniti Apoſtoli Chriſti, ſtructuram templi videntes dixerunt Chriſto Domino. Marci. 13. magiſter aſpice, quales lapides, & ſtructuræ. Imo ipſa arca, quæ erat in templo vocatur. Pſal. 26. voluptas Dei, vt videam voluntatem Domini, & viſitem templum eius. 70. Interpretes legunt, vt videam voluptatem Domini; aut delectationem. Et D. Auguſtinus legit: ſimiliter, delectationem Domini: quia ſuo templo, & arca delectabatur. D. Hieronymus legit: pulchritudinem ſimiliter

Marci. 13. *Pſalm. 26.* *70.* *D. Auguſt. & D. Hieronym.*

Pagninus. *Prouerb.14.* Similiter Sanctes Pagninus. Prouerb. 8. *Ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filijs hominum.* Idest, secura Deus delectabatur considerans creaturas, in obsequium hominis productas, creabat mare, fluuios, fontes, terram, arbores, animalia, aues aeris, pisces maris, sed maximè Dei delitiæ erant ipse homo, propter quem has creaturas ex nihilo cōdidit. Vidēs etiam quòd cum hominibus factus homo, erat conuersaturus, & inter eos habiturus erat domum, & templum, sicuti eorum comes. *Deus cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem.* *Isaiæ.31.* Isaiæ. 31. Idest (que tiene casa y hogar en Hierusalen.) Hoc illius erat hortus: hunc ergo demolitus est.

Quartus sensus. In Hebræo est, transtulit veluti in horto *Pagninus.* tentorium suum. Sic legit Pagninus, alij legunt transtulit veluti tugurium hortum suum. Idest, transtulit Hierusalem *Vatablus.* in Babylonicum exilium. Et hic est sensus Vatabli, ac si es- *70.* set vineæ vmbraculum. 70. Interpretes legunt. Fecit auolare quasi vitem tabernaculum suum dixerat capite præcedenti vindemiatam esse Hierusalem sicut vineam. *Vindemia eos sicut vindemiasti me.* Modo dicit, quòd non solū vindemiauit sed vineæ vites euulsit, & ea facilitate qua eradicatæ vites proiiciuntur, ipsa Hierusalem euulsa est, & eiecta de natali solo in Babylonemq; translata. Hoc prædixe- *Isaiæ.1.* rat Isaias cap. 1. *Derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculū in vinea.* Idest, sicut in vinea postquā collecti sunt racemi vuarum, hominis custodia tollitur: sic à populo isto, quia fructu boni operis caruit, custodia diuina fuit ablata, & sic ab inimicis vastatus.

Quintus sensus, dissipauit, quasi hortum tentorium suum. Idest, non pluris fecit templum suum, quàm vilem olerum hortum, quod antea in amenitate, & pulchritudinem simile horto fuit. Quasi diceret, sicut hortus floribus, & arboribus eradicatis mirto, & citro, & malogranatis, piro & cypreso, amigdalo, populo, & violis, & rosis, atq; cæteris arboribus frugiferis, & frondosis remanet horridus incultus, & deformis.

deformis. Sic Hierusalem vastata relicta est sola obominabilis, & omni decore destituta. Chaldeus paraphrastes legit, eradicauit vt hortum: plus est eradicare, quam dissipare. *Chaldeus.*

Ex hoc textu nota. Quòd vocatur templum à vate tentorium ob celerẽ depositionem: tam facili negotio fuit vastatum templum sicut tentorium in bello, quod facilime complicatur: vel vocatur tẽtorium templum, eo quod dispositum esset intra per sancta sanctorum ad modum tẽtorij. Item, tentorium, nomen est militare, tẽtorijs enim vtuntur milites in bello, vt nocte quiescant, & mouetur ad trãsitum militum, & hinc est quod ministrantes in tẽplo militare militiam dicuntur; vnde Numer. 8. *A viginti annis, & supra ingredientur vt ministrent in tabernaculo fœderis.* Sanctes Pagninus legit, ad militandum militiam in opere tabernaculi. Et infra dicit. *Et sic dispones leuitis in custodijs suis.* Custodia autem etiam est nomen militare. Faciunt enim excubias milites in noctibus, & vocabantur militare in templo, qui ministrabãt: propter multitudinem ordinatam ministrorum: nam quemadmodum in exercitu nõ omnes, sed perfectæ ætatis admitũtur, quos oportet ordinatissimè incedere: ita oportebat multos propter multa, & varia ministeria esse: & oportebat esse ordinatos, ne esset confusio potius, quàm ordinata seruitus: ministrabant autem in custodiendis vasis, & claudendis portis, & in arcendo à locis sacratis populum. Et etiam ex hoc colligitur, qui ad Dei seruitutem accedũt oportere esse milites, & plusquam milites imo, & martyres. Et sicut militibus stipendium datur, sic sacerdotibus suæ oblationes præstabantur. Malach. 1. *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* *Numer. 8.* *Pagninus.* *Malach. 1.*

Vltimo notãdũ est. Vocari tabernaculũ, & tentoriũ templum, à vate. Vt denotaret tẽpli illius, & sacerdotij veteris mutabilitatẽ, & veteris legis abolitionẽ, quæ erat in legem nouã trãsferẽda: ideo ad Hebr. 7. ait Paulus. *Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat.* Et cap. 12. vocat Apostolus mobilia, quæ transferuntur. *Quod autem adhuc semel* *Ad Hebræ. 7. & 12.*

O *declarat*

declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia. Et ad radicem montis fregit Moyses
Exod. 32. tabulas legis. Exod. 32. Hoc significabat legem veterem abolendam,& finiendam ad radicem montis:idest,ad præsentiam Christi Domini, qui est ille lapis, qui creuit in
Daniel. 2. montem magnum. Daniel. 2. Deuterono. 27. *Cumq; tran-*
Deuter. 27. *sieris Iordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi eriges ingentes lapides, & calce leuigabis, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius.* Quod supra calcem scribitur,non est diuturnum,facile aboletur, calx atramentum consumit,& pluuia,scripta obliterantur:insuper calx cum lapidibus non aglutinatur, sed cito defluit:ita illa lex super calcem scripta in breui temporis spatio finem habuit.Vnde
Hierem. 3. Hierem. 3. *In diebus illis non dicent vltra arca Domini, neq; ascendet super cor,neq; recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra.* Et propterea Deus dabat oracula super arcam inter
3, Reg. 8. alas Cherubim,vt habetur 3.Reg.8. *Intulerunt arcam Domini in locum suum in oraculũ templi, in sanctum sanctorum subter alas Cherubim,siquidem Cherubim expandebãt alas super locum arcæ,& protegebant arcam, & vectes eius.* Significans per hoc,iam ad migrandũ ex illo loco esse in procinctu, & ad volãdũ velocius,quã Cherubim alis suis:nõ quiescebat in illo tẽplo.Vbi
Matth. 28. quiescit est in Ecclesia,vt dixit Matth.28. *Ecce ego vobiscum*
Et 23. *sum vsq; ad cõsũmationẽ sæculi.* At vero de illo tẽplo dixit.Matthæ.23. *Derelinquetur vobis domus vestra deserta.* Et ideo lex illa vetus in Sinai data fuit tonitruis,& fulguribus cũ turbine
Exod. 19. Exod.19.quia tẽpestas cito trãsit.Præsagiũ fuit,quòd illa lex
Ioan. 2. cesare debebat post aliquot tẽpora.Et sic Ioan.2. *Eiecit Dominus ementes, & vendentes boues, & oues de templo.* Quasi diceret,se venire ad tollendam illam legem,cuius præcipuæ ceremoniæ consistebant in victimis agnorum, & vitulorum, & quod iam non opus erat illis sacrificijs, siquidem aderat verus agnus in cruce immolandus. Cuius sanguine
Eclesiast. 33 nostra erant abluenda crimina.Et Eclesiasti.33.dicitur.*Immutauit tempora, & dies festos ipsorum,& in illis,dies festos celebrauerunt*

brauerunt ad horam. Scilicet incipiendo ab hora vespertina. Ideſt,ad certum tepus celeriter,& in breui tranſactu.Quod fuit tempus durationis legis veteris, in quo Iudæi celebrauere ſuæ legis feſta, & hoc ipſi neſcientes declarauere cum Chriſto Domino in cruce pendenti vinum felle mixtum propinauere.Matth.27. & D.Ioan.cap.19.*Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit conſumatum eſt.* Fel vltimum eſt animalis,quaſi dicerent Iudæi:ad fæces noſtrorum ſacrificiorum deuentum eſt, iam ceſſauere. Acetum etiam vltimum eſt quod fit ex vite quia ex vino corrupto fit acetum,ſic vinea illa à Domino plantata in amaritudinem conuerſa, ad extremum tempus ſuæ plantationis peruenerat iam radicitus euellenda. Et ſic ſtatim dixit Chriſtus Dominus. *Conſumatum eſt.*Si obiiciatur vocari aliqua præcepta veteris legis,legitimum ſempiternum, vt Exod.28. & 31. & Leuit. 16. & 17.& 18.& Numer.10. reſpõdetur,quòd ſempiternum ſumitur pro ſpatio diuturno,vt conſtat Ecleſiaſt.7. *Memorare nouiſſima tua,et in æternũ non peccabis.*Ideſt,in tota vita tua. Et Exod.21. *Et perforabis aurem eius, & erit ſeruus in ſæculum.* Ideſt,per totã vitã, & ſic in omnibus locis vbi nos legimus legitimũ ſempiternũ erit,in Hebræo eſt(olam)quæ vox pro alicuius rei ſæculo,& duratione ſumitur, vt eruditè probat Petrus Galatin. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 5. vnde ad Hebræos.8.ait Apoſtolus. *Dicendo autem nouum,veterauit prius,quod autem antiquatur,& ſeneſcit prope interitum eſt;*ideſt, vetus teſtamentum, quod ſenuit ad interitum perductum eſt, & cap.9. *Habuit quidem,& prius iuſtificationes culturæ,& ſanctum ſæculare.* Iacobus Faber lib. 14. commentariorum in Paulum adnotat: rectè dixit Paulus loquens de veteri teſtamento,habuit, quia deſijt, & interiit ceremoniarum cultus,& venerationis modus.

Matth. 27. & Ioan.19.

Exod.28.& 31.

Leuit.16.& 17.& 18.

Numer. 10.

Ecleſiaſti.7.

Petrus Galat. lib. 11. cap. 5.

Ad Hebræ. 8. & 6.

Iacobus Faber.

☞ *Demolitus eſt tabernaculum ſuum.*

Pagninus legit,deſtruxit cõgregationẽ ſuam: ideſt,templum in quo congregabantur Iudæi. 70. legunt feſtiuitatem,

Pagninus. 70.

tatem, nam diebus festiuis,congregabantur, in templo, &
Isaiæ. 1. ipsas festiuitates respuit iuxta illud. Isaiæ 1. *Festiuitates vestras odiuit anima mea.* Vel destruxit.Templum hoc, signifi-
Psal. 75. cat tabernaculũ ita Psal. 75. *Factus est in pace locus eius.* Pagninus legit,& fuit in Salem tabernaculum eius.

☞ *Obliuioni tradidit Deus in Sion festiuitatem, & Sabbathum.*

IDest, nullus in Sion celebrabat dies festos, aut illorum
70. recordabatur. 70.legunt:corrupit festiuitatem suã, & in oprobrium furoris sui Regem, & Sacerdotẽ, suple dedit cũ deberet reges,& sacerdotes plus cæteris honorari. Vnde Iob
Iob. 12. 12. *Qui ducit sacerdotes inglorios.* Idest, absq; honore, & nota quantũ debeãt Sacerdotes honorari,siquidẽ enumerat eos vates nõ cũ plebe,sed cũRegibus cũ in dignitate superẽtRe
Hierem. 24 ges,sed heu quantũ hodie despiciũtur! Hier. 24. *Dabo eos in vexationem,& afflictionem,omnibus regibus terræ,in oprobriũ,& in parabolam, & in maledictionem.* Idest,infœlices homines Iudæis compara miseris,& erunt in fabulam, in omnium ore versabitur eorum ruina, & cum alicui malum imprecari voluerint dicent, vobis contingat sicut Sedechiæ Regi, &
Chaldeus. suis. Chaldæus legit:obliuioni dedit gaudiũ diei boni,idest,
1. Reg. 25 festiui,vt.1.Reg.25.*Die enim bona venimus*;idest,festiua,qua tõdebat oues Nabal. Sabbathũ in scriptura, sumitur pro requie,quia in Sabbatho Iudæi vacabant à labore. Ita ad He-
Ad Heb. 4. bræos 4. *Relinquitur Sabbathismus populo Dei.* Idest, vera requies,quæ est æterna iustis dabitur,quia veram requiẽ non præstitit Iosue. Secundo Sabbathum sumitur pro solemni-
Isaiæ 66. tate,& festiuitate, vt Isa. 66. *Erit mensis ex mense,Sabbathum ex Sabbatho.* Idest,in beatitudine erit perpetua solemnitas. Mensis pro solemnitate sumitur nam primus dies mensis valde festiuus erat apud Iudæos, quia erant Calendæ. Vnde 1. Regum 20. *Ecce Calendæ sunt crastino die.* In Hebræo
1. Reg. 20. est. Ecce mensis est cras. Idest, dies solemnis, & 4. Reg. 4.
4. Reg. 4. *Hodie nõ sunt Calẽdæ.* In Hebræo est,hodie nõ est mẽsis,idest

non

non incipit hodie mensis. Secundus sensus huius loci Isaiæ est. Futurum est in Ecclesia, vt de mense in mensem, de Sabbatho in Sabbathum. Idest, singulis mensibus, & singulis diebus Dominicis nõ solum ter in anno, vt Iudæi, sed frequenter venient Christiani ad templa, ad celebrandos festiuos dies, & est phrasis Hispana (de Sabado en Sabado: idest, cada Sabado.)

Sabbathũ etiã sumitur pro tota hebdomada, vel pro singulis hebdomadæ diebus. 1. ad Corint. vltim. *Vult Apostolus vt collectæ fiant vna Sabbathi.* Idest, prima die hebdomadæ. Et Lucæ cap. 18. *Ieiuno bis in Sabbatho.* Idest, in hebdomada. Et Matthæi vltimo, & Lucæ vltimo, & Ioannis penultimo, vbi nos habemus. *Prima Sabbathi.* Græce est Sabbathorum, quomodo nos habemus in Marco cap. 16. & valde mane vna Sabbathorum. Et Lucæ. 23. *Et dies erat parasceue, & Sabbathum illucescebat.* A vespere incipiebat festum, iuxta illud Matthæi. 28. *Vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi.* Vespere Sabbathi non poterat lucescere prima dies Sabbathi, nisi quia incipiebat Sabbathum à Solis occasu, vsq; ad occasum Solis sequentis diei. Vel quia post mediam noctem cum iam diluculum primæ diei lucesceret venerunt mulieres ad monumentum, quòd D. Marcus expressit. *Valde mane.* Dicit igitur D. Lucas. *Et dies erat parasceue.* Idest, dies veneris: parasceue enim præparationem significat. Tunc enim parabantur, quæ necessaria erãt ad esum agni Paschalis, & Sabbathum illuscebat quia à Solis occasu incipiebat festum sicuti cũ incipit dies, mane, dicimus illuscere: sic quia festũ incipiebat à Solis occasu diei veneris dicitur illuscere diem festum: vel illucescebat propter lampades, quas ante noctem accẽdebant Iudæi ad celebrandum Sabbathum, non enim opus aliquod in Sabbatho faciebant. Caietanus ait morẽ Moysi secutus, Lucas à termino noctis describit noctem incoantem Sabbathum. Splendecebat, & oriebatur Sabbathum exponit Euthimius.

Ex hoc intelligetur locus valde difficilis Lucæ. 6. Qui multum

1. ad Corint. vltimo.
Lucæ. 18.
Ioan. 20.
Lucæ. 23.
Math. 28.
Caietanus.
Euthimius.
Locus difficilis exponitur Lucæ. 6.

multum torsit viros doctos. *Et factum est in Sabbatho secundo primo, cœperunt discipuli euellere spicas.* D. Hieronym. epist. 2. ad Nepotianum de vita clericorū tomo 1. refert quod eius discipulus Gregorius Nazianzenus ab eo interrogauit huius loci declarationem. Et iocum potius, quàm serium responsum tulit dicens. De hoc docebo te postea coram populo, vbi cūctis aplaudētibus velis nolis, mihi cogaris asentiri, & sciscitātem artificiosa elusit stropha: etiam hic locus torsit Petrum Comestorem in historia Euangelicā cap. 68.

D. Hierony. epist. 2.

Petrus Comestor.

D. Ambrosius in Lucam excogitauit, quoddam Sabbathum spirituale, & Euangelicum frugalitatis, & temperantiæ, quod post legale Sabbathum fuit secūdum post Christi aduentū celebratū. Fandem expositionem assignat Beda. Secundo primum, id est, secundo prælatum, & dignius illo Sabbatho legali, quia incipiebat nouum in quo feriandum est à vitijs. Sed hæc spiritualis huius loci intelligētia, quàm longe à germano literæ contextu, discedat apertum est.

D. Ambros. in Lucam.

Beda.

Secundum interpratamentum est. D. Epiphanij lib. 2. aduersus hæreses tomo 1. hæresi. 51. quæ est hæresis demētiū, & brutorum, non recipientium Ioannis Euangelium, & Apocalipsim, & lib. 1. contra hæreses, hæresi. 30. tomo. 2. contra Ebioneos. Et Felix Pratensis vir non aspernandæ eruditionis, qui iusto volumine prosecutus est D. Epiphanij interpratationem. Quorum vterq; sensere Sabbathum secundo primum à D. Luca appellari, vnum ex tribus Phasæ celebritatibus, quæ mense nouarum frugum celebrabatur. verba Epiphanij hoc secundo loco citato, sunt. Cū varia apud Iudæos fuerint Sabbatha, aliud quod secundū numerum septenarium dierum, voluitur natura Sabbathum. Aliud vero propter subiacentes Nouilunio secundum Lunam consequentes festiuitates; velut dies furorum tentoriorum, & dies Paschatis, cum agnum mactabant, & azima comedunt, insuper vnum ieiunium ieiunāt in anno, quod dicitur magnum, & aliud quod appellant paruum; quando enim

Epiph. lib. 2. hæresi. 51.

Felix Pratensis.

enim incidunt hi dies, aut in secunda Sabbathorum, aut in tertia, aut in quarta, Sabbathum etiam ipsum, ipsis decernitur, quapropter post factam azimorum diem, & definitam Sabbathi die: in Sabbatho ex natura, quod post azimorum diem in Sabbathum computatum fuit, inuenti sunt transeuntes per sata, & euellebant spicas, quod erat cōmune, vniuscuiusq; septimanæ Sabbathum quod successit alteri Sabbatho azimorum primo Penthecostes. Ita etiam exponit quidā Isidorus Abbas, qui citatur à Dionisio Cartusiano super Euangelia: & videtur approbare secūdum Sabbathum, quia Iudæi tria celebrabant Paschata, & hoc erat secūdum Pascha, primum erat Pascha azimorum: cum enim Iudæi inmolarent Pascha insero, sequenti die festum azimorum celebrabant: & quod hoc secundum Pascha esset: probat, quia discipuli vellebant spicas, illo enim tempore spicæ iam flectuntur, à fructu videlicet, illis locis. Sed non poterat esse in festo agni Paschalis: cum iuxta diuum Ioannem cap. 9. Christus Dominus passus sit tunc dicit. *Quod frigus erat, & calefaciebat se. D. Petrus ad prunas.* Non poterant tunc maturari messes, nisi cum caloris tempus est: & cum D. Marcus, & Matthæus, qui huius festi Apostolici meminere, dicant Sabbatho accidisse, & Marcus in Sabbathis; nō videtur consentaneum: id in festo tam celebri contigisse, in quo discipuli cū magistro legis obseruatores pares credamus in festo celebrādo occupatos fuisse; adeò vt minus liceret per sata spatiari: aliam expositionem tradit Eusebius Emisenus sermone in Dominica 5. post Penthecostem ad finem, vbi ponit tria prima, & maxima Sabbatha in anno. Primum, & principale in mense Martij, nempe Pascha agni. Secundum quando spicarum manipulos offerebant Iudæi. Tertium autem mense septimo, hoc est septembris colebatur. Secundo igitur primum. Idest, principale, & maximum Sabbathum erat, quando spicarum manipuli offerebantur, &c. Et hæc sit tertia expositio, quæ est etiam Dionisij Cartusiani: eandem expositionem amplectitur.

Isidorus. Dionis. Cartusianus.

Eusebius Emisenus.

Dionis. Cartusianus.

Pater Maldonado. *Ioannis.19.* *Leuit.23* *Numer.28*

pater Petrus Maldonado non aspernandæ eruditionis, Societatis Iesu, super Euangelia in cap. 12. D. Matth. vbi dicit tria fuisse festa apud Iudæos in ter alia, quæ erant magnæ solemnitatis: festũ agni Paschalis de quo Exod.12 quod Ioã.19.vocatur magnum, *Erat enim magnus dies ille Sabbathi.* Secundum erat festum primitiuorum, seu nouarum fru. gum, dequo Numeror. 28. & Leuitic. 23. tunc offerebant Iudæi manipulum, & erat festum Penthecostes, expletis septem hebdomadibus, & vocabatur dies hæc sancta & venerabilis Numeror, 28. Aliud erat festum tabernaculorum, quod mense Septembris celebrabatur. Hic vero loquitur Euangelista de festo nouarum frugum, quia post festũ agni Paschalis, erat secundum dignitate & loco, cum expletis quinquaginta diebus celebrabatur secundum Lyranum & Caietan. iuxta illud Eclef. 33. *Immutauit tẽpora, & dies festos, ex ipsis exaltauit, & magnificauit*, Id est, diẽ Paschalis agni, & Pẽthecostes qui erãt celeberrimi, exaltaui supra alios dies

Lyra. *Caietanus.* *Eclesiaſ.33.*

4. expositio. *D. Chrisost.* *Theophilat.* *Euthimi.* *Lucæ, 6.* *Isid. Clarius*

4. Expositio est D. Chrisost. in Homilijs super Lucam, & eius asseclæ Theophilati, & his posterior Euthimius, & Isidorus Clarius Neotericus idem sentiunt: dicunt enim Sabbathum primum esse vulgare, qualibet septimana occurrens, & Sabbathum secundum post primum, esse diem festiuũ qui intercedebat, proximũ primo Sabbatho; quãdo enim altera, alteri solẽnitati cõtinuabatur, sequens festũ vocabatur Sabbathũ secũdo primũ. Tullius Crispoldus colligit hũc diẽ fuisse decima sexta die Lunæ, & Leuit.23. is dies vocatur alterũ Sabbathũ. Sed patitur hæc expositio calũniã; nã ex traditione Hebræorũ obseruata à tẽporibus Esdræ, patrũ decreto cõstitutũ erat in plebis leuamẽ, ne festũ, festo proxime succederet, sed dies aliquis prophanus interponeretur quia nõ parabãt Iudæi cibos in Sabbathis. Ioãnes Hoffmeister, in cap.6. Lucæ, Hãc Theophilati recẽsit opinionẽ, & aliã, quã signauimus, quòd sit dies octauus, & tandem concludit, sed de his non est necese contendere, satis est, fuisse diem sacrum, in quo nephas erat aliquid operari.

Tullius Crispoldus. *Ioann. Hoffmeister.*

Et

Et vt refert Dionisius Cartusianus, Theophilus sic exponit cum Iudæi omnem festiuitatem Sabbathum nuncupabant, multoties contigebat in parasceue, hoc est feria 6. festiuitas, & vocabatur parasceue, Sabbathum propter festum: deinde, principale Sabbathum immediatè sequens, dicebant secundo primum, quasi secundum à primo præcedentis festiuitatis, quasi principale respectu illius, quæ expositio ferè eadem est cum præcedenti. *Cartusianus*

5. Expositio 5. Expositio est. D. Bonauenturæ super caput 6. Luc. & Petri Comestoris in historia scholastica, vt Sabbathũ secundo primũ, sit sequens inmediatè post Sabbathum præcedes, in quo curauerat dæmoniacum, vt narratur Lucæ 4. *D. Bonauẽt* *Petrus comistor.*

6. Expositio 6. Expositio est recentiorum, qui Hebræorum ritus, & obseruationes diligentissimè peruestigarunt, dicentium: esse duo Sabbathorum genera, alterum, quod primũ vocāt: alterum, quod secundo primum appellatur, idest septimus vel octauus dies, Hispanè dicitur (El dia de la octaua) qui eadem obseruatione sacra celebratur, sicut dies festi. Hæc sententia est Vatabli dicentis, Græcè est vna dictio, & est dies septima à Paschate, quæ erat tam celebris, sicut dies paschæ, eccepto esu agni. Est etiam sententia hæc Caietani dicẽtis, quod õnes dies octauæ vocabātur Sabbatha, et hoc declarāt D. Matth. cap. 12. & D. Marc. cap. 2. dicẽtes. *Factũ est in Sabbatis.* Et Sabbathũ secũdũ à Sabbatho primo est octaua; idẽ tenet Ioan. Soarez Agustiniẽsis super Lucã; quod autem dies octauæ esset celeberrimus constat Leuit. 23 vbi dicitur. *Quinto ergo decimo die mensis, quando congregaueritis omnes fructus terræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus, die primo, & die octauo erit Sabbathum.* Idest, requies, & 2. Parali. 7. dicitur de Salomone. *Die octauo fecit collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solemnitatem celebrasset.* Et ita omnes dies decurrentes à primo die festiuitatis, vsq; ad octauum dicebantur Sabbathum. Ita Matthæi 28. *Prima Sabbathi.* Est ergo sensus. *Sabbatho secundo primum.* Idest, die secundo, à primo die Sabbathi dis- *Vatablus* *Caietanus.* *Ioan. Soarez* *Leuit. 23.* *2. Paral. 7.* *Matth. 28.*

O 5 tans,

tans,& in isto die licebat parare,quæ edenda erant,& ideo euellebãt spicas discipuli.Hic author in hoc differt ab alijs, nam tenet quòd erat primus dies octauæ, & non vltimus.
Ioan.Ganei. Sed Ioan.Ganei.in Lucæ.6.cap. tenet esse octauũ diẽ solẽnitatis,& sic Lucæ.6.in Græco est, factum est in Sabbatho secundo à primo;dies enim Paschæ vocabatur ab Hebræis magnum Sabbathum,vt diximus supra, & durabat hæc solemnitas à Sabbatho illo Paschatis, vsq; ad aliud Sabbathũ,
Exod. 12. quod dicitur secundo primum.Et ita Exod.12.dicitur. *Dies prima erit sancta, atq; solemnis,& dies septima eadem solemnitate venerabilis.* Incidebatq; hæc festiuitas inmense nouorum. In hac ergo die octauæ, discipuli spicas pennè maturas manibus fricabant: & hæc solemnitas erat 13.dies Apri-
Ioã. Arbor. lis, dies vero octauæ vigesimus; idem tenent Ioannes
Ioan.Rube⁹. Arboreus super Lucam, cum Ioanne Hoffmeister, & Ioãnes Rubeus in anotationibus super nouum testamentum, vbi dicit esse diem octauum, vel concludentem solemnitatem, quæ pluribus diebus agebatur,vt erat septimus dies azimorum,& octauus scenopegiæ:id est,festi tabernaculorum:sed in hac die iam non sunt segetes in agris cum sit in mense Septembris, & ita certum est,id contigisse septima
Hieronym. à Rua. die azimorum;& quod esset dies octauus solemnitatis, tenet Hieronymus à Rua in suis quæstionibus quotlibeticis
Hilaryõ Genuensis. quest.1.& idem tenet Hilaryon Genuensis monachus Benedictinus super Euangelia. Sed expositio hæc licet erudita,& elaborata, minus consona videtur, si occulate inspiciatur D. Marcus, simulq; Pharisæorum obiectio, nam D. Marcus aserit hoc in Sabbathis contigisse,& Pharisæi obiiciunt Apostolis coram Christo, hoc in Sabbathis fecisse, ex quo constat, Apostolos hoc pluribus Sabbathis factitasse.

7. expositio D. Chrysost. homil.40. in Matthæ. Septima expositio est D.Chrisost.hom.40. in Matthæũ, & Claudij Guilliandij super cap.12.Matthæ:vt Sabbathum secundo primum sit idem,quòd bis primum,semel atq;iterum primum,propter duplicem solemnitatem concurrenem,

tem,quia Sabbathum ex se solemne erat,& etiam Neomeniæ festum, quod erat festum Nouilunij, quod celebrabat Hebræi propter gubernationis diuinæ beneficium: sicut dicimus bis pulchrum,idest,pulcherrimum; sic secundo primũ,idest,bis primum,& celeberrimum. Ita etiam exponit Cornelius Iansenius in concordia Euangelica. Secundo primum dictum,quòd quies,& ocium duplex erat, tã Sabbathi propriè dicti,quàm solemnitatis alicuius incidẽtis, vt Sabbathum secundo primum tale fuerit,quale illud de quo Ioan.19. *Erat enim magnus dies ille Sabbathi.* Et propterea dictum est in Marco;&Matthæo,Dominum trãsiisse in Sabbathis per sata,quia dies illa bis esset Sabbathũ,nisi velimus potius Hebraico schemate intelligere, pluralem numerum pro singulari positum, vt in Sabbathis dicatur, pro in aliquo Sabbathorum,& ita huic Sabbatho incidit,vel festum Nouilunij, aut Penthecostes.Idem tenent Ioannes Mahusius in epitome annotationũ Erasmi super Euangelia,& Isidorus Clarius Episcopus Fulginatensis oratione.22. in Lucam:hic dicit,quod erat dies 16. Lunæ, cũ offerebatur manipulus Leuit. 23. Erasmus in Paraphrasi super Lucam dicit,itaq; in Sabbatho quodam,quod Iudæi vocant secundo primum,propterea quòd incidens inter duo Sabbatha. videatur geminam habere religionem, quod & finis sit Sabbathi præcedẽtis,& initiũ sequẽtis,in vespere ad finẽ Sabbathi,cũ incipiebat aliud Sabbathum. Eandem expositionem asignat Mathias Bredembachius super cap.12.Matthæi.

Cornel. Iansenius. *Ioan.19.* *Ioan. Mahusius.* *Isidorus Clarius orat.22 in Lucam.* *Erasmus.* *Mathias Bredembachius.*

Sed est octaua expositio quæ videtur germanior,vt idem sit Sabbatho secundo primum, quòd vnum, & alterũ Sabbathum,nam Hebræi Cardinalibus numeris,& ordinalibus promiscuè vtuntur, numerus ordinalis est, primus, secundus,tertius.sed numerus numeralis, seu Cardinalis est vn᷒, duo,& tres,& tria:vnde *Vna Sabbathorum.* Idest,prima sicut Genes.1. *Factum est vespere,& mane dies vnus.* Idest, primus. Et Ezechiel. 29. *In decimo anno, decimo mense, vna die mensis, factum est ad me verbum Domini.*Idest,prima,nam eodem capite

Ioan. 20. *Genes. 1.* *Ezech. 29.*

pite refert aliam visionem, & dicit. *Decimaquinta die*. Non dicit vna, quia non erat prima. Et ita hoc exponẽs D. Marcus cap. 2. dixit. *Factum est in Sabbathis*. Clare dixit, quod aliquamtulum obscurè. D. Lucas narrauerat: & hoc obiecerunt discipulis Pharisæi Sabbathis factitasse, quod illorum Pharisaicæ superstitioni videbatur aduersum, atq; animaduersione dignum. Sensus ergo est, *Factum est in Sabbatho secundo primo*. Idest, in vno, & altero Sabbatho, hoc est, pluribus Sabbathis. Et cum iuxta D. Irineum lib. 4. cap. 20. non esset prohibitum Iudæis, in Sabbathis euellere spicas, sed solum metere; carpebant Pharisæi discipulos, vel quia sæpe faciebant, vt dicit D. Marcus, vel quia valdè auari erant, & sic egrè ferebant, quod ex eorum satis, spicæ colligerentur: & hac de causa illis præcepit Dominus. Deuter. 25. *Non alligabis os boui trituranti*. Alligabant enim bouis ori fiscellam, ne spicas in area comederet.

Marci. 2. *Irineus. lib. 4. cap. 20.* *Deuter. 24.*

Zaim. ☞ *Repulit Dominus altare suum maledixit sanctificationi suæ, traddidit in manu inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in Sion, sicut in die solemni.*

SEnsus est implacabilem se ostendit, quoniam altare in quo victimis oblati placari solebat reiecit. Chaldeus legit. Pedibus conculcauit altare, qui est hominis valdè irati gestus. *Maledixit sanctificationi suæ*. Idest, sacrificijs, quibus solebat sanctificare offerentes, ita exponit Hugo de Sancto Victore. Vnde Eclesiasti. 7. *Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino*. Secundus sensus. *Maledixit sanctificationi suæ*. Idest, templo suo malefecit, vastãdo illud per manus Chaldeorum proiecit ex corde. Sanctificatio pro templo vsurpatur, vt 1. Machabæor. 1. *Ingressus est Antiochus in sanctificationem cum superbia magna*. Idest, tẽplum: & cap. 4. *Viderunt sanctificationem desertam*, Et Isaiæ. 63. *Hostes nostri conculcauerunt sanctificationẽ tuã*. Et Ezechiel. 37.

Chaldea paraphra. *Hugo.* *Ecclesiasti. 7* *1. Macha. 1. & 4.* *Isaiæ. 63.* *Ezechiel. 37*

Dabo

Dabo sanctificacionem meam in medio eorum in perpetuum. Id-
est, templum, & non mirum quòd templum vocetur san
ctificatio, siquidem tota illa terra Palestinæ vocabatur san
cta Sapient. 12. *Illos enim antiquos habitatores terræ sanctæ tuæ,* Sapient. 12
quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant. Et appel-
lata fuit terra illa sancta, quoniam in ea, mirabile illud sa-
crificium cruentum pasionis Christi Domini, in cruce fuit
oblatum. Maledictio autem templi, fuit illius incendium, 4. Reg. 25.
de quo 4. Regum, 25. & Psal. 73. *Incenderunt igne sanctuariū* Psal. 73.
tuum. Et sic explicat vates, quid fuerit maledicere; quod nō
fuit aliud, quàm tradere in manus inimicorum, & aduer-
te, quod maledicere Dei; est destruere, sicut benedicere,
est benè facere, vt Psal. 147. *Benedixit filijs tuis in te.* Idest
bene fecit, illosq; ditauit, & 2. ad Corint. 9. *Qui seminat in be* Psal. 147.
nedictionibus, de benedictionibus, & metet. Et paulo superius. 2. Ad Cor.
Præparent repromißam benedictionem. Loquebatur Apostolus
de elemosinis, quas soliti erant Corinthij pauperibus elar-
giri, & hæc benedictio est de qua ad Hebr. 7. *Absq; vlla cō-*
tradictione, quod minus est à meliore benedicitur. Et est ea, quæ Ad Heb. 7
à maiori in minores proficiscitur, quia cum benedicere, sit
benefacere, *Beatius enim est dare, quàm accipere Actor.* 20. Quo Actor. 20.
circa aposite ad istam materiam Apostolus ait, quod minus
est à meliore benedicitur, idest, dono afficitur, & propte-
rea propriū Dei est benedicere, vt intelligam9 in benedic- Genes. 1.
tione bene factū, sicut Genes. 1. *Benedixit illis, & dixit crescite*
& multiplicate. Sæpe enim cū nos benedicimus solū bona
imprecamur, & illud bonū, quod alteri optam9 nō possum9
exibere, & si possum9, & nolum9 ficta est nostra benedictio.

Sanctificatio in sacro eloquio, idem est, quod separatio,
vt Ezechiel. 11. *Ero eis in sanctificationem modicam.* Idest, sepa Ezech. 11.
rationem, solum 70. annis erunt separati à me, in Baby-
lonica captiuitate, & ita addit. *In terris, ad quas venerunt, &*
congregabo vos de populis, & dabo humū Israel. Hinc sāctificare
est idē quod separare Isai. 13. *Mādabo sanctificatis meis.* Idest, Isaiæ. 13.
militib9 strenuis, ad præliū electis. Secūdo sumitur sancti-
ficatio

Amos. 7. ficatio pro curia Regia, vt Amos. 7. *Et in Bethel non adiicies, vt propphetes, quia sanctificatio Regis est.* Ideſt, Regalis curia, vbi Rex reſidet. *Gradere in terram tuã, & ibi comede panẽ tuum.* Dixit Amaſias Prophetæ: quaſi diceret, veritas non auditur libenter à magnatibus tuis conciuibus, liberius poteris veritatem anunciare in tua patria, vel vocatur Bethel ſanctificatio Regis, quia duo vituli, Regis iuſſu ibi colebantur in ſuis phanis, quæ ſacra erant apud illum.

☞ *Vocem dederunt in Sion ſicut in die ſolemni.*

SOlebant Hebræi clamare ad Deum in ſuis ſolemnitatibus. Dicit modo vates, loco illorum clamorum auditi ſunt alij militum clamores vaſtantium tẽplum, adeo magni, ſicut illi, qui diebus feſtiuis audiebantur: ſic Pſal. 26. *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius, hoſtiã vociferationis.* ideſt, ſacrificium clangoris adhibitis hymnis, & tubarum ſonitu. Sic appellabatur victima ſolẽnis, & publica, in qua alta voce canebatur, vt habetur Numer. 10. *Si quando habueritis epulum, & dies feſtos, & calẽdas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri.* Animaduerte lector, quanta templis debeatur reuerentia, ſiquidem inter calamitates, quas enumerat vates, huius meminit, quòd ingrederentur hoſtes vociferantes, ac ſi eſſent in agris.

Pſal. 26.

Numer. 10.

Hugo. Secundus ſenſus. Hugonis de Sancto Victore, vocẽ gaudij, & letitiæ dederunt hoſtes ouantes, ſicut Iudæi letari ſolebant in die ſolemni. Loco Pſalmorum, quos ſacerdotes canebant in templo; auditæ ſunt militum letantium de victoria voces. Quod prædixerat ipſe Hieremias cap. 25. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam, rugiens, rugiet ſuper decorem ſuum, celeuſma quaſi calcantiũ concinnetur aduerſus habitatores terræ.* In Hebræo eſt (hedad) quæ vox ſignificat ſtrepitum, & ſonitum. D. Hieronym. & Pagninus, atq; Rabini vertunt celeuſma, quæ eſt vox Græca ſignificãs præcipere: & eſt vox nautarum, quando nau-

Hierem. 25.

D. Hierony.

Pagninus.

clero

clero aliquid iubente, vna voce pariter remigeri respõdent, quasi sibi inuicem iubentes; sic apud Martialẽ dicitur. Lentos tingitis celeusma remos. Et in vindemia hoc fit, vnus calcantium canit, & alij vuarum calcatores respondent simili cantilena. Vnde recte vertunt D. Hieronym. & Pagninus; in vtraq; significatione intelligitur locus. Dominus rugiet, atq; clamabit; sicut nauclerus præcipiens alijs vociferari: ita magno strepitu, & elatis vocibus milites ingrediuntur vastantes templum Deo iubente, pari voce se ad hortãtes, vt nautæ. *Martialis.* *D. Hierony.* *Pagninus.*

Secundus sensus, Deus canet cum militibus, de templi sui ruina exultans, vt solent canere vindemiatores, racemos vuarum in torculari pesundantes: ita calcabitur templum ceu torcular, & Iudæi militum pedibus terentur. Hæc vox ponitur in Hebræo. Isaiæ. 16. in messe tua celeusma cecidit. Pagninus legit, iubilus hostium: nostra vulgata habet. *Quoniam super messem tuam, & super vindemiam tuam vox calcantium irruit.* Et sic legit D. Hieronym. & Hierem. 48. *Calcator vuæ, solitum celeusma cantabit.* *Isaiæ. 16.* *Pagninus.* *D. Hierony.* *Hierem. 48.*

Tertius sensus Theodoreti, qui legit, vocem dederunt in domo Domini, ideſt, hostium vlulatus resonauit, loco armoniæ psallentium olim dabatur benedictio in templo. *Etenim benedictionem dabit legislator.* Psal. 83. Ideſt, impertietur Deus benedictionem his, quibus sacerdos benedicebat, sed quia nunc maledixit Deus sanctificationi, ideſt, tẽplo, vastatur ab hostibus. Vnde Hierem. 25. *Dereliquit, quasi Leo tabernaculum suum, facta est terra eorum in desolationem.* Ideſt, tẽplum, quod sicut Leo custodiebat, dereliquit, & tunc nullus audebat accedere; sed vbi primum ab eo dicesit, milites intrauere, illud deprædantes, & vociferantes cõtra Iudæos: & hoc dicit vates fuisse factũ *à facie iræ columbæ.* Ideſt, Dei, qui sine animi perturbatione iudicat, sed cum tranquilitate. Vel colũbam vocat Hierusalem, quæ pro amisione Dei irascitur: vel Nabuchodonosor, qui in vexillis suis columbam pro armis gestabat, quem etiam columbam appellat *Theodoret.* *Psalm. 83.* *Hierem. 25.* *Sapient. 12.*

vates

vates per antiphrasim, quia valde crudelis erat: sic exponit
D. Thomas. D.Thom. sicut Hispanè (al negro llamamos Iuan blanco)
Hierem. 11. de his inimicorum vocibus agit Hierem. cap. 11. *Oliuam pulchram, & vberem, & fructiferam vocaui nomen tuum, ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructeta eius.* Idest, ad vocem exercitus Nabuchodonosoris, & ad vocem militum vociferantium, occisi fuere ciues Hierosolimitani, qui pleni erant diuitijs, sicut oliua frondibus, & fructu.

Exod. 19. Vox, in sacris literis pro tonitruo vsurpatur: vt Exod. 19. cæperunt audiri tonitrua, in Hebræo est, voces fuerunt. Et
Psalm. 17. Psal. 17. *Et intonuit de cælo Dominus, & altißimus dedit vocem*
Psalm. 76. *suam.* Et Psal. 76. *Vocem dederūt nubes.* Idest, tonauere. Quapropter peccator, cum audis tonitrua, & vides fulgura, reminiscere, quod est vox Domini terrentis te, & ad pœnitētiam exortantis. Ille terribilis sonitus, comminatio Dei est
Psalm. 28. aduersus peccatores. Et Psalm. 28. *Vox Domini super aquas.*
Iob. 37. Idest, tonitruum. Et Iob. 37. *Tonabit voce magnitudinis suæ.* Tonitruum appellat Iob, vocem magnitudinis Dei, quia ingentem strepitum facit: in Græco est, tonabit voce superbiæ suæ. *Et non inuestigabitur cum audita fuerit vox eius.* Idest, non inuestigabitur lumen fulminis, aut fulguris, cum audita fuerit vox tonitrui, nam statim conspicietur, vbi primum aures pulsauerit tonitruum. Et idem repetit, dicens. *Tonabit in voce sua mirabiliter.* Admiranda est enim vox Dei
D. August. tonitruum, ad terrēdum peccatores. Et sic dicit D. August.
super Psalm. 148. super Psal. 148. in illis verbis. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Quare aliquando percutiunt montes fulmina, & non percutiunt latronem? Quia forte adhuc conuersionem latronis quærit, & ideo percutitur mons, qui non timet, vt mutetur homo, qui timet aliquando: & tu cum das disciplinam terram feris, vt infans expauescat, & aliquando ferit, & quem vt hominem percutit.

Heth. ☞ *Cogitauit Dominus disipare murum filiæ Sion,*

tetendit

tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione, luxit ante murale, & murus pariter dissipatus est.

COgitare, idem est, quod statuere, dicere, & proponere. Et sic sensus est: puniuit Deus Israelitas, non casu vel fortuito, sed cum maturo consilio, & extendit suæ iustitiæ lineā, quæ in manu eius iā diu erat. Et quid sit cogitare Dei, egregiè docet D. August. lib. 15. de ciuitate Dei cap. 25. Ira Dei nō perturbatio animi eius est, sed iudiciū, quo irrogatur pœna peccato: cogitatio vero eius, & recogitatio mutādarū rerū, est immutabilis ratio: neq; enim sicut hominē, ita Deū cuiusquā facti sui pœnitet, cuius est de omnib⁹ omnino rebus tā fixa sententia, quā certa præscientia. Vt igitur nemo putaret tot mala euenisse Hierosolymitanis absq; Dei cōsilio, ante factū, cogitasse, & deliberasse ait vates. Ita Isaiæ 23. *In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabit eā, meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.* Idest, iuxta suorum delictorum mensurā erit supplicium, & quod genus supplicij inferret suæ vineæ meditatus est Dominus in spiritu suo terribili. *In die æstus.* Idest, vehemētis tribulationis, quia sicut solis ingens calor in æstate homines lædit, & valde affligit: ita Domini vindicta homines impios vexabit: & quia cogitant impij quomodo peccabunt, vt dicitur Malachiæ. 2. *Væ, qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, & in luce matutina faciunt illud.* Idest, cōsulto peccatis, nocte cogitantes, quomodo in die peccabitis: sic cogitat Dominus eos punire, cum eius iustitiæ sunt obliti.

D. August. lib. 15. de ciuitate Dei. cap. 25.

Isaie. 23.

Malach. 2.

☞ *Tetendit funiculum suum.*

IN Hebræo est tetendit lineā. Ita 4. Reg. 21. *Extendā super Hierusalē funiculū Samariæ.* Sanctes Pagninus legit, lineā, idest, mensuram supplicij: eadē mensura, qua puniui Samaritanos castigabo Hierosolimitanos. *Et pondus domus Acab.*

4. Reg. 21. Pagninus.

 Supplicium,

Supliciū,quod Deus inflixit familiæ Acab, vocat hic spirit⁹ sanctus,pōdus, & merito,grauis enim est ira Dei ad portādū.Sic dicebat Iob de plagis sibi inflictis cap. 31. *Et pondus*
Iob. 31. *eius ferre nō potui.* Funiculus hic idē est quod cemētarij perpendiculū,quo vtitur vt ædificiū nō sit obliquū : quod Hispane dicimus (el niuel:edificar à plomo y regla.) Ita Isaiæ.
Isaiæ. 34. 34. *Extendetur super eam mensura,vt redigatur in nihilū, & perpendiculum in desolationem.* Mēsura:idest,funiculus quia olim
Psalm. 77. hæreditates funibus distribuebantur:vt Psal. 77. *Sorte diuisit eis terrā in funiculo distributionis.* Vbi notādū est, Deū punire
Hugo. peccata cū mensura, & sic notāt Hugo hic,& D.Hiero.lo-
D. Hierony. co citato.Isaiæ.34.qui ædificat vtitur perpēdiculo , & funi-
Zachar. 2. culo sed non,qui destruit, sic Zachar.2. cū esset tēpus reædificādæ Hierusalē vidit vates virū. *Vidi, & ecce vir in manu eius funiculus mensorum.* Sed Deus,extendit mensurā ad destruendum, quia in pōdere, & mensura rectæ iustitiæ castigat.Et hoc est illud Isaiæ.27.*In mensura contra mensuram cum*
Isaiæ. 27. *abiecta fuerit iudicabis eam.* Hoc est,iuxta mensuram delicto-
Daniel. 4. rum,fuit supplicij grauitas.Et Daniel.4.cum arbor illa succidi iubetur,quæ Nabuchodonosorem adumbrabat , dicitur. *In sententia vigilum decretum est.* Hoc est,ex decreto angelorum egressa est sententia contra impium Regem , & cum Deus nullius egeat consilio ad proferendam sententiā, angelos secum statuit , vt scias,eū nō præcipitare suū iudiciū.
Hierem. 30. Et Hierem.30.*Hæc sors tua, & pars mensuræ tuæ à me dicit Dominus.* Hæreditates funiculis diuidebantur,sic iuxta mensu-
Isaiæ. 15. ram tui delicti,diuidentur plagæ. Isaiæ etiam 15. *Secundum magnitudinem operis visitatio eorum ad torrentem salicum ducet*
D. Hierony. *eos.* D.Hieronym.exponit:iuxta morbi magnitudinem erit
Psalm. 88. punitio. Visitatio pro supplicio sumitur , vt Psal. 88. *Visitabo in virga peccata eorum.* Torrentem salicum : Babylonis accipe flumina , iuxta quorum ripas salices erant , vt dici-
Psalm. 136. tur Psal. 136. *Super flumina Babylonis , &c. In salcibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Et dicit in medio eius (suple Babylonis.) Erant salices,nam flumen Euphrates me-
diam

diam vrbem interluit, cuius latitudo ſtadium occupat, quod habet centum, & viginti quinq; paſſus, & horti ſuper flumine ſunt, vt refert Strabo lib. 16. ſuæ geographiæ. *Strabo.li.16*
Ducam ergo eos captiuos in Babylonem: vel torrens ſalicnm erat vallis Arabiæ per quam ad Aſirios itur. 2. etiam *2. Reg. 8.*
Reg. cap. 8. de Dauid dicitur contra Moabitas pugnante. *Menſus eſt eos funiculo, coæquans terræ; menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum.* *Beda.*
Beda, & Angelonius dicunt quòd fecit duos funiculos *Angelon.*
coæquans eos terræ per hiperbolem: ideſt, habuit inſignem victoriam, ità vt in voluntate Dauid erat occidere, & viuificare, & eorum prædia diſtribuere. Senſus ergo eſt noſtri vatis. Tetendit funiculum ſuum, ideſt, Deus extendit menſuram ſui recti iudicij, vt cum modo, & limite puniat.

Secundus ſenſus eſt menſus eſt Deus terram meam, hæreditates, fundos, vineas, olíueta, vt meis hoſtibus traderet; nam agri, funibus diuidebantur, & prius metiebantur. Ita Pſal. 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Ideſt, præclara mi- *Pſalm. 15.*
hi contigit hæreditas, & in optimis, quia funis, & hæreditas pro eodem ſumuntur. Et Pſal. 77. *Et ſorte diuiſit eis terram in* *Pſalm. 77.*
funiculo diſtributionis. Et Amos. 7. *Terra tua funiculo metietur.* *Amos. 7.*
Supple, vt alijs detur.

Tertius ſenſus Hugonis eſt, *Tetendit funiculum.* Ideſt, funem, quo peccatores ligaret, diu diſtulit per patientiam, ad pœnitentiam expectans. *Hugo.*

☞ ***Et non auertit manum ſuam à perditione.***

IDeſt, à percuſione non ceſſauit. Ita Iſaiæ. 9. *Adue manus eius extenta.* Scilicet, ad me afligendum. Non auertit ma- *Iſaiæ. 9.*
num. 70. Interpræ. legunt, à conculcatione, nam quod con- *70.*
temnitur pedibus conculcatur.

☞ ***Luxit ante murale, murus quoq; diſipatus eſt.***

P 2 Ideſt,

2. Esdrat.4. IDest, muri, & ante muralia, solo adæquata, quod maxime sensit populus. Vnde 2. Esdras.4. *Cum audissent Azotii, quod obducta esset cicatrix muri Hierusalem.* Ruina murorum vocatur cicatrix, ac si esset vulnus corpori humano inflictum, cuius solet esse ingens dolor. Sic ciues Hierosolimitani deruptura murorum dolebant; & per figuram metalepsim dicitur murus inanimatus lugere, ad denotandam maximam ciuium mæstitiam.

Theth. ☞ *Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, Regem eius, et Principes eius in gentibus non est lex et Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.*

SEnsus est portæ extractæ sunt à suis cardinibus tẽporisq; iniurijs coopertæ humo, vel defixæ: idest, demersæ murorumq; ruina sepultæ, & putrefactæ in monimentum ruinæ: perditiq; erant vectes, confracti, & feræ contritæ rubigineq; cõsumptæ illæ portæ vrbis de quibus Psal. 147. *Lauda Hierusalem Dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum.*

Psalm.147. In Hebræo, & in Græco est, roborauit vectes portarum tuarum, quæ manu Domini munitæ erant, vt securi ciues intra vrbem degerent: nunc fractæ sunt, abstulit Deus custodiam ab eis, & sic periere.

Vectis in sacro eloquio diuersas habet acceptiones. Aliquando vsurpatur pro dæmone, sicut Isaiæ. 27. *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & grãdi, & forti super Leuiatham serpentem vectem, Leuiatham serpentem tortuosum.* Vocatur dæmon vectis, vel quia nihil habet in se rectitudinis, vt vult D. Hieronymus, vel vectis, idest, Robustus, & sic legit Theodotion serpentem robustum, nam vectes solent esse robusti, & fortes, sicut ille vectis in quo duo viri, palmitem cum vuarum racemo portauerunt. Numeror. 13. Velut exponunt Rabbini, vectis vocatur, quia transit à maris principio vsq; ad finem, quærens, quem deuoret, sicut

Isaiæ. 27.

D. Hierony.

Theodotion.

Numer. 13.

cut vectis, quem fecit Moyses. Exod. 36. qui ab angulo ad angulum per medium tabularum transibat. Sanctes Pagninus legit serpentem transeuntem, quia ab vno maris littore in aliud transit. Vel vocatur vectis quia multos in suo carcere claudit: vectibus enim carcerum portæ clauduntur. Vnde Simachus vertit serpentem concludentem, vnde quadrat ei illud Isaiæ. 14. *Vinctis eius non aperuit carcerem.* Quod de Nabuchodonosor dicitur. 70. legunt, serpentem fugientem, quia à Dei præsentia fugit, eius timens gladium. Sic Lucæ. 11. ab eius præsentia dicesit à dæmoniaco. *Et cum eiecisset dæmonium locutus est mutus.* — *Pagninus.* *Simachus.* *Isaiæ. 14.* *70.* *Lucæ. 11.*

Vectes, aliquando significant littora maris. Vt Ionæ. 2. *Terræ vectes circundederunt me in æternum.* Alia litera habet concluserunt me in æternum, vt notauit Interlinealis. Extrema montiũ appellat Ionas concauitates terræ sub aquis, in quibus pisces miræ magnitudinis degunt, quò cetus Ionam vehit, vbi erat profunda maris abyssus. Et sic dicit Ionas, veni vsq; ad profunda terrarum fundamenta, quibus quasi columnis globus terræ sustentatur. Et sic exponit D. Hieronym. *Pelagus operuit caput meum.* In Hebræo est iuncus adhesit capiti meo, vel circunligatus est. Sanctes Pagninus legit. Alga alligata est capiti meo. Voces Hebreæ sunt (cuph habus lerosi.) Idest iuncus circunligatus, vel concretus capiti meo. (Cuph) enim apud Hebræos non solum mare, sed iuncum marinum significat, qui ad maris ripas oritur. Vnde mare illud, quod Græci Heritreum, nostri rubrum, illi (Cuph.) Idest, mare iunci appellant, quod littoreis in finibus, vbi terra maris æstu sensim alluitur, exediturq; frequens nascatur iuncorum copia. Itaq; quemadmodum Ionas intra ventrem ceti triduo contentus, triduanæ Christi sepulturæ imaginẽ gesit: sic à bellua per iuncos ad littus eiectus, portendit Domini caput consertũ iuncorum spinis fuisse complectendũ, configendũq; sic circũ circa tépora cruore, totum cingeret, atq; horrebat vepribus, veluti sudibus quibusdã acutissimis summus ille cœlorum vertex. — *Ionæ. 2.* *Interlinealis* *D. Hierony.* *Pagninus.*

via Dei. Hæc omnia vox Hebræa significat. *Sed qui custodit legem beatus.* Sicut Lucæ. 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Innumera sequuntur mala, ad penuriam verbi Dei. Vnde Mahumetus Teterrima illa bellua, illud frequens in ore habebat, qui à diuina lege receserit brutū euadere, & merito quidem, neq; enim plantam cortex, sed stupida, & nihil sentiens natura; neq; iumēta corium, sed bruta anima, & sensualis facit: ita peccatores bruta animātia imitātur in voluptatibus, nil de futura vita cogitātes. Sichē vastatur, quia à filio Regis Dina defloratur: nō erat ibi lex. Sodoma propter nefandū crimē, & propter peccata nō inueniūt vaticinātes visionem. Vide quid faciāt peccata claudit De⁹ cœlū, & interrogatus, nō respōdet. Vnde Isaiæ. 6. dicitur. *In anno quo mortuus est Rex Ozias vidi Dñm sedentē.* Quasi diceret vates; quia impius Rex occubuit, aperit Deus cœlū, & manifestum se præbet vidēdum in suo tēplo, quia cū viuebat Rex iniquus, clauserat cœlum, & non reuelabat sua arcana. Hoc supplicio comminatur puniendos homines. Amos. 8. *Mittam famem in terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei, & in die illa deficiēt virgines pulchræ, & adolescentes in siti.* Ecce mala quæ sequuntur ex verbi Dei defectu, fidelium animarum pulchritudo, & virtutum venustas peribit. Et isti expulsi sunt à sua patria, quia non custodierunt verba legis, vt dicit textus Chaldeus, lex enim Dei custodit suos obseruatores, vt dicitur Eclesiasti. 33. *Homo sensatus credit legi, & lex illi fidelis.* Idest, præstabit, quod pollicetur, defendet sui custodes. Hoc deplorabat Dauid Psal. 10. *Quoniam, quæ perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit?* D. Hieronym. legit, quoniā leges dissipatæ sunt. Supplendum est, ideo iusti despiciuntur. Chaldaica paraphrasis, & Felix legunt: quoniam fundamenta subuertentur: lex enim Dei firmum fundamentum, terram stabiliens est, quo ablato non mirum si portæ, & vectes confringantur, & sacerdotes, & Principes in bello pereant. Vnde Isaiæ. 24. *Luxit, & defluit terra, & defluxit orbis, & terra infecta est ab*

Lucæ. 11. *Genes. 34.* *Isaiæ. 6.* *Amos. 8.* *Eclesiast. 33.* *Psal. 10.* *D. Hierony.* *Chaldeus.* *Felix.* *Isaiæ. 24.*

habitatoribus, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Idest, ideo lugent habitatores terræ, quia, sicut cera, aut nix, liquefit terra, & causa, quã asignat vates finis sæculi est, quia omnes leges, diuinæ, & naturalis; Canonica, & Ciuilis; à paucis obseruantur.
Psal. 147 Et Psalm. 147. inter beneficia præstita Israelitis à Deo hoc commemoratur. *Qui anunciat verbum suum Iacob iustitias, & iudicia sua Israel.* Celebratur carminibus Deus à Dauid, quia legem dedit Israelitis in deserto, & Habacuc 1. conqueritur, quod lex sit lacerata, & noster vates asserit defecisse visionem, quia lex diuina frangebatur
1. *Reg.* 13. vt tempore Heli Sacerdotis 1. Reg. 3. *Sermo Domini pretiosus erat*, Idest, rarus: omne enim, quod rarum est, cum inuenitur, in prætio habetur. Vnde additur, *Et visio non erat manifesta.* Idest, vaticiniũ nõ plene manifestabatur, propter
Arist. Polit. 1. populi peccata Aristotil. 1. Politicorum ait; homo est optimum animalium, & separatus à lege, & iustitia, est pessimum.

☞ *Prophetæ non inuenerunt visionem.*

IDest, prophetiam, idem sunt prophetia, & visio, quia
1. *Reg.* 9. Prophetæ, videntes vocabantur 1. Reg. 9. & eorum va-
Psal. 98. ticinia, visio, vt Isaiæ 1. *Visio Isaiæ*, & Psal. 98. *Tunc locutus est in visione sanctis suis.* Simachus legit, tunc locutus est per
Theodoretus visionem filijs tuis, & exponit Theodoretus, quando quidem tuas promissiones, per vates factas, scimus; hos enim
Isaiæ. 22. Prophetas, & videntes, & intuentes appellabant. Isaiæ. etiã 22. *Onus vallis visionis*, & infra, *dies interfectionis, in valle visionis*, Idest, Hierusalem, in qua plures erant Prophetæ, quibus Deus rebelabat arcana. Ratio autem propter quam Propheria appellatur visio, & occulis potius, quàm cæteris sensibus acõmodatur est, quia hic sensus est longe acerri-
Plato mus, vt Plato in Timeo & Cicero lib. 2. de finibus dixere.
Cicero Sunt occuli in corpore humano, tanquã rerũ omniũ speculatores ob id altissimũ locũ obtinẽt, ex quo plurima circuns-

circunſpicientes, ſuo munere funguntur. Et quæ occulis cernimus, nullo egent firmiori teſtimonio. Et cum ſit ipſa rerum futurarum præſenſio, quæ diuini ſpiritus afflatu cõſtat longe certiſsima, vt pote quæ à diuinæ lucis radio, & ſplendore deriuatur, neq; externo aliquo egeat teſtimonio, propter ſummam illius certitudinem: conſtat aperte prophetiam omnem, cum viſione corporea, plurimum habere ſimilitudinis. Item hæc potentia viſiua maximè ſpiritualis eſt, illiuſq; exactior cognitio plurimum à complexu humanæ mentis remota: quo circa Galenus, occulum diuinum membrum appellat, quòd ſit eius inexplicabilis, & mira ſubtilitas. Stoici etiam propter eandem rationem, viſum, diuina appellatione cohoneſtauere. Et Theophraſtus occulum hominis, formam vocabat, non tantum, quòd effoſſo occulo, totus euaderet informis, vt Chalcidius dixit, ſed quòd totius hominis ſit, quaſi alter animus. Et ita prudenti conſilio ſacri vates, ad explicandam diuinæ prophetiæ naturam, viſionem eam appellauere, & occulorum præcipuè operationibus acommodarunt, ad inſinuandum, illam vim, & facultatem, prædicendi futura, maximè eſſe ſpiritualem, nihilq; habere cum humano corpore commercij, ac proinde totam eſſe diuinam, & nil habere in ea ſanguinis incitationem, & corporis temperaturam, vt falſò quidã ex veteribus putauerũt: neq; enim qui atra bile infeſtantur, habent facultatem præſentiendi futura. Tota eſt ſpiritualis futurarum rerum præſenſio: & ideo viſui, qui eſt maxime ſpiritualis ſenſus, propheticæ mentis incitatio aſsimilatur: & quia diuina viſio interdum infuſione ſimulachrorum perficitur. Et cum ſint occuli corporei, vt phiſici tradunt, chriſtalina ſpeſitudine compacti, & humiditatem aquoſam illorum ſubſtantia exigat: neceſum eſt, vt viſibiles formas à corporibus diremptas inſita perſpicuitate excipiat. Relinquitur, tantam eſſe inter viſionem Propheticam, & occulorum operationes ſimilitudinem, vt nulla poſsit maior excogitari.

Galenus.

Theophraſt.

Nam est aer à natura perspicuus, ob eamq; rem dũ in propria manet specie, in animum se insinuare potest, vt ab Alberto magno est obseruatum. Prophetica autem visio, nũquam absoluitur, quousq; ipsæ rerum similitudines diuino beneficio, menti propheticæ contemplandæ obiiciantur. Cum ergo vtraq; actio, simulachrorum influxum postulet: altera cœlestium, & diuinarum: altera corporeorum, ignorare nemo potest, incredibilẽ inter eas cooperationes, affinitatem, & coniunctionem esse. Adde quod corporeus occulus, siue nullum habeat à natura insitum lumẽ, aut splendorem, vt Aberroes lib. de sensu, & sensibili constanter affirmat: siue in genita luce, proprias exequatur operationes, vt Aristotel. est author: nusquam sine lucis influxu, aut cõtactu quodam, aut rerum formas excipere, aut ipsas res intueri potest, cum sit lux ipsa, eius facultatis principium, & à natura destinatum obiectum: quo fit, vt acies ipsa occulorum, in lucem prima incitatione feratur: deinde vero in colores ipsos, qui lucis imitãtur naturam. In hunc modum visio prophetica, sine lumine, & splendore cœlitus infuso, nunquam fit. Sed quemadmodum corporeus occulus, externa luce destitutus, nullam pẽnitus rerum, cognitionem assequitur: non secus humanus animus, nulla collustratus diuina luce, ad rerum futurarum præsensionem efficitur impos.

Alber. Magnus.

Aberroes li. de sensu, & sensibili.

Insuper nota: quòd puniti sunt Iudæi, & meritò, in omnimoda ablatione visionis, quia videntibus resistebant auresq; obturabant, ne audirent eorum monita. *Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt.* Dicunt videntibus, hoc est, Prophetis, nolite nobis futura suplicia prophetare. *Erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens.* Et Amos. 2. *Et propinabatis Nazareis vinum, & Prophetis mandabatis dicentes, ne prophetetis. Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.* Quod propter leuitatem oneris citius currit. Careant modo vaticinantibus, illi qui eorum obturabant ora.

Isaiæ. 30.

Amos. 2.

Sederunt

Iod. ☞ *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, & consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs. Abiecerunt in terra capita sua, virgines filiæ Hierusalem.*

POstquam descripsit vates, ædificiorum ruinam, planctum, & dolorem ciuium depingit. Senes sederũt, quia non potuerũt stare, sed præ stupore attoniti, silentes, sacco induti, & cinere conspersi in signum doloris, humi prostrati iacuere. Sessio ad deiectionem refertur, silentium ad stuporem, & senes, in quibus est maturum consilium tacuere, quia in genti calamitati, non valuere consilijs obuiare. Illud *Filiæ Sion.* Est in genitiuo. Senes verò Hierusalem in terra sederunt, quia iuuenes Babylonij, sedes occupabant: & tacent, qui docere solebant in cathredis. Vel conticuere, tanquam serui. Est tropus Hebræus, quo summa subiectio significatur: sumpta metaphora, à seruis, qui non audent respondere Dominis iratis, licet sceleris arguãtur Zachar. *Zachar. 2.*
2. *Sileat omnis caro à facie Domini, quia surrexit de habitaculo suo.* Idest, statuit vlcisci de hostibus. Et 1. Machab. 1. de Alexandro dicitur. *Cepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in conspectu eius.* Idest, nullus valuit ei resistere, nec verbum alloqui. *1. Mach. 1.*

Secundus sensus: senes sederũt in terra præ tristitia, propter contractionem spirituum vitalium, oritur taciturnitas, atq; silentium. Ita amici Iob præ doloris magnitudine, septem diebus siluere: *Sparserunt puluerem, super caput suum, & sederunt in terra cum eo, & nemo loquebatur verbum, videbant enim dolorem esse vehementem.* Item sedent in terra captiui, ferro onusti: ita isti in Babylone, vt fatentur. Psal. 136. *Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus.* Idest, iuxta ripas fluuiorum captiui, flentes sedebamus, nostris lachrymis fluminis aquas augentes. Et Isaiæ. 47. *Sede tacens, intra in tenebras filia Chaldeorum.* Est figura histerom, proterom, quãdò *Iob. 2.* *Psalm. 136.* *Isaiæ. 47.*

dô quando postremo fit priores obtinet partes, nam prius est intrare in tenebras, idest, cauernas tenebrosas, & postea sedere. Sede, idest, sedebis, intra, idest, intrabis: vbi sicuti serua licêt lacesita injurijs, obmutesces, ne grauius puniaris. Sedebis ergo desolata, silens absq; auxiliatore ô Hierusalem.

Tertius sensus, conticuere senes accincti cilitijs, his verbis declaratur pœnitentia, quam ciues Hierusalem egerũt, humo prostrati, ad Deum clamantes, sua flentes crimina, *Iob.* 24. Ita Iob 24. *Id circo ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Accincti sunt cilitijs.* 70. Septuaginta interpretes legunt: deduxerunt in terram principes, virgines in Hierusalem, idest. viros nobiles, dejecere hostes à suis sedibus, & puellas virgines, *Gene∫.* 37. *Accincti sunt cilitijs.* In Hebræo est, saccis. Ita Genes. 37. scisis vestibus Iacob indutus est cilicio, 70. 70. legunt, sacco. *Pagninus* Similiter legit Pagninus, & notandum est, dixisse vatẽ conticuisse senes, & nil tale dicit de adolescentibus, nam senes, & prouectæ ætatis, solent habere maiorem propensionem ad loquendum, atq; audaciam, ita vt orationis impetum sequantur: omni timore repulso, propter temporis diuturnitatem, longumq; rerum experimentum. Ita Gen. *Gene∫.* 4. 4. dixit Lamech vxoribus suis Ade, & Selle. Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum. Vbi animaduertit D. *D. Thom.* Thomas, excitat ad atendendũ vxores; sic enim loquuntur grandeui, quando volunt atendi, & reuerenter audiri; sunt enim in sensu cõmuniter præsumptuosi, & se reputant propter longam experientiam, & propter quandam naturalẽ maturitatem, quia in eis magis sedatæ sunt pasiones, quæ sequuntur calorem naturalem, sicut intemperantia, & ira: & proptetea iuuenes despiciunt. Qua propter non est leue malum cum senes tacent. Vnde Iob 15. dicebat Eliphaz *Iob.* 14. loquens ad Iob. *Nunquid primus homo natus est, et ante colles formatus? Nunquid consilium Dei audisti? & inferior te erit sapientia eius, quid nosti quod ignoremus? & senes, & antiqui sunt in nobis*

nobis multo vetustiores quam patres tui. Idest, es tu prior nostro parente Adamo, vt propter temporis longissimam moram, velis nos docere? Fuisti ne ante montes, & colles formatus, aut Dei fuisti aliquando consiliarius? Etiam sunt inter nos longæui, licèt sit in te senectus, quæ (vt ait Sophocles) solet esse multarum rerum prouida, & multa vidit, & didicit: sunt etiam apud nos antiqui, qui possunt tecum de sapientia certare, canicie, & vetustate venerandi, solet enim rerum experimentum potissime vincere omnium rerum imperitiam. Solon Atheniensis lege sanciuit, ne quis iuuenis ad consilia, & magistratus admitteretur: vnde necesse est, sint senes in republica administratores. Thales milesius dicebat, aqua vino mixta reddit moderatius, sic senũ grauitate, modestia, & maturitate iuuenũ petulária tẽperatur. Et Numeror. 11. præcepit Dominus Moysi. *Congrega, septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sunt.* Idest, quos tu nosti, esse vere senes non solum annorum numero, sed sensu, & virtute, *Cani enim sunt sensus hominum.* Sapient. 4. cap. etiam 5. dolet noster vates. *Defecerunt senes de portis.* Et hic quod siluere, sedentes in terra, iuxta illud Hieremiæ. 8. *Quare sedemus? conuertite, & ingrediamur ciuitatem munitã, & sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit.*

Sophocles. *Solon.* *Thales milesius.* *Numer. 11.* *Sapient. 4.* *Threnor. 5.* *Hierem. 8.*

☞ *Abiecerunt in terra capita sua virgines Hierusalem.*

IDest, oppressæ vehementi mærore non leuabunt caput *Nam tristitia cordis flectit ceruicem.* Ecclesiast. 38. & de Hipocritis mæstitiam simulantibus dicitur Isaiæ 58. *Nunquid contorquere quasi circulum caput?* Et Lucæ 21. dicitur iustis. *Leuate capita vestra*, Idest, letamini. Dixerat Isaias capite 3. de fæminis Hierusalem. *Ambulauerunt extento collo.* Sed iam demisso vultu, & inclinato capite incedunt præ nimio dolore, in pœnam suæ lasciuiæ.

Ecclesiast. 38. *Isaiæ. 58.* *Lucæ. 21.* *Isaiæ. 3.*

Defece-

Caph. ☞ ***Defecerunt præ lachrymis occuli mei, conturbata sunt viscera mea, effussum est in terra iecur meum, super contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.***

VErba sunt Hieremiæ, maximè dolentis de miserijs suorum: tantum de eis doleo, quantũ si mea viscera rupta,
Iob. 30. & in terra conculta ea essent à transeuntibus. Sic Iob, vt suum exprimat dolorem dicit. *Interiora mea eferbuerunt absq; vlla requie.* Idest nimis crucior. *Defecerunt præ lachrymis occuli mei.* Idest, intumuerunt præ fletu, videns pueros fame perire in plateis, & compitis vrbis, atq; calcari à trãseuntibus. Vbi nota, vatem suæ gentis mala plorare, quia mali, prius planguntur à bonis, quàm à se ipsis. Sic fleuit Dominus su-
Lucæ. 19. per illos, cum ipsi leti ei aclamabant. Lucæ. 19. & Isaias cap.
Isaiæ. 22. 22. super eos flebat. *Interfecti tui, non interfecti gladio, propterea dixi recedite, amarè flebo, nolite incumbere, vt cõsolemini super vastitate filiæ populi mei.* Nota quanta fuit illius populi ruina, vt vatis lachrymis sit lamentata; sed plus est quod à Christo
Lucæ. 19. to Domino sit deplorata. Lucæ. 19. & abeat figmentũ. Stoicorum asserentium, doloris affectus, & lachrymarum stillicidia non esse sapientum, sed indolentiam esse virtutis sociam. Illis proferam Isaiam, & Hieremiam, cunctis stoicis sapientores, & sanctiores dolẽtes de suorum cladibus: imo
Ioan. 11. ipse Dominus Ioan. 11. lachrymatus est super Lazari sepul-
Genes. 23. turam, de eius morte dolens. Et Genes. 23. *Abrahàm venit, vt plangeret, & fleret Sarã.* Natura enim fatetur se dedisse hu-
Iuuenal. Satira. 14. mano generi mollissima corda, quæ lachrymas dedit, vt iuuenalis scribit Satyrã. 14. Iulius Cesar prolato ante se Pompeii host's sui capite, lachrymas fudit. Marcus Antonius philosophus, dum educatorem suum iam vita defunctum impatientius defleret, & quidam hoc factum improbaret, tanquam deforme in Philosopho, & Imperatore: tunc Antonius Pius, inquit, sinite eum, vt homo sit, neq; enim philosophia,

losophia, vel Imperium affectus tollere poterit. Achiles etiam, strenuus vir apud Homerum hortatur, Mirmidones, & Patroclum amicum suum defleant. *Achiles.*

☞ *Effusum est in terra iecur meum.*

IEcur, amoris receptaculum est. Isidorus Clarius exponit, ceu humi afixum est clauis iecur meum, & in sordibus volutatur, nil amo præter mortem, & sepulchtum. 70. Interprætes legunt, effusa est in terra gloria mea, super contritione filiæ populi mei. Idest, propter contritionem: est hiperbole: sic doleo, ac si haberem iecur euulsum. *Isidor. Clarius.* 70.

☞ *Cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.*

HANC Habet energiam illud verbum *In plateis*. In quibus solet vendi ciborum copia, quibus matres alebantur, vt infantes possent lactare: ibi periere pueri, vbi cõueniebant ad alimenta comparandum, & cum non inuenirent, moriebantur præ fame. Quod prophetauerat Hieremias cap. 44. *Quare vos facitis grande hoc malum contra animas vestras, vt intereat ex vobis vir, & mulier; paruulus, & lactens de medio Iudæ: nec relinquatur vobis quicquam residuum.* *Hierem.* 44.

In plateis oppidi.

IDest, omnibus videntibus, & non valentibus succurrere, publicè interibant in foro. Tolerabilius esset in domo oculté mori, quàm cum tanta ignominia.

Lamech ☞ *Matribus suis dixerunt vbi est triticũ, & vinum? Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.*

PAruuli panem petebant à suis matribus, & non dabatur, solent paruuli vesci panis bucella vino madefacta, & cum

& cum hæc deficeret dicebant vbi est triticum? idest, panis, qui conficitur extritico, solebat enim esse abundantia
Psal. 147. tritici in Hierusalem, vt Psal. 147. dicitur, *Adipe frumenti satiat te.* Aduerbium *vbi* denotat hic extremam puerorum miseriam, & veluti de cibo diffidentes de pane interrogāt. Sic Helifeus afflictus, quia Heliæ Pallio aquæ Iordanis per-
4. *Reg.* 2. cussæ, non diuidebantur dixit, *Vbi est Deus Heliæ etiam nunc?*
Isaie, 63. Et Isaiæ 63. afflictus populus dicebat, *Vbi est Deus qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?* Et non mirum, quòd pueri suggentes matrum vbera loquerentur cum eis, siquidem Hebreæ fœminæ tribus annis lactabant filios suos, vt constat,
2. *Macha.* 7 2. Machab. 7. dixit vltimo filio mater, te verò nouem men
Caietanus. fibus portaui, & lac triennio dedi, & ita notauit Caietanus
Psal. 8. super illa verba Psal. 8. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Sed nos verò quatenus beati sumus, qui nō petemus à nostra matre Romana Eclesia, triticum, neq; vinū siquidem habemus corpus Christi Domini, sub speciebus panis, & sanguinem eius prætiosum, sub speciebus vini in sacro sancta Eucharistia. *Frumentum electorum, & vinū ger-*
Zachar. 9. *minans virgines.* Zachariæ 9. & non solum frumentum electum, sed electorū, quia electi cum conscientia munda debent illud accipere, & comedere & hoc cibo multipli-
Psal. 4. cantur fideles, vt dicitur Psal. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt.* Olei non est in Hebræo textu,
Marci. 2. item, *Vbi est triticum?* Dicebant pueri; idest, grana tritici, quæ præ fame edebant matres, sicuti cum discipuli per sata euellebant spicas ad manducandum.

☞ *Cum exhalarent animas in sinu matrum.*

QVasi vulnerati, Idest, verè vulnerati, famis crudeli iaculo peribant in sinu matrum. Emphasim habēt hæc verba, sinus matrum vim fouendi filios à natura habet, vbi antea uitam tuebantur ibidem nunc pereunt. Sinus est locus solacij, portus securus, & deliciarum pueris: & ita in

scriptura

ſcriptura ſinus ſumitur, pro loco maris ſedato, & tranquillo portu, & à tēpeſtatibus tuto, ſicut Lucæ 16, dicitur quod mēdic⁹ Lazarus, *Portatus eſt ab Angelis in ſinum Abrahæ*. quaſi Abraham fideles iuſtos illuc peruenientes, amplexaretur quia eum imitati fuerant, in operibus miſericordiæ. D. Gregorius Niſſenus in diſputatione de anima, & reſurrectione, ſic explicat, quemadmodum ſinus maris, appellatur locus maris à ventis, & procellis, & vndarū fluctibus liber; quia promōtorijs, & rupibus excelſis eſt protectus, & vallatus; & licèt perflant venti, aquæ ibi non concitantur, ſed placidum, & tranquillum eſt æquor, & mare non fluctuat; & velut in tutiſsimo partu, naues hiemant ibi, nullis ventorum impulſibus agitatæ: ſic appellabatur ſinus Abrahæ limbus patrum, quia iuſtorum animæ, ante Chriſti aduentum quieſcebant ibi, abſq; vllis tormentis; ſed poſtquam Chriſtus à mortuis ſurrexit victor, iam non eſt Limbus patrum. Hinc etiam eſt quod reddere in ſinum, in ſacra pagina eſt, pœnam eſſe ſtabilem, & nunquam ab ea poſſe liberari hominem afflictum, quia ſolent infantes validiſsimè adhærere matrum ſinibus, & non poſſunt diuelli ab eorum vberibus. Sic Pſalm. 78. *Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum*. Ideſt, imple eos ærumnis, & calamitatibus, à quibus ſe explicare nequaquam poſſint. Sumpta ſimilitudine, ab illis qui aliquid portant in ſinu, & tuto continent loco, ne aliquid decidat, ſic exponit Theodoretus.

Lucæ 16.

D. Greg. Niſſenus diſputatione de anima.

Pſal. 78.

Theodoretus

☞ *Cum exhalarent animas in ſinu matrum.*

IN Hebræo eſt, cum effunderent animas. Similiter legunt 70. interpretes, vbi nota quod à matribus petebant pueri cibum, & de tritico querula voce interrogabant, uidentes ſe in matris gremio tunc perire, vbi antea nutriebantur. Ex quo loco animaduertendum eſt, aperte colligi ipſas matres proprios aluiſſe filios, & non

70.

tradidisse nutricibus, siquidem in sinu earum vitam cum morte commutabant,& ab eis petebant alimoniam ex quo docendæ veniunt matres, etiam nobiles, vt sint integræ filiorum suorum matres; quòd sit contra naturam imperfectum, ac dimidiatum matris genus, peperisse, & statim à se abiecisse: aluisse in vtero sanguine suo, nescio quid, quod non videbant,& nunc non alere suo lacte filium quẽ vident iam viuẽtem, iam hominẽm, iam matris officia implorantem. Hæc Phauorinus philosophus, oratione quam habuit contra has delicatas matres: vt testatur Aulogelius lib. 12. cap. 1. pudefiant mulieres coniugatæ, & honestæ, aliter facere meretrices illæ, de quibus 3. Reg. 3. cum tales soleant concipere,& non nutrire filios: tamen illæ proprio lacte nutriebant. *Tertia die quando ego peperi, peperit hæc. Mortuus est autem filius mulieris huius, dormiens quippe oppreßit eũ; & consurgens tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & posuit in sinu suo, vt daret lac filio meo.* Hæc verba dixit Salomoni vna illarum: & Genes. 21. Sancta matrona Sara lactauit filium suum Isaac. Et ita dicit textus. *Quis auditurus crederet quod Sara lactaret filium, quem peperit, ei iam seni.* Vbi nota quod filium suum Isaac, proprio lacte nutriuit, plurimũ enim refert, cuius lacte puer alatur: nõ solum ad corporis robur, sed etiam in moribus inolescẽdis, magnam fere partem ingenium altricis natura lactis habet. D. Ambros. lib. 1. de Abraham Patriarcha cap. 7. adducit hunc locũ Genesis. Et ait, moralis locus. Prouocatur fœminæ meminisse dignitatis suæ,& lactare filios suos. D. etiã Greg. ad vndecim interrogationes. Augustini Cantuarẽsis Episcopi, cap. 10. ait. Praua in coniugatorũ moribus cõsuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt nutrire contemnant, eosq; alijs mulieribus ad nutriendum tradunt: quod ex sola causa in continentiæ videtur inuentum, quia dum se cõtinere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt. Item vinculum illud amoris quo parentes cum filijs natura consociantur, diluitur, & interdicitur, cum matres partus suos deserunt,

Aulogel. lib. 12. cap. 1.
3. Reg. 3.
Genes. 21.
D. Ambros. lib. 1. de Abraham Patriarcha c. 7.
D. Gregor.

deferunt, & cum illos non vident, amor paulatim extinguitur, atq; infantis amor in ea sola, vnde alitur, occupatur. Vt ergo filij pietas in parentes fragátior perseuerare posiit, suo lacte Sara volebat filium suum lactare. Hinc Isaiæ 32. alloquens sui populi fœminas vates, ait. *Super vbera plangite.* Est Metonymia. Ideft, filios vestros plorate, quos ad vbera vestra debetis alere. Ita exponit Adamus super hoc loco: vel super vbera plangite, quia carebant lacte, quia filios nutrirent, & sic vbera sua flebāt. Sic exponit Isidorus Clarius, & maximè profuit Moysi. Exod. 2. materno ali lacte, & nō suxisse vbera Ægyptiarū, ne cū illarū lacte fœritatē, & morū prauitatē imbiberet: vnde postea, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, & diuitias, atq; thesauros Pharaonis spreuit, quia Ægyptios nō diligebat, sed Hebræos, quia Hebreæ matris lacte, fuerat educatus, vt ad Hebr. 11. inquit Paulus. *Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filiū filiæ Pharaonis, magis eligēs affligi cū populo Dei, quàm tēporalis peccati habere iocunditatē.* Et Ezechiel. 16. improperat idolatriā Iudæis vates, quā didiscere ab Ægyptijs; quia cum illis degebant. *In die ortus tui non est præcissus vmbilicus tuus.* Vmbilicus, vt traddunt Philosophi, est velut radix quædam embrionis, per ipsum fœtus nutritur, augetur, atq; perficitur: id circo Hierusalem non esse præcissam ait; quippe quæ cum ex Ægypto esset genita, aduc Ægyptiacam idolatriam hauriret ex materno vtero, & fœdum illum cibum atraheret. Sic exponit D. Theodoretus. Et Isaiæ. 66. *Vt sugatis ab vberibus consolationis eius, & repleamini, vt mulgeatis, & delicijs afluatis ab omni gloria eius.* Est idem cum illo. 1. Petri. 2, *Rationabile sine dolo lac concupiscite.* Peruenusta allegoria, alludit ad genium, & naturam lactis, & lactentium: videturq; desumpta ex loco quem citauimus Isaiæ. 66. vbi vates consolatur Iudæorum Ecclesiā, breui pollicens restitutionē in Hierusalē. At dum cōsolatur, meminit mammarū, & succi lactis. Verbo, sugatis. Quibus sub indicat dona spiritus sancti, cælestem nutrimentum, & spiritualem sapientiam, cum gemio, &

Isaiæ. 32.
Adamus.
Isidorus.
Exod. 2.
Ad Heb. 11.
Ezechiel. 16
Theodoret.
Isaiæ. 66.
1. Petri. 2.

natura verbi Dei, seu Euangelij. Quemadmodum lacte, cui in est quidam nutricis genius, & natura transfunditur in lactentis educationem, nescio quæ vis, & genius nutricis similis. Fit enim natura, vt lacte caprino educati, more caprarum alta conscendant, & saliant: lacte vero suillo sese in terram, & inter sordes demitant, vt antiqui medici scribunt de puero nutrito lacte suillo cum adoleuit, licet esset prætiosis vestibus indutus, luto volutabatur. Et ita cum recens renati sitis semine incorruptibili, electiq; sitis filij Dei, concupiscite lac non corporeum, aut humanum, sed rationabile, idest, spirituale, sine dolo, idest fraudis, & doli expers. Et quemadmodum, qui lacte materno, & humano educantur, sugentes mammas lac trahunt, simul & nutricis genium, & naturam: ita, & sugentes verbum Dei attrahatis, & accipiatis spiritum, & genium ipsius verbi, in spiritu mundo moriamini, & sine peccato sitis sinceri, & integri coram patre vestro cœlesti. Et nota quod Dido apud Vergilium lib. 4. Æneidos. Æneam insectatur tanquam degenerem, & moribus ferum, & barbarum, idq; nutricationis vitio tribuit, vt quem à matre Venere educatum non putet.

Vergil. li. 4. Æneidos.

Nec tibi diua parens generis, nec Dardanus author,
Perfide, sed durus genuit te cautibus horrens,
Caucasus, hircanæq; admorunt vbera Tigres.

In pecudibus etiam est animaduertendum: nam si caprarum lacte agni alantur, constat in his lanam duriorem gigni: & in hædis si ouium lacte nutriuntur capillum teneriorem. Et in terra, maior vis est in arboribus, & frugibus, quas ipsa terra alit, & profert: quam ipsius arboris, cuius iacitur in terra semen. Ac sæpe, videas arborem letam, & nitentem, in locum alium transpositam, deterioris terræ succo deperisse. Et D. Augustinus antequam ad Deum conuerteretur in lib. Confessionum refert, cum Ciceronis hortensium legeret, mire afficiebatur sermonis elegantia: vnum tamen ei displicebat, quòd nomen illud sacro

D. August. lib. confes.

Sanctum

Sanctum Iesus, ibi non legeretur, cuius quidem amorem, & venerationem cum lacte matris Monicæ infans imbiberat. Plinius etiam lib. 28. scribit vtilissimum cuiq; esse lac maternum. Cornelius Tacitus scribit, Germanos hunc seruasse morem, vt suum quæq; mater vberibus aleret infantem, & Aristoteles scribit, mulierum lac commodius lactentibus est, quod liuorem contrahit, quàm quod candidum est: & fuscæ salubrius habent, quàm candidæ; est porro ad alendum validius, in quo plus casei est, sed infantibus salubrius, quod minus casei contrahit, & vt ait Aristoteles lib. 4. generationis animalium, lac est sanguis concoctus, non corruptus, colligiturq; parte superna corporis, & mammis, propter ordinem primæ originalisq; constitutionis; est lac idem sanguis nunc in vberibus, qui prius in vtero fuit, sed à spiritu multo, & calore exalbuit, & Genes. 49. de Ioseph dicit eius pater. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum, & vuluæ.* Est ordo præposterus, præponitur nutritio conceptioni, cum prius sit concipi, deinde nutriri, & optat ei vxorum fœcunditatem, & lactis copiam, vt filios alant. Sic Hugo de sancto Victore in annotationibus super Genesim; & Petrus Comestor. Hugo dicit, ordo cõuersus; & notat, benedictionẽ cõceptionis, & nutritionis, alterũ enim sine altero nõ valet, & Oseæ 9. pri⁹ponit vates vuluã, quã vbera, & in pœnã delicto rũ, cõminatur De⁹ futuras steriles suas vxores & lacte priuãdas. *Da eis Dñe, quid dabis eis? vuluã sine liberis & vbera arctia.*

Plin. lib. 28,

Aristot.

Aristo. lib. 4. de generatione anim.

Genes. 49.

Hugo.

Petrus Com.

Oseæ. 9.

Secundò nota, in verbo *Exhalarent animas*, denotatur vitæ fragilitas, atq; breuitas, & vanitas. Merito comparat exhalationi vitam præsentem: cum sit. *Vapor ad modicum parens, vt testatur.* D. Iacobus capite 4. vnde Psalm. 48. *Homo vanitati similis factus est.* In Hebræo est (Hauel) quam vocem Græci interpretes exceptis. 70. & Rabbi Dauid vertunt, vaporem, seu halitum hominis, vapori similis factus est, vnde addit. *Dies eius sicut vmbra prætereunt.* Quæ versio cõsonat textui D. Iacobi, et Isaiæ 2.

Psal. 48.

Q 3 *Quiescite*

Quiescite ab homine cuius spiritus est in naribus. Idest, eius vita in respiratione, nã si impediatur flatus suffocatur, & perit.

Psalm.89. Et Psal. 89. *Et custodia in nocte quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.* In Hebræo est, Inundasti eos, vt somnus erunt.

Pagninus. Et sic legit Sanctes Pagninus. Idest, quasi, immissa inundatione fluminis rapidissimi, rapis eos de vita, & veluti somnium traduntur obliuioni. Et eodem Psalmo. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus.* In Hebræo est, annos nostros consumpsimus, tanquam sermones. Sic

Pagninus. legit Sanctes Pagninus. Idest, dicto citius euanescit vita, veluti sermo, qui tantum est dum fit, & auditus euanescit, volat irreuocabile verbum: vbi primum profertur iam desijt. Sic est vita præsens. Et Psal. 89. *Superuenit mansuetudo,*

Psalm.89. D.Hierony. *& corripiemur.* D. Hieronymus legit, quoniam transiuimus:

Simachus. cito, & auolauimus. Simachus vertit, succidimur enim repente, & auolauimus. Chaldeus legit: quoniam transierunt

Chaldeus. velociter anni nostri, & volant, velut puluis aere raptus.

Felix. Felix legit, declinauit velociter (supple tẽpus vitæ nostræ)

Psalm. 77. & volauimus. Psal. etiam 77. *Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.* Ibi spiritus idem est, quod ventus. Sunt homines carnales, & sicut ventus huc, & illuc discurrens in suis reciprocationibus euanescit, & breui spatio in auras disparet; & in sua principia reuertitur: venti enim neq; eo vnde flant reuertuntur, neq; perueniũt à cardine, in cardinem, sed Solis vi, & continua agitatione, & strepitu in medio mundi absumuntur, atq; euanescunt: vt

Aristotel.in metheoris. ait Aristoteles in Metheoris. Et Iob. 7. *Dies mei velocius transierunt quàm à texente tela succiditur.* In Hebræo est,

Iob. 7. quàm radius textoris: qui velocissime totum stramen per-

70. transit. Quod Hispane dicimus (la lançadera) 70. Interpretes legunt, quàm sermo velocius transierunt. Eclesiastes

Eclesiast. 3. etiam 3. Hæc vitæ breuitas describitur, cum dicit Salomon. *Tempus nascendi, & tempus moriendi.* Sed quid dicis Salomon? Quare prætermittis tempus, quod mediat inter diem natiuitatis, & mortis, tempus, videlicet, viuendi? Consulto hoc fecit,

cit, est nanq; tam breuis vitæ periodus, currit celerrime, vt numerari non debeat. Vnde Ecclesiast. 10. *Hodie est Rex, & cras moritur.* Si vita Regum, quæ solet esse custodita à me dicis, & à tot militibus, & seruis, & equitibus, & solent vesci cibis saluberrimis, & optimis: tam paruæ est durationis, vt cras terminetur, leuiq; ocasione finiatur, & tãtum vnius diei spatio finitur: quid dicemus de vita mercenarij, & agricolæ, & ancillæ, qui miserè viuunt, & laboribus plurimis replentur? Breuior sanè erit. Vnde nostræ vitæ periodus, vno absoluitur die, sicut dicit Dauid Psal. 89. *Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arescat.* Illa verbi repetitio. *Transeat.* Denotat maximam vitæ velocitatem. Labitur gressu celeri iuuentus, ideo in mane, in iuuentute, citissime vita euanescit: & in vespertina hora, iam decidit, & sicut flos marcescit solis æstu. Et Iob. 13. *Fugit velut vmbra.* Non dicit currit, sed fugit. Qui fugit celerius cursum consumit, quàm qui currit. Tantum fugit vmbra, quãtum lux Solis currit. Corpus solare est omnium velocissimum, viginti quatuor horarũ spatio totum peragrat cœlum, & mundum illuminat, & tenebræ ab eo fugiunt: ita currit nostra vita. Nil vmbra fugacius, appræhendi non potest manu: similiter philosophandum de nostra vita. Psal. 38. *Verumtamen in imagine pertransit homo.* Felix legit, certe in imagine ambulat homo: idest, in vmbra. Vana enim velut vmbra est vita eius. Sic exponit Bredembachius. Nostræ vitæ breuitas mirabiliter describitur Oseæ. 13. *Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, & sicut puluis raptus ex area, & sicut fumus de fumario.* Quatuor tenuissimis rebus comparat vitam nostram vates, nubi, & rori matutino, nebula matutina exiguo solis radio dissoluitur calore diei euanescit, similiter ros matutinus, quia tenuis est sicatur: puluis in area tenuissimus, & minutissimus est, pedibus equarum, vel boũ tritus, & ideo à vento facilime dispergitur. In Hebræo est, sicut gluma, quæ turbine ex area propellitur. Idest, sicut aristæ, & paleæ,

Eclesiast. 10.
Psalm. 89.
Iob. 13.
Psalm. 38.
Felix.
Bredembach.
Oseæ. 13.

& tritici, quisquiliæ quæ à vento huc, & illuc circunferun-
tur. Et sicut fumus de fumario. In Hebræo est, Sicut fu-
Pagninus. mus, qui egreditur de fenestra. Et sic legit Pagninus. Ci-
tius enim exit fumus per fenestram, quàm per angustum
70. os fumarij; & illico euanescit, in altum eleuatus. 70. In-
terpretes legunt. Sicut vapor de locustis: vapor enim, si-
ue aura, quæ de ore locustæ egreditur, adeò tenuis est, vt
ferè non videatur. Et sicut locustæ vastant gramen viri-
de, & herbas agri, & decorticant arbores, fructusq; con-
sumunt, suntq; famis nunciæ: sic nostra vita: laboribus,
Varro. fame, & lachrymis plena, exiguæ durationis est. Varro
cum humanam vitam considerasset, & nil illa fragilius, &
fugacius inuenisset, rectissime, & prouerbialiter dixit.
Homo bulla: bulla enim tumor ille est inanis, qui vide-
tur in aquis momento temporis enascens simul, & eua-
nescens. Fertur quoq; Aristotelis nomine, hæc de homi-
ne definitio: quid enim est homo? Infirmitatis exem-
plum, temporis spolium, fortunæ ludibrium, casus ima-
go, inuidiæ, & calamitatis trutina: hoc quod reliquum
Arist.in po- est phlegma, & colera. Aristoteles in Politicis, & tertio
liticis, & 3. rethoricorum scribit, vigorem iam euanescere anno fer-
rethoricor. me trigesimoquinto: animi vero, quinquagesimo. Hi-
pocrates, extremam hominis ætatem terminat quadra-
gesimo nono. Et hoc tam breue tempus plenum est sex-
centis morborum generibus, quotidieq; ab eis torque-
mur? Quot instant casus, & terrent ruinæ? Quot intoxi-
cant venena, & mergunt naufragia? Quot bella impetum,
& terremotus subuertunt? Quod lapsus pesundant, & ex-
terminant fulmina? Gladius interimit, & patibulum es-
trangulat. Deniq; quid nos non exagitat? Quid quod æs-
timatione nocturnæ quietis, dimidio quiq; spatio vitæ
Sophocles. suæ viuit pars æqua morti similis exigitur. Sophocles in
Ayace dicit, nil aliud quam vmbra, aut flatus est homo.
Pindarus. Pindarus hominem, vmbræ somnium appellauit. Aeschi-
Stobeus. lus apud Stobeum. Vmbræ fumi similem facit hominis
vitam.

vitam. Sed vt longior vita, quam est, nobis appareat efficit malorum cumulus, quibus opprimimur: plus enim aloes, quam melis, habet hæc vita. Et Iupiter Homericus ex dolijs suis plus admiscet malorum, quam bonorum, vt si suam quisq; fortunam ad calculos vocet: minima sit futura ratio eorum, quæ nobis ex animo euenerunt. Bene exclamat Iob cap. 7. *Parce mihi Domine nihil, enim sunt dies mei.* Et Eclesiastici. 40. *Modicum tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus.* Possunt hæc verba exponi de modico huius vitæ tempore comparato æternæ beatitudini. Et Psal. 89. *Mille anni ante occulos tuos tanquam dies hesterna quæ præterijt: & custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.* Nox à militibus in quatuor diuidebatur custodias, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur: & sicut vna noctis vigilia cito transit, maxime cum labore fessi custodes somnium capiunt: similiter mille annorum spatium apud te, qui semper es, fuisti, & futurus es, pro breuissimo tempore computantur. Et sequitur. *Mane sicut herba transeat.* In Hebræo est, percutiente te eos, somnium erunt. Mane quasi herba transiens, mane floruit, & abijt: ad vesperam conteretur, & siccabitur. Sic notauit Hieronym. Varlenius super Psalmos.

Iob. 7.
Eclesiast. 40.
Psalm. 89.
Hiero. Varlenius super Psalmos.

Sensus est, omnis vita humana somno comparabitur, sicut enim mane virens herba, & suis floribus vernans, delectat occulos contemplantiũ, paulatimq; marcescens amittit virorem, & arescit, vt fœnum: ita omnis species hominũ, vernat in paruulis, floret in iuuenibus viget in viris, arescit in senibus. Et isti optatiui floreat, transeat, arescat: positi sunt pro verbis præsentis præteriti, aut futuri tẽporis, quod ex veritate Hebraica cõstat. Induret positum est pro induretur: nam Græce est passiuum. Et bis repetit transeat. *Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat.* Quia in ipsa iuuẽtute quãdo homo videtur stare, & altas radices in terra habere; iam in suo flore marcescit, & ad occasum mortis

 vergit:

vergit: & cum incipit adolescens viuere iuxta aliorum opinionem, iam incipit mori. Sed in senectute omnia sunt duriora lapidibus. D. Hieronymus super Psal. 6. dicit dum loquimur, dum ambulamus, repente subtrahimur: ego ipse qui vobis hac die loquor, quid crastina die de me futurum sit, nescio, si venerit leuis febricula, vbi est ista vox? Vbi est superbia? Repente vertitur in cinerem. Et propterea exclamat Iob cap. 17. *Dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.* Nihil enim ex hac vita nobis cõceditur nisi terræ parua mensura.

D. Hierony. super Psal. 6.

Iob. 17.

Mem. ☞ *Cui cõparabo te, vel assimilabo te filia Hierusalem? Cui adæquabo te & cõsolabor filia Sion? Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui?*

Sensus est. Cum sit solatium miseris, socios habere pœnarum, dicit noster vates. Cui assimilabo te? Vt solacium aliquod tibi aducam: nullum reperio populum, sic vexatum, & ab inimicis afflictum, atq; vastatum, sicut tu: & propterea quia magna est contritio tua cui comparabo te? Et quia tam grauis est, cui assimilabo te? Tua vastitas, omnium vrbium superat vastitates. Quam gentem adducam, quæ pro peccatis suis tam horribile subierit iudicium, sicut tu? Quem populum adducam tibi, in exemplum, qui tam duro percussus sit supplicio, vt is, seuientis maris procellis comparari possit? Tua plaga, omnes superat, & antecellit, sicut mare omnia flumina mole, & amaritudine: tuæ contritioni nulla coæquatur calamitas. 70. Interpretes legunt. Quid testificabor tibi? Aut quid assimilabo tibi filia Hierusalem? Quis saluabit, & consolabitur te virgo filia Sion? Quoniam magnificatum est poculum contritionis tuæ, quis medebitur tibi. Sanctes Pagninus legit. Quid testificari faciam tibi, & quid assimilabo tibi filia Hierusalem? Quid æquabo tibi, & consolabor te virgo filia Sion? Idest, quid opus est, vt adducam tibi testes? Vel quid testari faciam

70.

Pagninus.

ciam tibi? Idest, quid possum tibi ostendere, & testificari euenturum eis malum propter malum tuum. Hoc ipsum dixerat cap. 15. Hieremias. *Quis enim miserebitur tui Hierusalem, aut quis contristabitur pro te, aut quis ibit ad rogandam pro pace tua? Tu reliquisti me dicit Dominus retrorsum, abijsti.* Tot sunt in te peccata quod nullus orabit pro te, neq; de tuo dolebit supplicio, imo lætabitur. Hierem. 15.

☞ *Quis medebitur tui?*

Q Vasi diceret, nullus præter Deum, tuum poterit vulnus curare. Similis locus est. Ecclesiast. 12. *Quis me debitur incantatori à serpente percusso?* Quasi diceret, nullus, aut rarus. Et 1. Reg. 2. *Siquis peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?* Idest, vix aliquis inuenietur qui audeat orare. Et Matth. 24. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens?* Et Prouerb. 20. *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?* Idest, raro inueniuntur, qui fideliter rependũt beneficium, & par pari referant debitam gratiam. Ita in præsenti loco. Et Hierem. 20. *Insanabilis plaga tua.* Et Micheæ. 1. *Quia desperata plaga eius.* Et sicut exhauriri nequit aqua maris, sic contritio tua a nemine iuuari potest: quicunq; enim acceserit ad sucurrendum tibi naufragium patietur: sicut qui irati maris vellet procellas sedare, aut perturbatos cõponere fluctus, ab illis obrruetur. Vnde non est tibi in homine sperãdum, sed in Deo omnipotenti. Et sic dicitur Isaiæ. 51. *Duo sunt quæ occurrerunt tibi, quis contristabitur super te? Vastitas, & contritio, & fames, & gladius quis consolabitur te?* Et est Andialis figura dicit hic Haimo. Duo mala dicit venisse Babyloni, & quatuor commemorat. Periculosa fuit plaga Hierosolimitanorum, cui per humanam industriam subueniri non potest.

Eclesiast. 12. 1. Reg. 2. Matth. 24. Prouerb. 20. Hierem. 30. Micheæ. 1. Isaiæ. 51. Haimo.

Vbi nota. Quod pericula maris sunt magna. Plato in libro de Republica, fugiendum esse mare censuit, per inde ac improbitatis magistrum: nã si ab eo quisq; maxime remotus sit, optimè Rempublicam administrabit. Strabo dicit, Plato. Strabo.

mare

mare attingentes deteriores effecti latrocinari cæperunt, & hospites iactare. Hinc factum est, vt maritimi mores, ex adagio, pro pessimis celebrentur. Vnde Athenienses Reges plurimum in eo laborauerunt, vt à mari ciues abducerent, agrisq; colendis assuefacerent. Cato Censorinus referente Plutharco, tribus in rebus per omnes vitæ suæ partes pæni tentiam egit. Primum si mulieri aliquando arcanum, & secrètum credidisset: secundum siqua dies, per incuriam in anis affluxisset: tertium si aliquò naui transmisisset, quò pedestri itinere proficisci licuisset: quod dixit propter maris pericula. Et sic Aristoteles, viros nauticos vocat, vis mortuos: quod nuuquam sint de vita securi, donec ad portum peruenerint. Cropilus Philosophus Platonis discipulus, cũ domus paternæ fenestras, quæ supra mare aspectum dabāt mortalibus, tenacissimo clauderet cemento; interrogatus cur id faceret? Respondit æquora conspicere nolò, ne cupiat illa animus conscendere: in sipientem enim magis decet, potius quàm sapientem nauigare, nam terram Deus hominibus, aerem auibus, mare piscibus fecit. Vnde Psal. 87 Regius vates assimilat morbi sui vehementiam furori tempestatis, cuius violentiæ nil aliud instare videtur, quàm nauium submersionem: vices etiam illas dolorum crebro recurentium fluctibus maris horrendis, quæ nihil aliud, quã mortem minantur; confert dicens. *Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Et Psalm. 8 *Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.* D. Ambrosius lib. de Helia, & ieiunio cap. 19. adducit hunc Psalmum, & dicit piscibus dedit, non hominibus, per ambulare semitas maris, ad escam tibi mare datum est, non ad periculum: cur tibi periculum generas de voluptate? Dominus dixit, Dominamini piscibus maris, & non dixit nauigate influctibus. Et Ionæ 1. quia Ionas voluit nauigare, vt fugeret à facie Dei tempestate turbatur, & iactatus in mare est exceptus à cete grandi. Mare fecit Deus propter elementi pulchritudinem. D. Ambrosius lib. 3. examerõ capite

Cato Cẽsorin *Aristot.* *Cropilus.* *Psal. 87.* *Psal. 8.* *D. Amb. lib de Helia, & ieiunio cap. 19.* *Ione. 1.* *D. Amb. lib 3. examerõ. cap. 5.*

cap.5.adducit illud Genef.1. *Congregationes aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod esset bonum*. Ideſt pulchrum. Sic exponit D. Ambroſius, & quam pulchra, & huius elementi ſpecies, vel cum ſurgentibus albeſcit cumulis, ac verticibus vndarum, & cautes niuea rorant aſpergine, vel cum æquore criſpantia clementioribus aures, & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem præfert colorem, qui autem eminus ſpectantibus frequenter effunditur, quando non violentis fluctibus vicina tundit littora, ſed velut pacificis ambit, & ſalutat amplexibus. Quam dulcis ſonus, quam iocundus fragor, quam grata, & conſona reſultatio: bonū mare tanquā hoſpitiū fluuiorū, fons imbriū, deriuatio alluuionum, inuectio comeatuū, quo ſibi diſtantes populi copulantur, quo præliorum remouentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, ſubſidium in neceſitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, ſalubritas valetudinis, itineris compendium, transfugium laborantium, ſterilitatis alimentum, ſubſidium vectigalium, ſeparatorum coniunctio: ſed periculoſum eſt pelagus vaſtum, quando iraſcitur, & in eo pugnant varij venti: cum intumeſcunt vndæ, terret mortales: qui in terra ſecurus eſt à ventis, licet perflent cum magno impetu, in mari naufragatur, & ventus rapidus, quamuis arbores euellat, ſed in mari ſubuertit, & ſubmergit naues. Tanta eſt huius elementi proceloſi vis, & potentia, vt ſolus Deus ſua potentia valeat illud carcere claudere, & compedibus detinere, ne terram obrruat. Vnde Iob. 7. dicit Iob. *Nunquid mare, aut cetus ſum ego, quia carcere circundediſti me?* Habeo ego maris ferocitatem, aut ceti, quia ſic concluſiſti me in hoc ſterquilinio, ſicut mare? Cui poſuiſti terminum, & arena circundediſti, quæ eſt vinculum, & compedes illius. Iſaiæ. 5. vt ſtrepitum exercitus Aſſiriorum, & militum voces, atq; ferocitatem declaret vates, comparat eos fremitibus maris. *Et ſonabit ſuper eum in die illa, ſicut ſonitus maris.* Hoc ergo vaſtum mare, quod omnes terret, ſicut infantem Deus

Geneſ. 1.

Iob. 7.

Iſaia. 5.

Deus inuoluit pannis, & fascijs, & sedat, & componit tu-
Iob. 38. mientes fluctus. Iob. 38. *Quis conclusit ostijs mare, cum erumpe-bat, quasi de vulua. Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem: & circundedi illud ostijs meis, & posui vectem, & ostia, & dixi, huc vsq; venies, & non procedes amplius.* Cum mare intumescit, atq; euomit arenam, & cœlum tangit fluctibus, Deus compescit, & in tranquillam auram redigit. Operuit insuper mare caliginosis nebulis, & circunscripsit littoribus, finibus, cautibus,
Hierem. 5. & promontorijs fragiliq; conclusit arena. Vnde Hierem. 5. *Me ergo non timebitis ait Dominus: & à facie mea non dolebitis, qui posui arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribit, comouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud.* Et hoc significant verba illa Iob, et circundedi illud ostijs meis. Quia præter Deū nul-
Psalm. 88. lus posset legem ponere aquis. Et Psal. 88. *Tu dominaris potestati maris motum autem fluctum eius tu mitigas.* Versu antecedenti dixit. *Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.* Et hæc omnipotentia Dei manifestatur, non solum in terra, sed etiam in mari. Ingens est maris potestas, sed maior est Dei vis, siquidem maris elationes, & fluctum coercet, quod nullus terræ Regum valet eficere. Et mari atribuit vates potestatem non tamen terræ. Est bellua horribilis ma-
Diog. Laertius. re concitatum. Vnde Anacharsis scita, vt refer Diogenes Laertius lib. 1. in vita eius. Cuidam afferenti quatuor digitorum nauis esse crassitudinem respondit, tantum à morte absunt qui nauigant. D. Paulus inter multa periculorum
2. ad Cor. 11. genera. 2. ad Corint. 11. *Periculis in mari.* Dicit, quæ pericu-
Eclesiast. 43. la experiuntur, qui nauigant. Eclesiasti. 43. *Qui nauigant ma-*
Psalm. 106. *re enarrant pericula eius.* Et Psal. 106. *Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Nautæ, & negotiatores exercentes comercia in vastissimis æquoribus: ipsi experti sunt mirabilia opera Domini, & ipse suo nutu potest commutare tempestatem in serenitatem, & lenem auram.

Sensus

Sensus ergo nostri vatis est: sicut sæuitiam maris alius quàm Deus non potest compescere: sic tuam calamitatem ô Hierusalem alius præter Deum non potest auferre. Vel iuxta Hebræum, quid testificari faciam tibi, & quid assimilabo tibi filia Hierusalem: idest, quid boni de te dicere possum? Moyses de te locutus est. Deutero. 4. *En populus magnus.* Et cap. 7. *Non est alia natio tam grandis.* Et Baruc. 3. *O Israel quam magna est domus Domini, & ingens locus possessionis eius. Ibi fuerunt antiqui Gigantes, non hos elegit Deus.* Sed elegit te Psal. 147. *Non fecit taliter omni nationi.* Et Numer. 24. dixit Balam de te. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* At ego nil horum de te dicere possum, cum nihil boni, plurimum autem mali in te videam: sed in peccatis, & eorum vindicta nullum inuenio populum tibi similem. Nam Ezechiel. 16. dicitur de te. *Iustificata est Sodoma, à te.* Et Samaria, dimidium peccatorum tuorum non fecit, illud *à te*, nota est cõparationis. Idest, præ te, iustior es te. Sic Lucæ. 18. *Descendit hic iustificatus ab illo.* Idest, præ illo, iustior illo.

Deuter. 4. et 7.
Psalm. 147.
Numer. 24.
Ezech. 16.
Lucæ. 18.

Nun ☞ Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt tibi assumptiones falsas: & eiectiones.

SEnsus est. Causa huius ruinæ, & calamitatis Hierusalem fuit habuisse iniquos, atq; falsos concionatores, qui aures demulcebant audientium, non carpebant vitia, sed palpabant: non aperte obiurgabant tua scelera, sed potius operiebant, & adulabantur. Viderunt tibi falsa: fingebát à Deo vidisse visionem, atq; ab eo fuisse assumptos ad prophetandum. Et hoc est vidisse tibi assumptiones falsas. *Et eiectiones.* Idest, quia fuere inter vos Pseudoprophetæ, propterea repellit vos Deus: sicuti gentem deceptam, in quibus non est timor omnipotentis. Sanctes Pagninus legit. Mendacium, & insulsum: mendaciũ enim res insipida est. Sic Ezech. 13. *Pagninus.* *Ezechiel. 13.*

Visionem

visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis videntes ei visionem pacis. & non est pax. In gens enim piaculum est mentiri, & in nomine Dei, qui verax est, & mentiri non potest. Vnde Ieremiæ 23. *Propheta qui habet somniũ narret somnium, & qui habet sermonem meum, narret sermonem meum, quid paleis ad triticum? dicit Dominus.* Palea hic vocatur mendacium, inconstans est palea à vento dispergitur: sic vates falsidicus modo ait, modo negat, inconstans est, cum non habeat mendacium firmum fundamentum: sed verba Dei sunt vt triticum, veritate plena. Frumentum nõ dispergitur in area à vento, sicut paleæ. Sic de inconstancia quam in bono habent impij dicitur, *Et sicut puluis quem projicit ventus à facie terræ.* In Hebræo est, verbum (meth) quod significat illum tenuissimum pulu isculũ siue lanuginem illam, quæ vna cum paleis é frumento ventilatur, & sic legunt Pagninus, & Caietanus, tanquam gluma, quam projicit ventus. Campensis legit festuca, sed melius legũt noster vulgatus, & D. Hieron. nam ventilabrum projicit paleam, puluerem autem ventus, & Ezechiel. 13. *Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis vt viuificarent animas, quæ non viuunt.* Non dicit propter pugillum tritici, aut farinæ, quæ sunt cibus hominum, sed propter hordeum pabulum iumentorum: & non propter mensuram magnam, sed propter pauca grana; & nõ propter panem integrum, sed propter frustum panis; adeò auari cibi erant, & infimi cordis, & dediti mẽdacio, vt propter res exigui pretij deciperent populum, sic exponit Lyranus.

Ieremiæ 23. Psal. 1. Pagninus. Caietanus. Campensis. D. Hierony. Ezechiel 13. Lyra.

☞ *Prophetæ tui.*

NOtanda sunt singula verba, tui vates, quos tibi assumebas, non mei, quos ego tibi mittebam. Et vt notauit Hugo de sancto victore cũ exprobratione ponitur pronomen *tui*, idest, falsiloqui, quos tu elegisti, sed mei fuere veridici, 2. ad Timot. 2. *Coacerbabunt sibi magistros prurientes auribus*

2. ad Tim. 2

auribus. Pruriẽtes, nõ est acusatiui casus in Græco, sed recti. Idest, qui titillãtur, & pruriũt auribus, querunt magistros, qui sibi blãdiãtur, & leniter aures scalpãt, nõ qui radãt terrore gehennæ, iuxta carnales suos affectus gestient audire fabulas vanas, & nõ vno cõtenti, plures querent falsidicos, vt pluralitate falsa loquẽtiũ, aliquam sibi promittant securitatẽ. Et quia prophetæ tui fuere, ideo mẽdaciũ eorũ ad te redũdauit, quia istorũ malitia tibi placuit: nõ solũ viderunt falsa, sed stulta, quæ sine ratione sunt, & tu credidisti.

Et nota quod veri vates appellãtur in sacra pagina prophetæ Dei. Vt Psal. 104. *In prophetis meis nolite malignari*. Et 4 Reg. 1. vocatur Helias homo Dei, quia erat verus vates. Et 1. Reg. 9. appellatur Heliseus vir Dei, & Agei 1. *Verba Agei Prophetæ sicut misit eũ Dñs Deus eorũ ad eos, & timuit populus à facie Dñi*. Ecce ecce fructũ quẽ faciunt veri vaticinãtes, timorẽ Dei in cordibus auditorũ inserũt, & infra. *Ageus nũtius Dñi de nuncijs Domini populo dicens*. Idest, sum verus pro pheta, & de numero prophetarũ Dei. Et 1. Reg. 23. *Et cognouit omnis populus à Dã vsq; ad Bersabe, quod fidelis Samuel Propheta esset Dñi*. Falsi autẽ prophetæ nõ vocãtur Dei, vt cõstat Micheæ 3. *Prophetæ eius vesani*. Ioã. etiã 10. *Quot quot ante me venerũt fures sunt & latrones*. In eo quod ait venerunt, & nõ dicit missi sunt, palã indicat seditiosos signari, qui nec vocati, nec missi sed à se ipsis, & proprio arbitrio incitati venissẽt. Et Matt. 7. hæc est Pseudoprophetarũ nota. *Attẽdite à falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ*. Et Ierem. 23. *Nõ mittebã eos, & ipsi currebãt*. In illo verbo, *Currebãt*. notatur manifeste eorũ auiditas, & cura ad alios decipiẽdũ, qui nõ ambulabãt sed currebãt. Et 1. ad Corint 11. *Nam si is, qui venit alium Christũ prædicat, quẽ non prædicamus*. Bruno explicat, idest, Pseudopropheta, qui venit à se, non à Deo. Nam signum est Pseudoapostoli venire ipsum, & nonmitti. De his ait Ieremias capite 23. *Ecce ego ait Dominus ad Prophetas, qui furantur verba mea, vnusquisq; à proximo suo, qui assumunt linguas suas, & aiunt dicit Dominus*.

Psal. 104. *4. Reg.* 1. *1. Reg.* 9. *Agei.* 1. *1 Reg.* 23. *Micheæ* 3. *Ioan.* 10. *Matth.* 7. *Hierem.* 23 *1. ad Cor.* 11 *Bruno.* *Hierem.* 23.

Ecce ego(suple paratus sum)ad puniendum eos, qui assumunt linguas, idest, verba veri vatis, vel stilum veri Prophetæ, qui dicere solebat,hæc dicit Dominus. In Hebræo

Pagninus. est, qui lenificant linguas suas. Et sic legit Sanctes Pagninus. Idest, lenibus, & dulcibus verbis demulcent auditorum aures,nunquam arguunt, semper blandiuntur. Vt in-

Ad Ro. 16. quit D.Paulus ad Roman.16. *Per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.* Hos vocat Paulus,canes.

Ad Phil.3. *Videte canes,videte concisionem, videte malos operarios.* Canes dilacerant, quod integrum est in partes secantes, simulq; latrant:sic Hæretici contra veritatem clamant, & Ecclesiæ vnitatem curant diuidere, tunicamq; in consutilem rum-

D.Hierony. lib.2. contra Iouinianũ. pere, sed non poterunt. D.Hierony.lib.2. contra Iouinianum dicit.Quadringenti fermè anni sunt:quod prædicatio Christi fulget in mundo,ex quo innumerabiles hæreses tunicã sciderũt, quæ significat vnitatẽ Ecclesiæ. Sunt veluti Ieroboã,qui à vera religione separauit decẽ tribus,vt inDã, & Bethel vitulos adorarẽt.Sunt vt Ianes,& Mābres Ægyp-

2.ad Tim.3. tij,qui Moysi restiterũt,teste D.Paulo 2.ad Tim. 3. *Sunt ar-*

Iudas sua Canonica. *bores autumnales bis mortuæ.* Vt D. Iudas sua Canonica scribit. *Bis mortuæ.* Idest,folijs,& fructu spoliatæ,quæ in autũno florẽt,cũ poti⁹ in vere deberẽt florere,quod est signũ,quòd cito arescent. *Eradicatæ.* Idest, arbores euulsæ ab Ecclesia, quæ est hort⁹ cõclusus sine fidei radice,& charitatis succo. *Sunt fluctus feri maris despumãtes suas luxurias.* Alios maculãtes suis immũdicijs:similes sunt Iudæ proditori,cuius pedes in manu Christi Dñi erãt,sed diabolus erat in corde.Sic isti vidẽtur de Deo sermonẽ facere, sed Sathanas dominatur eorũ cordibus:horum finẽ dixit Dñs futurũ ignẽ gehennæ.

Matth. 7. Matth.7. *Omnis arbor,quæ nõ facit fructũ excidetur, & in ignem*

2. Petri.2. *mittetur.* De his 2.Petri 2.dicitur. *Eum qui emit eos, Deũ negãt.*

Isaiæ. 63. Imo,qui,& redemit eos suo sanguine negãt.Vnde Isaiæ 63. *Saluauit mihi brachiũ meũ.* 70. legũt,emit eos brachium meũ:

70. sanguine enim suorum brachiorum homines emit. Et addit D. Petrus. *Super inducentes sibi celerem perditionem. Multi*

sequentur

sequentur eorum luxurias, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, & perditio eorum non dormitat, quibus iam olim iudicium non cessat. Blandis sermonibus vos decipiunt, veluti hominum emptores, & venditores vos vendunt, & expilant, falsas merces pro optimis distrahunt, falsam doctrinam docentes sub Euangelij specie. Horum punitio non tardabit, nam subitò, & repentè omnes Hæretici periere. Arrius crepuit medius, vt Iudas; Iulianus Apostata hastarum ferro confossus; Ioannes Hus combustus; Mahumetus apoplexi peremptus; Lutherus dormiens cũ sua pellice noctu in lecto à dæmone suffocatus. Vnde Isaiæ. 45. *Abierunt in confusionẽ fabricatores errorũ.* Et Apocalip. 20. de exercitu Antichristi pugnãtis cõtra Ecclesiã dicitur. *Ignis descendit à Deo de cœlo, & deuorauit eos:* idest, ingẽs ignis, superlatiuũ vim habẽt illæ duæ voces, à Deo, & de cœlo. Sicut Gen. 19. *Igitur Dñs pluit super Sodomã, & Gomorrã sulphur, & ignẽ à Dño de cœlo.* Idest, in gẽtẽ ignis copiã pluit, ac si esset aquarũ inũdatio. D. Hilarius epist. ad Donatũ diaconũ ait, Theologia supera uit Hæreticos, prostrauit omnes aduersarios, vbi quæso schisma Pelagij? Barbaries Manichei? te vera amodò non cõparet. Et Ezechiel. 13. *Erit manus mea super Prophetas, qui vidẽt vana, & diuinãt mendaciũ in cõsilio populi mei non erunt, in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur.* Et infra. *Tu filij hominis pone faciam tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo.* Eo insaniæ deuentũ est, vt non solũ viri, sed fœminæ falsa vaticinẽtur, vel vocat fœminas falsos Prophetas, quia effœminati erãt Veneri, & vino deditі: sic exponit Vatablus. *Et dic, hæc dicit Dñs, væ, qui cõsuunt puluillos sub omni capite manus, & faciũt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiẽdas animas.* Hoc est, ponunt ceruicalia sub capite omniũ Iudæorũ, vt securi dormiant in peccatis, prophetãtes eis fœlicitatẽ, & pacẽ. Sicut Sedechias sumpsit ferrea cornua, & falsò prophetabat: *ecce ego ad puluillos vestros, quibus vos capitis animas volãtes, & dirũpã eos de brachijs vestris, & dimittã animas, quas vos capitis animas ad volãdum.*

Isaiæ. 45. *Apocal. 20.* *Genes. 19.* *D. Hilarius epist. ad Donatum.* *Ezech. 13.* *Vatablus.* *3. Reg. 22.*

idest, eruam à retibus, & fallacijs vestris, vt volent; & ad suprema conscendant. Vel ego auolare faciam animas iustas de vestris manibus, quas affligitis, & mortificatis. *Vel animas ad volandum.* Idest, instabiles, quæ huc, & illuc volant, & omni vento doctrinæ circunferuntur. Vel est metaphora sumpta ab aucupibus, qui retia parant cum granis tritici, vt aues ad terrã descendant, & capiantur laqueo. Ita animas, quæ ad cœlestia erãt auolaturæ capitis facientes vt terrenis inescatæ voluptatibus pereãt: vel appellat animas volãtes vates, quia sunt immortales, non extinguntur cum

Chald. paraphrast. corpore. Chaldeus paraphrast. legit, quibus vos venamini animas, vt pereãt. Et dicit statim vates. *Et mærere fecistis cor iusti, quẽ ego nõ cõtristaui.* Visis vestris fraudibus, & quòd in nomine Dñi prophetabatis, cũ ab illo nõ mitteremini tristitia afficiebãtur iusti, cũ vos rideretis. *Propterea vana nõ videbitis, & diuinationes nõ diuinabitis amplius.* Nam de medio vos tollã, & moriemini: vel capitis animas volãtes, quasi volucres. Illud ad volãdũ, conecti debet cũ verbo dimittã animas ad volãdũ, supple liberas à vestris laqueis, vt volare possint.

Actor. 20. De his dixit D. Paul. Actor. 20. *Intrabũt post dicesum meũ lupi rapaces, nõ parcẽtes gregi.* In Græco est lupi graues. Idest, superciliosi, & maximũ à vobis petẽtes honorẽ: vel vobis onerosi humeris vestris insidẽtes, quasi onus graue vestrã substãtiã rapiẽtes. Et qui sint isti lupi, declarat, dicens. *Ex vobis*

Ad Phil. 3. *exurgent viri loquentes peruersa.* Et ad Philip. 3. ait Apostolus. *Videte canes, videte falsos operarios, videte concisionem.* Nota-

Matth. 15. uit hîc Theodoretus Iudæos vocari canes hîc, qui Matthæi 15. appellati sunt filij, & gentes, quæ tunc canes sunt appellatæ. *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* Nunc appellantur filij: mutata est sors, quia omnium rerum vicissitudo est, & gentes conuersæ sunt ad fidẽ. Canes

Zachar. 15. etiam vocãtur, propter suã impudentiã. Zachar. etiam. 13. *Erit in die illa dicit Dominus, disperdam nomina Idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & Pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra.* Duo conectit, quæ promittit

promittit de terra esse auferenda Idola, & Pseudopropheтas: quia sicut Idola sunt falsi Dij, sed lignum, aut lapis, neq; aliquid diuinum in eis est: ita in falso Propheta non est Dei reuelatio, & sic Helias. 3. Reg. 18. non solum Idola destruxit, sed etiam Prophetas Baal iugulauit, quibus sublatis pollicetur Deus dæmonem expulsurum de terra, quia isti sunt ministri dæmonis, qui viam dæmoni parant vt capiantur fidelium animæ ab eo, peccatumq; in eis regnet. Ezechiel. 13. vulpes appellantur. *Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel.* Vulpes simulant se mortuas vt capiant securas auiculas eis aproximantes: sic sunt hipocritæ mortificationem fingunt, vt securius animas falsis doctrinis decipiant. Ezechiel. 13.

☞ *Nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.*

GLosa Interlinealis sic exponit, peccata, quæ videbant non carpebant, futurum supplicium non manifestabant, vt vel sic te ad tuorum delictorum pœnitentiam, & contritionem inducerent, quod est cõcionatorum munus. Ita Hierem. 51. *Nolite tacere super iniquitatem Babylonis, quia tẽpus vltionis eius à Domino est.* Et Amos. 8. *In gutture tuo sit tuba, quasi Aquila super domũ Domini veniet.* Supple hostis Nabuchodonosor: de cõcionatoribus, vt canes muti tacentibus conqueritur Dominus. Ezechiel. 13. *Et cõfortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala.* Quasi diceret vates, iã peccatũ de manibus impij labebatur, & ipse à se excutiebat, vos autem vestris falsis verbis fecistis vt nõ dimitteret, neq; relinqueret viam iniquam. D. Paulus 1. ad Corint. 14. docet, quomodo sit exercẽdũ hoc munus. *Qui prophætat hominibus loquitur ad exhortationẽ, & ædificationẽ, & cõsolationem.* Sed adulatores, dicit Hierem. cap. 6. *Curabant cum ignominia contritionem filiæ populi mei.* In Hebræo est, lenibus verbis, quod Hispane dicimus (sobre peyne, la mano liuiana) sicut Heli sacerdos leniter repræhẽdit filios. 70. legunt, parui

Hierem. 51. Amos. 8. Ezechiel. 13. 1. ad Cor. 14 Hierem. 6. 70.

parui pendentes curabant contritionem filiæ populi mei. Ideſt, Dei comminationes, & ſupplicia contemnebant dicentes, pax, ideſt, proſpera cuncta vobis euenient, & non

Chaldeus. erat pax, ſed bellum, & calamitas. Chaldeus legit, curabant contritionem cætus populi mei verbis mendacibus, & ita

Hierem.23. Hieremiæ.23. *In Prophætis Hieruſalem vidi ſimilitudiuem adulterantium.* Ideſt, erant Idolatræ ex quo ſequebatur quod adulterabant verbũ Dei mille mendacijs, & capitis ſui ſomnijs miſcentes. *Et confortauerunt manus peſſimorum, vt non cõuerteretur vnuſquiſq;.* Ideſt, dexteras amicitiæ impijs dedere, ſociq; iniquitatum fuere.

☞ *Vt te ad pœnitentiam prouocarent.*

EX Hoc textu vides, piæ lector, pœnitentiam eſſe vnicum, & ſingulare remedium peccatoribus, qui iactati proceloſi huius maris fluctibus amiſſere inocentiæ baptiſmalis decorem, eſt ſecunda tabula poſt naufragium, quam, vt peccatores appræhendant ſacri verbi prædicatores curare debent, vt ſaluentur, ne naufragium patiantur in pelago vitiorum. Eſt enim ſacra anchora ad quam confugiendum

Pſalm.64. nobis eſt. Pſal. 64. *Exaudi nos Deus ſalutaris noſter ſpes om-*

Auguſtin. *nium finium terræ, in mari longe.* Auguſtinus Genuenſis, Iuſti-

Iuſtinian.in Pſalterio. nianus Epiſcopus Nebienſis in ſuo Pſaltererio exponit ex mente cuiuſdam Rabbini hæc verba de pœnitentia, porta enim pœnitẽtiæ, & lachrymarum, quacunq; hora eſt aperta peccatoribus, ſicut mare, quod portis caret, omnibus patẽs, vt ſe poſsint lauare; ita dum ſuperſt halitus poteſt quiſq; de culpis pœnitere. Et hæc eſt ſpes, quam poſſunt certo

Pſalm.36. habere habitantes in diſtantibus maris inſulis. Pſalmo etiam.36. *Spera in Domino, & fac bonitatem.* Chaldeus legit, & fac bonum, ideſt, pœnitẽtiam, quæ virtus maximum bo-

Oſeæ.14. num eſt peccatoribus. Ita Oſeæ 14. *Accipe bonum, omnem auferet iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum.* In Hebræo, & Chaldæo eſt (Tob) ideſt, bonum noſtrum propoſitum pœnitendi accipe, atq; deteſtandi crimina, & reddimus vitulos

tulos,hoc eſt, labijs noſtris tuam clemẽtiam celebrabimus. D. Paulus egregia Euangelij tuba. 2.ad Corint. 7. dicebat. *Et ſi ad horam vos contriſtaui, gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.* Ecce quantum bonum eſt pænitentia,vt quælibet animi mœſtitia licet ſit maxima, vt leue remedium eſt reputãdum, dummodò ſit via ad pœnitentiam, & declarat Apoſtolus, quod ſequatur emolumentum ex tali dolore,dicens. *Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autèm triſtitia mortem operatur.* Ideſt, dolor de peccatis propter Deum ſummè dilectum veram,atq; firmam operatur ſalutem,ſicuti amara potio,quæ expellit humores noxios à corpore. In Græco eſt,ſalutem fixam operatur,& immobilem, vel non pœnitendam,ideſt,non parui pendendam. Amare herbæ ſunt aptiores ad pharmaca, quibus ſalutem corporis adipiſcimur,ſic pœnitẽtia carni amara ſalutem animæ operatur. Et magni atq; in gentes piſces non inueniuntur in aquis dulcibus fluuiorum, ſed in aquis ſalſi maris reperiuntur:ita magni ſancti in amaro pœnitentiæ mari inueniuntur,vt Dauid,Magdalena,Matthæus,& alij. Propterea clamat Iſaias cap.46. *Reddite præuaricatores ad cor.* 70.Interpretes legunt,ingemiſcite,& agite pœnitentiam,qui erratis,& Baruch.2. *Anima,quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua,& in firma,& anima eſuriens,& occuli deficientes dat tibi gloriam,& iuſtitiam Domino.* Eſuriens, ideſt, ieiunijs, & in edia aflicta, vel eſuriens ſuam ſalutem glorificat te. Et Ioel.1. Cubate in ſacco miniſtri Dei mei,ſanctificate ieiunium. Et cap.2. *Sanctificate ieiunium.* Ideſt, indicite ieiuniũ. *Vocate cœtum.* 70.Interpræt. legunt prædicate curationem, ideſt,pœnitentiam, qua animæ vulnera curantur quotanis in feria quarta cinerum noſtram medetur ſuperbiam, ſancta mater Eccleſia,cinerem noſtris capitibus ponens,& ieiunium prædicans. Iſaiæ etiam 30. *Propterea expectat Dominus,vt miſereatur veſtri.* Expectat,ſupple ad pœnitentiã. Vnde Sapient.12. *Quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ.*

Marginalia: **2.ad Cor. 7.** — ***Simile.*** — ***Iſaiæ. 46. 70.*** — ***Baruch. 2.*** — ***Ioel.1.& 2.*** — **70.** — ***Iſaiæ. 30.*** — ***Sapient. 12.***

Sapient. 11. *tiæ*. Idest, hic puniens, & non occidens, & cap. 11. *Misereris omnium: quia omnia potes*. Hoc est, quia es omnipotens omnibus parcis, non es tu Domine, sicut sæculi potentes, qui magis, vel minus de suis vindicantur inimicis, iuxta maiorem, uel minorem suam potentiam: & dissimulas peccata hominum, propter pœnitentiam. De quodam Turcarũ Principe Selim fertur vidisse in carnis priuijs, & Bachanalijs Romæ homines letos, & exultantes mille ludis, & postea in die cinerum vidisse illos tristes, & cordatos: & dixisse heri erãt isti, veluti insani, sed hodie cinere imposito sit per caput: restituta est illis, mens. Ecce quid agat pænitentia in nobis, quæ quidem donum Dei est, vt constat ex illo 2.

2. ad Tim. 2 ad Timot. 2. *Corripientem eos, qui resistunt veritati, nequandò Deus det illis pænitentiam ad cognoscendam veritatem, & resi-*

D. Aug. lib 2. de singularitate clericorum cap. 14 *piscant à diaboli laqueis*. D. August. lib. de Sermone Domini in monte, & lib. 2. de singularitate Clericorum cap. 14. exponit vt aliquãdo det Deus illis pænitẽtiã ad cognoscẽdã veritatẽ. Hũc enim exoptabat Apostolus, vt omnes pæniterẽt, ex illis autẽ verbis det Deus pænitẽtiã manifeste colligitur, pænitentiã esse Dei donum: & sic postula peccator

Psal. 50. cum Dauide Psal. 50. *Cor mundũ crea in me Deus*. Et cũ Hie-

Ieremiæ 21. remia caput 31. *Conuerte me Domine, & conuertar*. Hoc autẽ

Iudicum 2. pænitentiæ donum cælicolæ nobis desiderant & sic Iudicũ 2. descendit Angelus de cælo, ut pænitentam Israelitis prædicaret, *Ascenditq; Angelus Domini de Galgalis ad locum flẽtium, & ait Eduxi vos de Egypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus vestris. Cumq; loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt, & vocatum est nomen loci illius, locus flentium in molauruntque ibi hostias Domino*. Et hoc in gratiarum actionem, quia emolliuit cor eorum vt pæniteret. Diues illi epulo cũ in gehẽna torqueretur petijt importunis præcibus ab Abra

Lucæ 16. hamo, vt mittat Lazarũ ad fratres suos, *Vt testetur illis, ne veniant in locum tormentorum*. O Deũ immortalẽ ille dãnatus carens amore Dei, & proximi optat, vt fratres penitẽtiã agãt,

vt

vt poterat qui benè intelligebat, quanta amiſſerit bona, quia noluit in vita pœnitere, & quot pateretur mala in inferni ignibus. Vnde Matth. 11. dixit Dominus, *Væ tibi Betſaida, væ tibi Corozain, quia ſi in Tiro, & Sidone hæc facta fuiſſent in cilicio, & cinere pænitentiam egiſſent.* Quaſi diceret, ſi in Barbaria, & Africa hæc ederentur miracula, iā ſedentes in cinere vt Iob pœnitentiā egiſſent. Et Matth. 12. cognomine egregio condecorauit Dominus Niniuitas appellans eos viros, quia pœnitentiā egerunt. *Viri Niniuitæ ſurgent in Iudicio.* Et hoc eſt nomen quod ſolum ſtrenuis, & fortibus quadrat. Item maximū ſolaciū peccatoribus eſt ſcire, quod inquacūq; hora ex corde ingemuerint ſua crimina De⁹ ignoſcit. Vnde Iſaiæ 30. *Hæc dicit Dñs ſanctus Iſrael, ſi reuertamini, & quieſcatis ſalui eritis.* 70. interpræt. legūt, ſic dicit Dñs ſanctus Iſraelis, quādocūq; cōuerſus gemueris ſaluus eris, & agnoſce vbi fueris. Hic loc⁹ citatur à doctoribus ſcholaſticis nomine Ezechiel. cap. 18. ſub his verbis, inquacūq; hora ingemuerit peccator nō recordabor iniquitatū eius. Talia verba nō habētur in Ezechiele ſed hæc. *Si autē impi⁹ egerit pænitētiā ab omnib⁹ peccatis ſuis, vita viuet, & nō morietur.* Et ita inuenies hūc locū Iſaiæ 30. iuxta verſionē 70. interpræt. & frater Leuini⁹ Amonius Cartuſian⁹ tractatu de Filio Prodigo notat, hanc 70. interpræt. tranſlationē, & dicit ſatis ſuperq; elaboraſſe, vt eam inueniret. Et ita D. Bernardus citat hæc verba Iſaiæ 30. eſt ergo optatiſsimus portus ſalutis pœnitentia ne in manus Dei irati incidamus, vt dicitur Eccleſiaſ. 2. *Si pæniteātiam nō egerimus incidemus in manus Dñi, & nō in man⁹ hominū, quia horrēdū eſt incidere in manus Dei viuētis.* Ideo Suſanna Daniel 13. dixit. *Melius eſt mihi abſq; opere incidere in man⁹ hominū, quā peccare in conſpectu Dei.* Pſalm. etiam 4. *Sacrificate ſacrificiū iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Chaldea paraphraſtis legit, Domatæ concupiſcientias veſtras, & reputabitur vobis, velut ſacrificium iuſtitiæ. Deo enim valde placet carnis concupiſcentias negare, de ſe hominem vindictam ſumere, ſacrificiū Deo gratū eſt, & hoc quia peccauit Pſal. 68.

Matth. 11.

Matth. 12.

Iſaiæ 30.
70.

Ezechiel 18

Leuinius Amonius Cartuſianus

Eccleſiaſ. 2.

Daniel. 13.
Ad Heb. 10
Pſal. 4.
Chald. lectio

Pſal. 68.

Et operui in ieiunio animam meam. Optimum operimentum ieiunium, quo veluti scuto protegitur homo, ne à diuini arcus sagittis transfigatur. Felix vertit, fleui dum essem in ieiunio animã meã, idest, ieiunaui, & simul fleui nuditatem animæ quam efficit peccatum vbi primum comedit Adan de fructo arboris vetitæ, & Eua cognouerunt, se esse nudos. Ecce quos nudat gula, ieiunium operit, & vestit, si cum dolore peccatorum coniungitur. Et dicit textus. *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Folia ficus sunt asperrima, & illis operitur Adamus quasi sacco se muniens, vt caro domaretur, & Deus sibi esset placabilis, alijs enim folijs lenibus poterat vestiri, quibus corpus nequaquam vexaretur, sed hoc fuit manifestum suæ pœnitentiæ signum, vt rectè notauit D. Ireneus libro 3. cap. 37. contra hæreses Valentini.

Felix. — *Genes. 3.* — *D. Ireneus lib. 3. c. 37.*

☞ *Viderunt tibi falsa, nec aperiebant peccata tua, vt te ad pœnitentiam prouocarent.*

70. Septuaginta legũt, non aperuerunt peccata tua, ad reducendam captiuitatem tuam. In Hebræo est, ad conuertendum captiuitatem tuam. Hoc est, si grauitatem, & deformitatem tuorum peccatorum apertè manifestarent, simulq; repræhendissent nõ fuisses ducta in exilium ô Hierusalem, vel citius à captiuitate libera fuisses. Aperte debet audere sacri verbi concionator, manifesta increpatione publica peccata corripere. De Azaria sacerdote solum dicitur. 1. Paralip. 6. cum de alijs pluribus fiat ibi mentio. *Ipse est, qui sacerdocio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Hierusalem.* Hoc in eius laudem dicitur, & non aliorum sacerdotum, quia ipse ausus fuit Oziæ Regi dicere. *Non est tui officij Ozias, vt adoleas in censum Domino, sed sacerdotum, qui consecrati sunt.* 2. Paralip. 26. quia ausus fuit Regi resistere, dicendo veritatem, scriptura sacra dicit, functum fuisse suo munere. Et in laudem Ioannis Baptistæ notat. D. Chrisostomus homil. 37. in Matthæum. Ioannem redarguisse Herodem

1. Paral. 6. — *2. Paral. 26* — *D. Chrisost. hom. 37. in Matthæum.*

rodem

rodem tyranum ferocissimum in media vrbe, & foro cũ-ctis audientibus tanquam infantem, aut adolescentulum increpasset. Et D. Paulus ad Roman. 10. dicit, Isaias autem audet, & dicit, inuentus sum à non querentibus me. Procopius Sophista in Isaiã notat. Ideo Paulum dixisse de Isaia fuisse audacem, quia maioribus Hierusalem cap. 1. sui vaticinij dixit. *Principes Sodomorum, & populus Gomorræ audite verbum Domini*. Debent verba concionatorum pungere corda audientium, ideoq́; Eclesiastes 12. comparantur stimulis. *Verba sapientium, quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi*. Hoc verbo stimuli subindicat sapiens, similimos nos esse iumentis, & frequentissimis egere stimulationibus, & simul debere pungere, & vulnerare audientium conscientias prædicantium verba, vt sic à peccatis resipiscant, & vt claui, qui non separant, sed vniunt asseres, sic vera doctrina vnit credentes è cõtra Pseudoapostoli in plures sectas diuidunt credentes, sed sana doctrina est, sicut stimulus pungens, non palpat, non conniuet carnalibus, sed ad bonum operandum mouet.

Ad Ro. 10. *Procop. Sophista in Isaim.* *Eclesiast. 12.*

☞ *Viderunt tibi assumptiones falsas, & eiectiones.*

SEduxerunt te Prophetæ tui falsi, vt in hanc venires calamitosam eiectionem, vel abiectioné. Sic exponit Isidorus Clarius. Vel viderunt assumptiones, idest prophetias falsas, & eiectiones, idest, res, quæ te expellebant à me, & ita exponit Vatablus, atq́; à via mea, quæ recta est. Cui consonat lectio Pagnini, viderunt tibi prophetias vanas, quæ te expellebant à me. Talia mala ex alio capite non poterant oriri, quam ex impijs concionatoribus, & hic est sensus Theodoreti dicentis viderunt tibi assumptiones vanas, & expulerunt te, nam prædicentes grata impediebant pœnitentiam, nec sinebant eos à frequenti scelere recedere. Ecce quomodo falsi doctores à via recta expellunt. Vnde Zachariæ. 13. *Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra, & vanè consolabuntur*.

Isidorus Clarius. *Vatablus.* *Pagninus.* *Theodoret.* *Zachar. 13.*

solebuntur:id circo abducti sunt quasi grex, affligentur: quia non est eis pastor. Et quia vero caruere pastore, id circo à falsis vatibus præcipitabantur in magnas calamitates. Et Propheta

Isaiæ. 9. docens mendacium, Isaiæ. 9. vocatur incuruans. *Et disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam incuruātem, & deprauātem in die vna: Propheta docens mendacium ipse est cauda.* Incuruans vocatur ille, qui à recto tramite in deuium facit alios flectere. Eum qui recta peruertit, & vera deprauat Domi-

Matth. 5. nus disperdet. Sed *Qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno cælorum.*

Lyranus. Secundus sensus Nicolai Lyrani. Viderunt tibi assumptiones falsas inducendo te per falsas persuasiones ad ineūdum bellum contra Chaldeos. Et eiectiones, quia ad hoc prælium subsecuta est eiectio de tua terra, cum deuicta vr-

Dionisius. be Hierusalem ciues in captiuitatem migrauere. Dionisius exponit similiter, quia credidisti falsis Prophætis expulsa es ô Hierusalem à tua patria.

D. Thomas. Tertius sensus. D. Thomæ assumptiones, idest, dicebant vaticinantes falsa, quod Deus vos ad se sumeret, & eiectiones quod vestri aduersarij eiicerētur, idest, quod Deus vos protegeret. Protectio enim assumptio appellatur in sacro

Psalm. 88. eloquio, vt Psal. 88. *Domini est assumptio nostra.* D. Hierony,

Psalm. 65. legit Domini est protectio nostra. Et Psal. 65. *Beatus quem elegisti, & assumpsisti.* Idest protexisti. Viderunt ergo tibi assumptiones falsas, idest, mentiti sunt dicentes, quod Deus te assumeret sub sua protectione, & aduersarios reiiceret, cum cōtra factum sit, nam eiecta est gens Israëlitica à suo natiuo solo sicut pila ab vno assumitur, vt expellatur propterea quod falsis vatibus credidit. Eodem modo exponit

Hugo. Hugo. Quibus volebant (ait) promittebāt prospera, & quibus volebant aduersa: sed vtrumq; falsum, quia eiiciendis promittebant assumptiones, & assumendis eiectiones, cum Deus iratus erat dicebant, quod te ad protegendum assumeret, & quando placatus erat minabantur, quod te ad tribulandum eiiceret,

Quartus

Quartus sensus viderunt tibi assumptiones falsas, & eiectiones. Vtrumq; referendum est ad terrores, & tribulationem, & eiectionem vocat, eo quod populus eiiciendus erat in exilium; & assumptionem ad similitudinem oneris quod assumptum portantem grauat, pro quo nota, quod vbi in Isaia legitur onus Tyri, vel Babylonis, siue Damasci, Simachus, & Theodotio legunt, assumptio. Et Malachiæ 1. *Onus verbi Domini*. 70, interpræt. legunt, assumptio. Falsi autem prophetæ videbant onus populi, & in mimentia supplicia leuia esse futura nunciabant, dicentes, Deum esse misericordem, & populum non esse adeò peccatorem, vt tan graues pœnas mereretur. Vnde hos carpebat Isaias cap. 5. *Væ qui dicunt, bonum malum, malum bonū*. Simachus legit, væ qui dicunt, malo bonus es tu, & bono malus es, sensus ergo nostri vatis est. Dicebant isti falsidici quod assumebantur ad prophetandum vobis onus castigationis diuinæ, & leue fore supplicium, aut nullum asserebant, sed mentiebantur. Vnde Chaldæus paraphrastes, legit, uiderunt Prophetias, hoc est se videre fingebant.

Malach. 1. *70.* *Isaie. 5.* *Simachus.* *Chaldæus.*

Samech. ☞ *Plauserunt super te manibus omnes transeuntes viam, sibilauerunt, & mouerunt caput sua super filiam Hierusalem, haeccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris gaudium vniuersæ terræ.*

PLaudere manibus idē est quod letari in sacro eloquio vt Psal. 97. *Flumina plaudent manibus, simul montes exultabunt à conspectu Domini*. Idest, letabuntur & Eclesiast. 12. de inimico dicit Sapiens. *Caput suum mouebit, & plaudet manu*. Idest, de tua ruina exultabit. Et Ezech. 21. *Ego plaudā manu ad manū, & implebo indignationē meā*. Hoc est, præ nimia cordis letitia palmas sonabo, & non solū plaudere manu, est letari, sed inflictū supliciū approbare, vt 4. Reg. 11. *Plaudētes manu dixerūt viuat rex, quādo leuauerūt in regē Ioas* Idest,

Psal. 97. *Eclesiast. 12.* *Ezechiel 21* *4. Reg. 11*

D. Hierony. Idest, læti approbauere. D. Hieronymus ita exponit hic, lætati sunt de tua ruina.

Hugo. Secundus sensus Hugonis, & D. Thomæ est, transeun-
D. Thomas. tes viam, hoc est peregrini, & extranei calamitatis stupore mirati, & compassione moti mouerunt super te caput. Et pulchrè dicit plauserũt manibus, quasi dicat, super te prostratam admirantur de transacta gloria, dolentq́; de præsenti ruina, & de reparatione futura desperãt. Ex dolore plaudunt manibus, ex desperatione ore sibilant, ex admiratione caput mouent, dicentes hæc est vrbs perfecti decoris.
Apocal. 18. Idem dicitur Apocalip. 18. de Babylone euersa. *Mercatores hominum, qui diuites facti sunt ab ea, longe stabunt propter timorem tormentorum eius, & nautæ qui in mari operantur longe steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, quæ similis ciuitati huic magnæ; sibilauerunt, & mouerunt capita sua.* Iudæi erant illusores, vt antea diximus modo debitas pœnas exoluerunt, nam ipsi fuere ab alijs irrisi, videlicet à viatoribus, qui manu plausere, & oculis coniuentes, &
Psalm. 21. mouentes capita, qui est gestus subsanantium. Sic Psal. 21. *Omnes videntes me deriserunt me locuti sunt labijs, & mouerunt*
4. *Reg.* 19. *caput.* Et 4. Reg. 19. *Subsanauit te virgo filia Sion, post tergum*
Psalm. 43. *tuum mouit caput.* Et Psal. 43. *Dedidisti nos in similitudinem gentibus cõmotionem capitis in populis.* Idest, in oprobrium, & irrisionem vicinis, & distantibus. Quod prædixerat Ezechiel. cap. 22. *Dedi te irrisionem vniuersis terris, quæ iuxta sunt, & quæ procul sunt, triumphabunt de te sordida nobilis.* Idest, cum esses nobilis, sordida, & vilis effecta es. Vel est ironia, quasi diceret non es nobilis, sed pannosa.

Mouere caput est etiam in sacris literis criminari, & a-
Hierem. 18. cusare, vt Hieremiæ. 18. *Vt fieret terra eorum in desolationem, & sibilum sempiternum, omnis qui præterierit per eam obstupebit, & mouebit caput suum.* Idest, acusabit eam, quod Hispanè dicimus (dirã su pago tiene) sua culpa est euersa. Et Ezechiel.
Ezech. 27. 27. *Negotiatores populorum sibilauerunt super te.* Etiam mo-
Iob. 16. uere caput est condolere, vt Iob. 16. *Consolarer ego vos sermonibus,*

monibus, & mouerem caput meum super vos. Ideſt, conſolando condolerem: & cap. vltimo. *Et comederunt cum eo panem in domo eius, & mouerunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt ſuper omni malo, quod intulerat Dominus ſuper eum.* Iob. 42.

☞ *Hæccine eſt vrbs perfecti decoris gaudium vniuerſæ terræ.*

IDeſt, quæ gaudium præbebat prætereuntibus, & videntibus illam: poſſunt etiã hæc verba referri ad ſtuporem, vel contemptum, vt 4. Reg. 19. præcipitata Iezabele prætereuntes dixere. *Hæc eſt illa Iezabel? & erunt carnes Iezabel, ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro.* Ita hic, hæc eſt vrbs perfecti decoris. 70. legũt, corona letitiæ vniuerſæ terræ. Ideſt, quæ complebat decorem terræ: ſicut corona eſt vltimum ornamentum Regiæ dignitatis. Theodoretus legit, bonus decor terræ, quia pulcherrima habebat ædificia Hieruſalem, & in optima terræ parte erat ædificata egregias habebat turres, & fortes muros, munitiſsimaq; propugnacula, & ſuperbas ædes, de eius pulchritudine dicitur Pſal. 47. *Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* Felix Pratenſis, & Campenſis legũt, formoſa nimpha, letitia vniuerſæ terræ. Pagnitius legit pulcher locus, gaudium vniuerſæ terræ. Chaldeus paraphraſtes, pulcher, vt ſpõſus gaudium omnium habitatorum terræ. Laudatur à ſitu, & à pulchritudine, quia erat, vt nimpha ſpecioſa, diſcoloribus ornata veſtibus, quæ omnibus eſt grata. Et Pſal. 49. *Ex Sion ſpecies decoris eius.* Felix vertit ex Sion perfectæ pulchritudinis ſplẽdide apparuit Deus. Iſaiæ 29. hoc nomine appellatur. *Ciuitas munita, deſolata erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur, ſicut deſertum.* Et Hierem. 10. *Effunde indignationem tuam ſuper gentes, quia comederunt Iacob, & conſumpſerunt illum, & decus eius diſſipauerunt.* Ideſt, celeberrimam vrbem, & templum mirabilis pulchritudinis. Et ſponſus, vt maximam pulchritudinem ſponſæ declararet ait. *Pulchra es amica mea, decora ſicut Hieruſalem.* Et Hiere. 12. dicitur,

4. Reg. 19. 70. Theodoret. Pſalm. 47. Felix. Campenſis. Pagninus. Chaldeus. Pſalm. 49. Iſaiæ. 29. Hierem. 10. Cant. 6. Hierem. 12.

dicitur. *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.* Idest, vrbem, & templum, quod ex animo diligebam. Paraphrasis Chaldea legit, tradidi populum Dei electum coram me: tribus rebus, quæ maxime diligũtur comparat vrbem, & ciues eius. Domus, cum ædificatur valde amatur, & egrè fert dominus eius, vt destruatur, & eam deserere renuit. Hæreditas etiam quæ ab aliquo plantatur valde seruatur; non sinit, vt plantæ euellantur: sed magis diligitur vita propria, quæ omnibus rebus præponitur. Suum ergo populum, quem, vt vitam diligebat nollet deserere. Ita etiam Ezechiel. 20. laudatur Israelis terra. *Leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam prouideram eis, fluentem lac, & mel, quæ est egregia inter omnes terras.* 70. legunt, quæ fauus est inter omnes terras: idest, dulcedine fructuum plena.

Chaldeus. *Ezech. 20.* *70.*

Phe. ☞ *Aperuerunt super te os suum, inimici tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis. Dixerunt deuorauimus en ista est dies, quam expectabamus, inuenimus vidimus.*

Conuicijs te affecerunt linguisq; vulnerauerunt. Et ad hoc aperuerunt os de tua ruina plaudentes, vel aperuerunt os, sicut Leones ad te deuorandum: solent enim feræ famelicæ totum os aperire ad deglutiendum carnes. Ita Hierem. 51. *Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, reddidit me, quasi vas inane absorbuit me, quasi Draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea.* Vel aperuerunt super te os sum, vt consilium inirent ad te deuorandum, consulto te destruxerunt: Chaldei, & Romani sibilauerunt te despiciendo, tremuerunt, vt Apri dẽtibus irati. Grauis certe præsura, in qua omnes in festi deuorant, quia tua ruina pascũtur. Sibilauerunt detrahendo, fremuerunt, dentibus comminando, deuorauerunt insultando, & subsanando. Deniq; inimici tui audita tua ruina aperuerunt os præ nimio desiderio

Hierem. 51.

desiderio bibendi tuum sanguinem, & tanquam serpentes sibilauerunt dicentes.

☞ *Inuenimus, vidimus.*

ISta præterita, per futura, explicat Vatablus deuorem⁹, & inueniem⁹: & ita Pagnin. legit, dixerũt perdam⁹, hæc dies, quã expectabam⁹: id, quod quærimus dicim⁹ inuenire; quo verbo significatur hostes multis ante dieb⁹ procurasse ruinã vrbis. Ita Psal. 34. *Ne dicãt in cordibus suis, euge, euge animæ nostræ deuorauimus eũ.* In Hebræo est vah, anima nostra, vel votũ nostrũ, atq; desideriũ animæ cõpletũ est. Fac Deus ne dicãt inimici nostri fuim⁹ voti cõpotes eũ occidẽtes: et Psal. eodẽ. *Dixerũt, euge, euge, viderũt oculi nostri.* Hostes Hierusalẽ cõstat mille vijs ei⁹ euersionẽ quæsiuisse: curem⁹ nos, ne animæ nostræ inimici, dæmones scilicet, in mortis angustijs aperto ore de nobis rideãt, dicẽtes, hæc est dies, quã expectabamus de nostra damnatione reportãtes tropheũ: sed cum Propheta dicamus. *Deus me⁹ in te cõfido nõ erubescam, neq; irrideãt me inimici mei, etenim vniuersi, qui sustinẽt te nõ cõfundẽtur.* Vatablus. Pagninus. Psalm. 34. Psalm. 24.

Ain. ☞ *Fecit Dominus, quæ cogitauit impleuit sermonem suum, quem præceperat, à diebus antiquis destruxit, & non pepercit, & letificauit super te inimicum & exaltauit cornu hostium suorum.*

FEre sunt eadẽ verba, quæ superius dicta sunt, quia cũ hic sit planctus, & est mos lugẽtiũ, præcipuè fœminarũ eadẽ verba in lamẽtationibus crebro repetere, quã verborũ iteratione vim doloris explicant, non mirum si hunc stilum seruat noster vates, siquidem flet vrbis depopulationem.

☞ *Fecit Dominus quæ cogitauit.*

AC Si diceret nostri hostes exultãt, & suæ potẽtiæ tribuunt nostram ruinam, sed nos eorum insultationes leuius ferre debemus, quanto verius scimus mala nostra nõ ex eorũ viribus, sed ex iusto Dei iudicio procedere, cùm ei

displiceat culpa, & non casu, vel fortuito. Sed præmedita-
Isaiæ. 14. uerat ante à hoc supplicium. Vnde Isaiæ. 14. *Deus exercituum decreuit, quis poterit infirmare? Compleuit sermonem suum, quem præceperat.* Ex quibus verbis manifestè colligitur, Deum stare promissis, esseq; fidelem in omnibus verbis suis. Vnde
Malach. 3. Malach. 3. *Ego Deus, & non mutor.* In Hebræo est, & nō sum mutatus: idest, falso vos me mutabilem accusatis, quod contra promissa vestris patribus, vos consumpserim, vos estis, qui per temporis momenta mutamini, nullamq; fidem seruatis in custodiendis meis præceptis. Et Hierem. 1. *Virgam*
Hierem. 1. *vigilantem ego video, bene vidisti quia vigilabo ego super verbo*
Numer. 23. *meo, vt faciam illud.* Idest, opere compleam. Et Numer. 23.
1. *Reg.* 2. *Dixit, & non faciet? Locutus est, & non implebit?* Et 1. Reg. 2. *Incipiam, & complebo, prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius.* Et Isaiæ. 31. *Ipse autem sapiens adduxit malum, &*
Isaiæ. 31. *verba sua non abstulit, & consurget aduersus domum impiorum.* In Hebræo est, surrexit ad destruendum domos impiorum. Et
Iosue. 11. Iosue. 11. *Præcepit Moyses, Iosue, & ille vniuersa compleuit, non præterijt de vniuersis mandatis, nec vnum verbum, quod inferat Dominus Moysi.* In Hebræo est, neq; discedere fecit verbum
Ruth. 3. vllum. Et melius quam de Booz dicitur de Deo illud. Ruth 3. *Neq; enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est.* Et
Hierem. 4. Hierem. 4. *Lugebit terra, & mærebunt cœli desuper, eo quod locutus sum, cogitaui, & non pœnitebit me, nec auersus sum ab eo.* Et
Isaiæ. 34. Isaiæ. 34. *Requirete diligenter in libro Domini, & legite, vnum ex eis non defuit, & alter alterum non requisiuit, quia quod ex ore meo procedit ille mandauit, & spiritus eius, ipse congregauit ea.*
Psalm. 88. Psal. etiā 88. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut Lu-*
Simachus. *na perfecta in æternum testis in cœlo fidelis.* Simachus legit, qui testificatur est fidelis: idest, qui pollicitus est Dauidi Regnū
Isaiæ. 66. æternum verax est, & opere cōplebit. Et Isaiæ. 66. *Benedice-*
Apocalip. 3. *tur in Deo amen.* Idest, in Deo veraci. Et Apocal. 3. *Hæc dicit Amen testis fidelis.* Idest, ille, qui verax est, imo ipsa veritas,
Ioan. 14. fidelis est in suis verbis. Est enim, *Via, veritas, & vita.* Ioan. 14. Idest, vera via, quæ ducit ad vitam, quam promittit.

Quem

☞ *Quem præceperat à diebus antiquis.*

SVpple per suos Prophetas. Vel præceperat suis vatibus hunc sermonem narrare, vt pœnitentiam agerent Hierosolimitani. Vbi animaduerte, maximam adhibere Deum curam, vt vera ostendat esse suorum prophetarum verba, opere ea complendo. Vnde Eclesiasti. 36. petebat sapiens. *Da mercedem sustinentibus te, vt Prophetæ tui inueniantur fideles.* Sensus est. Hoc stipendio pro suis laboribus contenti sunt vates, vt eorum vaticinia compleantur, & fuisse veridicos in suis verbis, omnibus sit notum. Et ita Lucæ. 18. Agens Christus Dominus de sua morte dixit. *Ecce ascendimus Hierosolimam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* Quasi diceret, inter alia meæ mortis commoda, hoc vnũ erit, quod vera prædixisse de me Prophetas ostendam, alius enim egit de meis flagellis, & alapis, alius de cruce, & aceto, alius de spinea corona, alius de sepultura: nunc apparebit vera illos enunciasse. Hierem. etiam 15. *Scito, quod sustinui pro te opprobrium, & inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuũ in gaudium, & letitiam cordis mei.* Theodoret[9] legit, scito quod sustinuerim pro te opprobrium ab his; auersantur sermones meos, ad imple eos, & erit mihi sermo tuus in letitiam cordis. Hoc est, Pseudoprophetæ testantur me falsa prædicere, & populus hoc credit, hoc solacium mihi præsta, vt opere compleas ea, quæ vaticinatus sum. Vnde Oseæ. 5. *In tribubus Israel ostendi fidem.* Idest, fidelia, & veracia fuisse verba mea, quæ locuti sunt in nomine meo ostendi. Propterea Ionas renuebat in Niniuem proficisci ad eius euersionem prædicandam, quia suspicatus fuit cognita Dei clementia, quod sua prophetia solum futura esset comminatoria, & ad Niniuitarum lachrymas Deum fore placandum, & quod ipse à Niniuitis reputaretur falsidicus. Et propterea dixit videns Deum placatum. *Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum cum adhuc essem in terra mea?*

Eclesiast. 36.

Lucæ. 18.

Hierem. 15.

Theodoret.

Oseæ. 5.

Ionæ. 4.

S 2 Propter

Ionæ. 4. *propter hoc occupaui, vt fugerem in Tharsis scio enim, quod tu Deus clemens, & misericors ignoscens super malitia.* Sed postea completa fuit prophetia Ionæ, vt habetur Thobiæ
Thobiæ 14. 14. Dixit Thobias senex morti proximus. *Non enim excidit verbum Domini.* Videlicet, quod comminatus fuerat
Isaiæ. 44. per os Ionæ, & Isaiæ 44. *Suscitans verbum serui sui, & consilium seruorum suorum complens.*

Sade. ☞ *Exaltauit cornu hostium.*

Psal. 88 IDest, potentiam, & robur vt supra diximus. Sic Psal. 88. *Exaltasti dexteram deprimentium eum, letificasti inimicos eius.* Idest, fortitudinem.

Sade. ☞ *Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion, deduc quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

Hierem. 14. SVnt, qui hæc verba referant ad Hieremiam, qui cap. 14 dixit *Deducant oculi mei lachrymas, per noctem & diem, & non taceant, quia contritione magna contrita est virgo filia populi mei.* Alij per prosopopeiā referūt ad muros vrbis, quòd ipsi non cesent suam lamentari ruinam, & huic sensui cō-
Pagninus. sonat lectio Pagnini, quæ sic habet. O mure filiæ Sion descendere, fac lachrymam, veluti torrentem, per diem, & noctem non des requiem tibi. Alij referunt, hæc verba ad hostes Babylonicos clamauit cor eorum blasphemando, quasi fuerit impotens Deus ad suam vrbem defendendam
D. Hieron. quam ipsi solo adæquauerant. Sic exponunt D. Hieron.
D. Thom. D. Thom. Lyra, Paschasius, Ratpertus, & Dionisius. Vel
Lyranus. quod clamabant hostes præ animi letitia vissa sub versio-
Paschasius. ne: sed hîc sensus non videtur litteræ cohærere; Et sic
Dionisius. sensus est, quòd hæc verba referantur ad Israelitas, qui capti à Babylonijs cœlum clamoribus plorantes replebant,

replebant, ficut monuit Propheta, & à Deo poſtulantes ſubſidium in ſua calamitate. De quibus Pſalm. 125. dicitur. *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient portantes manipulos ſuos.* Metaphora eſt deſumpta ab agricolis tempore caritatis annonæ ſerentibus dolent, cùm triticum terræ cōmendant, quia à ſuo cibo auferunt, & ſic ieiunant tempore ſementis, ſed poſteà letātur in meſſe, & comedunt abundātèr. Sic boni in præſenti vita torquentur ærumnis, & lachrymātur, ſed pro qualibet lachryma effuſſa, letitiæ manipulum metunt. Similiter Iſraelitæ in locis, quibus plorauerāt, cùm ducebātur in exiliū ibidem liberi à ſeruitute Babylonica lęti choreas ducebāt. Et ſicut filij Iſrael, cùm in captiuitatem migrabant ſecum ducebant organa, & cytharas, & etiam cātores, & cytharedos, filios videlicet Aſaph, qui erant cētum quadraginta, & octo, qui aſcenderunt de captiuitate, vt dicitur 2. Eſdras. 7. *Cantores filij Aſaph centum quadraginta octo.* Et liberi pulſarunt cytharas, ſed in captiuitate ſuſpenderunt organa, & canere noluerunt. Similiter iuſti in præſenti vita flent, ſed ad vētate alterius ſæculi verē canūt, vt Philomela, & paſeres, qui vere canunt. Vnde Cant. 2. *Iam hyems tranſijt imber abijt, & receſit, tempus putationis venit.* In vere putantur vites, ſed in Hebræo eſt, tempus cantilenæ venit, nam falcibus vites amputantes ſolent canere, & ſimul aues: ſic exultabūt ſancti canentes, & letitiæ organa pulſantes tranſacta hyeme nimboſa huius vitæ.

Pſalm. 125. 2. Eſdras. 7. Cant. 2.

☞ *Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion.*

DICIT Vates clamauiſſe corde, & non ſolū ore, quia in oratione clamandum nobis eſt corde, & ore, ne dicatur illud Matth. 15. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Propterea dicebat Apoſtolus. 1. ad Corint. 14. *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Spiritus hic ſumitur pro ore: ideſt, anima, & voce, ore, & mēte pſallam Deo.

Matth. 15.

Eucherius in quæſt. noui teſtamenti. Sic exponit Eucherius in quæſtionibus noui teſtaměti ſuper epiſtolam ad Epheſ. *Pſallam ſpiritu.* Ideſt, voce ſimiliter exponunt. *D. Chryſoſt.* D. Chriſoſtom. & *Theophilat.* Teophilatus, & *Zeger.* Nicolaus Tacitus Zegerus. Ita *Pſal. 150.* Pſal. 150. *Laudate eum in cimbalis iubilationis omnis ſpiritus laudet Dominum.* Quaſi dicat vates, ad quid varia numero inſtrumenta? quidquid omnino vnquam ſpirat etiam in brutis, ſed maximè in hominibus ſuo ſpiritu, & flatu, & quidquid ſpirat, & habet vocē laudet Dominum, & ita D. Hierony. legit, omne quod ſpirat Hebraica enim *D. Hierony.* vox hic poſita (Niſmah) à verbo (Naſan) ſecundum aliquos, vel ſecundum alios (Nimah) à verbo (Naſac) ſignificat flatum, & ſpiraculum, & Græca etiam vox. Ita *Matth. 27.* Matth. 27. *Spiritus quidem promptus eſt, caro autèm in firma.* Ideſt, ò Petre facilimū eſt loqui, & ore promittere pro me mortem opetere, ſed caro eſt debilis, & infirma ad id opere præſtandum.

Pſalm. 65. Et Pſal. 65. *Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea.* Exaltare ſub lingua eſt, laudare Deum ex corde, nām cor eſt infra linguā, & à corde vſq; ad linguam fibria quædam tendit. *Euthimius.* Euthimius exponit exaltaui ſub lingua: ideſt, in lingua, vt *Pſalm. 9.* Pſal. 9. *Sub lingua eius labor, & dolor.* Ideſt, in lingua. *D. Hierony.* In Hebræo eſt (Veromam) hoc eſt, authore D. Hieronymo, exaltaui: vel, vt alij volunt exaltatus eſt à me eoq; exultaui. Sed nota, quod exultare quandoq; vſurpatur pro exaltare, & laudare. Vnde *Chaldeus.* Chaldeus interprætatur, laus eius ſub lingua mea. *Pſalm. 58.* Pſal. 58. *Exaltabo mane miſericordiam tuam.* Ideſt, letus exaltabo: in Hebræo eſt, laudabo. Et *Pſalm. 50.* Pſal. 50. *Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Ideſt, exaltabit, exaltare igitur ſub lingua Deum, vt ſanctis *D. Hilarius.* Hilario, & *D. Auguſt.* Auguſtino placet, eſt exaltare illum corde, cùm cor ſit infra linguam, & his, ex Rabinis cōſentit *Abenezra.* Abenezra; ſed *David Kimhi.* Dauid Kimhi putat præpoſitionem, ſub, hìc poſitam pro, in, vt placet *Euthimius.* Euthimio. Sed ſenſui D. Hilarij, & D. Auguſtini quadrat, quod ſequitur in Pſal. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet Dominus.* Vt rectè notauit *Bredembac.* Mathias Bredembachius ſuper hunc Pſalmum.

Deduc,

☞ *Deduc, quasi torrentem lachrymas.*

DOcet noster vates, quid in Babylonico exilio debeat populus captiuus facere, vt Deum reddat sibi placatum. Lachrymas effundere abundantèr, ita vt ad instar torrentis ex oculis fluant riui lachrymarum. Non dicit, deduc, quasi flumem aquam, nam flumem fluit ex aquis quæ è terra egrediuntur: torrens vero fit ex pluuijs, quæ de cœlo descendunt. Sic lachrymarum copia pro peccatis commissis à Deo nobis donatur. Eclesiasti. 18. dicitur. *Qui misericordiam habet, docet, & erudit, quasi pastor gregem suum.* Similitèr Hieremias Begninus vir docet populum, quid debeat facere in hac calamitate, die, ac nocte præces supplices ad Deum fundere. Per torrentem vehemens motus compunctionis designatur, cuius perseuerantia ponitur, cum dicitur, per diem, & noctem, instantia quoq; illis verbis declaratur non des requiem tibi. *Eclesiast. 18.*

☞ *Non taceat, pupilla oculi tui.*

SEnsus est tanta sit lachrymarum copia, vt non solum oculorum marginem, sed ipsum visionis radium procella irrumpens lachrymarum obtenebret; vt dum id quod tenerius est affligitur citius pietas iudicis ad misericordiam flectatur. 70. Interpræt. legunt, non taceat filia oculorum tuorum. Idest, pupilla, quæ magis custoditur à palpebris, quam filia à matre. *Non taceat.* Idest, non quiescat à fletu, vt Exod. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis,* Idest, quiescetis. Et Marci. 4. dixit Dominus mari: *Tace.* Idest, quiesce, sedare. Et nota, quòd oculis plorantibus: atribuit vates voces dicens. *Nesileat pupilla oculi tui.* Cum potius linguæ sit loqui, & silere. Habent enim lachrymæ suas voces ocultas, quæ apud Dei aures clamant, lachrymæ pro te vociferantur ad Dominum, ideo à fletu noli cesare. Psal. 38. *Auribus percipe lachrymas meas,* Quod si lachrymæ non haberent voces non peteret Psaltes, vt à Deo exaudirétur.

70. (margin, beside "flectatur. 70. Interpræt.")
Marci. 4. (margin, beside "quiescetis. Et Marci. 4.")
Psalm. 38. (margin, beside "vociferantur ad Dominum ... Psal.")

Et Ecclesiast. 35. *Non ne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas, à maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Aliquæ Bibliæ habent delectabitur in illis, & tunc legendum est interrogatiuè, quasi diceret, non delectabitur. Rabanus legit negatiuè vel Deus delectatur non lachrymis viduarum, sed earum pietate, quæ non petunt vindictam licèt affligantur. Sed ipsæ lachrymæ diuinas pulsant aures, & vltionem exposcunt, & sic dicit Sapiens. *Et exclamatio eius super deducentem eas, à maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlos.* Aqua in terra tantum ascendit superius quanto descendit ad ima, sed lachrimæ maiorem habent vim cum solum descendant ad maxillas magis ascendunt, penetrant cœlos. Zachariæ etiam 9. *Onus Domini in terra Hadrach, & Damasci requiei eius, quia Domini est oculus hominis, & tribuum Israel.* In Hebræo est, quia ad Dominum est oculus hominis.

Rabanus.

Zachariæ 9.

Sensus est, propterea veniet super Damascum vastitatis onus, quia oculi Israelitarum, quos persequebantur Damasceni, & flere faciebant: ad Deum stillant, petendo vindictam. *Hemath quoq; terminus eius.* In Hebræo est, Hemath terminabit in ea, idest, Dei punitio ponet ei limitem, & terminum, quia ipsa Damasci vrbs, vt suos dilataret terminos, alienos vsurpauerat. Et Iob 16. *Ad Deum stillat oculus meus.* Idest, eius opem imploro stillicidijs lachrymarum, quæ licèt in hoc sterquilinio funduntur cœlos penetrant tuasquè aures pulsant; vt auxilium flentibus, atquè solacium præstes.

Iob. 16.

☞ *Per diem, & noctem non des requiem tibi.*

IDest, asiduè, non cesses à fletu, & dicit non des requiem quia flentes cordis dolore torquentur. Die ac nocte, ponitur in sacro eloquio pro semper. Vt Psal. 1. *Sed in lege*

Psal. 1.

eius

eius meditabitur die, ac nocte. Et Psal. 54, *Die ac nocte circundabit super muros eius iniquitas.* Idest, continuè. & Deuteron. 28. *Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ.* Idest semper eris pauidus. Et Apocalyp. 7. *Seruient ei die ac nocte.* Dicitur de beatis: idest, iugiter laudabunt beati Deum Et capite 20. *Bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte.* Hoc est æternis cruciatibus mancipabuntur dānati. Septuaginta interpretes legunt, seu Græcus textus, loco horum verborum, *Non des requiem tibi*: Non des lotionem tibi. Idest, ne laues faciem tuam, sed lachrymis plenas maxillas relinque, vt citius ad misericordiam Deum prouoces. Lauare enim faciem à lachrymis finis planctus est. Ita 2. Regum 12. Mortuo puero. *Surrexit Dauid de terra, & lotus vnctusquè est.* In Hebræo est, ne des sedationem tibi: idest, letitia inte non inueniat locum, ita vt vastitatis oblitus cesses à planctu. De oculorum situ, & pupilla eorum, mira dicit D. Ambrosius lib. 6. Exameron cap. 9. In oculorum orbibus, vt in christalli specie refulgentibus, in eorum medio pupillæ sunt, quæ videndi munus operantur, hæ ne qua incidētis iniuriæ offensione lædantur pilis hinc inde consertis, velut quodam vallo per circuitum muniuntur. Vnde tutum auxilium postulans vates ait. *Custodi me Domine, vt pupillam oculi,* Vt protectionis diuinæ fieret tuta, & solicita custodia, qua pupillam oculi tutissimo quodam naturæ vallo munire dignatus est. Causam vero propter quā pupilla est in oculo tam parua, asignat Petrus Chrisologus Sermone 139. fol. 353. Dei est quod oculus in orbē sic apertus arctatur angustissimus in pupillam, quatenus moderate vissum videat, non inuideat non prorripiat, prospiciat nō despiciat, vt non sit vitiorum introitus. Hæc citatus Doctor. ☞ Coph. ☜

Psal. 54. | Deuter. 28. | Apocalip. 7 | Et 20. | 2. Reg. 12. | D. Amb. lib. 6. Examerō cap. 9. | Psal. 16. | Petrus Chrisogolus ser. 139.

Cōsurge lauda in nocte in principio vigiliarū effūde sicut aquā cor tuū āte cōspectū Dñi. Leua ad eū

manus tuas pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt fame in capite omnium compitorum.

CONsurge, lauda. Idest, clama in nocte. Hoc est, tẽpore calamitatis. Dixerat vates clamasse cor eorum ad Dominum. Signat modo tempus, & horam in qua debet clamare: ô Hierosolimitani nocte debetis consurgere ad Deũ laudandum, & faciem eius deprecandam, stantes enim orabant Iudæi. Et propterea dicit vt consurgat. Lucæ. 18. *Stans apud se hæc orabat Pharisæus. Publicanus vero stans à longe non audebat oculos in cœlum leuare.* Dixerat vates, deduc lachrymas per diem, & noctem: monet modo, vt initio noctis surgat Hierusalem ad plorandum. Pagninus legit, prædica. Suple Dei laudes alta voce, in Hebreo est, vociferare. In Græco, consurge ad meditandũ. Suple tua crimina, & ea deplora. Initio noctis solent speculatores vigilare, & primam noctis custodiam custodire: & noctem in quatuor vigilias diuidebant milites. In prima iubet vates vt surgant Hierosolimitani ad faciendum excubias, & sic fiet vt à suis liberentur hostibus. Et in memoriam reuocat Propheta noctis vigilias, quas milites custodiunt, ne militiæ spiritualis contra spirituales inimicos nos obliuiscamur, imo semper nobis vigilandum esse animaduertamus. Nam si. *Militia est vita hominis super terram.* Iob. 7. semper debemus vigilare. *Memento belli, & vltra non addas loqui.* Dicitur Iob. 41. Suple primi belli in quo Adam, & eius posteri fuimus victi in paradiso oportet reminisci, & humiliari, sed ne diffidamus de victoria adiuti à Deo additur. *Spes eius frustrabitur, & videntibus cunctis præcipitabitur.* Suple in tartarum.

Lucæ. 18. *Pagninus.* *Iob. 7.* *Iob. 41.*

Animaduertendum est. Nocte fuisse Hierusalem vastatam vt diximus capite præcedenti in illis verbis plorans plorauit in nocte. Et nunc vates consulit, vt nocte consurgat populus ad laudandum Deum, eadem hora qua vastata fuit vestra ciuitas, & facti estis hostium præda. Eadem surgite, & laudate Deum propter labores, & calamitates in

missas,

missas, quia vos hic puniuit: inumeras ei laudes tribuite. Maximum enim beneficium est hic puniri, vt dicebat D. Augustinus. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Sic Regius vates. Psal. 88. celebrat diuina beneficia exibita ei à Deo. Et dicit. *Misericordias Domini in æternum cantabo in generatione, & generatione annunciabo veritatem tuam. Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis. Iuraui Dauid seruo meo, vsq; in æternum præparabo semen tuum. Inueni Dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum: & ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius, sicut dies cœli.* Et inter hæc beneficia recenset suas afflictiones, fugam, & præsuras. *Tu vero repulisti, despexisti, distulisti Christũ tuum, auertisti testamẽtum serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius, & factus est opprobrium vicinis suis minorasti dies temporis eius, perfudisti eum cõfusione.* Et tandem omnibus suis laboribus numeratis concludit dicens. *Memor esto Domine oprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium, quod exprobauerunt comutationem Christi tui, benedictus Dominus in æternum fiat, fiat.* His verbis suum terminat himnum, quibus equaliter Deum laudat, propter flagella quæ patitur, atq; propter beneficia præstita. Et dicit in calce Psalmi. *Fiat, fiat.* Idest, non desistas me punire, hilari vultu labores sustinebo, sunt enim mihi vtiles. Et Ezechiel. 40. dicitur. *Extra portam interiorem Gazophilacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ, respicientis ad aquilonem.* Præcepit Dominus, vt cantores essent contra portam aquilonarem. Vbi rigidus flat ventus aquilo, vt intelligamus in fortuna aduersa, & erumnis debere nos laudare Deum, & cum exultatione de cantare eius beneficia, quia nobis mittit labores. *Lauda in nocte.* 70. Interpræt. legunt. Exulta in nocte, quia in labore est gaudendum, vel gaude, quia venit nox in qua Deum debes laudare.

D. August. *Psalm. 88.* *Ezech. 40.* *70.*

☞ *In principio vigiliarum tuarum.*

Nox diuidebatur in quatuor vigilias. Et in prima noctis vigilia

gilia præcipit noster vates, vt captiui surgant ad orandum.
70. Et sic 70. legunt. In principio custodiæ, quia tunc est tempus oportunum obtinendi à Deo veniam de peccatis, & libertatem à seruitute: siquidem noctis silentium ad hoc
Psalm. 62. inuitat. Sic Psal. 62. *In matutinis meditabor in te.* In Hebræo est, in custodijs, siue excubijs. Pagninus, in vigilijs, in nocte vigilo ad laudandum Deum. Verbum est castrense: solent milites facere excubias contra hostes, aduersus, quos certum remedium à Deo veniet. Et sic addit vates. *Quia*
Genes. 15. *fuisti adiutor meus.* Abraham etiam Genes. 15. recepit à Deo promissionem de suæ prolis multiplicatione nocte. *Eduxitque eum foras, & ait illi suspice cœlum, & numera stellas si potes: & dixit ei sic erit semen tuum.* Ex quo clare colligitur factã fuisse nocte hanc promissionem Abrahæ, siquidem stellas poterat videre, & tũc à Deo tam magnificum accepit promissum,
Lucæ. 6. quia in noctis quiete orabat. Sic Lucæ. 6. Christus Dominus. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Idest, maxima. Ex hoc nostri vatis loco, animaduertendum est, antiquum morem fuisse laudandi Deum in hymnis, & Psalmis media nocte, sicut modo in Ecclesia fit à monachis, & monialibus quæ ad recitandas matutinas horas surgunt: iuxta illud Da-
Psalm. 118. uidis Psal. 118. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Et
Isaiæ. 26. Isaiæ. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte, sed in præcordijs*
Psalm. 133. *meis.* Et Psal. 133. *In noctibus extollite manus vestras in sancta,*
D. Hierony. *& benedicite Dominum.* D. Hieronymus vertit ad sanctitatem. In Hebræo illud in noctibus iungitur cum versu præ-
Chaldea paraphrasis. cedenti; qui statis in domo Domini in noctibus. Chaldaica paraphrasis hoc loco sic habet, qui statis super custodia domus sanctuarij Dei, & laudatis in nocte. Leuate manus vestras sacerdotes super ambonem sanctum, & benedicite Deo. De Carolo quinto fertur, quod cum iuxta portum vrbis maurorum nomine (Argel) in medio noctis eius classis, magna iactaretur tempestate, militibus suis dixit, bono animo estote non patiemini naufragium nunc multi reli-
Iob. 38. giosi surgũt de lectis ad orandum pro nobis. Iob etiam. 38.

Quis

quis dedit gallo intelligentiam. Quidam Hebræus in eo ponit galli intelligentiam, quod suo cantu media nocte surgere faciat hominem, ad laudandum Deum. Ita Christus Dominus Lucæ 6. per noctabat in oratione Dei. Et Plinius Iunior lib. 10. Epistola ad Trajanum Imperatorem de christianis scribens dicit. Soliti sunt stato die, ante lucem conuenire, carmenq; Christo dicere secum inuicem. Idest per choros. Et Tertulianus apologetico contra gentes, cœtus ante lucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad conferendam disciplinam commemorat. *Lucæ 6.* *Plin. Iunior lib. 10.* *Tert. apologetico contra gentes.*

Lauda in nocte. Idest, tempore tribulationis, nox enim pro aduersitate sumitur in sacro eloquio vt Isai. 5. *Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.* Et Psal. 41. *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Idest, tempore prosperitatis, quæ dies appellatur. Esto misericors, & beneficus erga pauperes, & in nocte aduersitatis gratias immensas Deo reddere debes. Sic Alcuinus exponit. Sic Psalm. primo. *In lege eius meditabitur die ac nocte.* Idest, in letis, & tristibus; in prosperis, & aduersis. Et Psalm. 120. *Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem.* Idest, prospera, & aduersa non nocebunt tibi. *Isaiæ 5.* *Psal. 41.* *Alcuinus.* *Psal. 120.*

☞ *Effunde sicut aquam cor tuum.*

Sensus est, omnes afflictiones tuas Deo expone, vt ab illis te liberet. Ita Psalm. 61. *Effundite coram illo corda vestra.* Idest, vestros labores ei explicate. Et 1. Reg. 1, dixit Anna mater Samuelis. *Effudi coram Domino animam meam, effunde sicut aquam cor tuum.* Idest, sicut vas aquæ; contentū pro continente, quia debet esse oratio feruida cū deuotione. Addit Propheta liquefiat amore, & deuotione cor tuū instar aquæ conclussæ, quæ aperto foramine tota diffunditur, & cum impetu currit. *Vel effunde sicut aquam cor tuum.* Idest, ipsum cor liquefiat dolore, & in lachrymas conuersum per oculos effluat; ita vt oratio sit lachry- *Psal. 61.*

lachrymis coniuncta: quæ his duabus alis deuotionis, & *Psalm.73.* lachrymarum in altum leuabitur. Vnde Psal. 73. *Ne tradas* *Pratensis.* *bestijs animas confitentes tibi.* In Hebræo est.(Toreca.) Idest, *Pagninus.* turturis tuæ. Et sic legunt Pratensis, & Sanctes Pagninus, & *Campensis.* Campensis, & Nebiensis. Turturis autem cantus est gemitus, & vocat Dauid turturem illum, qui in oratione suspirat, & lachrymatur: vel *Effunde sicut aquam cor tuum.* Idest, perfecte, & intensa deuotione, quia aqua maiori impetu fertur in præceps rapidoq; cursu fluit. Item nota quod cum agit vates de oratione animaduertit vt sit cum perseuerantia. *Non taceat pupilla oculi tui, non des requiem tibi per diem, & noctem.* Secūdo monet captiuos, vt surgant in principio vigiliarum, & effundant cor, sicut aquam, quæ omnia orationis perseuerantiam declarant, vt quod petimus consequa- *Eclesiast.17.* mur. Sic Eclesiasti. 17. *Sta in sorte propositionis.* Idest, firmus esto in vocatione, qua vocatus es. *Et in parte iustitiæ tibi proposita, & orationis altissimi Dei.* Idest, firmiter adhære Dei *Psalm.21.* vocationi. Et Psal. 21. *Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.* In Hebræo est, & non est *D. Hierony.* silentium mihi. Sic legit D. Hieronymus. Aquila legit: & *Aquila.* nocte, & non tacebis. Idest, audies me. Et licet non audias *Eclesi.cap.3.* nō desistam à clamore: & Eclesiasti. cap. 3. *Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, & continebit se, & in oratione dierum exaudietur.* Nota verbum dierum: quasi dicat, non in vnius diei *Iacobi.5.* oratione, sed in multorum dierum exaudietur: & Iacobi. 5. *Multum valet oratio iusti assidua.* In Græco est eficax. Quia, *Lucæ. 11.* qui assidue petit, cum eficacia poscit. Vnde Lucæ cap. 11. *Et ille si perseuerauerit pulsans propter improbitatem tamen eius* *Ad Ro. 12.* *surget, & dabit illi quotquot habet necessarios:* & ad Romam. 12. *1. Petri.4.* *Orationi instantes.* Quod est idem cum illo. 1. Petri. 4. *Estote* *Lucæ. 18.* *prudentes, & vigilate in orationibus.* Dicente Domino, Lucæ. *2. ad Tim.5.* 18. *Oportet semper orare, & non deficere:* & 2. ad Timot. 5. *Sine* *D. Thomas.* *intermissione orate.* D. Thomas: super hunc locum Pauli orationi instantes dicit. In hoc verbo instantes assiduitas orationis designatur per orationem enim in nobis solicitudo excitatur,

excitatur, feruor accenditur, ad Dei seruitium incitamur, gaudium spei in nobis augetur, & auxilium in tribulatione promeremur: & Eclesiasti. 7. *Noli esse pusillanimis animo tuo.* *Eclesiasti. 7.*
70. Interpretes legunt, in oratione tua. Is vero pusillanimis 70.
dicitur qui postulata non repetit, sed statim animo deiicitur, ac frangitur. Magnanimus in oratione est, qui tametsi illico nō consequatur, instat, vrget, repetit, inculcat, & cumulat præces, donec postulata asequatur: & Psal. 80. *Dilata* *Psalm. 80.*
os tuum, & implebo illud. Idest, oris tui præces dilata, repete petitionem tuam, amplifica, & posce quod volueris, & implebo: eris voti compos. Vide Originem homil. 5. in libros *Origenes.*
Regum. & Psal. 34. *Humiliaui in ieiunio animam meam, &* *Psalm. 34.*
oratio mea in sinu meo conuertertur. Lectio Hebræa: reddi solet. Oratio mea tanquam rota voluebatur, cum sæpe ob vitæ dispendia humiliato, atq; abiecto animo repetenda sit oratio, animoq; sæpe versanda, & cogitatione voluenda. Campensis legit, in sinu meo versabatur. Et Psal. 76. *In die* *Campensis.*
tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis, & nocte contra *Psalm. 76.*
eum, & non sum deceptus: & prius dixit. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum, & intendit mihi.* Repetitis vocibus, vt solent ægroti auxilium petebat Dauid, vt Dei animū flecteret, ad quem per totam noctem supplices manus tendebat, & coram eo non remittebat, porrectas manus, non deponebat; donec exaudiret Dominus meditabatur, & spiritum meditatione, seu oratione scopebat. *Et exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Vel vt habent. 70. Interpræt. 70.
Teste D. Hieronymo ad Suinam, & Fretellam, sarriebam spiritum meum. Agricolarum more, qui noxias herbas frequenti sarculatione euellunt, nam verbum Græcum (Scallo.) Non semel sarrire sed frequenter significat, quod cum faceret aperte Dei mutationem dexteræ excelsæ, aperteq; potentiæ, digiti Dei veritatem sentiebat. D etiam Hieronymus in commentarijs. Hoc est, inquit, fodiebam quasi agrum, vt ibi mitterem semen doctrinarum Domini. *In principio vigiliarum.* Ex his verbis collige quod in principio

D. Hierony. epist. ad Fretelā, & Suinam.
D. Hierony.

nostrorum

nostrorum operum debemus ad Deum referre actiones nostras.

☞ *Leua ad eum manus tuas, pro anima paruulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omniũ compitorum.*

70. SEptuaginta Interpræt. legunt in principio compitorum: idest, viarum. Ostende ergo manuum eleuatione, te esse in necesitate, & auxilium à Deo asidue desiderare. Pro anima paruulorum parentes monet, vt orent, quia pro culpa patrum paruuli pœnam sustinent temporalem; vt in de remedium veniat, vnde venit periculum.

D. Thomas. Primus sensus, iuxta D. Thomam est. Pro anima paruulorum idest: pro animabus paruulorum, est singulare pro plurali, hoc est: pro separatione animarum à corporibus: *Lyra.* vel pro vita illorum paruulorum. Sed Nicolaus Lyran. aliter exponit. *Pro animabus paruulorum.* Idest, vt mors illorum paruulorum inocẽtium in oratione proponatur ante Dominum ad prouocandum iram Dei contra Chaldeos. Et memores estote in oratione filiorum vestrorum, qui cum essent paruuli ab hostibus sunt occisi. Attigerãt iam vsum rationis, & vt recipiantur in sinum Abrahæ orate. Et sic ex- *Dionisius.* ponit Dionisius Cartusianus.

Ex hoc loco nota. Morem esse antiquisimum, pro defunctis orare, & præces effundere, sacrificia pro illis offerre. Iuuantur enim animæ in purgatorio existentes sacrificio sacrosancto missæ, orationibus, & ieiunijs, & elemosinis vi- *D. Greg. in li. 4. Dialogor. cap. 57.* uorum. D. Gregorius in Dialogorum lib. 4. ait. Multum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris iuuare: ita vt nonunquam ipsæ defunctorum animæ hoc videantur expetere, & non solum defunctis, sed etiam viuis multum profuturum esse idem sacrificium creditur si digne offeratur. Hinc est, quod audiuimus quendã apud hostes in captiuitate positum, & in vinculis religatum fuisse,

se. Pro quo sua coniux diebus certis sacrificium offerre cõsueuerat; qui longo post tempore ad coniugem reuersus, quibus diebus eius vincula soluerentur innotuit, eiusq; coniux illos fuisse dies, quibus pro eo offerebat sacrificium cognouit. Hoc enim factum fuit gratia omnipotentis Dei, vt ex visibilibus rebus mortales discerent, quanta spiritualis hostia pro animarum salute oblata inuisibiliter possit operari. Vnde Eclesiasti. cap. 38. da suauitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem. Genes. 24. dicitur de Isaac. *Egressus est ad meditandum in agro.* In Hebræo habetur ad orandum. Scilicet pro matre sua Sara, cuius mors, & sepultura narratur cap. 23. & 2. Esdras cap. 2. Neemias Regis Artaxerxis pincerna, dixit. *Quare non mæreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est. Si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam in ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam.* Volebat in Iudæam venire, vt sacrificium super patris sepulchrum offerret. Et Thobiæ. 4. *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.* Item iuxta Nicolai Lyrani expositionem primam, super his verbis vbi dicit. Quod dupliciter potest intelligi: vno modo, vt animæ illæ recipiatur in sinu Abrahæ: nota quod fuere quatuor receptacula animarũ subtus terram, præter cœlum impireum quod est in cœlo. Iuxta Doctores scholasticos in. 4. dist. 43. & D. Thomam, ibidem. Vbi animæ beatæ sunt. In terra est infernus, purgatorium limbus puerorum, & limbus patrum, qui sinus Abrahæ appellabatur: sed iam nõ est sinus Abrahæ post Christi resurrectionem: ibi enim cum esset clausum cœlum, animæ fidelium iustorum erant ante Christi aduentum, qui locus iuxta omnes Doctores erat subtus terram. Est tamen omnium supremus, quia cum essent Dei amici non debebant tanta luce priuari. Et vocabatur limbus patrum sinus Abrahæ, quia omnes, qui ibi existebant vixerant, & mortui fuerant in fide Abrahæ, & charitate, qui eos ibi fouebat, quasi in sinu protectos à tempestate pœnarum.

Eclesiast. 38.

Genes. 24.

2. Esdras. 2.

Thobiæ. 4.

D. Thom. in 4. dist. 43.

D.Greg.lib. 4. dialogor. cap. 24. Psalm.30. Pagninus. Infernus vero est in centro terræ. Iuxta D. Gregorium 4. lib. dialogorum cap. 24. Qui in Hebræo vocatur Seol. Vt Psal. 30. *Erubescant impij, & deducantur in infernum.* In Hebræo est. (sidemuli feol.) Taceant in fouea: idest, inferno. Sanctes Pagninus legit, excidentur in inferno: dum silere ad infernũ pertineat. Et hoc est nullam habere causam defensionis cum peccator ad infernum mittitur, & adducitur, & ita taciturnitas illa iusta est damnatio, cum non habeat quod respondeat. Iuxta illud Matth. 22. *At ille obmutuit.* Campensis legit in foueam consopiantur. In Græca Matth.22. lingua vocatur gehenna. Est etiam purgatorium quod iuxta D.Thomam in 4. dist. 21. quest. 1. art. 1. questiuncula 2. D. Thomas. dicit purgatorium esse continuum, & proximum inferno. De hoc loco, inferno silicet agitur Matthæi. 5. qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Et de hoc diximus Matth. 5. supra cap. 1. fol. 66.

Est etiam limbus puerorum. Qui est supra purgatorium vbi sunt animæ puerorum qui in veteri lege, sine circuncisione è vita discessere, & in lege naturæ sine fide parentum aliquo signo protestata exteriori, & in lege gratiæ sine baptismo. Et animaduertendum est. Quod infernus superior in sacris literis designat limbum. Infernus autem inferior Psalm.85. locum damnatorum. Vt Psal. 85. *Liberasti animam meam, ex inferno inferiori.* Idest, de loco damnatorum qui deputatus est adulteris, & homicidis. Et quia ipse Dauid talia comiserat delicta dicit se ab illo liberatum. Et de hoc loco Prouerb.15. dicit Salomon Prouerbiorum 15. *Semita vitæ super erudi-* Deuter. 32. *tum, vt declinet ab inferno nouissimo.* Et Deuteron. 32. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima.* Idest, vsq; ad locum inferiorem damnatorum. Videndus Petrus Galatinus lib. 6. cap. 7. de Nominibus qui- Galatinus. bus infernus ab Hebræis apellatur. De limbo Patrum intel- Genes. 37. ligitur illud Genes. 37. *Descendam, ad filium meum lugens in infernum.* Hebraica vox ambigua est, ad sepulchrum, & ad infernum. Sed septuaginta intelligunt hic pro inferno,

&

& similiter Psal. 15. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Et Numerorum 16. refert scriptura tristem interitum Dathan, & Abiron, qui ob rebellionem contra Moysem, & Aaron, viui descenderunt ad inferos, & non ad sepulchrum. Adde etiam dicere hic Iacob. *Descendam ad infernum lugens.* Est enim descendere magis viuorum, quam mortuorum. Nullus enim mortuus descendere ad sepulchrum sed inferri dicitur, quin etiam Iacob non putabat Ioseph sepulchro illatum, vt cum illo descenderet; imo eum credebat rabido bestiæ ore deuoratum, & aluo eius conditum quò ipse venire non optabat: hoc perpendant Iudæi, qui contendunt legendum esse hic, descendam propter filium meum lugens in sepulchrum. Sed hanc illorum lectionem iugulat Hebraica veritas, quæ sic habet, descendam ad filium meum, & non propter filium meum. Et sic Sanctes Pagninus legit. Descendam ad filium meum: relinquitur igitur nobis, Iacob credidisse filij sui Ioseph animam, ad limbum descendisse, quem infernum appellat, & in quem Patriarchæ omnes, & Prophetæ descendebant; donec à Mesia Christo liberarentur. Vocatur autem limbus hic Hebraice ligatorium, siue conseruatorium. De limbo patrum etiam intelligitur locus Isaiæ. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Idest, ad limbum patrum, qui est veluti porta aliorum receptaculorum, quia est in sublimiori parte. Et hæc duo receptacula explicuit Iob. cap. 17. cum maximis præmeretur ærumnis. *Si sustinuero infernus domus mea est, & in tenebris straui lectum meum.* Idest, si patiens fuero ad limbum patrum ibo. Et addit. *Vbi ergo nunc est præstalatio mea? Et patientiam meam quis considerat?* Supplendum est hic (quam si non habuero) in profundissimum internum descendent omnia mea. Idest, in damnatorum locum, profundam voraginem. Ita adnotauit, & explicuit Porchetus in sua victoria contra Iudæos, & Petrus Galatinus libro. 6. de Arcanis Catholicæ veritatis,

Psalm. 15.
Numer. 16.
Pagninus.
Isaiæ. 38.
Iob. 17.
Porchetus.
Pet. Galat. lib. 6. cap. 9.

Ezechiel 32. capite 9. & eſt alter locus Ezechielis 32. *Ibi Aſur, & omnis multitudo eius in circuitu illius ſepulchra eorum omnes interfecti; qui ceciderunt gladio, quorum data ſunt ſepulchra in nouiſsimis laci.* Ideſt, in profunda auerni fouea. De *Zabhariæ 9.* Limbo patrum Zachariæ 9. *Tu quoq; in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua.* Illud Tu, iuxta proprietatem Hebraicam eſt fæmenini generis & ſignat diuinitatem, quæ erat vnita animæ, & dicit vinctos tuos eduxiſti, quia non erant dæmonis captiui, ſed Deus ibi eos ſicut in depoſito ſeruabat, vſque ad mortem ſuam, cum porta cæli in Chriſti Paſsione fuit reſerata, & reſurrectione. Sed erant in lacu ſine aqua, ſigna ſunt hæc quòd ille locus, non erat amenus neq; letitiæ, ſiquidem erat lacus, & aridus talis autem *Petrus Galatinus,* habitatio non erat iocunda, ſed lugubris. Videndus Petrus Galatinus de Limbo patrum lib. 6. cap. 11. Eſt etiam mi- *1. Reg. 25.* rabilis locus ad hoc propoſitum 1. Reg. 25. *Erit anima Domini mei cuſtodita, ſicut in faſciculo viuentium, apud Dominum Deum tuum.* Ideſt, diutiſsimè viues, Deo te ſeruante à periculis, & tandem vitæ periodo finita ducet te cum iuſtis. In faſciculo viuentium, ideſt, iuſtorum qui erant ante Chriſti mortem in ſinu Abrahæ. In Hebræo eſt, *Pagninus.* in conſeruatorio vitæ, & ſic legit Sanctes Pagninus, erit anima Domini mei colligata in faſciculo vitæ cum Domino Deo tuo; alij legunt ex Hebræo, vt nota- *Petrus Comeſtor.* uit Petrus Comeſtor in hiſtoria Scholaſtica. Fol. 113. in vinculo vitæ, vel collegio ſanctorum, alia litera habet in faſciculo vitium, quaſi diceret; Sic cuſtodiet Dominus meus animam tuam ad multiplicandum, ſicut faſciculus vitium cuſtoditur in aqua ad tranſplantandum. *Porro anima inimicorum tuorum rotabitur, quaſi impetu in circulo fundæ.* Ideſt, citiſsime ex hac vita tollentur, ſicut lapis procul ex pala fundæ à tortore valide proiicitur. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur longiſsime, ſicut in circulo fundæ,

quibus

quibus verbis denotatur. Damnatorum locus, filicet infernus, vbi rotabuntur damnati nullam habentes requiem ab vno tormento, in aliud. Et 2. Paralipomenon vltim. *Qui conclusisti abissum. & signasti terribili nomine tuo, quem omnes pauent.* Significatur infernum clausum fuisse nomini suo. Idest, Regi Messie, vt solum ipse aperiret, vt iustos in Limbo detentos educeret. Et ita dixit, quem pauent idest, filium, & non dicit quod cum sit relatiuum, & deberet referri ad nomen, quod est neutrum, quia Spiritus Sanctus respexit filium per nomen significari, quia est valde nominatus, & cœteros superans. Nomen enim in sacro eloquio aliquando sumitur pro viris nominatis. Vt Actorum 1. *Erat autem turba hominum ferè centum, & viginti.* In Græco est, erat turba hominum, vt intelligamus certos, & nominatos, ac de nomine notos fuisse eo numero, & Apocalyp. 2. *Habes pauca nomina in sardis, qui non inquinauerunt vestimenta, idest, paucos viros nominatos.* In virtute insignes, & cum nomen in sacra Scriptura sumatur pro virtute, fortitudine, & brachio Dei, quæ omnia filio atribuuntur, ideo nomen hoc loco sumitur pro filio. Ad Ephesios etiam 4. *Qui autem ascendit quid est nisi quia descendit prius in inferiores partes terræ.* Seu infimas, vt Græci legunt. Photius exponit infernum post quem videlicet locum, non sunt aliæ partes inferiores. Dicit autem infernum veluti ad comunem loquendi modum respiciens ita enim dicere consueuimus. Propterea Iacob dixit Genesis 42. *Descendam ad infernum lugens.* Et Psalm. 142. dicit Dauid. *Asimilabor descendentibus in lacum.* Hæc Ecumenius in Paulum, & 2. Paralip. 36. *Neque in æternum iratus reserues mala mihi, neq; damnes me in intima terræ loca.* Idest, ne me in infernum detrudas. dixit Manases in sua oratione, & Iob 3. *Et nunc dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus, & consulibus terræ, aut cum principibus, qui posident aurum.* Super quo

2. Paral. vlt | *Actor. 1.* | *Apoc. 2.* | *Ad Ephe. 4.* | *Photius.* | *Genes. 42.* | *Psal. 142* | *Ecumenius.* | *2. Paral. 36* | *Iob. 3.*

Caietanus. loco notauit Caietanus. Erat Iob ex genere Regio, propterea dicit fore sepeliendum cum Regibus, quia pares facile sociantur cum paribus. Et dicit quod si natus illico esset vita functus, quiesceret cum principibus: idest, diuitibus, aut Regibus, & non specificat in particulari cum quibus, quia sciebat esse diuersa receptacula animarũ iuxta diuersa hominum merita. *1. Mach. 12.* *Sancta ergo, & salubris est pro defunctis oratio, vt à peccatis soluantur.* Et ipsi ethnici statuerunt fieri pro defunctis sacrificia, & hæc aniuersario cultu. Lege etiã adiecta statuerunt, obseruari debere, quod apud Athenienses *Plato. 4. lib. de legibus.* seruatum esse, Plato in frequentia populorum ostendit. 4. lib. de legibus. Et contra Hæreticos, videndus est de hoc D. Dionisius cap. 7. & vltimo in libro de cœlesti Hierar- *D. Damascenus.* chia. Et D. Damascenus in lib. de his, qui in fide dormierunt. Vbi probat hunc Ecclesiæ ritũ pro expiandis mortuis, initium habuisse ab Apostolis, & sacra etiam pro illis ofer- *D. Greg. lib. 4. dialog. c. 15. & 57.* re. Videndus etiam est D. Gregor. 4. lib. dialogorum cap. 15. & 57. Et D. Thomas in 4. dist. 45. Et Thomas vualdensis lib. de Sacramentalibus titulo 10. à cap. 93. vsq; ad 104. Et *Rofensis artic. 37.* Roffensis art. 37. cõtra Lutherum. Et Michael Medina lib. Disputationum de indulgentijs disputatione. 7. & 8. Ga- *Gabriel.* briel super Canonem missæ à lectione. 56. vsq; ad 18. Et Pe- *Petrus Soto.* trus Soto lib. de institutione Sacerdotum tractatu de purgatorio. Et est conclusio de fide, quòd animæ purgatorij iu- *D. Aug. lib. de Hæresib. cap. 55.* uantur viuorum suffragijs, ita vt minuatur illis pœna: & primus Hæreticus qui hanc Catholicam veritatem negauit fuit Aerius. Vt testatur D. Augustin. lib. de Hæresibus, cap. *Concil. Cartagin. 4. Toletan. 3. Florentin. Tridentin.* 55. Et postea Armenij, & Græci, & Vualdenses, Almigenses. Ioannes Hus, & Vbiclef, & impius Lutherus. Sed nostra conclusio definita est. In Concilio Cartaginensi. 4. cap. 95. Et Valensi cap. 4. Et Toletano 3. cap. 22. Et in Florentino in principio. In Tridentino sesione 22. cap. 2. Canone 3. *D. Athana. quest. 34.* & sesione 25. Et in Concilio Senonensi decreto. 12. Idem tenet D. Athanasius quest. 34. ad Antiochum. D. Epipha- *D. Chrysost.* nius contra Hæresem Aerij. D. Chrysostomus homil. 3. in epist.

epiſt. ad Philipenſ. D. Auguſtinus lib. de cura pro mortuis agenda, & ſerm. 32, de verbis Apoſtoli. D. Ambroſius oratione funebri in ſatyrum fratrem. D. Cyprianus epiſt. 27. & 72. D. Clemens lib. Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 18. & 19. Cyrillus Epiſcopus Hieroſolimitanus Catecheſi. 1. Miſtagogica. D. Gregorius lib. de oratione morientiū. D. Athanaſius queſt. 34. Querit quomodo ſentiunt beneficia animæ in purgatorio exiſtentes cum pro illis, ieiunia, elemoſinæ, & orationes fiunt, & ſacrificium Miſſæ ſacroſanctum offertur. Et reſpondet, ſicut vitis floreſcit extra in agro, & odorem ſentit in vaſe vinum recluſum, ſicq; conflorescit, etiā ipſum, & feruet; ita quoq; peccatorum animæ, iuſtorum præcibus, & bonis operibus conſolantur.

Ambroſius. *Cyprianus.* *Cyrillus.* *Cathecheſi. 1* *D. Gregor.* *Athanaſius.*

☞ *Qui deſecerunt ſame in capite omnium compitorum.*

PLorat vates. Non ſolum eorum mortem, ſed etiam inhumata corpora iacuiſſe in vijs. Quod merito plorandum eſt, cum ipſis corporibus ignominioſum ſit. Sicuti Vergilius plorabat Palinurum dicens. *Vergil. lib. Æneidos.*

Nudus in ignota, Palinure iacebis arena.

Antiqui maximam exibuere curam in humandis corporibus defunctorum, & magnifica ſolebant ſepulchra conſtruere. Sic 1. Machab. 13. *Et ædificauit Simon ſepulchrum patris ſui, & fratrum ſuorum ædificium altum viſu; lapide polito retro, & ante, & ſtatuit ſeptem piramidas, vnam contra vnam patri, & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam, & iuxta arma naues, ſculptas quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare.* Trophea erexit, & triumphos ab inimicis reportatos ſculpſit: & quia non ſolū in terra, ſed etiam in mari victor extiterat, & piratarū cœperat, ſcaphas, & ſubmerſerat, vt in pace comercia exercerentur: bella naualia habuit, ideo talia ſculpta fuere trophea. Debetur autē noſtris corporibus exſequiarū honor ſiquidem ſunt reſurrectura. *1. Mac. 13.*

Iacobus Edesenus. Iacobus Edesenus scriptor apud Siros cum primis nobilis, scripsit Noe, ossa primi parentis Adami religiose in arcam ad se recepisse, & post transactum diluuiū, siccatasq; aquas, illa inter suos tres liberos cum orbe ipso distribuisse, & Sem, quem ceteris ante ferebat caluariam donasse, & cum ea regionem illam, quàm modo Iudæam appellamus. *Valer. Maxim. lib. 5.* Valerius Maximus lib. 5. de ingratis repræhendit Athenienses, qui Melchiadem in carcere mortuum sepelire non permiserunt: nisi filius eius Cimo pro eo carcerem intraret. De quo Cimo idem Valerius ait nec te Cimo silentio, inuolutam, qui tuo patri sepulturam voluntarijs vinculis emere nō dubitasti, quia pius in carcere laudis, quam in curia assecutus es. *Et lib. 1. capite 5.* Et li. 1. cap. 5. refert idē Valerius, quod Simonides mortuum sepeliuit, qui in humatus iacebat in littore maris, qui retulit ei gratiam. Nam eadē nocte illi apparuit, & monuit ne nauigaret, cuius dicto obtemperauit, & cæteri, qui in naui erāt submersi fuere in mari: potuit esse reuelatio vt cognosceretur opus pietatis esse, corpora mortuorum terræ mandare. *Ioā. Maria Verratus.* Videndus est Ioannes Maria Verratus cap. 35. de sepulturis super Euangelium de collationis sancti Ioannis Baptistæ. *Thobiæ. 4.* Et Thobias cap. 4. filio præcepit. *Cum acceperit Deus animam meam corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuæ, cum autem ipsa compleuerit tempus vitæ suæ sepelias eam circa me.* Et noster vates infra plorat quod puer, & senex iacuerunt foris. *Genes. 23.* Suple in humati in agro, & Abraham Genes. 23. Suplex postulauit ius sepulchri, & adorauit populum terræ, dicens. *Si placet animæ vestræ sepeliam mortuum meum audite me.* Cum Saræ corpus vellet sepelire. Et olim ethnici vt animarum immortalitatem, & virtutum præmia designarent insigni honestate mortuos suos funerabant. *Plinius.* Secundum Plinium formicæ formicas mortuas summo studio sepeliunt. Et ideo formica apud Ægyptios, simbolum est pietatis, quia se adiuuant mutuo in sepeliendis formicis, & locum præstant adinuicem. Atq; ex suis latibulis vermes, & grana offerunt alijs formicis. Quæ mortuas formicas

micas portant. Et Albertus Magnus libro de animalibus, dicit. Quod Delphini magni regunt paruulos, & cum quis moritur, alij veniunt ad exsequias, portantes eum super dorsum, ne comedatur ab alijs piscibus. Thobias quia mortuos sepeliebat maxime placuit Deo, et eius orationes ab Angelo offerebantur Thobiæ. 12. Et De speciali prouidentia ordinatum fuit, quod pretium sanguinis Christi in sepulturam peregrinorum consumeretur. Et discipuli Ioannis eius corpus posuere in monumento. Cicero libro 2. de legibus de Solone refert præcepisse nequis ea deleat, neue alienum inferat, aut monumentum, aut columnam violet, & qui talia agebant sacrilegi reputabantur. Licurgus etiam mortuos sepeliri in vrbe præcepit, & monumenta, iuxta templa esse non prohibuit. Et locum illum humandis corporib⁹ destinatum Christiani appellauerunt cimiterium. Idest, dormitorium. Voce plena pietatis, & fidei, nulla certe alia voce resurrectionis, fidem clarius testificari poterant, nisi hac, qua mortuos non in perpetuum extinctos significabant. Magnum hoc suæ fidei, & diuinæ potentiæ præconium erat: quæ tam facile in vitam reuocare posit defunctos, quam quiuis homo excitare à somno dormientes. Et Psal. 78. deplorat vates. *Posuerunt morticinia, seruorum tuorum escas volatilibus cœli carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.* Vbi Casiodorus exponit, morticinia: idest, cadauera. Quasi diceret vates, non solum in viuentes seuiunt, sed in mortuos. Sepelire pietatis est, abiicere crudelitatis. Ad literam de vastatione facta sub Antiocho accipiuntur hæc verba: vel iuxta D. Augustinum de his, quæ à tyrannis contra Christi martyres facta fuere sunt hæc verba intelligenda. Sanctes Pagninus legit, dederunt cadauera seruorum tuorum, volatilibus, &c.

Alb. Magn. lib. de animalibus. *Thobiæ 12.* *Marci 6.* *Cicero lib. 2. de legibus.* *Licurgus* *Psal. 78.* *Casiodorus.* *D. August.* *Pagninus.*

Res. ☞ Vide Domine, & considera quem vindemiaueris, ita ergo nec comedent mulieres fructũ suũ,

paruulos ad mensuram palmæ? Si occidetur in sancto Domini sacerdos, & Propheta.

ATtente Domine considera, quem spoliaueris bonis. Vindemiaueris ita, nullum relinquendo botrum. Emphasim habet relatiuum *quem* calcaueris in torculari tuæ iustitiæ; populum à te electum, & dilectum magnisq; bene-
Exod. 4. ficijs honestatum. Exod. 4. vocatur filius primogenitus Is-
Deuter. 10. rael. Et Deut. 1. *Conglutinatus est Dominus patribus tuis.* Hæc conglutinatio denotat strictissimum amoris vinculum. *Et*
Eclesiast. 36. *elegit semen Israel post ipsos.* Hoc est, populum Israel. Et Eclesiasti. 36. *Miserere Israel populo tuo, quem coequasti primogenito tuo.* Sed ad hoc respondetur quod si peccata comittit po-
Hierem. 22. pulus dilectus, punitur acriter. Vnde Hierem. 22. *Viuo ego dicit Dominus si fuerit Iechonias filius Ioachin Regis Iuda, anulus in manu dextera mea; inde euellam eum, & dabo te in animam quærentium animam tuam.* Licet sis anulus in quo sit meus sigillus in digitó meo, meis decoratus, stematibus proiiciam te, sicut vipera à digitis excutitur, ne mordeat.

☞ *Quem vindemiaueris.*

70. SEptuaginta Interpræt. legunt, vindemiam fecit coquus, occidetur paruuli sugentes vbera? Occides in sanctuario Domini sacerdotem, & Prophetam. Spoliata, & nuda racemis, & folijs remansit vinea. Et sicut coquus, botros acrestæ, ex vitibus antequam vuæ fiant decerpit vt cibos condiat, sic fuere euulsi omnes racemi vineæ, absq; vlla misericordia, & pueri ante maturam ætatem occisi. Quod
Psalm. 75. Hispanè dicimus. (Vendimiaronla en agraz.) Psal. 75. *Terribili, & ei qui aufert spiritum Principum.* In Hebræo est, qui
Hierem. 6. vindemiat. Pro hoc est mirabilis locus. Hierem. 6. *Hæc dicit Dominus exercitum vsq; ad racemum colligent, quasi in vinea reliquias Israel, conuerte manum tuam quasi vindemiator, ad cartallum.* Idest, in solitudinem redigetur, & desertum, Hierusalem captis ciuibus. Et vtitur metaphora sumpta, ab his,

qui

qui magno ſtudio vineam vindemiant, vt neq; vnum racemum relinqũt. Hæc ergo dicit Dominus exercituum omnipotens, neq; racemum relinquent hoſtes in Hieruſalem. Ideſt, neq; vnus quidem remanebit botrus: & reliquias vocat decẽ tribus, quæ etiam capientur ab inimicis cum alijs duobus. *Conuerte manum tuam ad cartallum.* Verba ſunt Dei, vel vatis, id quod futurum erat prædicentis. Quaſi hortantis Chaldeos, vt omnes capiant, quaſi diceret: iterum, atq; iterum deprædamini, & ex pilate ciuium Hieroſolimitanorum ſubſtantiam, inſtar vindemiatorum, qui ſæpe ad caniſtrum conuertunt manus, vt ibi reponãt racemos vuarum. 70. Interpræt. legunt. Racemate, racemate, quaſi vineam reliquias Iſrael. Pauperes, & diuites capiantur à vobis eoſ; ſuis bonis ſpoliate, ſicuti in vinea omnes botri decerpuntur. Racemate eſt, quod Hiſpane dicimus (rebuſcar.) Et Iſaiæ. 32. *Poſt dies enim, & annos vos conturbabimini: conſumata eſt enim vindemia, collectio vltra non veniet.* Ideſt, merito conturbabimini, quia talis erit vaſtitas per Titũ facta, quod nullus relinquetur botrus in populis, qui poſt hac decerpi poſsit. Et propterea addit. *Colletio vltra non veniet.* Silicet ſuper vos. Non erit neceſſe, vt iterũ in captiuitatem ducamini, quia vos Iudæi per totum orbem diſpergemini. 70. *Iſaiæ. 32.*

☞ *Quem vindemiaueris.*

Emphaſim habẽt hæc verba: ideſt, cum tali immanitate deſtruxeris, nec folium, nec truncus reſiduus fuit. Abdiæ 1. dicitur. ***Si vendimiatores introiſſent à te, nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi?*** Sed hic nec accinus remanſit, quia Deus vindemiauit, cuius manũ nullus poteſt fugere. Vindemiaſti Domine populum vnicẽ dilectum, qui te ſolum habebat protectorem. Si noſtris præcibus non flecteris, tuis ſaltem beneficijs ad compaſionem mouearis. Non fuit ſaltus iſte populus, ſed vinea cultorem habens, fructus proferens, & vitis ſi non colitur ſterileſcit: cur depopularis, quem colendo præcioſum habuiſti? Vide, quem *Abdiæ. 1.*

vindemiaueris ita? Tam horribiliter, & portentosè, vt vinea comedat botros suos, mulieres proprios filios deuorēt. *Ergo ne mulieres comedent fructum suum, & paruulos ad mensuram palmæ.* Hoc prædictum fuerat, & Deuter.28. *Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarū.* Paruulos ad mensuram palmæ, idest, teneros, vix palmæ mensuram habentes. Matres comedebant paruulos paulatim sucrescentes, Sanctes Pagninus legit paruulos qui educantur, hoc est, infantiles sugentes vbera. Vox Hebræa (Taphach) significat mensuram palmæ. 70. interpraetes legunt. Occidentur paruuli sugentes vbera, forte hanc habet intelligentiam noster textus, quod prægnantes præ nimia fame procurabant abortui, fetusq; imperfectos in minima quantitate comedebant, vt in Samaria 4. Reg. 10. mulier quædam comedit fructum suum. Interlinealis Glosa dicit. Sicut Martha filia Eleazari, quæ comedit filium suum in obsidione, & Hieremiæ 9. *Cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum, & vnusquisq; carnem amici sui comedet in obsidione, et angustia in qua concludent eos inimici eorum.* Threnorum etiam cap. 4. *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.* Hoc ergo Domine sustinebis? Et hic sensus est D. Thomæ, & Lyrani, & Dionisij, Baruch etiam 2. *Et adduceret super nos mala magna quæ non sunt facta, sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Hierusalem, vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ.* Et Deuteron. 28. *Mulier delicata inuidebit vicinæ suæ, de ingluuie secundinarum, quæ egrediuntur de medio fœminum suorum.*

Deut. 28. Pagninus. 70. 4. Reg. 10. Interlinealis Glosa. Hierem. 9. Thren. 4. D. Tho. Lyra. Baruch. 2. Deuter. 28.

Notauit hic Hugo de Sancto Victore, quod bene vates dicit mulieres; & non matres, quia materno nomine indignæ sunt, quæ maternæ pietatis oblitæ paruulos, vix palmæ mensuram habentes comederunt. Fructum suum dicit, nam cætera germinantia ideo fructificant, vt in natura generis, quæ in parente consumitur in prole germinis sui reparetur. Mulier vero naturæ suæ oblita fructum suum consumit per quem reparari debuit. D. Hieron. exponit paruulos

Hugo. D. Hieron.

parũulos quatuor digitorum mensuram non excedentes.

☞ *Si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & Propheta?*

IDest, sustinebis, quod occidantur in tuo templo sacerdos, & Propheta. Interlinealis exponit, Sacerdos Domini, vt Zacharias, qui inter templum, & altare occisus fuit. Et de Zacharia exponunt Rabini, & Paraphrastes Caldaicus. *Si accipitur.* Si, pro quia occiditur, sic exponit Interlinealis occidetur ne sacerdos, & Propheta, quia passim occiduntur in templo à Chaldæis, sacerdotes, & prophetæ, contemnitur templum, & religio despicitur, & sanctuarium conculcatur, & qui templum ingrediuntur non sunt tuti ab hostili incursu. Rei erant securi, qui ad templum confugiebant; sed modo non sunt tuti tui ministri in domo tua, & hac de causa 3. Reg. 2. tenebat Ioab dextrum cornu altaris, ne à satellitibus Salomonis necaretur. *Interlinealis Glosa.* *3. Reg. 2.*

Si occiditur. Idest, occidetur? Licèt valde peccauerint tam terribili vltione sunt castigati, vt in templo interficiantur. Si, sumitur pro quando Ecclesiastic. 4. *Si dormierint duo calor eis erit.* Idest, cum dormierint. Si, pro quia Ioannis 8. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Et capite 18. *Si male locutus sum testimonium perhibe de malo: si autem bene cur me cædis?* Idest, quia bene locutus sum me cædis? Et etiam vsurpatur pro siquidem. Iob 2. *Si bona suscepimus de manu Domini.* Idest, siquidem bona suscepimus. *Si possibile est transeat à me calix iste.* Idest, siquidem possibile est transfer à me calicem istum, si etiam pro non, vt Psalm. 88. *Si Dauid mentiar?* Idest, non mentiar. Et Marci 8. *Si dabitur generationi huic signum.* Idest, non dabitur. aliquando interrogat. Vt Matth. 26. *Si percutimus in gladio?* Et Matth. 12. *Si licèt Sabbathis curare?* *Ecclesiast. 4* *Ioann. 8. & 18.* *Iob. 2.* *Psal. 88.* *Marci 8. & 26.* *Matth. 26.*

Dicit ergo noster vates, nullum templis honorem exhibitum, sed homicidia perpetrata. D. Augustin. in primo lib. *D. Aug. lib. 1. de ciu. Dei.*

lib. de Ciuitate Dei cap. 7. recenset barbaros vastantes Romam pepercisse omnibus, qui ad templa Christiana confugiebant, vt mortis periculum euaderent: sed modo inter ipsos Christianos parum honoris sacris ædibus defertur.
Leuit. 26. Cum Leuit. 26. dicatur. *Custodite Sabbatha mea, & pauete ad sanctuarium meum.* In Hebræo est. Reueremini sanctuarium
Ezech. 22. meum. Et Ezechiel. 22. *Sanctuaria mea spreuistis, & Sabbatha mea polluistis.* Diei festi violationem coniungit vates cum templi despectu frequenter: enim contingit, vt qui templa despiciunt dies festos violent.

☞ *Si occidetur in sancto Domini sacerdos & Propheta?*

Nunquid dissimulabis? Et tam graue crimen non punies? 2. Paralip. 34. dixit Zacharias cum in templo occi-
2. Para. 34. debatur: *Videat Dominus, & requirat.* Quasi diceret, certe
3. Reg. 2. requiret, & vlciscetur tale facinus. Et Ioab 3. Reg. 2. apprehendit cornu altaris. *Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, hæc dicit Rex egredere, qui ait non egrediar, sed hic moriar.* Nolebat enim eum in templo occidere. Hoc præ-
Ezechiel. 7. dictum fuerat Ezechiel. 7. *Violabūt arcanum meum, & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud.* Cruore videlicet humano: emissarios vocat eos, qui præmittuntur à latronibus, vt explorent res furto capiendas: & sic Pagninus
Pagninus. legit intriobunt in illum latrones.

Sim. ☞ *Iacuerūt in terra foris puer, senex, virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio, interfecisti in die furoris tui, percussisti, nec misertus es.*

Sensus est, cuiusuis ætatis, & status extra suas domos viri, & fœminæ, paruuli, & puellæ periere, omnesq; inhumati iacuere in agro, & in plateis. Non audebant Iudæi exire ad agros ad sepeliēda cadauera mortuorum; hostium metu, neq; curabant de sepeliendis mortuis intra vrbem, solebant

solebant enim Iudæi, sicut etiam gêtes mortuos in agro sepelire. Ita Lucæ. 7. *Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ, cum appropinquaret portæ ciuitatis.* Et Lucanus dixit. Lucæ. 17. Lucanus.

Et Regum cineres structo monte quiescunt.

Et Ezechiel. 37. *Et eduxit me in spiritu Domini in medio campi, qui erat plenus ossibus, & dixit ad me fili hominis putas ne viuent ossa ista?* Ideo cum de resurrectione vaticinatur vates, in planicie campi videt ossa, quia ibi erant sepulta. & 2. Paralip. 26. de Ozia dicitur. *Et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus.* Et Christus Dominus fuit sepultus in horto iuxta locum vbi est crucifixus. Ioan. 19. Plorat igitur vates suos interfectos sepultura carentes, & viuorum timiditatem, non audentium exire ad agros, vt sepelirent: sicut olim strenuus dux Iudas Machabeus. 2. Machab. 12. *Venit vt prostratorum hominum corpora colligeret, & cum parentibus sepeliret.* Fuit autem Sathanæ consilium mortuos extra vrbem sepelire, vt mortis obliuiscerentur mortales. Ezech. 37. 2. Para. 26. Ioan. 19. 2. Mach. 12.

Ex hoc loco nostri vatis nota, supplicium malorum esse, quòd sua corpora careant debito sepulturæ honore, cum Eclesiasti. 38. dicatur. *Et secundum iudicium contege corpus eius, & ne despicias sepulturam illius.* Et 3. Reg. 14. *Qui mortui fuerint de Ieroboan in ciuitate, comedent eos canes, qui mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues, & tu vade, & in ipso introitu in vrbe morietur puer, & planget eum omnis domus Israel, & sepeliet, iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia inuentus est bonus à Domino Deo Israel in domo Ieroboam.* Idest, quia dirupit septa, quibus pater suus prohibebat ire in Hierusalem, statuens custodes viarum, ne quis iret ad immolandum in Hierusalem. Sic notat Dionisius Cartusianus. Eclesias. 38. 3. Reg. 14. Dionisius.

Atrocitas etiam hostium designatur his verbis, qui virginibus non parcebant, quæ in prælijs non solent occidi sed solum capiuntur. *In die furoris.* Hugo legit in terra furoris supple hostilis: vel in terra sua, quam Dominus iratus vastari Hugo.

tari præcepit. Vel in terra aliena, ad quam Dominus ira cō-
Hierem. 15. citatus expulit, iuxta illud Hierem. 15. *Collidam in te senem, puerum, iuuenem, & virginem.* Promisserat Deus aurea secula
Zachar. 8. Zachar. 8. dicens. *Adhuc pueri ludent in plateis vestris, & senes ambulabunt inixi super baculos suos.* Per hæc duo, ingentia tollebantur mala, pestis videlicet, & hostilis incursus nam pestis maximè grasatur in pueros, in quibus citius corrumpitur sanguis, cum magis ferueat: & propterea dicit nō deficiēt de plateis: aliud vero malum est hostilis inuasio, qua superueniente omnes siue iuuenes, siue senes gladio corruunt, & nullus tūc exhibetur eis sepulturæ honor, prouenit enim emolumentum mortuis ex hoc, iuxta D. August.
D. Aug. lib. de cura pro mortuis agē. c. 2. & 4. lib. de cura pro mortuis agēda cap. 2. & 4. Prodest (inquit) fideli mortuo in memorijs martyrum sepeliri, vt dum amici recolunt, vbi sunt posita eorum, quos diligunt corpora, eisdem sanctis tanquam patronis illos susceptos, tanquam apud Dominum adiuuandos orando cōmendant. Et tandem concludit, defunctos esse orationibus iuuandos vbicunq; tumulentur.

Ex nostri vatis verbis animaduertendum est, quæ contigerint infortunia egredientibus à Hierusalem, mors, & captiuitas, & cadauera eorum cœli volucribus facta sunt esca. Væ his, qui discedunt ab Ecclesia, quæ est vera Hierusalem, & Christi Domini sponsa: facti sunt præda dæmonum atq; inter vngues sæuientis Leonis rugiētis Sathanæ male pereunt. Egressus est ille homo miser à Hierusalem in Hierico in fausto pede, & incidit in latrones, & spoliatus atq; vulneratus relinquitur. Huius nomē tacetur, quia
Luc. 10. pauperes ignoti sunt; & descendebat, quia in alto erat Hierusalem, & Hierico in planicie vallis; & etiam quia pauper semper in deterius labitur, & cadit ab honore, diuitijs, & requie. Etiam qui extra Noe arcam mansere aquis diluuij, fuere sufocati. In ingenti maris procella præcepit Paulus
Actor. 27. Centurioni, & militibus, ne in scapha de naui egrederentur. *Nisi hi in naui manserint vos salui fieri non potestis.* Et nos

nisi

nisi manserimus in Ecclesiæ naui inter tumētes fluctus sæculi huius absq; dubio vndarum vorticibus obruemur. Et ad Hebræos 10. monet D. Paulus. *Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam.* D. Thom. exponit, non deserentes Ecclesiæ collectionem, quam quidam deserūt tripliciter, propter persecutiones apostatantes à fide. De quibus Ioan. 6. dicitur. *Abierunt retro et iam cum illo non ambulabant.* Et Lucæ. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Reliqua, qui voluerit videat in D. Thoma, vel iuxta D. Anselm. *Non deseramus collectionem.* Idest, illos, qui nobiscum collecti sunt in vna fide. Infælici omine egressus est Semei à Hierusalē cōtra Salomonis præceptum, vt fugitiuos quereret seruos. 3. Reg. 2. ingeth. *Dixit ei Rex: non ne testificatus sum tibi per Dñm, & prædixi tibi, quacunq; die egressus fueris huc, & illuc scito te esse moriturū, & respondisti mihi bonus est sermo, quem audiui; quare ergo non custodisti iusiurandū Dñi? Præcepitq; Rex Bananiæ filio Ioiadæ, qui egressus percusit eū, & mortuus est.* Væ his, qui sequētes seruos suos rebelles carnis videlicet appetitus bonam à se repellunt conscientiam, & tandem circa fidem naufragantur, qui enim munitissimam ciuitatem, quæ est Ecclesia Dei deserit tanquā ouis, quæ recedit ab ouili, & pastoris custodia, in nocte luporū faucibus tradditur, perditionisq; fit filius. Exod. 12. Agnus in domo vna comeditur. *Nō eiicietis de domo carnem foras.* Et Iosue. 2. Præcipitur Raab, cuius domus typum gerebat Ecclesiæ Catholicæ. *Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, & omnis, qui exierit ostium domus reus sibi erit.* Idest, sua culpa peribit. Sic qui ab Ecclesiæ discesserit gremio, suæ erit perditionis causa. Recesit D. Thomas à consortio discipulorum, & quia deseruit condiscipulorum societatem aspectu Christi Domini caruit octo diebus. Ioan. 20.

[Marginal notes: Ad Heb. 10. — D. Thomas. — Ioan. 6. — Lucæ. 8. — D. Anselm. — 3. Reg. 2. — Exod. 12. — Iosue. 2. — Ioan. 20.]

☞ *Iacuerunt in terra foris senex & puer.*

Septuaginta Interpræt. legunt dormierunt in via. Idest, somno 70.

V

somno grauati, & mæstitia oppresi, & labore defessi in me-dijs vijs dormiebant, & à prætereuntibus conculcabantur. Sic Helias ex itineris labore fatigatus, & mærens sub vmbra

3. *Reg.* 19. Iuniperi dormiebat cum fugeret Iezabelem. Vmbra autem Iuniperi amena est, & tuta cum ab ea fugiāt venenosi serpentes, vipera, & coluber. Et vt notauit Abulensis, petit

Abulensis. animæ suæ vt moriatur Helias, & cum mortem desiderat tunc vitæ suæ consulit, eligens vmbram arboris sub qua securus dormiat à morsibus venenatorum animalium. Est

Isaiæ. 51. enim vitæ tuēdæ naturalis apetitus. Isaiæ etiā 51. hoc prædictum fuerat. *Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omniū viarum, sicut orix illaqueatus pleni indignatione Domini.* Idest, fuere tui filij religati in captiuitate Babylonica, ibiq; per multos annos fuere detenti: in quos Babylonij sæuiere, sicut sæuiunt venatores in aprum illaqueatum, vel in Capram siluestrem, vel Ceruum. Horum enim duorum animalium, tanta est dementia, vt dormiant in ipso laqueo compræhensa cum potius deberent dentibus laqueos dilacerare: similiter est maxima peccatorum stolliditas, qui dormiunt in vtramq; aurem irretiti sceleri-

Ionæ. 1. bus, vt Ionas dormiebat in medio tempestatis. Vel, *Dormierunt in via.* Hoc est mortui sunt. Somnus enim mors

Iob. 3. appellatur propter resurrectionis certam spem. Vt Iob. 3.

Psal. 75. *Et nunc dormiens silerem.* Et Psalm. 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Continget illis, quod pueris dormientibus. Tunc enim auferuntur ab eorum manibus magni valoris res,

Isaiæ. 14. quæ vt non plorarent fuere donatæ. Et Isaiæ. 14. *Ex quo*

Matth. 9. *dormisti non ascendit, qui succidat nos.* Et Matth. 9. *Non est*

1. *ad Thes.* 4. *mortua puella, sed dormit.* Et 1. ad Thesalon. 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus.*

Puer in sacro eloquio vocatur, quicunq; non est senex,

Exod. 33. licet sit vir. Vt Exod. 33. *Iosue minister Moysis filius Num puer.* Idest, non erat senex, quia quadragesimum attinge-

Ioan. 21. bat annum. Et Ioan. 21. *Pueri nunquid pulmentum habetis?* Idest,

Ideſt, viri. Et Daniel. 1. *Ait Rex Aſphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine Regio, & tyrannorum pueros, in quibus, non eſſet macula.* Et infra. *Pueris autem his dedit Deus ſcientiam.* Et tamen cap. 3. vocantur viri. *Viri Iuda, quos conſtituiſti ſuper opera regionis.* Et Ioſue. 6. *Ingreſſi ſunt pueri bellatores.* Ideſt, viri. Et ſic intelligitur locus Geneſ. 21. *Surrexit Abraham mane, & tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius tradiditq́ puerum.* D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſim notat, quòd in Hebræo eſt accepit panem, & lagenam aquæ, & dedit Agar ponens ſuper humerum eius, & puerum. Repetendum eſt verbum dedit, quod ſupra poſitum eſt, eſt enim protozeuma. Poſuit ergo Abraham panes, & vtrem aquæ ſuper humeros Agar, & hoc facto, poſuit etiam puerum cum iam eſſet decem, & octo annorum. Et ſic exponit Honcala. Sanctes Pagninus legit ſimiliter, tulit panem, & vtrem aquæ, & dedit Agar, poſuit ſuper humerum eius, & puerum, & dimiſsit eam. Similiter legunt Paraphraſis Chaldaica, & Caietanus. Sed dubium eſt quomodo verificatur quòd puer adminus decem, & ſeptem annorum imponeretur geſtandus ſuper matris humeros? & quo pacto Abraham ditiſsimus tam parcus fuerit cum ſuo filio, vt duntaxat dederit quantum panis, & aquæ potuerit ipſa Agar ſuper humeros portare? Reſpondetur, quòd nomine panis, & aquæ intelligitur in ſacra pagina id, quod victui eſt neceſſarium, quæ omnia dedit Abraham afluenter, & etiam iumẽtum in quo Agar portaret cibaria: & iuxta tropũ Hebræum dicitur, impoſuit puerum ſuper humerum ad declarandũ, quód nõ alicui famulo, ſed matri dedit curã pueri, vt eum aleret, & protegeret: nefas eſt enim credere, quód miſſerit Abraham filiũ Iſmael tenerum, & matrem abſq; ſuficienti prouiſione, quando quidem de vtre etiam, in quo aqua portaretur curauit: cum eſſet in terra promiſsionis penuria fontiũ, & eſt phraſis Hiſpana cũ domus cura alicui fœminæ commendatur ſolet dici (todo lo

Daniel. 1.
Daniel. 3.
Ioſue. 6.
Geneſ. 21.
D. Hierony.
Honcala.
Pagninus.
Parap. Chaldea.
Caietanus.

dexaron sobre sus ombros) & modo est Ismaelitarum cõsuetudo pueros à tergo super scapulas gestare & sic iter faciunt. Idem tropus est Isaiæ 9. vbi de Christo Domino dicitur. *Cuius imperium super humerum eius.* Idest, sub eius cura, & tutela, & Deuter. 32. *Assumpsit eum, & portauit in humeris suis, Dominus solus dux eius fuit.* Idest, ipse Deus, et nõ alius eorum gesit curam, & Lucæ 15. de pastore vero dicitur. *Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudens.* Hoc est, ouem morbidam curat, & à lupis liberat.

Isaiæ. 9. *Deuter. 32.* *Lucæ. 15.*

Puer, etiam est nomen, quo declaratur amor, & dilectionis teneritudo, qua aliquem prosequimur, quia pueri ab omnibus diliguntur. Ita Matth. 18. Humiles vocat Dominus paruulos quia eis valdè oblectatur. *Nisi efficiamini sicut paruuli.* Et Hispanè quos vnicè diligimus appellamus (mi niño) Lucæ 1. *Erexit cornu salutis nostræ, in domo Dauid pueri sui.* Idest, ex intimis visceribus dilecti. Et Actor. 4. *Qui per os patris nostri pueri tui Dauid dixisti, quare fremuerunt gentes.* Et infra. *Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti.* Idest, Iesum filium tuum sume dilectum. Vt habetur Matth. 17. *Hic est filius meus dilectus.* Et ad Hebræos 2. *Quia pueri communicauerunt carni, & sanguini, ipse communicauit eisdem.* Hoc est, quia serui dilecti erant homines, ipse factus est homo. Et Sapientiæ 12. *Vt dignam acciperent peregrinationem puerorum Dei.* Idest, terram sanctam merito in hereditatem acciperent, in qua dilecti serui Dei, Abraham, Isac, & Iacob peregrinauere. Et Baruch. 3. *Dedit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.*

Matth. 18. *Lucæ. 1.* *Actor. 4* *Matth. 17.* *Ad Heb. 2.* *Sapient. 12* *Baruch 3.*

Senex in sacro eloquio, idem est quòd princeps, vt Isaiæ 3. *Stat ad iudicandum Dominus, stat ad indicandos populos cum senibus populi sui, & principibus.* Idest, cum principibus: quos appellauerat senes, vocat principes. Et Daniel. 3. *Credidit eis populus, quasi senibus, & iudicibus.* Et, pro idest, hic sumitur, Et 1. Reg. 2. *Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua.* Idest,

Daniel. 13. *1. Reg. 2.*

dest, non sit princeps, neq; sacerdos primatum tenens, ex tuis posteris. Et ita in hoc nostri vatis loco iacuerunt vir, & Princeps, & senex insepulti super faciem terræ.

☞ *Percussisti, nec misertus es.*

HOC Est, permisisti, vt percuterentur à Chaldeis. Et sic exponit Lyranus, vel percussisti fame, & peste, nec misericordia es motus tu, qui antea dicebas Hierem. 30. *Ego conuertã captiuitatẽ Iacob, & tectis eius miserebor.* Nunc ciuium sub his tectis habitantium nõ es misertus, & de hoc valdè dolet, quòd puniens non doleat, nec compatiatur, sed potius letetur, quod signum vehemẽtis iræ est. Ita Hierem. 20. *Sit homo ille, vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum.* Idest, qui patri meo nunciauit meam natiuitatẽ in cineres redigatur, vt ille quinq; vrbes Sodomorũ cœlitus cõbustæ in fauillã fuere redactæ, de quarũ euersione letatus est Deus. Et Ezechiel 5. *Et gladium euaginabo post eos, & complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor.* Væ peccatoribus de quorum perditione letatur Deus: vt Deut. 28. dicitur. *Sic letabitur disperdens vos, atq; subuertens.*

Lyranus. Hierem. 30. Hierem. 20. Ezechiel. 5. Deuter. 28.

Thau. ☞ *Vocasti, quasi ad diem solemnem, qui terreret me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini, qui effugeret & relinqueretur: quos educaui, & enutriui inimicus meus consumpsit eos.*

PRæpositio ad, in Hebræo deest, & in versione 70. Interpræt. qui legunt vocauit quasi diẽ solẽnitatis. Et est sensensus, dies fuit maximæ solẽnitatis Deo cũ peccatores puniuit. Sic Moyses Exod. 32. dixit militibus tribus leuiticæ, qui vituli adoratores occiderẽt. *Hodie cõsecrastis manus vestras.* Et ideo peccatorũ occisio appellatur victima Isaiæ. 34. *Victima enim Dñi in Bosra, & interfectio magna in terra Edõ.* Im pijs enim de medio sublatis placatur Deus, sicut victimis

70. Exod. 32. Isaie. 34.

 olim

Ezech. 39. olim placabatur. Et Ezec. 39. agitur de Gog, & Magog interfectione. *Dic omni volucri, & vniuersis auibus cunctisq; bestijs agri properate, concurrite vndiq; ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis, sanguinem Principum terræ bibetis.* Et de hoc
Apocal. 19. eodem exercitu agens. D. Ioannes Apocalip. 19. in quo exercitus Antichristi designabatur, dicit. *Et vidi vnum Angelum stantem in Sole.* Ideſt, in loco manifesto, & sublimi, vt Sol omnibus est conspicuus. *Et clamauit voce magna omnibus auibus, quæ volabant per medium cœli.* Ideſt, aeris. *Venite, & congregamini ad cœnam magni Dei.* In Græco est, ad cœnam magnam Dei, quia cœna solet esse iuxta magnitudinem inuitantis; & sic si Deus magnus inuitat; lautum, &
Esther. 1. opulentum erit prandium: ita Esther. 1. de Asuero dicitur. *Tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium, vt ostenderet diuitias gloriæ Regni sui, atq; magnitudinem potentiæ suæ.* Vbi nota peccatorum vindictam, vocari cœnam magnam: nūquam solet tales parari cœnæ nisi in diebus gaudij, & nuptiarum.
Luca. 14. Sic Lucæ. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Ideſt, homo eximius, & potens, & ita vocauit multos. Et quia Deus hilaris, & tripudians vltionem capiet de suis hostibus, ideo vocatur tale supplicium cœna. Sed quia solent vultures, & aues rapaces congregari ad cadauera comedenda, cū exercitus congregantur: ideo eas vocat Angelus, vt saturentur impiorum carnibus: & ita dixit Angelus. *Vt manducetis carnes Regum, & tribunorum.*

Sed in nostra vulgata recte posita est præpositio ad, estq; sensus planus, sicut ad diem solemnem plures Iudæi cōueniebant maxime ad solemnitatem agni Paschalis: sic maxima hostium copia venit ad obsidendum Hierosolimam.
Actor. 2. Ita Actor. 2. ad celebrendum Pascha Penthecostes conue-
Hierem. 12. nere. *Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est.* Hierem. 12. inuitantur gentes à Deo, ad vastandam Hierusalem. *Venite congregamini omnes bestiæ terræ properate ad deuorandum.* Iudæi ter in anno conueniebant in tēplo, in mag-

no

no numero:ita Psal. 83. *Beatus vir cuius est auxilium abs te ascẽsiones in corde suo disposuit.* Hoc est, fœlix ille, qui statuit venire ad templũ tuum posthabita sua imbecillitate, à te expectans salutem, & vires. *In valle lachrymarum in loco quem posuit.* Idest, non deterret illum viæ asperitas. In Hebræo est, transeuntes vallem fletus: alij legunt vallem sitientem, hoc est, licet transituri sint per terram aridissimam, & præ siti, quam patiuntur fleant. Alij legunt per vallem Mori arboris: idest, Moris consitam in loco enim arido solet Morus nasci. *Etenim benedictionem dabit legislator.* Nil illis deficiet, prospera cuncta euenient. Pagninus legit, transeuntes per vallem Habbacha, ponet eam, etiam piscinas operiet pluuia. Habbacha est nomem proprium vallis aridissimæ. Dicit ergo vates, in illis locis siccis vbi nõ sunt fontes, neq; torrentes aquarum, pluet Dominus tam abundanter, vt cisternæ pluuiali aqua redundent, & sitim expleant euntes ad domum Dei, & talibus dabit Deus aquæ benedictionem: idest, cum maxima abundantia dabit aquarum fluenta eũtibus in suum templum. Et sic fiet, quòd eant de virtute in virtutem: idest, de exercitu in exercitum, vt legit Pagninus. Cateruatim, vel de turma in turmã, vt est in Hebræo quod Hispane dicimus (en esquadrones) non enim decet vt à templi via, aliquod impedimentum dificile deterreat. Sic tribus fœminis euntibus ad sepulchrum, ablatum fuit impedimentum videlicet sepulchri lapis. In via dicebant. *Quis reuoluet nobis lapidem?* Marci. 16. & inuenere lapidem reuolutũ. Ita hostes Chaldei conuenere in magna copia ad nos debellandos cum ingenti gaudio, vt ingens numerus hominum congregatur ad festa celebrandã, &c.

Psalm. 83. *Pagninus.* *Pagninus.* *Marci. 6.*

☞ *Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terreret de circuitu.*

SEptuaginta Interpræt. legunt, vocauit parecias meas de circuitu. Idest, colonias, oppida, & villas meas, & sic erant congregati in Hierusalem ad celebrandum Pascha 70.

 plures

plures ex vicinis vrbibus in obsidione facta per Titum, & Vespasianum iuxta Iosephū lib. 7. de Bello Iudaico, capite 17. & Egesipum lib. 5. de excidio vrbis capite 49. comprę hensi sunt nonaginta, & septem millia: mortuorum vero, per totum tempus obsidionis fuit numerus decies centena millia ait Iosephus. Erant enim tunc in Hierusalem hostiarum ducenta & quinquaginta sexmillia & quingentas, & ad epulandum singula contubernia, non minus quam decem fiunt. Et sic decem epulatores ad singulas hostias imputemus, vices centena ac septingentena millia, sancti omnes, ac puri. Cestius enim petierat à pontificibus, vt numeraretur, vt vires ciuitatis Neroni despicienti nationē significaret. Sed decies centena millia fuisse cęsa testatur Egesipus lib citato cap. 49. Paulus Orosius lib. 7. cap. 9. dicit decies cētena millia Iudæorū fuisse interfecta eo bello iuxta Corne. & Suet. sed iuxta Iosep. vndecies cētena millia.

Iosep. lib. 7. de bello Iudaico cap. 17. Egesipus lib. 5. de excidio vrbis cap. 49

Paul. Orosi' lib. 7. cap. 9.

De circuitu. Idest, vt me obsiderent in circuitu. Vel de meis vicinis, qui iuxta me erant, hostes facti, contra me insurrexere. Vnde 1. Reg. 25. *Obsidebant ciuitatē in circuitu.* Hugo exponit quòd licet inimici parati essent, ad nocēdū, sed tamen nisi à Deo vocarētur venire nō possent, & ita dicit vates, *Vocasti quasi ad diem solēnem.* Nō conquæritur de Deo vates, sed potius illū honorat cū nil viribus inimicorū tribuit, sed diuinā potētiā in sua oppræssione extollit. Vocasti inquit, quasi diceret eorū fuit velle, tuum concedere, vt ex hoc ipso attēdas, quòd tuum est liberare. Vnde Isaiæ 5. *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægyti et Api, quæ est in terra Asur, & veniet.* Idest, milites Ægyptios & Asirios vocabit contra Hierusalem. Hoc enim pro cōperto habet iustus quòd cōtra eū nil poterit dæmō, aut hostis nisi Deus permittat; quod animi generosi est. Sic cum Semei maledicebat Dauid 2. Reg. 16. Respōdit. *Dimittite eū vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid.* Et Iob. 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Quid dicis Iob? Nonne Sabei abstulerunt boues, & Chaldæi came-

1. Reg. 25. Hugo.

Isaiæ. 5.

2. Reg. 16.

Iob. 1.

camelos? Quo modo dicis Dominus abstulit? Quia si De° noluisset nunquam ipsi nocere potuissent. Et ideo cap. 13. ait. *Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Pensanda sunt hæc verba. Cum enim à Deo laudaretur, respondit dæmon. *Extende Paulu-lũ manum tuam, & tange cuncta quæ possidet.* Idest, substantiam ab eo tolle, & filios occide, proba eum huiusce-modi afflictionibus, & tunc apparebit eius virtus. Corruet solidum saxum, æneaq; columna nutabit. Sumpsit Deus calamum in manu, cæpitq; calamitates, & plagas scribere, quibus erat vexandus Iob. Nulla relicta fuit tribulatio, quæ non exararetur Dei manu, & cum cognosceret Sanctus Patriarcha Dei scripturam, & manum, ait ô Domine, sic factum est quòd tua manu scriberes amaritudines, quibus me puniisti;potuisti ne tua benigna manu scribere tot tormenta contra me? Solet ne hoc inter amicos tolerari? Inter Dominum, & seruum? Adnotauit hic rectè D. Gregorius lib. 11. Moralium capite 24. Deus non loqui sed scribere amaritudines dicitur, cum diu super nos eius flagella perdurant. Quod loquimur cito euanescit, quod scribimus per multum durat tempus,ad hoc enim inuenta est scriptura, vt memoriæ fragilitati subueniatur. Item quod scribitur prius præ meditatur, & per ordinem exaratur. Quo modo ergo ô Domine excogitasti tam diuturna contra me tormenta? Maturoq; consilio me affligere decreuisti? Atque ad longum scripsisti ac si in te vlla caderet obliuio? & vt Dæmon mearum afflictionum auidus executor, non erraret, das ei memoriale scriptum, vbi eas legat, & dicis ei,primũ segetes combure igne cælesti, & illico validissimo vento domũ euerte,filiosq;interfice,& statim corpus Iob vlcere pessimo saucia,atq; in sterquiliniũ proiice,& istæ calamitates suo ordine veniant, vna post alteram sine aliqua intermissione: potuit ne tam clemens pectus pientissimaq; manus hæc ita decernere, & scribere tot tantasq; amaritudines

Iob. 13.

Iob. 1.

D.Greg.lib. 11.*Moraliũ cap.* 24.

ritudines, contra fragilem, & pauperculum hominem? Itane persequeris folium non viride, & ex arbore pendens, sed iam aridum, & in terra proiectum, & hæc scribis contra me tuum seruum, te colentem tuisq; mandatis ob temperantem? Non potuisset dæmon hæc inffligere mala, nisi tu ita decreuisses.

☞ *Et non fuit in die furoris Domini, qui effugeret, & relinqueretur.*

70. Septuaginta Interpræt. addūt, qui effugeret saluus. Quod
Isaiæ. 29. prophetauerat Isaias cap. 29. *Et circundabo, quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimēta ponam in obsidione tua.* Vndiq; autem circunuallata Hierusalem, qui egrederetur in manus hostium incidere debebat. Et
Amos. 5. Amos. 5. *Quomodo si fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei Vrsus, & ingrediatur domū, & innitatur super parietem, & mordeat eum coluber.* Sic dicit vates, quòd erit dies Domini, qui se li-
Isaiæ. 24. berauerit ab vno periculo, in aliud maius incidet. Et Isaiæ. 24. *Qui fugerit à facie formidinis incidet in foueam, & qui se explicauerit de fouea tenebitur laqueo, quia cataractæ de excelsis aper*
Iob. 11. *tæ sunt.* Et Iob. 11. dicitur de impijs. *Effugium peribit ab illis.*
Iob. 10. Et cap. 10. *Cū sit nemo, qui de manu tua possit eruere.* Et sic merito dicit noster vates. *Non fuit qui effugeret.* Sub audi viuus, vel qui euaderet liber à captiuitate. In tribulationibus Iob semper vnus incolumis euadebat, qui nuncius in fortunij
Iob. 1. erat. Iob. 1. *Irruerunt Sabei, & pueros percusserunt, & euasi ego solus, qui nunciarem tibi.* Et cum domus corruit, & ignis de cœlo cecidit, vnus etiam fugit viuus, sed in hac vastitate,
Isaiæ. 4. neq; vnus residuus fuit viuus, aut liber. Sicut Isaiæ. 4. dicitur. *Erit omnis, qui relictus fuerit in Sion, & qui residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Hierusalem.* Idest, mirabilis, erit velut miraculum, quòd ex
Isaiæ. 6. illo bello aliquis euaserit in columis. Isaiæ. 6. *Sanctus, sanctus, sanctus.* Idest, mirabilis, nostrum excedens intellectum.

☞ *Quos enutriui, & educaui inimicus meus consumpsit eos.*

DEclarat vates dolorem matrum flentium næcem suorum puerorum, quos ingenti labore aluerant, ad vbera portantes in infantili ætate. Ruth. 4. Noemi nurus suæ filium. *Suscepit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.* Et filij, qui à matribus nutriuntur plus diliguntur, & occisi magis planguntur. Vnde 2. ad Thessal. 2. *Tanquam si nutrix foueat filios suos.* Non alienos, quia duplici ratione diligũtur, eo quod ex visceribus nati, & quia nutriti proprio lacte. Hoc amore prosequebatur Apostolus Thessalonicenses. Et ita ait. *Desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis, non solum Euangelium, sed animas nostras.* Et Baruch. 4. *Nutriui eos cum iocunditate, dimisi autem illos cum fletu, & luctu.* Dicebat Hierusalem de suis ciuibus.

Ruth. 4. *2. ad Thes.* 2 *Baruch.* 4.

(*.†.*)
(✠)

CAPVT





CAPVT III.

Aleph. ☞ *Ego vir videns paupertatem meã in virga indignationis eius.*



Vatablus. Isidor. Clar. D. Amb. super Psal. 36. Actor. 7. & 20. & 21.

VNT, Qui pro argumento huius capitis asignẽt Hieremiam afflictũ in vinculis, & in carcere positũ hæc verba de se dicere, vt notauit Vatablus, & Isidor' Clarius. Et iuxta hunc sensum merito vocatur vir noster vates, quia iuxta D. Ambrosium super Psal. 36. nouit scriptura Actor. 7. adolescẽtem vocare Saulũ proximum conuersioni. Et Euthicum adolescentem, qui cecidit de fenestra. Actor. 20. cum audiret Paulum concionantem. Sed viros vocat scriptura spirituales. Agabo Propheta dicente Actor. 21. *Virum hunc, cuius est Zona hæc alligabunt Iudæi in Hierusalem.* Sermonem faciente de Paulo. Et Festus

Actor. 25. ait. *Vir quidam est derelictus à Felice vinctus.* Actor. 25. ante passionem suam Paulus adolescens dicitur, in passione vir significatur, qui cursu consummato esset iã proximus passioni, & coronæ. Sic ille prodigus voluptatibus deditus a-

Lucæ. 15. dolescentior appellatur. Lucæ. 15. & 2. ad Corint. 13. de se

2. ad Cor. 13 ait Apostolus. *Cum factus sum vir euacuaui, quæ erant paruuli.* Cum igitur in ærumnis esset patientissimus vates, atq; cõs-

Clem. Alex. tans nuncupatur vir. Clemens Alexãdrinus lib. 1. Pedagogi cap. 5.

cap.5. dicit, vocat scriptura virũ, illũ, qui in aliqua re perfectus est, sic Psal. 6. *Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus.* Virum vocat, vt qui sit perfectus in vitio, et 2. ad Corint. 11. *Despondi enim vos vni viro virginem castã exibere Christo.* Et Matth. 12. vocantur Niniuitæ viri, quia pœnitentiæ fuere exemplum. Possunt etiam nostri vatis verba referri ad populum Iudæorum exulem in Babylonicis ergastulis, qui sensus est germanior propter illa verba. *Posuit me desolatam tota die mœrore confectam.* Ex quibus verbis manifeste colligitur, loqui vatem de ipsa ciuitate, cũ desolata fœmeninum sit, & non posit referri ad Hierem. sed ad ipsam vrbem. Verum tamen est D. Thom. dicere, posse hæc verba referri ad Hierem. cui cõsonat lectio Pagnini, quæ sic habet, ego vir, qui vidi afflictionẽ in virga indignationis eius. In persona captiuorum loquitur vates, qui erant in Babylone, & ad Deum clamabant pro libertate. Et vltimo Propheta de se ipso agit, & sic exponit Dionisius de Hieremia, & reliquo populo. Psal. 6. 2. ad Cor. 11 Matth. 12 D. Thom. Pagninus. Dionisius.

☞ *Ego vir videns paupertatem meam.*

IDest, ego sum ille vir, qui ex omnibus Prophetis, qui Prophetauerant Hierusalem vastitatem proprijs oculis vidi. in Hebræo est, ego sum ille vir. Paupertas hic pro afflictione sumitur, & sic legit Sanctes Pagninus. Sic Psalm. 68. *Ego sum pauper, & dolens.* Hoc est, vehementer afflictus, maxima enim afflictio est paupertas. Vnde caminus ignis appellatur Isaiæ 48. *Elegi te in camino paupertatis.* Et tribulatio vocatur fornax, Ecclesiast. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Vasa fictilia probantur in fornace, aliqua confringuntur, sed alia integra manent: sic in laboribus, quidam in patientia frangũtur, alij vero fortes sunt, quod etiam contingit in afflictione paupertatis, quæ est velut ignis vrens. Pagninus. Psal. 68. Isaiæ. 48. Ecclesiast. 27

☞ *In virga indignationis eius.*

Sensus

Sensus est. Virgis me cæsit sicut seruum, & in vincula misit: fuere enim ciues Hierosolimitani in Babylone du re flagellati dicit vates. *Vetustam fecit pellem meam.* Et quia in carcerem missi, dicit. *Duxit in tenebras, & agrauauit compedem meum.* Vel *videns paupertatem meam.* Idest, omnium bonorum indigentiam, quam sustineo. *In virga indignationis eius.* Idest, vindictæ correptionis Dei. Et ita sumitur in

2. ad Cor. 11 sacro eloquio virga pro flagello, vt 2. ad Corint. 11. ter vir-
Psalm. 88. gis cæssus sum, & Psal. 88. *Visitabo in virga iniquitates eo-*
Iob. 21. *rum.* Et Iob. 21. *Non est virga Dei super illos.* Et Isaiæ. 30. *Pa-*
Isaiæ. 30. *uebit Assur, virga percussus.* Et 1. ad Corint. 4. *Quid vultis in*
1. ad Cor. 4. *virga veniam ad vos an in charitate? Et spiritu mansuetudinis?* Idest, veniam ad vos cœdendum an ad leniter tractandum?
Theophilat. Hoc in vestra situm est potestate. Sic exponit Theophilatus.

Ex hoc textu expende quod Dominus in hac vita percu-
Isaiæ. 10. tit cum virga, sic Isaias cap. 10. consolatur suum populum. *Noli timere populus meus habitator Sion ab Assur, in virga enim percutiet.* Idest, leniter leuabit baculum comminando, sed
Psalm. 89. non percutiet duriter. Et Psal. 89. *Quoniam superueniet mansuetudo, & corripiemur.* Mansuetudo appellatur punitio Dei, in hac vita, quia punit Deus cum misericordia, vt corrigat, non vt perdat, dat enim delinquentibus pœnitentiæ tempus, vt conuertantur. Et sic est magna Dei misericordia
Psalm. 88. punire in hac vita. Vnde Psal. 88. *Visitabo in virga peccata eorum.* Idest, puniam. & addit. *Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Hoc est, non auferre misericordiam punire
Bruno. in hac vita. Ad hoc propositum notauit Bruno Exod. 7. volens Deus corrigere Pharaonem dedit in manu Moysis virgam, quæ tandem in ipso Pharaone indurato conuersa est in colubrũ, quo portento voluit Dominus significare Pharaoni suam damnationem. Et cum interrogat Moysem.
Exod. 7. *Quid habes in manu?* Respondit. *Virgam, dixitq́, Dominus proiice illam in terram, & proiecta versa est in colubrum.* Fugitq́; Moyses pauens non propter aliud, sed vt responsionis suæ

vinculo

vinculo teneatur, & attendat quod virga versa est in serpentem, credatq; huic signo, qui non vult credere verbis. Sed quid per virgam nisi Dei correptio significatur. Hæc autem virga illis vertitur in Draconem, qui misericorditer correpti emendare vitam nolunt: nam incorregibiles tandem diuinæ seueritatis vltionem sentiunt. Quod impletum fuit in Pharaone ipso, qui suffocatus fuit in mari rubro tartareisq; legionibus traditus, quia noluit primis, nec vltimis plagis emendari. Et sicut virga Moysis magorum virgas deuorauit, sic Pharao à dæmonibus fuit deuoratus.

Secundo ex hoc loco animaduerte, quid asserat vates, oculos suos fuisse apertos, simulq; animaduertisse suam miseriam virgæ percussione. *Quia sola vexatio dat intellectum.* Isaiæ. 28. Et flāma inferni diuitis auari aperuit oculos, vt Lazarum mendicum videret in sinu Abrahæ. Lucæ. 16. Quem dedignabatur aspicere iacentem ante suas fores. Et hic est laborum fructus: oculos mentis aperire visumq. acuere, vt attendamus quòd ex sublimi solio gratiæ Dei in profundam cecidimus iniquitatum foueam ad rectumq. reddeamus tramitem. Recte sensit id Balaā Numer. 24. *Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei per visionem omnipotentis, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.* Qui cadit positum est ad fidem, & authoritatē huius prophetiæ, bonis enim Prophetis hoc solebat contingere, vt Dei spiritum non valentes ferre caderent in terram. Et simile quid ad suæ authoritatis cumulum (inquit) Balaam ei contigisse. Et sic illud verbum. *Qui cadit.* Exponitur ab aliquibus, qui videt visionem Dei, & reuelationem cadendo ab vsu sensuum exteriorum, per extasim, vel somniū, quod Hispane dicimus cum quis dormitat (caese à pedaços de sueño.) Hoc enim modo detectos sortiebatur mentis oculos ad videnda futura: sic exponit Caietanus, sed ad nostrum propositum, quod sibi vult Balaam est, quòd cum iam cecidit in labores, & est in medijs calamitatibus submersus peccator tunc aperit oculos. Ipse enim cum percuteret

Isaiæ. 28.
Lucæ. 16.
Numer. 24.
Caietanus.

Numer. 22. ligno asinam, & ipsa pedem eius atriuit in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebatur: tunc vidit Angelum stantem in via euaginato gladio contra eum, oculos enim quos culpa claudit aperit pœna, & hæc est iniquorum conditio, vt non videant nisi in medijs flagellis. Propterea Dominus Isaiæ. 43. dicit. *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum, & aures ei sunt.* Idest, è captiuitate Babylonica Israeliticus populus liberetur, qui in medio seruitutis, quam patitur propter sua scelera est cæcus, & non animaduertit hæc mala super eum venire, quia impius, & Idolatra fuit. Propterea in captiuitatem eum misi vt resipisceret; sed si adhuc in peccatis suis volutatur, & non emédatur è captiuitate eripiatur, siquidé magis obduratur supplicijs. Propagines feracis vitis non euellit agricola, sed falce amputat aliquos palmites, vt vberiores proferat fructus: similiter agit Deus cum iustis, aufert ab eis temporalia bona, filios, honores, vt magis ac magis in bono crescant. Ferrum, aut aurum, vel argentum, vt vas eo fiat in ignem mittitur, & ignitum ictibus mallei percutitur, & sic extenditur, & non frangitur, ita cum homo ardet igne amoris diuini, ictibus laborum non frágitur, sed potius eius corona augetur, quia meritum crescit. Et ideo cum affligimur debemus letari, purgat enim nos Deus, vt feraces vites, atq; palmites aridos secat, vt bonus agricola. *Omnem palmitem non ferentem fructum tollet eum.* Ioan. 15. Cant. 2. *Tempus putationis venit. Flores apparuerunt in terra nostra.* In Hebræo est tempus cantilenæ venit. Nam dictio (zamir) equiuoca est ad cãtilenam, & amputationem. Nam in vere cum vites amputantur canere solent vinitores, & post hiemis silentium aues canunt dulciter. Cum igitur tribulationum falce affligimur, & superflua amputantur laudare debemus Deum. Vnde Psal. 41. *In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.* Alcuinus exponit mandare nobis Deum misericordiam in die huius vitæ, nil aliud est quàm mala nobis mittere, vt ad eum conuertamur,

[Margin notes: *Isaiæ.* 43. — *Ioan.* 15. — *Cant.* 2. — *Psalm.* 41. — *Alcuinus.*]

mur, propterea͡q; est laudandus, quia rebus aduersis à peccatis abstinemus. Vnde Ouidius lib. de Arte amandi ait. *Ouid. lib. 1. de Arte amandi.*

Mens erit apta capi tunc, cum lætißima rerum,
Et seges inpingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt arctata dolore
Ipsa patent: blanda tunc subit arte Venus.
Luxuriant cum rebus plerunq; secundis, *Lib. 2.*
Nec facile est æqua commoda mente pati
Veneris damnosa voluptas *Lib. de Ponto.*
Non solet in mæstos sæpe venire thoros.

Isaiæ. 6. dicit vates de Hierusalem. *Multiplicabitur, quæ de relicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem, sicut Terebinthus, & sicut Quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit, id quod steterit in ea.* *Isaiæ. 6.* Derelicta: idest, derelictio concretum pro abstracto hic vsurpatur. Idest, derelictio vrbis, quæ ab habitatoribus destituetur, multiplicabitur. *Et adhuc erit in eadecimatio.* Idest, diminutio ciuium, quia ab hostibus occidentur. Et ita conuertetur ad Deum hæc vrbs flagellis cæsa. *Et erit in ostensionem.* Supple diuinæ iustitiæ. Eritq; sicut Quercus, vel Terebinthus à quibus secantur rami, & ligna fiunt, in eisq; truncus solum relinquitur, vt iterum germinet, & frondeat. Similiter fiet cum Hierosolimitanis iterum, atq; iterum ab hostibus spoliabuntur, & capientur quovsq; ad iustitiæ, & sanctitatis viam conuertantur: & cum huiuscemodi flagellis non conuertuntur homines, manifestum est signum suæ obstinationis in peccato. Vnde Eclesiasti. 48. agit sapiēs de miraculis, quæ operatus fuit Helias in vita, & in morte: & dicit. *In omnibus his non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsq; dum abiecti sunt de terra sua: & dispersi sunt in omnem terram, & relicta est gens perpauca, & Princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo, alij autem multa commiserunt peccata.* Item, si labores patienter tolerauerimus innumeris cumulabimur bonis. Vnde Psal. 65. *Eclesiast. 48.* *Psalm. 65.*

Felix. *Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Felix Pratensis legit in abundantiam, vt ab omnibus cognoscatur, quantam bonorum affuetiam Deus præstet his, qui propter eum hic affliguntur: & ita nunquam deficiunt iustis calamitates. Ezechias liberatur ab Assiriorum obsidione, & statim in lætalem incidit morbum.
Isaiæ. 38. Isaiæ. 28. Et ne superbiret insigni victoria morbo corripitur, & humiliatur: & febri vexatus conuertitur ad parietem, & flet sua scelera, sunt enim labores magistri nostri.
Deuter. 32. Deuteron. 32. *Circunduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi.* Per quadraginta annorum spatium adduxit Deus Israeliticum populum mille afflictum ærumnis, iam esuriebant, & sitiebant: atq; amaras bibebant aquas, iam à serpentibus mordebantur: vt sic erudiretur popu-
Hierem. 31. lus, & sciret quomodo Deus esset colendus. Et Hierem. 31. *Castigasti me Domine, & eruditus sum.* Puniens, nos erudit, sicut præceptor puerum, vt prima discat litera-
Ioan. 11. rum elementa. Lazarus amicus infirmatur vsq; ad mortem. Fructus in arbore vt sunt malogranata, ardore Solis in æstatematurescunt, & tunc cortex aperitur, & grana rubescunt oculis grata, & palato dulcia: similiter iusti laborum æstu clariores, Deoq; gratiores fiunt. Saul dormiens excitatur ad Dauidis vocem, ablatis hasta, & scipho aquæ é lectuli capite, & compungitur, atq; dicit.
1. Reg. 26. *Nequaquam tibi malefaciam Dauid, eo quod pratiossa fuerit anima mea in oculis tuis hodie, apparet enim, quod stultè egerim.* Christus Dominus verus Dauid auffert à nobis delicias, & honores, seculiq; substantiam, & salutem, his enim omnibus, velut armis contra Deum pugnamus. Et sicut Moyses bis percusit petram, vt fluenta aquarum daret: ita dura corda percutit Deus, vt emollita, lachryma-
Iob. 23. rum fontes scaturiant per oculos. Hoc dixit Iob cap. 23. *Probauit me, quasi aurum, quod per ignem transit.* Et infra dicit. *Deus emolliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me.* Idest, quia laboribus conturbauit me, & quasi aurum

aurum probauit in ignibus tribulationum, emollitum est cor meum, ficut aurum in ignibus liquefcit, & ab fcoria purgatur, & fuluum redditur: fic ego nitidifsimus, & omnium oculis contemplandus, ex calamitatum inundatione euafi. Et quemadmodum cum quis fubmergitur in flumine artis natatoriæ peritus eum extrahit è capillis, vel brachio illiufq. fcapulas pedibus percutit, vt ad ripam ftatuat: fic Deus, ne afluentia diuitiarum, & honorum fubmergamur, percutit, & flagellat vt ad fecurum falutis æternæ perueniamus. Iob etiam cap. 38. dicitur. *Refpondit Dominus Iob de turbine*. Loquitur Dominus cum Iob de turbine, quia magna laborum tempeftas fuper illum irruit: & quia in illo turbine maxima eum copulauit fibi amicitia, & per irruentes procellas ad Dei amicitiam peruenit. Denotatur etiam, quòd Deus eft in turbine laborum, ibiq. iuftos confolatur ad fe q. trahit veluti Heliam, qui raptus fuit in paradifum curru igneo. 4. Reg. 2. olim dictum fuit Heliæ. 4. Reg. 19. *Non incommotione Dominus, non in igne Dominus*.. Sed modo, in laborum conturbatione, fpirituq. vrente tribulationum eft Dominus. Vnde Pfalm. 80. *Exaudiui te in abfcondito tempeftatis.* Nam Deus eft abfconditus in tempeftate tribulationum, in eaq. nos audit, & cito tranquillitatem adducit, ficut poft tempeftatem ferenitas illico venit. Pfal. etiam 28. *Dominus diluuium in habitare facit.* D. Hieronymus legit, Dominus diluuium inhabitat. Pagninus legit Dominus in diluuio fedit. Ideft, in laborum inundatione folium fuum ponit, vt inde auxilium fuum præftet. Perterritus fuit Thobias, ab illo immani pifce in fluuio Tigris, clamauitq. ad Angelum fugiens pifcem, fed tandem vidit pifcem palpitantem in ripa, & mortuum, cuius vifcera in igne pofita dæmones fugauere, & fel aperuit oculos patris cœcitelle enim, & amaritudine calamitatum mentis noftræ vifus acuitur, dæmones etiam à nobis fuperati fugiunt. Et ficut virgæ Ionathæ extremitas melle illita aperuit oculos

Iob. 38.
4. Reg. 2.
4. Reg. 19.
Pfalm. 80.
Pfalm. 28.
D. Hierony.
Pagninus.
Thobiæ. 6.

ipsius Ionathæ, sic laborũ virga dura, in fine est mellissua, & dulcis, mentis nostræ acuit aciem, fœlicemq; præstat exitum. Arista in spica aspera est, sed granum protegit, & à volucribus defendit. Similiter laborum asperitas a dæmonum
Psal. 59. insidijs nos munit. Et ideo Psal. 59. petebat Dauid *Da nobis auxilium de tribulatione.* Non postulat tribulationes auferri, sed in eis auxilium donari, ipsa enim tribulatio, tribulatis auxilium suppeditat, vt strenui effecti superét aduersarij frau-
3. Reg. 19. des. Quærite obsecro ab Helia, qualiter Iezabelis persecutio eum afflixerit; Et dicet, ô quam fœlix mihi contigit euentus; nisi ipsa me ad necem quæreret ego non fugerem, neq; sub iunipero dormirem, & ab Angelo excitarer: et tandé non gustarem cælestem cibum, cuius virtute confortatus agilis, vsque ad montem Dei perueni. Quid mali currus
4. Reg. 2. igneus tibi fecit? Forte fortuna adusit? Nequaquam, respódebit, sed ad Paradisum asportauit. Ecce quanta sunt laborum emolumenta, quibus caret, qui non affligitur. Vnde
Ecclesiast. 36 Ecclesiast. 36. *In ira flãmæ deuoretur, qui saluatur.* Idest, qui
Lyra. in hac vita à laboribus liberatur deuorabitur ab ardenti-
Dionisius. bus Auerni ignibus. Sic exponunt Lyra, & Dionisius Car-
Rabanus. tusianus, & Rabanus: qua propter sunt tolerandi huius vi-
Ecclesiast. 2. tæ labores, vt monet sapiens Ecclesiastic. 2. *Ne festines in tempore obductionis.* Hoc est, ne properes exire à laboribus tempore ingruentis mali, cum cœlum obduci, claudi, & obtenebrari videtur. Addit Sapiens. *Deprime cor tuum, & sustine sustentationes Dei.* Humilia cor tuum & dirige, vt discat patienter tolerare labores, qui sunt baculus, & scipio fortis cui in hac vita nitaris: ne labatur pes tuus in vita, & in Dei via cadas. *Coniungere Deo.* In Græco est, aglutinare, veluti glutino ei adhære. Labores enim Deo nos apropriare faciunt. *Sustine, vt crescat in nouißimo vita tua.* De vita immortali agit hic sapiens, & æterna, quæ parata est iustis propter Christum in hoc sæculo calamitates sustinétibus. Vita enim corporis nō augetur, sed minuitur, & decrescit quo magis senectuti appropin-

appropinquat. Hæc est porta vitæ æternæ laborum sufferentia. Psal. 117. dicebat psaltes. *Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, aperite mihi portas iustitiæ.* Labores vocat iustitiæ portas, quia in laboribus, ad peccata præterita homo respicit, eaq; deflet, & sic remisionem cõsequitur. Vnde Thobiæ 3. *In tempore tribulationis peccata dimittis: his, qui inuocant nomen tuum.* Et Ecclesiasti. 2. *Patiens, & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata. In gressus in eas confitebor Domino.* Cum exultatione vult Dauid ingredi portas, & in eis laudem Deo decantare, quia *Hæc porta Domini, & iusti intrabunt per eam.* Hæc laborum est porta, per quam Dominus in cælum conscendit. *Non nè oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam?* Dixit Lucæ 24. suis discipulis, & per hanc tribulationum ianuam quot quot sunt Dei amici intrant. Sic exponit Remigius Antisiodorensis super hoc Psalmo. Sed delicijs dediti, & impij labores fugiunt, & sic Psal. 49. dicitur. *Tu vero odisti disciplinam.* Idest, labores. Vocatur apud Hebr. labor, disciplina. *Et proiecisti sermones meos retrorsum.* Ex hoc quòd homo in delicijs viuat, sequitur, quòd Dei monita cõtemnat. Vnde Hierem. 22. *Locutus sum ad te in abũdantia, & dixisti non audiã.* Medicus peritus febricitãtis ægro et capillos nouacula præcipit radi: ne lætalisomno grauatus pereat: Sic Dñs aufert a nobis superflua huius vitæ bona, ne dormiamus in confusione æterna. Et vt debitores in carcerẽ mittũtur, vt æs alienũ soluant: sic tribulationis carcere nos includit omnipotẽs, vt ibi soluamus debita peccatorũ, pro illis satisfaciẽdo, & peccatorũ indulgẽtiã anxiè petam* Bene sentiebat Dauid fructũ laborum, cum Psal. 118. dicebat. *Prius quàm humiliarer ego deliqui.* Idest, ante quã à Deo affligerer ego peccaberã. Sed vbi primũ Saul me cæpit persequi ad vnguẽ seruabã tuam legẽ: & sic dicit. *Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam mandata tua.* Hæc est ergo via, qua peruenitur ad requiem cælestem, pati in hac vita innumeras calamitates. Vnde Iacobo, & Ioanni petentibus,

Psal. 117.
Ecclesiast. 2
Lucæ. 24.
Remig. Antisiodorensis.
Psal. 49.
Hierem. 22.
Psal. 118.

Matth.20. ſedes dixit Chriſtus Dominus. *Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?* Ideſt, poteſtis pro me mori. Apud Athenienſes calix erat, ſymbolum mortis, quia ſicut nunc damnati ad mortem, vel ſuſpenduntur, vel iugulantur: ſic tunc dãnatis ad mortem poculum veneni propinabatur in carcere.
Pſalm.115. Vnde Pſal. 115. dicebat Dauid. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiã.* Ideſt, pro illo, qui toties me liberauit à morte libenter moriar: ſed quia hæc potio eſt valdè amara. *Nomen Domini inuocabo.* Vt mihi opem ferat in tali hora. Et ſic ò diſcipuli ſi ſedes appetitis, laborandũ vobis eſt; mihi enim ſedes Dauid
Lucæ. 1. quam pater dedit. Lucæ. 1. *Dabit ei Dominus ſedem Dauid*, plurimis ærumnis fuit plena, ſicut Regnum Dauid multis prælijs, & laboribus fuit refertum, prius quam pacificè ab
Exod. 25. eo obtineretur. Templi candelabrum Exod. 25. erat mira arte elaboratum, in eoq; erant. *Sciphi, & lilia.* Sculpti erant calices, & etiam lilia, ita vt in ipſo eſſent quatuor ſciphi, ſeu calices, & totidem lilia, & flores, & in ſex alijs candelabri calamis, in vno quoq; illorum tres ſciphi, & tria lilia, ita vt præcipuum haſtile cum calamis erat decoratum, viginti duobus calicibus, totidemq; floribus. Iuſtus, qui eſt velut lucidiſsimum candelabrum, qui per bona opera debet lucere coram hominibus, plenum eſt calicibus amaræ potionis, hoc eſt, laboribus. Sed vni cuiq; calici correſpõdet florum corona; nam plus habebit gloriæ, qui maiori charitate
1. Reg. 26. plures fuerit perpeſſus ærumnas propter Deum. 1. Reg. 26. abſtulit Dauid à Saule dormiente in ſuo tentorio. *Sciphum, & haſtam.* Haſta illa erat Regalis poteſtatis ſymbolum (la gineta del Capitan, ò el baſton del General.) Sicut modo apud Hiſpaniæ Reges, gladius ille euaginatus eſt peculiare Regiæ poteſtatis ſignum. Hiſpanè dicimus (eſtoque.) Vnde
Pſalm.149. Pſal. 149. de ſanctis dicitur in gloria. *Et gladij ancipites in ma-*
Caietanus. *nibus eorum.* Super quo loco Caietanus exponit, quia beati in gloria erunt Reges ideo deſcribuntur cum gladijs euaginatis, qui ſolent Regum præſentiam ante ire. Quare ergo cum

cum scipho tollitur simul hasta à Saule? Nisi quia hæc duo semper sociantur, tribulationum poculum, & signum Regiæ dignitatis, quia per has amaras calamitates vitæ ad Regnum peruenitur cœleste. Vnde Psalmus octauus habet titulũ. *In finem pro torcularibus*. Et in eo dicitur. *Gloria, & honore coronasti eum Domine, & constituisti eum super opera manuũ tuarum, posuisti super eum coronam de lapide pretioso*. Nam ille cuius caput coronatur, prius debet calcari, in torculari tribulationum. Vnde de Cyro Persarum Rege refert Iulius sextus lib. 1. cap. 11. Quòd voluit suos milites exercere ad pugnam contra Medos, & duxit eos in densissimum nemus, & præcepit eis, vt securibus scinderent ligna per integrum diem, vsq; quo valde lassarentur. Et sequenti die opulentum eis fecit conuiuium, atq; interrogebat eos, quæ harum dierum vobis magis arridet hesterna am hodierna? Illi responderunt, manifestum est, quòd hæc præsens, quæ est quietis, & deliciarum, nam præterita fuit laboris, & sudoris. Atendite milites (dixit Rex.) Quòd per laborem hesternum, ventum est ad opulentas hodiernæ diei epulas, & ita nisi pugnaueritis strenuè contra Medos, nequaquam diuites, & victores eorum spolijs, ouantes fruemini: sic nisi in hac vita, vt Hercules fortissimi, & Hectores cum dæmone, carne, & mũdo, dimicauerimus nequaquam, ad triumphum eternæ vitæ perueniemus. Et sic magni faciendi sunt labores sicut fecit Esther Regina, quæ virgam Asueri osculata est. Et filij Israel serpentem æneum in altum leuauere, quæ erat efigies serpentum ignitorum, qui illos mordendo interfecerant: sic nos labores, qui pungunt, atq; lacerant super capita collocemus. Philistei plaga murium sunt puniti, qui fructus terræ, & arborum rodebant. 1. Reg. 6. & obtulerunt Deo Israel mures aureos, vt ab eis liberarentur: similiter nobis continget, labores fient nobis aurei, si cum animi tolerantia substineantur, magni nobis erunt meriti. Hæc laborum est via arcta, per quam iusti ambulant, & ad cœlestem perueniunt patriam. Impij vero, per vias latas de-

Psalm. 8.

Iulius sextus li. 1. cap. 11.

Esther. 2.

Numer. 21.

1. Reg. 6.

Isaiæ. 22. liciarum ambulant, & in eis pereunt. Vnde Isaiæ. 22. *Quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam, & ibi morieris.* Dixit Dominus Sobnam templi præposito. Hoc est, ducetis captus in Babylonem per prata ampla, & spatiosos, amœnosq; Babylonis agros; sed ibi morieris: sic impij in spatiosis, vernantibusq; deliciarum, & voluptatū pascuis pascuntur, vbi pereunt in æternum. Et Oseæ. 4. *Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.* Idest, in viretibus pratis, & herbosis, in vberrimis pascentur pascuis, vt agni saginati, qui ad macellum trahūtur, vt occidantur: sic impij æternis destinati cruciatibus, hic in illecebris, & voluptatibus carnis saginantur, atq; delectantur, sicut agni occidendi. Et signum Dei irati est, tales hic non puniri, vt habetur Oseæ. 4. *Particeps Idolorum Ephraim, dimitte eū.* Ingens supplicium, quod non redducatur Ephraim ad rectū institiæ tramitē, baculo tribulationis percussus. Vnde Psal. 9. *Exacerbauit Dūm peccator, secundū multitudinē iræ suæ non queret:* vbi nota multitudinē iræ diuinæ esse hic nō punire Deū, dicit psaltes, quod valde timēdū est: et sic nō punit cū est iratus valde. Ergo signū eximiæ dilectionis est hic punire: & sic Isaiæ. 21. populus Dei amicus vocatur, eius tritura. *Tritura, & filia areæ meæ, quæ audiui à Dño exercituū Deo Israel, nūciaui vobis.* Populares suos appellat Isaias granū excussum, & Hierusalē areā, quia decreuerat Deus triturare eos: sicut triticū in area. Vocatur autem granū filius areæ, et est notus Hebraismus: quia in area teritur, & à paleis mundatur. Et sicut diuersa animalia in area triturant equi, & equæ atq; iumenta, pedibusq; messes cōculcant. Ita ciuitas Hierosolimitana à diuersis opprimebatur tyrannis: similiter amici Dei, pedibus tyrannorum calcantur, innumerisq; afficiuntur malis, & quo sunt sanctiores, plus affliguntur: & ita Zachar. 13. *Framea suscitare super pastorem, & super virum cohærentem mibi.* In Hebræo est (gibor.) Idest, super virum fortem, atq; strenuum ducem, Christum Dominum. 70. Interpretes legunt: & super

Margin notes: *Oseæ.* 4. (beside "tur, vbi pereunt"); *Oseæ.* 4. (beside "les hic non puniri"); *Psalm.* 9.; *Isaiæ.* 21.; *Zachar.* 13.; 70.

contribules

contribules meos. Hoc est, super meos cognatos, & familiares, qui sunt ex eadem tribu, plus mihi coniuncti, quam si essent mei consanguinei. 1. etiam Regum 25. Propter hanc rationem appellantur iusti viuentium fasciculus. *Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum suum.* Dixit Abigail ipsi Dauid. *Porro anima inimicorum tuorum rotabitur, quasi impetu, & circulo fundæ.* Angelonius in enarrationibus super libros Regum, recte, & acute exponit ita, pulcherrima comparatione iustorum statum, à reproborum sorte discernit, horum quippe animas: idest, iustorum appellat viuentes, vt reproborum è contrario spirituali morte præoccupatas insinuet. Hos fasciculo, illos lapidi fundæ assimilat, fasciculus enim constringitur, vt integer maneat, & conseruetur; lapis in funda expeditus ponitur, vt abiiciatur: sic in hoc sæculo electi præsuris tribulationum coangustantur, vt his admoniti, arctius ad inuicem, mutua charitate conectantur, & coadunati ad inuicem manu sui Redemptoris in perpetuum conseruentur. At vero reprobi quanto latius in hac vita voluptatibus proprijs, velut liberi dimittuntur: tanto longius in futuro à diuinæ visionis gloria proiiciuntur, vt de eis merito dicatur: & quidem ipsi de manu tua repulsi sunt: sicq. magnæ sanctitatis cumulo, charitatisq. ardore pollent. Ingentes pisces non reperiuntur in aquis dulcibus fluuiorum, sed in aquis salsis vasti Oceani: sic etiam sancti magni inueniuntur in salsis tribulationum aquis, non inter delicias, sæculiq. voluptates, & honores. Canticor. 4. laudat Sponsus Sponsæ capillaturam. *Capilli tui, sicut greges Caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Hoc est, caput tuum non est caluum, sed longo flauoq. capillo plenũ: fœmina enim licet sit pulchra in facie, si capillis caret, deformis est. Vnde D. Paul. 1. ad Cor. 11. *Mulier si comã nutriat gloria est illi, quoniã capilli pro velamine dati sũt ei.* loco illorũ verborũ. *Quæ ascẽderũt de Galaad:* in Hebræo est, quæ pexæ sũt de mõte Galad: in hoc est similitudo,

1. *Reg.* 25.

Angelonius super li. Regum.

Cantic. 4.

1. *ad Cor.* 11.

Agathius in Cantica. vt notauit Agathius guidiacerius super hoc loco. Consueuerunt Capræ, quæ ascendunt de montibus saxosis pernimium contactum collisionemq; siluarum expilari, atq; pecti, sicq; carũ capilli redduntur nitidissimi, atq; pulcherrimi. *Hierem. 8.* Et in monte Galad erat resinæ copia, vt cõstat Hierem. 8. *Nunquid resina non est in Galad?* Et ex dumetis resina distillabatur, qua pelles Caprarũ rubescebant, flauæq; apparebant, sicq; visui pulchriores erant: sic sancti, cum tribulationum pectinæ pectuntur, pulcherrimi, redduntur.

Tertio hic notandum est, quòd virga sumitur pro sceptro Regio, & potestate. *Psalm. 124.* Sic Psal. 124. *Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Idest, sceptrum, & principatum. *Esther. 4.* Et Esther. 4. *Nisi forte Rex auream virgam extendisset.* *Isaiæ. 14.* Et Isaiæ. 14. *Cõminuta est virga percusoris.* *Micheæ. 7.* Et Micheæ. 7. *Pasce populum tuum in virga.* Idest, potestate ad regnandum. *Psalm. 44.* Psal. etiam 44. *Virga directionis, virga Regni tui.* *D. Basilius.* D. Basilius super hoc Psalmo, dicit. Quemadmodum thronus symbolum est Regni, ita virga cum Regiæ, tum iudiciariæ potestatis est symbolum. Qua propter dicit, virga æquitatis, est enim ibi munda iustitia. *Prouerb. 22.* Et Prouerb. 22. *Qui seminat iniquitatem metet mala, & virga iræ suæ consumabitur.* In Hebræo est. Virgam iræ suæ consumabit. Supple Deus faciet, vt finem accipiat, suum sceptrum tyrannicum, quo pauperes oppresit. *Psalm. 2.* Et Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea.* *Psalm. 73.* Et Psal. 73. *Redimisti virgam hæreditatis tuæ.* *Aquila.* Aquila legit, sceptrum. *Genes. 49.* Et Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* In Hebræo est, virga. *Homerus.* Homerus crebro vocat Reges, virgam tenentes, & Græcorum duces apud Troiam, singula sceptra habuisse, scribit: nam de Achylis sceptro sic ait, & sceptrum in terra proiecit Achyles auro exornatum, de hinc præfla voce resedit. Vlysses quoq; sceptrum habebat quod idem Homerus ita canit.

At vbi solerti fandi ius cesit Vlyssi.
Intentus tellur i oculos, atq; ora tenebat.
Obtutu tacito sceptrum in mobile dextra.

Atonitus

Atonito similis.

Porro symbolum iustitiæ sceptrum, vel virga est, qua Reges in omnes vti debent, non muneribus, aut precibus ad iniustitiam declinare, & rigidam atq; inflexibilem iustitiā ex æquo omnibus impendere, quasi ita vsus fuerit, malum, & supplicium meritos sceptri potestate coercere. Iustinus lib. 4. scribit vetustissimos olim Reges hastas pro diademate habuisse. Nam, & ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres, hastas coluere. Ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulachris hastæ adduntur. Cui consonat illud, quod de Saule Rege legimus. 1. Reg. 26. qui primus Israelitarū fuit Rex, huic enim sacra scriptura semper hastam tribuit, quam nunquam non præsentem habebat. De capite lectuli illam tulit Dauid dormiente Saule. Et 1. Reg. 19. in suo Regio palatio lanceam tenebat Saul nisusq; est Saul, Dauid psallentem configere lancea. *Et declinauit Dauid à facie Saul, lancea vero caso vulnere, perlata est in pariete.* Et credibile est illum hastam pro sceptro Regio habuisse. Ad Hebreos etiam cap. 11. dicitur. *Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ.* Idest, sumitatem sceptri filij Ioseph. Græci addunt præpositionem ad. Ad fastigium virgæ. D. Hieronymus ex Hebræo vertit. Adorauit Israel Dominum ad lectuli caput conuersus. Hebræa vox anceps est. Græcorum autem sensus est, quòd adorauit Iacob Dominum ad sumitatem virgæ eius. Idest, virgæ Ioseph, quia imbecillis senex innixus erat baculo. Photius Græcus interpretatur, quòd adorauit Iacob fastigium virgæ Ioseph. Idest, Regnum ipsius in filijs, vt in ipsa tribu Ephraim, & Manase, quæ decem tribubus seruientibus regnauit. Regnaturos ergo posteros Ioseph præuidens Iacob insignum illius futuri Regni, fastigium virgæ Ioseph adorauit. Alij vt Haimo dicunt. Ipsum Ioseph adorauit, vel virgam, quam portabat, quem secundum post Pharaonem totius Ægypti Dominum sciebat. Quomodo Esther legitur, adorasse virgam Asueri. Et ita explicat Ganeius. Primam

Iustin. lib. 4.

1. Reg. 26.

1. Reg. 19.

Explicatur locus Pauli ad Heb. 11.

D. Hierony.

Photius.

Haimo.

Ganeius.

Ecumenius. *Theophilat.* *Theodoretus* mam Photij expositionem asignant Ecumenius, & Theophilatus, & S. Theodoretus. adorauit fastigium virgæ, præ signans regnum Ephrain, & decem tribuum subiectionem; in tantum enim credidit euenturas benedictiones de regno tribus Ephraim, vt operibus monstraret. Adorauit enim Iosephum, totius populi adorationem denuncians, quem adorauit summitati sui baculi innixus ob senectutē. Vel eius *Zegerus.* refertur ad sceptrum Ioseph, quod adorauit. Nicolaus Zegerus notat per hanc adorationem, Iacob significasse exal *D. August. quæst. 6. in Genes.* *Pet. Comes.* tationem ipsius Ioseph, in terra Ægypti. D. Augustinus lib. quæstionum in Genesim, quæstione 61. & Petrus Comestor cap. 100. in Genesim, dicunt, adorasse Deum Iacob, qui erat innixus baculo suo propter senium. Verbum Græcum reciprocum est, & potest legi ad summitatem virgæ suæ, vel eius. Sirum etiam vocabulum vtrumq; ferre videtur, & maximè probat quòd in Græco est. Adorauit ad caput, & fastigium virgæ, & nota quòd locus desumptus est, ex capite 47. Genesis. Vbi dicitur. *Adorauit Israel* *D. Hieron.* *70.* *Dominum conuersus ad lectuli caput.* Et ita legit D. Hieronymus, & Dominum addidit, sed in fonte non est. 70. Interpræetes legunt. Adorauit fastigium virgæ, quos redarguit. D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis. Et nota quod 70. legunt (mateh) quòd Hebræis est baculus, pro (mitah) quod est, lectulus, & sic virgam transtulere. Sed cum vtrumq; sit vocabulum anceps ad caput, & fastigium & ad lectu um, & baculum. Non malè verterunt, 70. In*Honcala.* *Genadius.* *Eugubinus.* *Lipomanus.* terpræetes, vt dicit Nicolaus Zegerus hic. Sed Honcala cōtendit, legendum ad caput lecti, quia Simachus ex Græco legit. Adorauit Israel ad caput lecti, & Pagninus legit in curuauit se ad caput lecti, & notant Honcala, & Genadius, & Eugubinus, & Lipomanus, consimilem locum haberi. 3. Reg. 1. Et benè vertisse 70. interpræetes, vbi scribitur, adorasse Dauid ad caput lecti sui. Vt est in Hebræo, quòd 70. Interpræetes, transtulere. Adorauit Dauid Rex super lectum suum. D. Augustinus acutè satis exponit lectionem

ctionem, 70. Interpretum. Notat etiam Mathias Vescapellius super Epistolam ad Hebræos, prodigium illi videri si tot viri docti, vt sunt 70. Interpretes, quos ad verbum D. Paulus sæpe imitatur. Sint decepti legendo (Mateh) Idest, scipionem, pro (Mittah) Idest, lectulum, & textus siriacus ad Hebræos 11. ea voce vsus est, quæ alio trahi nō potest, quam ad scipionem nempe voce (Chutre) quæ fustē, vel scipionem significat, quæ habetur Lucæ 22. Vbi milites ad Christum Dominum comprændendum cum fustibus egressi narrantur. Item quia vsq; ad cap. Gen. 47. nulla infirmitatis fit mētio, vt lectulo fuerit opus, tantū enim die mortis suæ præsensisse dicitur Gen. 47. patriarchā autē valere, & sanum lecto imponi, non est auditū. Animaduertit etiā iste Mathias Vescapellius, illum locū Regū, non inueniri, vbi dicatur, Dauid adorasse ad caput lectuli: sed solū adorauit Rex super stratum suū: tandē concludit iste author. Rē esse dubiam, & vtrūq; verti posse, propter creberrimā vtrarumq; præpositionū, & vocum abusionē. Quidam exponūt Iacobū senio grauem, innixum scipioni, adorasse filium, & ægyptiacā reuerentiam, eius caput osculādo exhibuisse. Genadius, & Theodoret. volunt, fastigiū virgæ osculatū loco capitis Iosephi, vt nūc aulici manū deosculari solēt. Et hic fuit impletū somniū ipsius Ioseph Gen. 37. Cum vidit Solem, & Lunā, & Stellas eū adorare: Idest, patrē cū filijs. & ita placet D. Chrisost. Homil. 65. in Gen. & Hom. 26. in Epistol. D. Paul. ad Hebr. Extat etiam Epist. Adrian. Pōtificis in actis Niceni Cōcilij, & Epist. est ad Cōstātinū, et Irenē, in qua eū docere vellet pōtifex non hærere in picturarū & imaginū coloribus, sed animū in prototypa dirigere afert hunc locū, & exēplū Iacob, qui virgā adorans nō scipionē sed cuius erat, filiū videlicet Ioseph spectabat. Procopius, et Theodorus dicūt, ob singularē in filium amorē, & ob sūmam post Pharaonē dignitatē Iacob hoc honore filiū coluisse, ac simul fidemagistra, oculos in Christū coniecisse, in virga quoq; Sceptrum Regni Christi adorasse, qui futurus erat Regni

Math. Vescapel. *Lucæ. 22.* *Genes. 47.* *Genadius.* *Theodoretus* *D. Chrisost. Hom. 65. & 26.* *Adr. Pōtif.* *Procopius.* *Theodorus.*

Regni Hebræorum caput, & Rex. Et hoc vltimum, notant Bruno, Eucherius. D. Anselmus, & Haimo. Et D. Anselmus dicit, quòd tulit Iacob virgam Ioseph, & super caput virgæ, quam tenebat inclinauit se ad Deum adorandum : qui talem filio præstitit honorem. Vel vt notat Faber & bene, in Græco est, & adorauit in fastigio virgæ suæ, supple Deum côuersus ad lectuli sui caput: idest, in sumitate lectuli innixus virga sua. D. Thomas super hoc loco notat, in Græco haberi adorauit super fastigium virgæ, & sic legit Pagninus ad Hebræos 11. In Hebræo vero, ad caput lecti, eo quòd vtrunq; potest stare, vel quia ipse erat senex, ideoq; virgam gestabat, vel quia accepit sceptrum de manu Ioseph, donec iurasset, & quòd adorauit antequam redderet, non ipsam virgam, vel Ioseph, vt quidam male putauerunt, sed ipsum Deum, innixus ad cacumen virgæ: ad quod motus fuit ex consideratione potestatis Christi crucifixi, & crucem ratione Christi crucifixi in ipsa. Vnde ait D. Thomas hoc loco propriæ non adoramus crucê, sed Christum crucifixum in ea. Glossa Interlinealis dicit. Quòd sumitatê virgæ adorando Christi Regnum ex gentibus futurum venerabatur: quod virga illa præsignabat. Nicolaus Lyranus super Genesis cap. 47. & ad Hebræos. 11. dicit adorauit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput. Caput enim lectuli erat versus promissionis terram, & ad illam partem adorabant Iudæi religiosi, cum extra illam erant. Vt habetur. 3. Reg. cap. 8. & Daniel. 6. & super cap. 11. D. Pauli dicit. Quod caput lecti erat versus plagam occidentalem, ad quam respicientes adorabant Iudæi. Et D. Paulus dicit, quòd adorauit fastigium virgæ, quod est etiam verum, quia senex habebat baculum cuius sumitati nitebatur adorans Deum. Vnde non est intelligendum, quòd adorauit baculum, sed ipsum Deum, innixus scipioni, vel accepit virgam Ioseph, cui innixus adorauit Deum: vel adorando sceptrum Ioseph potestatem Christi adorauit, per virgam Ioseph significatam. Claudius sic exponit. Hoc signo indicat Paulus fidem Iacob

Bruno. Eucherius. Haimo. Anselmus. Faber. D. Thomas. Pagninus. Interlineal. Lyranus. 3. Reg. 8. Daniel. 6. Claudius.

Iacob ad Regnũ Christi penetrasse, & exosculãs summam virgam filij Ioseph, venerabatur Christum omnibus imperaturum, cuius ille à fratribus proditus imaginem gesserat. Et ad orare hic non sumitur pro actu latriæ, sed pro honorare. Vt 2. Reg. 9. & 3. Reg. 1. Græcæ est ad fastigium virgæ, hoc modo videmur adorare prono corpore inclinati. Paraphrasis Chaldaica legit. Adorauit Israel super caput lecti. Nicolaus Grandis, sequitur expositionem D. Chrisostomi, & Teophilati, super epistolam ad Hebræos: cum ergo D. Paulus citet iuxta 70. versionem videtur illam approbare, & sic non est reiicienda talis lectio: licet à versione Hebræa lõge distet. Propter vocum autem similitudinem aliter in 70. Interpretibus, & aliter in Hebræo est. Vel respondetur, & melius cum Ambrosio Catheriuo super hoc loco, iuxta veritatem Hebraicam habetur, incuruauit se ad caput lecti. Et hæc varia lectio turbat nonullos, sed quid prohibet ad caput lectuli fuisse illam virgam Ioseph, cum enim adduceret filios Beniamim, & Manassem, vt pater eis benediceret, virgam lectuli capiti posuit, vt eos patri facilius præsentaret, ad cuius virgæ sumitatem Iacob vertit suã adorationem: multa enim tunc habebant extraditionibus antiquis, quæ sancta scriptura non expressit. Adorauit illam virgam, quæ Christum repræsentabat, & quia erat, ad caput lecti virga. In Hebræo habetur, ad caput lecti adorauit, quia versus illam partem erat posita: & quia ãdorauit virgam. 70. Interpretes verterunt, fastigium virgæ non curantes de loco vbi posita erat. Et si queras ad quid adorauit virgam? Dico, quòd virga simbolum erat potestatis, & hoc facto voluit significare, habentibus hanc potestatem exhibendum esse honorem.

2. Reg. 9. *3. Reg. 1.* *Parap. Chaldaica.* *Nicol. Grãdis.* *Ambrof. Catherinus.* 70.

Vltimo virga sumitur pro subsidio, atq; firmamento. Vt Ezechiel. 13. *Conteram virgam panis*. Idest, panis alimentum. Et Matth. 10. *Nolite portare virgam*. Hoc est humanum subsidium, sed obstat huic textui, alter Marci. 6. vbi Dominus facultatem tribuit discipulis portandi virgam, & præcepit

Ezech. 13. *Duo loci difficiles Matt. 10. & Marci 6. cõciliãtur.*

cepit eis. *Nequid tollernt in via, nisi virgam tantum.* Respondetur quod in Matthæo, & Luca cap. 10. Prohibet Dominus virgam, ad deffensionem: concedit vero apud Marcũ, ad sustentationem corporis defessi. Ita Cornelius Iansenius, & Ganeius, & communiter Doctores. Claudius exponit per virgam, ne videamini velle imperare, aut dominari in conscientias, nam virgæ nomine imperium designatur. Similiter D. Hilarius explicat, sed Christianus Drutmarus in Matthæum, & Albertus Magnus, & D. Augustin. lib. 2. de Consensu Euangelistarum cap. 30. Virgam siluestrem prohibet portare: in Marco vero potestatem Euangelij cõcedit, vt qui voluerit viuere de Euangelio, viuat. D. Thomas dicit, prohibet virgam, quia iussit Dominus vt sui discipuli irẽt pedites, & discalciati, prohibet virgã ne vtantur equis, & equitãtes portant virgam. Vel prohibet, ne in rebus humanis fidant, sed in solo Deo, quia in virga homines sustẽtantur. Euthimius dicit, quòd primum præcepit Dominus, pro temporis, atq; laboris ratione, ne virgam, aut baculum portarent in via, postea vero propter longioris itineris laborem, indulserit, quod prius quando necessarium nõ erat negauerat. Similiter Zegerus. Sed Theophilatus dicit virgam non sinit eos portare, quod exactæ paupertatis est, & dignos fide facit eos, qui paupertatem doceant. Sed sensus genuinus huius loci est. Quòd Christus Dominus, apud Matthæum prohibet virgam, & quicquid impedire poterat ad celerem cursum, & sic absq; pera, & virga pergant in via pauperrimi, & omni subsidio humano destituti: cum autem apud Marcum concedit illis Dominus virgam, idem est. Et sic sensus est, tam egeni, & indigentes in via pergite mei discipuli, vt solum arundinem, vel virgam porretis cui inniti possitis, ostiatim eleemosynam petentes, sicuti modo faciunt pauperes. Sic Hispanè dicimus (quedò tan pobre que andaua de puerta en puerta pidiendo limosna con vna caña en la mano) ita phrasi Hebræa dixit Iacob Genes 32. *In baculo meo trãsiui Iordanẽ, & nunc regredior cũ duabus turmis.*

Cornelius. Iansenius. Claudius. D. Hilarius. Christ. Drutmarus. Alb. Magn. D. August. D. Thomas. Euthimius. Zegerus. Theophilat. Genes. 32.

Idest,

Ideſt, adeò pauper, & miſer: nudus, & inermis, de domo paterna egreſſus fui, vt tranſiens per Iordanis huius vada nil aliud in manu portarem quàm bacillum: ſed nunc regredior diues valde, & opulentus. Sic exponit Hilarion Genuenſis in Euangelia ſuper cap. 6. D. Marci, & virga hic ſumitur pro baculo. Sicut Zacha. 8. *Habitabuat ſenes in Hieruſalem, viri, baculus in manu eius.* 70. Interpræt. legunt, virgã ſuam in manu ſua, & in hoc loco D. Marci eſt alluſio ad iter Iacob: nam ſicut illi proſperè contigit in via, nã poſtea reuerſus fuit cum magna ſubſtantia, & prole, & ſeruis, & gregibus; ſic fœliciter vobis ſuccedet in hoc prædicationis munere. Et ita Luc. 10. *Reuerſi ſunt cum gaudio.* Nam dæmonia ſubiiciebantur illis, & multi ad fidem conuerſi fuere. Notandaq; eſt eximia Iacob humilitas, cum reuertitur diues non extollitur, ſed præ oculis habet ſuam paupertatẽ, & illius ſeruauit ſigna, ſecum portat baculum ſuæ inopiæ fidelem, & indiuiduum comitem: & non erubeſcit in Iordanis vado dicere, in iſto baculo tranſiiſſe fluuium. Cõtrarium nunc videmus, ſiquis de media plebe ad magiſtratum & diuitias aſcendit, ſuæ humilitatis oblitus extollitur, neq; Deo gratias refert dicens cum Ioſeph Geneſ. 41. *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Similiter fecit cæcus Ioa. 9. dicens, ego ſum cæcus, qui mendicabam.

Hilar. Gen.

Zachar. 8. 70.

Lucæ. 10.

Geneſ. 41.

Aleph.* ☞ *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

SEnſus eſt, exulem, & captiuum duxit hoſtis in tenebroſos Babylonis carceres. Vel ſunt verba Sedechiæ Regis, qui exoculatus, luminibuſq; orbatus, fuit in Babylonẽ aſportatus, ſic exponit Nicolaus Lyranus. Vel, *Adduxit in tenebras*, Ideſt, ad miſerias, & calamitates, non ad lucẽ proſperitatis. Et ſic exponit Theodor. Me minauit (ſuple Deus) velut gregem minat paſtor abſq; vlla reſiſtentia, vel me minauit Chaldæorũ exercitus. Ita Dioniſ. minare propriũ eſt gregis, & pecudũ, vt cõſtat Exod. 3. *Cum minaret Moiſes gregẽ ad interiora*

Lyra.

Theodoretus

Dionijius.

Exod. 3.

interiora deserti. Sicut ille, qui ad caulas ducit gregem, sic
Isaiæ.11. conclusit me in Babylone. Et Isaiæ.11. *Leo, & bos comedent paleas, & puer paruulus minabit eos.* His verbis nostri vatis denotatur imbecillitas Hierosolimitanorū, qui sicut oues
70. capiebantur, & in exilium ducebantur. *Meminauit.* 70. Interpræt.legunt, me assumpsit, sicut cum quis inuitus ex capillis assumitur, & à forti viro asportatur in alium locum.

Secundus sensus est, vt hæc verba legantur admiratiue. Cum tu Domine esses meus, dux, & pastor me adduxisti, & tradidisti in inimicorum manus: nunc seruum fecisti Babyloniorum, qui solebas in tutum portum statuere li-
Isaiæ.63. berum ab incursibus hostium. Sic Isaiæ.63. populus afflictus dicebat. *Vbi est, qui eduxit eos de mari, cum pastoribus gregis sui? Qui eduxit ad dexteram Moysem, in brachio magestatis*
D.Hierony. *suæ, & scidit ante eos aquas.* D. Hieronymus exponit, non ad sinistram, sed ad dexteram fœlicitatis, per mare rubrum traduxit nos sicco vestigio. Hic idem Dominus modo duxit ad tenebras densissimas, plusquam cimericas, vbi nullus
1.Ioan.1. lucis est radius. Et hoc mirabile est, cum Deus sit lux, & tenebræ non sint, in eo vllæ. Quomodo ergo ducis nos ad speluncas obscuras?

Aleph. ☞ *Tantum in me vertit, & conuertit manum suam.*

Sensus est. Solum est intentus in mei castigatione. Hoc meditatur, quomodo flagellet, & non cesat à punitione: illi qui puniuntur putant eos solum esse in laboribus. Et
Psalm.72. ita conquærebatur Dauid Psal. 72. *Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.* Idest, à me tanquam à sceleratissimo incipit primo mane supplicium, & per integrū diē durat. *Tantum* ergo *in me vertit, & conuertit manum suam.* Idest, iterum, atq; iterum me flagellat hostis, vel Deus: & Hispanè dicimus (diole vna mano y otra.) Contra me est
Pagninus. versus, vsq; ad satietatem percusit. Pagninus legit profectò versus est contra me. Assertiue loquitur tantum in me vertit

tit manum suam. Idest, tantummodo affligit, & altera manu nequaquam consolatur.

Manus in sacro eloquio aliquando vsurpatur pro operibus mirabilibus, vt Isaiæ. 26. *Exaltetur manus tua.* Et Exod. 14. *Filij Israel egreßi sunt in manu excelsa.* In mirabilibus operibus. Manus etiam pro operibus, vt Eclesiasti. 38. *Auertere à delicto, & dirige manus.* Depone peccandi propositum. Et ab omni culpa munda cor tuum statuens bene operari. *Isaiæ. 26.* *Exod. 14.* *Eclesias. 38.*

Tertio sumitur manus, pro percusione, & plaga, sic sumitur in hoc nostri vatis textu. Et 1. Reg. 18. *Non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philistinorum.* Dixit Saul. Nolo ego interficere Dauidem, sed Philistei eum næcabunt. Et 1. Reg. 5. dicebant Azotij. *Dura manus Dei super nos.* Idest, percusionis plaga. Et Exod. 14. *Viderunt Ægyptios mortuos, & magnam manum, quam exercuerat contra eos.* Hoc est, magnam plagam. Et Isaiæ. 23. *Extendit manum suam super mare, & conturbauit Regna.* Sensus est, ò Tyre ne contemnas Deum Israel, qui olim percusit Ægyptios submergens eos in mari, conturbauitq; Ægyptiorum Regnũ, qua audita plaga reliqua mundi Regna timuere. Et Ezech. 39. *Videbunt omnes gentes iudicium meum, & manum meam, quam posuerim super eos.* Idest, vltionem, quam de eis sumpsi. Et Psal. 31. *Grauata est super me manus tua.* Idest, acerbè, & durè me punis. Et Iob. *Manum tuam longe fac à me.* Hoc est, sæuera tua flagella amoue à me. Vnde Paulus ad Hebræos. 10. ait. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* De manibus Moysi dicitur Exod. 17. quòd erant graues, sed Aaron, & Hur sustentabant eas, licet multum ponderabant, sed heu quanto grauiores sunt Dei manus cum percutit: præcipuè in die iudicij, quis poterit eas sustinere? Vnde Isaiæ. 14. *Manus eius extenta.* Supple ad puniendum. Ideo Susana Dei manum metuebat, plusquam hominum capite 13. Danielis, cum dixit. *Melius est mihi absq; opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini.* Sumitur *1. Reg. 18.* *1. Reg. 5.* *Exod. 14.* *Isaiæ. 23.* *Ezech. 39.* *Psalm. 31.* *Iob. 13.* *Ad Heb. 10.* *Exod. 17.* *Isaiæ. 14.* *Daniel. 13.*

 autem

autem manus, pro supplicio, quia manu percutimus, & ensem ad vulnerandum apprehendimus. Et Ruth. 1. dixit Noemi: *Egressa est manus Domini contra me*. Idest, eius supplicium: paupertate, exilio, & viduitate me præmit, non casu vel fortuito, sed diuina voluntate, hæc vltio contingit.

Ruth. 1.

Prouerb. 11. Iuxta hunc tropum intelligitur locus difficilis Prouerb. cap. 11. *Manus in manu, & non erit innocens malus*. In Hebræo est, manus ad manum. Idest, plaga super plagam, & adhuc impius non est innocens, sed in sua perseuerat malitia, vt alter Pharao. Quæ verba etiam repetuntur cap. 16. *Abominatio est coram Domino omnis arrogans, & si manus ad manum fuerit non erit innocens*. Sumpta metaphora à linteaminis sordidis, quæ semel, atq; iterum sapone lauantur, & non dealbantur. Et hic sensus est consonus verbis nostri vatis.

Secundus sensus huius loci est. Quicquid conetur malus, licet ambas congerat manus, abundet opibus, & fauore, non expiabit peccatum suum, nisi pœnitentiæ pharmacum sumpserit.

Tertius sensus, licet peccator, suum simulet peccatum, quemadmodum, vna manu posita super aliam pecuniam tegimus: sic licet sua velit occultare crimina non effugiet supplicium Dei.

Quartus sensus, & est optimus. In Hebræo est, manus ad manum, loquitur Salomon de homine fraudulento, & ita antea dixerat. Abominabile est Domino, cor prauum, & voluntas eius in his, qui ambulant simpliciter. Et statim dicit manus in manu. Hoc est, licet tribuat propria manu tibi munera, atq; ea in manu tua reponat: ne te illi cómittas, neq; ei fidas, quia non intendit benefacere, sed decipere. *Semen autem iustorum saluabitur*; idest, à fraude, & dolo, quem impij machinantur liberabit Deus iustum.

Ioan. Arb. 70. Quintus sensus est. Ioannis Arborei. Septuaginta Interpretes legunt. Manui manum iniiciens, seu conferens

non

non erit inoncens, impius idest, licet impius manum manui iungat, & ad horam à prauo opere manum retrahat, nilque mali exterius operetur, non retinet cordis innocentiam, malum enim corde machinatur, interius alit monstruum, & sic exponit D. Gregorius liber 25. Moralium, capite 3. & Beda. *D.Gr.lib 25. moral.cap.3 Beda.*

Sextus sensus manus in manu, hoc est, citissime, & repente superueniet vltio impij. Itali solent dicere admano, ad mano, pro statim, & cum res aliqua est iuxta aliquē solemus dicere. (a lamano teneys esso.) Non erit innocens, est Hebraicus tropus; pro eo quòd est, non erit impunitus Ita 1. Reg. 26. *Quis extendet manum in Christum Domini, & innocens erit?* Hoc est, erit impunitus? Nequaquam. *Vel manus ad manum.* Idest, subito, celeriter, facilime, nil enim facilius, aut celerius facimus, quàm vnam manum alteri iungere: subito iniquitas impij manifestabitur. Ita exponit Caietanus super Prouerbia, & legit manu ad manum, & dicit esse aliquorum Hebræorum sensum. *1. Reg. 26. Caietanus.*

Septimus sensus, etiam si conspirent impij in vnum, & mutuo sibi præstent auxilia, & in signum huius conspirationis manus sibi dent, non euadent supplicia, licet multi sint in scelere participes: tali enim malorū factioni, opponitur congregatio iustorum, & sic dicit Salomon. *Semen autem iustorum saluabitur.* Ita exponit Cornelius Iansenius, & sic Psal. 16. de impijs dicitur. *Adipem suum concluserunt.* Idest, omnes vires suas sociauere ad perpetrandum mala, & sic addit Dauid. *Os eorum locutum est superbiam.* *Cor. Iansen. Psal. 16.*

Octauus sensus qui est Rodolphi Baini super prouerbia. Vbi manus filij, ad manum patris additur ad malum, cum filius, & posteri peccata maiorum sequuntur non erunt impuniti. Et sic sequitur. *Semen autem iustorum saluabitur.* Ad mercedem iustorum multum valet, parentum piêtas, quam sequuntur. Nonus sensus, si manus Dei ad manum hominis accedat: hoc est si Dei præcepta cōferātur *Rod.Bainus*

cũ operibus, quæ malus facit: cognoſcetur manifeſte ſupplicij reus, nec poterit ſupplicium euadere. Chaldeus paraphraſtes, ſupplet quedam dicens, qui extẽdit vel mittit manum contra ſocium ſuum non eſt innocens à malo.

Chaldeus.

Iſaiæ. 56. Manus ſumitur pro dignitate. In ſacro eloquio. Vt Iſaiæ. 56. *Dabo eunuchis in domo mea locum.* Verbum Hebræum. (Iadh) Significat conſilium, potentiam, & locum, & manum: vt 2. Reg. 18. appellatur manus Abſalonis. Ideſt, locus in quo ædificium ſuperbum extruxit Abſalõ. Eunuchis igitur, hoc eſt, virginibus pollicetur Deus ſublimem locum, & eximiam poteſtatem, facultatemq́; operandi in ſua domo. Et Deuter. 32. *In ſeruis ſuis miſerebitur, videbit, quòd infirmata ſit manus.* Ideſt, defecit potentia fortium, & corruit, ſublimium dignitas. Geneſis etiam. 49. manus pro potentia vſurpatur. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.* Ideſt, tuum robur, & potentia. Ratio autem huius tropi eſt, quia manu, & brachio oſtendi ſolet potentia, & fortitudo, & etiam auxilium, quod manus extenſione exhiberi ſolet.

2. Reg. 18. *Deuter. 32.* *Geneſ. 49.*

2. Reg. 3. Manus etiam ſumitur pro induſtria, & fauore, vt 2. Reg. 3. dixit Abner ad Dauid. *Et erit manus mea tecum.* Ideſt, fauor, & induſtria in bello. Et 2. Reg. 14. *Nunquid manus Ioab, tecum eſt in omnibus iſtis?*

2. Reg. 14.

Pſal. 103. Manus pro finibus, & diuerticulis vſurpatur, vt Pſal. 103. *Hoc mare magnum ſpatioſum manibus.* Ideſt, finibus, vel finibus, & littoribus. Et Geneſ. 34. *Terra lata eſt, & ſpatioſa, cultoribus indiget.* In Hebræo eſt: & ſic legit Sanctes Pagninus. Terra lata eſt locis ante eos.

Geneſ. 34. *Pagninus.*

2. Reg. 18. Manus ſumitur etiam pro opere inſigni, & memorabili. Vt 2. Reg. 18. *Porro Abſalon erexerat ſibi titulum, qui eſt in valle Regis, dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei: vocauitq́; titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalonis.* Ideſt, opus eius memorabile. Manus enim eſt organum organorum ex Ariſtotele. 3. de anima. Et ideo inſignia opera ſignificantur per eam. Extruxit ergo piramidem ſublimem Abſalon: Regis, aut Principis ædificium ſuperbum,

Ariſt. 3. de anima.

perbum, quod alius à Rege extruere non valeret. Vocauitq; titulum nomine suo. Titulus ille erant literæ, quæ declarabant cuius esset, statua illa marmorea in ædificio collocata. Vt Numeror. 33. *Confringite titulos, & statuas.* Idest, titulos cum statuis. Alij dicunt hunc titulum fuisse statuam marmoream: ita tenet Iosephus lib. 7. Iudaicarum antiquitatum cap. 10. Quæ erat extructa in valle, quæ duobus stadijs ab Hierosolimis aberat. Et dicit Iosephus, quod erant tres filij masculi Absaloni, & filia vna nomine Thamar, & voluit, vt filijs eius etiam morientibus nomen eius, in statua permaneret. Sed textus sacer dicit, dixisse Absalonem. *Non habeo filium.* Et hoc magis credendum, quia si forte habuit filios, iam erant mortui, & quia hæredes non habebat, inerat ei naturale desiderium perpetuo manendi: & quia in filijs non manebat eius memoria, erexit statuam. Ex quo infertur clare immortalitas animæ rationalis. Vel erexit titulum: idest, sepulchrum, vt Genes. 35. *Mortua est ergo Rachel, & sepulta, est in via quæ ducit ad Ephratam, hæc est Bethlem, erexitq́; Iacob titulum super sepulchrum eius, hic est titulus monumenti Rachel, vsq; in præsentem diem.* Sed credo non curasse de extruendo sepulchro Absalonem in iuuentute, in quo non fuit sepultus: sed magis curasse de conspirando contra patrem. Titulus autem in scriptura sumitur pro literis scriptis super statuas, vel sepulchra. Vt Isaiæ. 19. *Titulus Domini iuxta terminum eius.* Et Ioan. 19. *Scripsit autem titulum pilatus, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, & erat scriptus literis Græcis, Hebræis, & Latinis.* Qui positus erat super crucem. Vel titulus sumitur pro signo quod ponitur ad recordationem alicuius rei: vt Ezechiel. 39. *Cumq; viderint os hominis statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illum pollinctores.*

Numer. 33.
Ioseph. li. 7. cap. 10.
Genes. 35.
Isaiæ. 19.
Ioan. 19.
Ezech. 39.

Beth. Vetustam fecit pellem meam, & carnem, contriuit ossa mea.

Sensus est iam obduxit callum caro mea, ex flagellorum

70. asſiduitate quæ in captiuitate ſuſtineo. 70. Interpretes legunt: inueterauit carnes meas. Hoc eſt, iam caro oſsibus adhæſit, vt fit in ſenibus, effectus ſum ſenex in hac captiuitate, ex malis in ea perpeſsis. In Hebræo eſt, conſumpſit carnem meam, & pellem meam, & ita legit Sanctes Pagninus: ideſt, carnes pingues, ad tenuitatem, & maciem redactæ ſunt, & cutis aruit. Oſſa nuda in corpore meo numerari poſſunt, præ multitudine flagellorum, quæ ſuſtinui. Vel iam cutem habet quilibet captiuus ſolis ardore, & pluuiarum, atq; imbrium frequētia denigratam, vt videatur ſenex cum ſit iuuenis. Iam amiſi nitorem faciei, corporis venuſtatem, & formæ præſtantiam in hac duriſsima ſeruitute, propter famem, quam patior, dicit Hieruſalem, pallida ſum, macieq; confecta, & quia fuſtibus percutior contrita ſunt oſſa mea. Et ſimile illis contigit in Ægypto. Exod. 1. & ita exponit D. Hieronym. Circa hæc noſtri vatis verba notandum eſt, quod prius dixerat. *Tantū in me vertit, & conuertit manum ſuam.* Et ſtatim dicit. *Vetuſtam fecit pellem meā.* Et addit. *Contriuit oſſa mea.* Et in principio capitis dixit, virga indignationis fuiſſe percuſſum. Ex qua ſententia colligitur manifeſte duram eſſe manum Domini, ſicut dixere Azotij. 1. Reg. 6. & hoc quādo impios caſtigat, vulnus infligit magnum, ita vt carnis virorē non ſolū marcēſcere faciat, ſed etiā pellem oſsibus adhærere, & tandem oſſa cōminuit. Vnde Zachar. 5. *Vidi, & ecce volumem volans.* 70. Interpræt. legunt, vidi falcē volantē. Falci comparatur diuinū ſuppliciū, quæ totum hominis corpus cingit, & ſecat, ſicut meſes. Ita Dei punitio totum hominem circūdat, animā, & corpus punit. *Timete eum, qui poſtquam occiderit corpus poteſt animam mittere in gehennam.* Et ita volumem illud volans venit in domum furis, & iurantis, & ſubuertit domum eorum, ligna, & lapides, ipſumq; periurum occidit, & vniuerſam ſubſtantiam deſtruxit. Falx in Saturni manu temporis, quòd vnius cuiuſq; rei maturitatem atulerit Hieroglificum eſſe teſtatur Pierius lib. 42. ſuarum Hieroglificarum. Nam tempus

Pagninus. *D. Hierony.* *1. Reg. 6.* *Zachar. 5. 70.* *Matth. 10.* *Pieriusli. 42*

pus edax rerum omnia demetit. Falcem vero in manibus custodientium hortos possuere ad arcendos fures; falcem etiam habebat in manu eoquòd tempus per reductionem in seipsum creatur. Et sic in hoc loco Zachariæ castigationis signum est, contra fures, & adulteros, vt eorum malitia præcidatur. Cõparatur autẽ falci, quæ est velut circulus diuini iudicij potestas, vt notauit Ianus Asuola lib. de Tropis vtriusq; testamenti, quia vndiq; stringit, & intra se posita omnia amplectitur, quæ potestas, quia nullatenus euitatur recte etiam Iudex venturus falcem tenere in Apocalipsi perhibetur, quia & ambiendo, & incidendo obuiat ad omnia. Esse se intra falcem diuini iudicij Propheta vidit, cum dicebat Psal. 138. *Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in infernum ades.* Lapis ille, qui de monte descendit sine manibus abcissus percusit statuæ pedes. Daniel. 2. quos non solum comminuit, sed *Contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta, quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento: nullusq; locus inuentus est eis.* Lapis iste in vindictam superbiæ Nabuchodonosor descendit à Deo missus, & propterea in nihilum redegit totam statuæ molem. Isaiæ etiam 10. *Visitabo super fructum magnifici cordis Asur.* Et infra dicitur. *Ab anima vsq; ad carnem consumetur, & erit terrore profugus.* Idest, penitus delebitur exercitus Senacherib, ita vt nec vnus residuus sit viuus, quòd Hispane dicimus (ni quedara rama ni hoja.) Et Isaiæ. 30. *A voce Domini pauebit Asur virga percusus, & erit transitus virgæ fundatus.* Hoc est, grauis erit plaga, olsium medullas penetrabit transiens virga; vniuersa castra permeabit Senacherib, & ciuitas ipsa Hierusalem in fundamentis fuit percussa, cui sensui consonat Hebræa lectio, quæ sic habet, & erit omnis transitus virgæ fundamentum eius. Idest, totum fundamentum eius permeabit transiens virga. Vel ipse Asur percutietur à Deo validissimè, ita vt cõminuat ossa illa Dei percusio.

Ianus Asuola lib. de Tropis.

Apoc. 14.

Psalm. 138.

Daniel. 2.

Isaiæ. 10.

Isaiæ. 30.

Pellis hoc loco, cutem hominis significat, sed varias ha-

bet in ſacro eloquio acceptiones. Idem eſt, quòd tẽtorium, nam pellibus tegebantur tentoria. Ita Abacuc. 3. *Pro iniquitate vidi tentoria Ethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.* Ideſt, pro Iſraelis peccatis, vidi tentoria Ethiopum, & Madianitarum, qui in tentorijs habitant: in circuitu Iſraelitarum ipſos affligentes, vel propter iniquitates, & violentias illarum nationum, quas contra Iſraelitas exercebant, vidi eorum tentoria turbata corruere: ſicut Iudicum. 7. panis ſubcineriuus ſubuertebat tentoria exercitus Madianitarum. Et Hierem. 10. *Non eſt, qui extendat vltra tentorium meum, qui erigat pelles meas.* Et cap. 4. *Vaſtata ſunt tabernacula mea ſubito pelles meæ.* Et Pſal. 103. *Extendens cœlum, ſicut pellem.* Ideſt, inſtar tentorij: & apud Latinos pelles pro tentorijs ſumuntur. Sic Cicero lib. Academicarum quæſtionum. In ipſo bello, ita magna rei militaris ocupatio eſſe ſolet, vt multũ imperatori ſub ipſis pellibus ocij nõ relinquatur. Et Cant. 1. *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Hoc eſt, ſicut Salomonis cortinæ, quæ erant pulcherrimæ, miroq; artificio elaboratæ: præſertim cum lectuli Salomonis in diuinis literis frequens ſit mentio inter reliquas opes, & ſic ordinanda eſt litera. Nigra ſicut tabernacula Cedar: pulchra, vt pelles Salomonis. Secundo pellis vſurpatur pro re familiari, pro gregibus, & armentis, quæ pellibus veſtiuntur. Ita Iob. 2. *Pellem, pro pelle, & cuncta, quæ habet homo dabit, pro redemptione animæ ſuæ.* Ideſt, omnem pellem, & vniuerſos greges dabit Iob libentiſsimo animo: imo, & filiorum pelles, vt corporis ſui pellem ſeruet. Orientales enim erant potentiſsimi paſtores, & habebant ſuas opes in gregibus. Ita Ioa. 1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam, pro gratia.* Ideſt, vnam, & alteram gratiam à Chriſto Domino accepimus ita in hoc capite dixit Ioannes. *Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Vbi animaduertendum eſt. Solum de Moyſe dixiſſe Euangeliſtam, quòd dedit legem, ſed de Chriſto Domino dediſſe gratiam. Item lex vetus vocatur

Abacuc. 3. *Iudicum. 7.* *Hierem. 10. & 4.* *Pſalm. 103.* *Cicer. lib. 1. quæſt. Academicarum.* *Cant. 1.* *Iob. 2.* *Ioan. 1.*

catur lex, quia solum iubebat, sed non adiuuabat, sed lex noua vocatur gratia, quia vltra præcepta fauorem gratiæ præstat, ad ea obseruanda.

Secundus sensus est D. Gregorij lib. 3. Moralium cap. 2. & Origenis alludit ad eam agendi rationem, qua vnum membrũ opponimus pro alio, vt brachium pro capite, aut oculo defendendo, & in naufragio opibus amissis libenter ad tabulam confugimus, ne demergamur in profundo. Et sic in Hebræo est, membrum pro membro, & Chaldeus artum, pro artu: sic Iob dedit omnes opes sponte protuenda vita. Simachus legit, corpus, pro corpore dabit homo, vel cutẽ pro cute: idest, corpus, filiorũ pro suo tuendo. Anima hic sumitur pro toto homine, vt Ioan. 10. *Qui amat animam suam perdet eam.* Idest, seipsum, & Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* Alij exponunt. *Pellem pro pelle.* Nuditatem super nuditatem: idest, semel, & iterum patietur se ad cutem vsq; nudari, pro vita tuenda.

D. Gregor. lib. 3. Moralii. cap. 2.
Origenes.
Chaldeus.
Simachus.
Ioan. 10.
Psalm. 10.

Beth. ☞ AEdificauit in giro meo, & circundedit me felle, & labore.

Ædificauit supple murum fortisimum hostium in circuitu meo, & tormenta bellica posuit. *Circundedit me felle, & labore.* Quotidie amaritudinibus replent me inimici. Quòd Hispanè dicimus (dauanme mil hieles) felle, & absinthio potabant me. Sic Exod. 1. *Affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum.* Fel sumitur pro angore, & molestia. Vt Hierem. 23. *Potabo eos felle.* Proprium est seruorum, qui crudeles sortiti sunt Dominos, semper gemere, & amaram vitam flere. 70. Interpræt. legunt, circundedit caput meum. Chaldeus vertit, circundedit ciuitatem, & eradicauit capita. Hoc est, populorum duces, atq; primates. Hierem. 4. agitur de hac obsidione. *Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in giro, quia me ad iracundiam prouocauit.* Et Hierem. 10: *Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas*

Exod. 1.
Hierem. 23.
70.
Chal. versio.
Hierem. 4.
Hierem. 10.

habitas in obsidione, quia hæc dicit Dominus ecce ego proiiciam
D. Hieron. *habitatores terræ, hac vice tribulabo eos.* D. Hieronymus exponit de Hierusalem, quam hortatur vates, vt cibos paret
70. ad diuturnam obsidionem. 70. Interpræt. legunt, congrega
Chal. Para. de terra substantiam tuam. Chaldea Paraphrasis legit, congrega merces tuas, quæ habitas in obsidione: silicet, vt cū eis fugias. Sensus est, breui cingeris ab hostibus, & in Babylonem traheris: opes vero, & cibaria appellat vates cōfusionem, quia illi non erant, hæc omnia profutura, sed fuere in obsidione consumpta.

Beth. ☞ *In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.*

IN Tenebroso carcere me conclusit, in Babylonico ergastulo, de quo non potero exire. Vel loquitur de ipsa vrbe Hierusalem ab hostibus circumuallata, in qua velut in carcere erant conclusi, vel abscondebāt se ab hostibus, in locis subterraneis, vt vel sic ab eis liberarentur. Similis
Psal. 142. locus est Psal. 142. *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi.* Speluncas, in quibus Dauid abdebatur, & latebras, fugiens Saulem, vocat obscura. Possunt etiam hæc verba esse Hieremiæ, quando in lacum missus fuit. Vel Sedechiæ
70. exoculati, & missi in carcerem Babylonicū. 70. Interpræ tes legunt, & laborauit in tenebrosis: quia in ipsis speluncis, & vinculis non dabant eis requiem aduersarij. Sicut turcæ & Mauri faciunt modo cum christianis captiuis, nocte eos concludunt in caueis, & speluncis tenebrosis.

Gimel. ☞ *Circumædificauit aduersum me vt nō egrediar, agrauauit compedem meum.*

PRosequitur seruorum metaphoram, qui in locis subterraneis clauduntur, & catenis ferreis, atq; compedibus agrauantur, & muro excelso circundant, Domini carcerem, vt vincti non valeant fugere. 70. Interpræte: legūt,
70. agrauauit æs meum. Æs hic sumitur pro ferro ex quo fabricantur

bricantur catenæ. Nullum iam restat vinctis remedium, nisi supplices præces corã dominis fundere, vel eorum amicis, vt ad misericordiam eos flectant, vt saltem à vinculis soluantur. Sed si præcibus obsurdescunt aut rogantes expellunt, nulla relinquitur euadendi spes. Et propterea addit noster vates, quod non exaudiet Deus eorum clamores.

Gimel. ☞ *Sed, & cum clamauero exclusit orationem meam.*

IDest, meas respuit præces, meis clamoribus obturauit aures. Ideo petebat Dauid Psal. 87. *Intret in conspectu tuo oratio mea.* Sumpta metaphora à cubicularijs Principum, qui liberum introitum non præbent, quibuscunq; sed solum magnatibus, aut amicis dominorum suorum, quibus letari solent. Exclusit vero Dominus Hierosolimitanorum orationem, tanquam exsecrabilem. Ita Psal. 108. *Et oratio eius fiat in peccatum.* Idest, exsecrabilis reputabitur, quia hipocritica solum labijs: vel quia dixit. *Cum iudicatur exeat condemnatus.* Sensus genuinus videtur esse, si à tali sententia appellare tentauerit, eius supplicatio non exaudietur, imo magis irascetur contra eum iudex, non obstãti appellatione, sententia contra eum opere complebitur. Caietanus per orationem intelligit agni Paschalis immolationem, quam Iudas effecit cum Christo, & Apostolis, quæ in eo peccatum fuit, quia mala mente immolauit.

Psalm. 87. *Psalm. 108.* *Caietanus.*

☞ *Exclusit orationem meam.*

SEptuaginta Interpræt. legũt, obturauit orationẽ meam. Sanctes Pagninus, obstruxit, supple vias, ne ascenderet oratio mea, suasó; pulsaret aures. Ideo Psal. 140. petebat Dauid. *Domine clamaui ad te exaudi me, intende voci meæ cum clamauero ad te, dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Idest, sursum ascendat in modum thuris cremati recta, non sicut nebula, quæ spargitur.

70. *Pagninus.* *Psalm. 140.*

Conclusit

Gimel. ☞ *Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.*

SEnsus est carceris fenestras clausit, & obstruxit, ne possem per illas exire, & à vinculis liberari: insuper semitas omnes, per quas poteram in meam patriam reuertere dissipauit, ita vt earum vestigia, nequaquam apparerent. Ita

Oseæ. 2. Oseæ. 2. *Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet.* Cum tenera sit puella, metu spinarũ, non audebit per viam spinis, & tribulis plenam ambulare, ne suas laceret plãtas, & cum viam nequeat inuenire, suos

Iob. 13. non queret amasios. Iob. 13. conquæritur. *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas.* Quod Hispanè dicimus (echastes me vna corma al pie, ò echastes me en vn cepo.) Et adhuc gressus meos cõsideras? Et quid mirum si offendãt pedes mei vinculis compediti, & in carcere huius sterquilinij positus quomodo potero fugere? Et cum stricti sint pedes mei, velut in ligno, dicis custodibus obseruate solerter hunc vinctum, ne fugiat? Et hoc non contentus, tu idem consideras vestigia pedum meorum? Similis

Iob. 19. locus est cap. 19 *Clamabo vim patiens, & nemo audiet, vociferabor, & non est qui iudicet: semitam meam circunsepsit, & transire non potero, & in calle meo tenebras posuit.* Hoc est, vndiq; conclusit, malisq; innumeris repleuit, & densissimis tenebris excæcauit, vt quo me vertere debeã, prorsus igno-

Iob. 30. rem. Et cap. 30. *Dissipauerunt itinera, insidiati sunt mihi, & præualuerunt.* Conclusit igitur Dominus Hierosolimitanorũ vias, quia biennio obsesi fuere à Chaldæis, & veluti capti tenebantur, nec poterant exire, nisi per deuia. Sic exponit

Isidor. Clar. Isidorus Clarius.

Daleth. ☞ *Vrsus insidians factus est mihi, Leo in absconditis.*

SEnsus est, non solum lapidibus, quadris circundedit me, in Babylone ciuitate, ad cœlum vsq; murata, & excelsis turribus

turribus munita, sed etiam ipse circuiuit me, & in carcere custodiuit, & sicut vrsus insidiatur ne egrediar, vrsus occultè discerpit, Leo in absconditis. Psal. 9. *Sedet in insidijs, vt interficiat, quasi Leo in spelunca sua, insidiatur in abscondito.* Psalm. 9.
Meam machinatus est perditionem tanquam Leo, & vrsus clam. Psalm. 16. *Susceperunt me, sicut Leo paratus ad prædam.* Psalm. 16.
Vel comparat vates Regem Babylonis cum vrso, & Leone, quorum maxima est sæuitia. Sic Prouerb. 28. *Leo rugiens, & Vrsus esuriens Princeps impius, super populum pauperem.* Prouerb. 28.
Et Danielis. cap. 7. Imperium Babylonicum describitur in prima bestia, quæ erat quasi Leæna. *Prima quasi Leæna, alas habebat.* In Hebræo est, quasi Leo, & sic legit Pagninus. Et Psal. 21. *Foderunt manus meas, & pedes meos.* In Hebræo est, sicut Leo (Ari) est Leo, & (Ca) sicut, & ita legunt Hebræi hic (Caari) sicut Leo me circundederunt: sed (Caru) est fodere: & ita in Hebræo est (Caru) & non (Caari) vt ex antiquissimis Hebræorum codicibus constat, vt bene notant Augustinus Eugubinus, & Petrus Galatinus lib. 8. de Arcanis cap. 17. Vbi probat scribas perfidos mutasse dictionem (Caru) idest, foderunt, in dictionem (Caari.) Quæ est idem quòd Leo, vt sensum peruerterent scripturæ loquentis de Christi crucifixione. Similiter probat Augustinus Nebiēsis in suo Psalterio, & Ricardus Cenomanus in suis collationibus super Psalmos, super magistri sententiarum cōmentaria, & Genebrardus: & sic Sanctes Pagninus ex Hebræo legit, foderunt: & 70. Interpræt. fixerunt manus meas. Et sic ad literā loquitur Dauid de fixione manuum Christi Domini in cruce, quæ clauis fuere perforatæ. Chaldeus legit, mordent, sicut Leones manus meas, quibus verbis sæuitia Iudæorum contra Christum Dominum denotatur, quæ fuit sicut Leonum, vnguibus dilacerantium carnes animalium. Sic clauis palmas, & pedes Domini perforauerunt Iudæi, ac si Leonis vngues foramina fecissent in eis. D. etiā Hieronymus legit fixerunt. Isaiæ. 38. loquitur Ezechias de feruenti fæbre, qua laborabat: & dicit. *Sicut Leo sic contriuit omnia*

Daniel. 7. *Pagninus.* *Psalm. 21.* *Eugubinus.* *Galat. lib. 8. cap. 17.* *Nebiensis.* *Ricard. Cenomanus.* *Genebrard.* *Pagninus.* 70. *Chaldeus.* *Isaiæ. 38.*

omnia ossa mea. Idest, omnia ossa mea comminuet fæbris, nō aliter quàm si leo ossa mea contriuisset.

Meminit etiam vates vrsi, quod est sæuissimum animal, duo vrsi egressi de saltu lacerauere quadraginta duos pueros subsanantes Heliseum 4. Reg. 2. sed si cum vrso iungi-
4. Reg. 2.
70. tur Leo maior erit sœuitia. 70. Interpræt. legunt, vrsus insidians ipse mihi, quasi Leo in absconditis persecutus est recedentem. Leo non timet fortissimum, & audax est animal. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.* Pro-
Prouerb. 30 uerb. 30. & in sequitur fugientes. Vrsus vero versipelle, & vafrum est animal aliquantulum timidum, & ideo ex abditis irruit in homines.

Daleth. ☞ *Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatam.*

NON Solum itinera, per quæ ab hostibus fugiebam, disipauit, & obstruxit, sed vires meas fregit, & eneruauit, ne valerem fugere licèt plana esset via. Sed quia imbecillem potest aliquis adiuuare, taliq; præsidio adiutus de manu hostium valebit eripi, addit vates. *Posuit me desolatam.* Idest, omni ope destitutam, & sic non potero ab
2. Reg. 7. inimicis erui. Ita 2. Reg. 7. dixit Achitophel de Dauide, *Percutiam Regem desolatum.* Quia credebat milites deseruis-
Iob. 16. se Dauidem. Et Iob 16. *Habitaui in domibus desertis, & ciuitatibus desolatis.* Et Isaiæ 3. *Sion desolata in terra sedebit.*
1. ad Tim. 2 Et 1. Timot. 2. *Quæ vere vidua est, desolata est, speret in Deo.* Idest, vidua, quæ omni ope est destituta collocet in Deo
1. ad Tes. 2. spem suam. Et 1. ad Thesalonic. 2. *Nos autem fratres desolati à vobis, ad tempus horæ, non corde.* Idest, ad modicum tempus orbati fuimus aspectu vestro; prosequitur metaphorā, quia dixerat. *Sicut pater filios suos deprecantes vos, & consolantes.* Modo dicit se eorum sentire absentiam, sicut pater
70. dolet de filiorum absentia. *Posuit me desolatam.* 70. legunt deletam, hoc est, de numero viuentium abolitam.

Tetendit

Daleth. Tetendit arcum suũ, & posuit me, quasi signum ad sagittam.

FVI Suarum sagittarum scopus, & non errauit ictus: de septingentis viris Gabaa dicitur Iudicum 20. *Ita sinistra vt dextra praeliantes, & sic fundis ad certum lapidem iacientes vt capillum quoq; possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictum lapidis deferentes.* Quanto magis Dei brachium non aberrabit ab scopo? Vnde Iob. 41. *Mittet contra eum fulmina, & in alium locum non ferentur.* Et Isaiæ. 9. *Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.* In Hebræo est (deuer.) Idest, mortem, & pestem misit Dominus contra Iacobitas, ibiq; pestis grassabatur non fuit vulnus cassum. Celebratur Alcō Cretēsis sagittarius, quia cũ vidisset filium Phalarũ ab immani serpēte circũplexũ adeò certo ictu serpentem percusit, vt filij corpus non tangeret: de quo Vergil. egloga. 5. | *Iudicũ 20.* *Iob. 41.* *Isaiæ. 9.* *Alcon.* *Verg. egl. 5.*

Aut Alconis laudes habes, aut iurgia Codri? *Suetonius.*

Quanto magis certior erit Dei percusio? Scribit Suetonius in vita Cesaris Domiciani, nullo armorum, sagittarũ, vel præcipuo studio, non indulsisse, adeò etiam, vt quarundam ferarum capita figeret, ita vt duobus ictibus, quasi cornua efficeret, idq; ex industria: nonunquam in pueri procul stantis, præbentisq; pro scopo dispãsam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorũ innocuè euaderet. Plin. lib. 7. scribit, arcũ, & sagittã Scithē iouis filium inuenisse. Alij sagittas dicunt inuenisse Persem, Persei filium. Fuit arcus bellicum instrumentum Orientalium populorũ, quo Cretenses peritè visi sunt semper. Erant parthi celebres arcu, & sagittis, peculiare huic genti fuit, vt in medio prælij ardore, fugam arte simularet, & hostes à tergo insequentes, ipsi post terga sua sagittis cōfficere, quod Vergilius, & Lucan. in his versib' significãt. *Plin. lib. 7.* *Vergilius.* *Lucanus.*

Fidentemq; fuga Parthum versisq; sagitta,
Ocior, et missa Parthus post terga sagitta.

Dicit ergo noster vates. *Posuit me quasi signum ad sagittam.*

Quòd Hispanè dicimus (hizome el blanco de sus saetas.) Et sicut scopus innumeris percutitur sagittis à multis iaculantibus illum. Sic Hierusalem pluribus fuit agitata miserijs,
Theodoret. & afflictionibus: sic exponit Theodoretus: neq; ciuitatem dilectam vulnerauit, quasi inimicam. De impijs enim di-
Psalm. 20. citur Psalm. 20. *Quoniam pones eos dorsum, & in reliquijs*
D. Hierony. *tuis præparabis vultum eorum.* D. Hieronymus legit, pones
Felix. eos humerum. Felix Pratensis legit, pones eos partē: idest, post tergum impios proijcies, ne videant faciem tuam: vel partem pones: hoc est separabis eos à iustis, quòd Hispanè dicimus (ponerlos eis à parte) tanquàm destinatos ad supplicia æterna separabis. *Et in reliquijs tuis præparabis vul-*
Felix. *tum eorum.* Felix legit, cum neruis tuis diriges contra vul-
Pagninus. tus eorum. Supple sagittas, & sic legit Sanctes Pagninus, diriges contra vultus eorum saggittas. Cum impij fugientes, terga vertant, à tua sententia territi, quā mittes eos in ignem æternum, flamma vltrix excipiet eos, & vret in
D. Hierony. tartareis carceribus. Notauit D. Hieronymus super hoc loco nostri vatis, quòd dum chorda arcus magis distenditur, magisq; tardat iaculum, atrocius vulnerat: similiter, quò plus Dei supplicium differtur, grauius percutit, quia
Isaiæ. 42. tarditas supplicij grauitate compensatur. Iuxta illud Isaiæ. 42. *Tacui semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar,*
Psalm. 44. *dissipabo, & absorbebo simul.* Psalmo etiam 44. depingitur sponsus armatus arcu, & pharetra, & ense. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Sagittæ tuæ accutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* Est hiperbaton secundum Hebræos, & est repetendum hic idem verbum sagittæ tuæ acutæ, & sagittæ tuæ cadent in corda inimicorum Regis, & populi sub te cadent: percussi, veluti feræ in huius sæculi nemore, ante tuos pedes: est enim sponsus Christus Dominus robustus venator, peccatores ad se trahens, sui verbi sagitta vulneratos, vt Matthæum, &
2. *Reg.* 1. Magdalenam, & Latronem, eiusq; sagitta melius quàm Ionathæ, nunqnam redijt retrorsum.

Aduertendum

Aduertendum etiam est, quòd iusti in hac vita sunt velut signum, & scopus ad sagittam, sicut de Christo Domino dicitur Lucæ. 2. *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* Veluti vexillum in bello contra, quod scopletæ diriguntur, vt ferreis globis scindatur, & vexillifer corruat; similiter Christi membra viua ab impijs persecutionem patiuntur. Et adducit D. Hieronymus in hoc loco illud Pauli 1. ad Thesalonicens. 3. *Nemo moueatur in tribulationibus istis, ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus.* Silicet, vt in nos mittantur sagittæ, tanquàm in scopum, vt exerceamur tribulationibus. Ita Iob. 16. *Posuit me, sibi quasi insignum.* Idest, scopum suarum sagittarum. Et cap. 34. *Violenta sagitta mea absq; vllo peccato.* Idest, meæ calamitates, cum sim iustus, violentæ apparent. Sagitta enim violenter contra insontes dirigitur, cum ipsa vellet nocentes percutere, relictis iustis.

Lucæ. 2. *D. Hierony.* *1. ad Thes. 3.* *Iob. 16.* *Iob. 34.*

☞ *Posuit me quasi signum ad sagittam.*

SEptuaginta Interpretes legunt, firmauit me, quasi signum. Sumpta metaphora ab scopo, qui clauo in vno loco figitur ne ictibus iaculantium moueatur, ad hoc enim ponitur, vt transfigatur. Sic Dei voluntas fuit, dicit Hierusalem, vt ego essem omnium hostium scopus, & contra me taliter sagittæ dirigerentur, quòd non posim fugere vulnera. 70.

He. ☞ *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.*

SEnsus est transfixit renes meos suis sagittis, me fugientem vulnerauit, & insecutus est. Filias pharetræ vocat Propheta sagittas quòd à pharetra protegantur, sicut filiæ à matribus solent protegi. Sic vocatur Hierusalem filia Sion. Zachar. 9. *Dicite filiæ Sion.* Nam vrbs Hierusalem ab arce Sion defendebatur sicut filia à matre. Eodem tropo *Zachar. 9.*

Ecclesiast. 12 aures vocantur filiæ carminis Ecclesiastes. 12. *Obsurdescent filiæ carminis.* Quia sic letantur aures musicæ armonia, sicut filiæ matribus. Vel vocatur sagitta filia pharetræ, quia ab ea egreditur, sicut infans à matre, similiter oppida filiæ ciuitatis appellantur quia ciuitati subduntur sicut filiæ matribus. Vnde Numerorum 21. *Habitauit Israel, in Hesebon scilicet & viculis eius.* In Hebræo est, in omnibus filiabus

Ezechiel 16. eius. Et Ezechiel 16. *Dabo te in animas odientium te, filiarum Palesthinarum.* Idest, vrbes Palesthinæ, & oppida circunvicina Palesthinæ, & Isaiæ 3. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion.* Frater Adamus Sausbouth, exponit de minoribus Iudeæ vrbibus, quæ erant sub ditione Hierusalem.

Isaiæ 3.

Fr. Adamus

Iob 30. Conquærebatur similiter Iob, sicut noster vates dicens. *Pharetram suam aperuit, & afflixit me.* Sagittis videlicet suis. Sagitta quandiu est in pharetra abscondita est, quousque sagittarius eam in arcu ponit: similiter occultum est Dei supplicium, quo nos vult punire, quousq; castigare incipit, & sic aliquando peste, aliquando fame, vel bello nos plectitur, aut morbis. Hæc autem similitudo arcus, & sagittarij importat, Deum nos punire maturo consilio, sicut sagittarij dirigunt sagittas cum magna con-

Psal. 59. sideratione, ne ab scopo aberrent. Vnde Psal. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* Tribuitur facies arcui, quia sagittarius faciem ponit iuxta arcum, ante quam iaculetur. Et hoc significant illa verba Dei cum dæmone, cum paulatim copiam ei faciebat affligendi suum amicum Iobum, & dæmonis potesta-

Iob. 2. tem coarctabat, ne occideret eum. *Veruntamen animam eius serua.* Quia non permittit Deus nos tentari vltra vires nostras, cum pondere enim, & mensura nos punit, & propterea labores appellantur iudicium

1. Petri 4. in scriptura sacra 1. Petri 4. *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.* Græca scholia, non sumunt iudicium pro condemnatione, sed pro acurata examinatione, quæ incipiet à christianis bonis, & Dei familiaribus, atque

atq; domesticis, vt eorum, quæ in vita gesserunt rationem reddant. Sed Basilius magnus interpretatur, & rectè, iuditium pro afflictionibus, quas ab infidelibus perpessuri erant fideles, quæ propterea vocantur iudicium, quia sicut Iudex, vt sententiam pronunciet rem acuratè considerat, & leges iteraq; euoluit, ne in iudicio erret: similiter Deus maxima cum circunspectione calamitates mittit. *D. Basilius.*

He. ☞ *Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum.*

VErba sunt Prophetæ, qui cap. 20. sui vaticinij ait. *Factus sum in derisum tota die, omnes subsanabāt me.* 70. Interpræt. legunt, factus sum risus omni populo, Psalmus eorum tota die. Psalmi alta voce in templo canebantur; ita alta voce hostes subsanabāt me. Iob conquærebatur de hoc, cap. 30. *Derident me iuniores tempore, quorum patres, non dignabar ponere, cum canibus gregis mei.* Et vxor Thobiæ dixit ei. *Manifestè vana est spes tua, atq; his, & huiusceemodi verbis exprobabat illi.* Et cap. 3. dicitur. *Tunc ingemuit Thobias, & cæpit orare cum lachrymis, & nunc Domine præcipe in pace recipi spiritum meum.* Thobias potius elegit mori, quàm subsanari. Dauid à Semei illusus exclamat. *Dilatauerunt super me, os suum, dixerunt: euge, euge viderunt oculi nostri. Vidisti Domine ne sileas.* Et Psalm. 21. conquæritur Christus Dominus. *Omnes videntes me deriserunt me.* Et Ruth. 1. dixerunt vicini. *Hæc est illa Noemi?* Hebræi volunt, hanc interrogationem esse irridentium, atq; insultantium, quasi dicerent, hæc est illa, quæ quondàm vecta curru, ornataq; diuitijs, vestibus decora, aurò, & gemmis diues, marito celebris, filijs ingenuis? Vbi nunc forma illa non vulgaris? En omnium miserrima, marito, & liberis orbata, veste lacera, canis pilis, rugis arata fronte, squallida, vilis, pannosa, à Deo percussa, humiliata reddit. Et Iob. 30. *Nunc in eorum canticum versus sum, &* *Hierem. 20. 70. Iob. 30. Thobiæ. 2. Thobiæ. 3. Psalm. 34. Psalm. 21. Ruth. 1. Iob. 30.*

factus sum eis in prouerbium. Et cap. 17. *Posuit me prouerbium vulgi, exemplum sum coram eis. Constituit me in parabolam populorum, qui antea eram gaudium.* Pro gaudio. In Hebræo est (Tophet) nomen deductum à (Toph.) Quod est timpanum à sono, ficta vox: quòd Hispanè dicimus (traenme por sonajas con que tañen en sus corrillos.) (Tophet) vallis erat, vt diximus, vbi structum erat phanum Idolo Moloch, cui filios sacrificabant, & in manibus Idoli vrebatur puer, & ne audirentur pueri clamores, sacerdotes timpana pulsabant, sicq; animam eflabant, dum sacerdotes idolorum canebāt.

Pagninus. Pagninus legit, statuit me in parabolam populorum in igne gehennæ antea ero. Idest, viuus sum in igne gehennæ, quo cruciantur impij post mortem. Hebræi sic exponunt Tophet: hoc est, gehennam ignis. Impiorum pœna (ghehinon) & (Tophet) appellatur ab Hebræis, sicut iustorum præmium (ghan hedem.) Idest, hortus deliciarum, aut paradi-

70. sus. 70. legunt, risus eis fui. Idest, irrisio, & ludibrium: ita Psal. 43. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsanationem, & derisum, his qui sunt in circuitu nostro, posuisti nos in simili-*

D. Thomas. *tudinem gentibus commotionem capitis in populis.* D. Thom. super hunc Psalmum exponit, homines de eis loquuntur, & cantant, vnde dicit posuisti nos in similitudinem gentibus. Quando malum alicui infertur, vertitur in parabolam, & dicitur, ita accidat tibi sicut tali, & sic, qui malè tractatur ponitur in opprobrium. Forte aliqui dicebāt, sic contingat tibi sicut Iudæis, ideo dicit. *Posuisti nos in similitudinem genti-*

3. *Reg.* 9. *bus.* Idest, in exemplum mali, & opprobij. Ita 3. Reg. 9. *Erit domus ista in exemplum.*

He. ☞ *Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.*

Absinthiorum aqua me potauit, felleq; laborum saturauit. Vnde Hierem. 8. *Potum dedit nobis aquam fellis, quia*

Hierem. 8.

70. *peccauimus Domino.* 70. legūt saturauit me amaritudine, inebriauit me felle. Idem sunt absinthium, & amaritudo.

Deuter. 29.

Deuter. 29. *Ne sit in te radix amaritudinis.* Pagninus legit, radix absinthij. Inebriari in sacro eloquio, idem est quòd vsq; ad satietatem bibere. Genes. cap. 43. de fratribus Ioseph dicitur. *Biberunt, & inebriati sunt cum eo.* Idest, satiati. Et Cant. 5. *Inebriabimini charissimi.* Idest, saturamini Psal. 64. *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Idest, pluuijs satiasti, quòd Hispanè dicimus (esta la tierra borracha de agua.) Et Isaiæ. 34. *Inebriabitur gladius meus in cælo.* Idest, complebitur, & satiabitur. Deuter. 29. Pagninus. Genes. 43. Cantic. 5. Psalm. 64. Isaiæ. 34.

Vau. ☞ *Confregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.*

CIbus fuit similis potui, qui fuit fel, & absinthium, cibus autem cinis. Illi, qui noluere cinerem capiti imponere pœnitentiam agentes cibantur cinere, licet inuiti. Cibare est, alicui buccellas in mensa præbere, tanquàm charissimo. Vt ad Roman. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.* Dicit modo vates (el regalo que me hizo fue darme à comer ceniza y à beuer hiel.) Per dētes fractos. D. Thomas intelligit viros bellatores consumptos, sumpta metaphora à dentibus aprorum, & ferocium animalium, illis enim offendunt, & se defendunt. Et dicit vates, *Confregit ad numerum dentes,* Idest, dentibus numeratis. Ita vt nullus in ore maneret. 70. Interpræt. & Theodoretus legunt, eiecit lapillo dentes meos. Nā dentes fracti ex ore eiiciuntur: lapide aut saxo contusit Dominus dentes meos, quod est supplicium malorum: vt Psal. 57. dicitur. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Et Iob. 29. *Conterebam molas impij, cibauit me cinere.* Idest, operuit me puluere. Sic Iob 16. *Operui cinere cornu meum, & intumuit à fletu facies mea.* Plorantes enim cinere caput operiebant. Sed videtur mihi metaphoram sumptam esse à seruis, quibus datur panis secundarius cum copia furfuris mixtus lapillis, & terra, quia triticum non purgatur, qui cum editur dentes frangit, ac si comederetur arena, & huic expositioni fauet. Lectio Pagnini, con- Ad Ro. 12. D. Thomas. 70. Theodoret. Psalm. 57. Iob. 29. Iob. 16. Pagninus.

fringere fecit lapillis dētes meos operire me fecit puluere. Cum igitur iudæi serui essent in Babylone, tali vescebantur pane, & in hoc denotatur dura seruitus. Ita Psal. 101. *Cinerem tanquam panem manducabam*. Idest, cum maximo mærore. Lugentes enim non solum capita cinēre consper- gebant, sed etiam cibos. *Cibauit me cinere*. Chaldaica Paraphrasis legit humiliauit me. Confringere dentes est, aliquem affligere, vt Psal. 3. *Dentes peccatorum contriuisti*. Et Iob. 29. *Conterebam molas impij*. Quod Hispanè dicimus (quebrauales los dientes en la boca) Similis locus huic nostri vatis est Prouer. 20. *Suauis est homini panis mendacij, & postea impletur os eius calculo*. Alij legunt lapillo. Idest, lapillis, & verbum Hebræum, quod hīc ponitur pro calculo, est etiam in loco nostri vatis. Nam in Hebræo est confregit lapillo dentes meos. *Postea os eius impletur calculo*. Alij lēgunt arena, sensus est. *Panis mendacij*. Idest, mendacio comparatus, & dolo, videtur homini dulcis, sed cum pœnas exsoluit, tunc insipidus est, ac si manducaretur arena. Voluptas etiam panis mendacij est, cum promittat satietatem, & lætitiam, sed in fine dolorem parit. Beda intelligit per calculum, carbonem ignitum, sicut Isaiæ 6. & dicit quod per quæ, quis peccat per hæc, & punitur, & qui peccauerunt in gustu in eodē puniuntur: sicut diues epulo, qui cruciabatur in lingua, potius quam in alio corporis membro, quia, *Epulabatur quotidiè splendide*. Lucæ 16.

Psal. 101. Chald. lectio. Psal. 3. Iob. 29. Prouerb. 20. Beda. Lucæ. 16.

Vau. ☞ *Repulsa est à pace anima mea oblitus sum bonorum.*

ALiqui exponunt quòd sint verba prophetæ, qui malè audiebat in populo, quia vera prædicabat, sic conquærebatur cap. 15. *Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, & discordiæ in vniuersa terra? Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi*. Conquæritur vates quòd ob sua vaticinia peius audiat, quàm

Hierem. 15

quàm vsurarius quiuis, reipublicæ perniciosissimus.

☞ *Repulsa est à pace anima mea.*

Correctiores codices habent, repulsa est pace anima mea, & ita est in Biblia Plantini, & in Hebreo. Et 70. Interpretes legunt, expulit ex pace animam meam. 70.
Chaldeus paraphrastes legit, cessauit pacem petere anima *Chaldeus.*
mea. Et hoc, quia de illa desperabat. Hoc dicebat, quilibet ciuis Hierusalem cum esset peccator. Sed aliter dicit Dauid de iusto Psal. 36. *Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.* *Psalm.36.*
D. Hieronymus legit, ad extremum erit viro pax. *D.Hierony.*
Nam requiescit iustus à laboribus suis in morte: vt dicitur Apocal.14. Sed *Reliquiæ impiorum interibunt.* *Apoc.14.*
Felix legit nouissimum impiorum peremptum est. Idest, impijs nil relictum est bonæ mercedis. *Felix.*

Pax idem est, quod prosperitas, & omne bonum, & sic sensus est, repulsa sum ab omni prosperitate, & requie in hac captiuitate, & sic oblita sum bonorum, quia vbi non est pax, nullum reperiri potest bonum. Ita Hierem. 33. *Et pauebunt in omnibus bonis, & in omni pace, quam ego faciam eis.* *Hierem.33.*
Et, pro idest sumitur hîc: idest, omni pace, omnia enim bona continentur in pace, merito igitur populus dicit, quòd caret bonis, quia caret pace, nam deficiente pace, cætera bona deficiunt cum sit ingens bonum pax, & è contra summum malum bellum, & est adeò graue, vt ingruente bello, non solum bona fugiant, sed etiam memoria præteritæ prosperitatis recedat: malorum præsentia fugat memoriam præteritorum bonorum. Vnde Isaiæ. 40. *Loquimini ad cor Hierusalem, completa est malitia eius.* *Isaiæ.40.*
In Hebræo est, militia eius. Vocat noster vulgatus, & benè malitiam, militiam: quia in militia, & bello plures solent exerceri iniquitates, rapinæ, & violentiæ. Et addit vates. *Quàm pulchri sunt pedes Euangelizantium pacem, annunciantium bona.* Nam qui annunciat pacem, omnia bona annunciat, ideò cum pace bona coniungit

Ad Ro. 10. Propheta. Et similiter citat hunc locum. D.Paulus ad Roman.10.Hierem.etiam 8.*Expectauimus pacem, & non erat bonum.* Quasi diceret, deficiente pace, defecere bona. Et Zachar. 8. *Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius dicit Dominus exercituum, sed semen pacis erit, & vinea dabit fructum suum.* Suum pollicetur fauorem Israelitis Dominus, & vbertatis annos: quia *Semen pacis erit in eis.* Idest, tam vberes ex agris vestris percipietis fructus, quàm pacatis rebus, ex agro benè culto percipere soletis. *Nam vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum.* Ecce quomodo anonæ fertilitatem intelligit vates nomine pacis. Et Hierem. 25. *Conticuerunt arua pacis.* In Hebræo est, speciosa pacis. Tempore enim pacis, arua sunt speciosa, quia benè culta fructificant. Et dicuntur arua conticescere nullo transeunte, quia coloni agros colentes tempore belli eos deserunt, & non exauditur vox transeuntium per vias: cum ex vrbibus egredi ciues non audeant. Et 4. Reg. 20. dixit Ezechias, cum ei bellum comminabatur Isaias. *Bonus est sermo Domini, quem locutus est; tantum sit pax, & veritas in diebus meis.* Ioannes Gerson. Sermone in cœna Domini dicit, vnum, ex quatuor peccatis, de quibus vix homo potest facere satis, est consulere bellum, maximè iniustum. Et D. Augustin.lib.19.de Ciuitate Dei, & Vegecius lib. de Re militari, & Aristot.10. Ethicorum dicunt: bellamus, vt pacem habeamus. Et 2. Reg. 24. elegit Dauid pestem, potius quàm bellum, aut famem: vt expertus bellator rectè calebat mala, quæ bellum comitantur. Vnde bellum per antiphrasim sic est appellatum, quia non bellum, nil pulchri, aut boni habet. Vel quia à belluis est inuentum, quæ inter se pugnant: & D. Hieronym. epist. ad Heliodorum, & epist. ad Geruntiam de Monogamia dicit: ideo Genes. 9. fuisse interdictum hominibus effundere sanguinem, illoq; vesci, ne inuicè sanguinem humanum funderent. Et Genes. 49. dicitur. *Fiat Dan coluber in via cerastes in semita mordens vngulas equi.* Prædicentis sunt hæc verba: idest, fiet Dan, sicut serpens

Marginalia: Ad Ro. 10. / Hierem. 8. / Zachar. 8. / Hierem. 25. / 4. Reg. 20. / Ioan. Gerson serm. in cœna Domini. / D. Aug. lib. 17. de Ciuitate Dei. / Vegecius lib. de Re milit. / Aristot. 10. Ethicor. / 2. Reg. 24. / D. Hierony. epist. ad Heliod. & epist. ad Geruntiã. / Genes. 49.

ſerpens Ceraſtes, quæ aſtutia pollet. Ab aſtu bellico laudatur hæc tribus, quæ mordebit, vngulas equi: ideſt, equorum: vincet equites, & ſequetur veſtigia equorum fugentium, vt vngulas eorum mordeat. *Vt cadat aſcenſor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine.* Adeò verſipellis, & aſtuta erit hæc tribus impreliando, vt opus ſit Domine tuo auxilio ad eam debellandam, ſed melior ſenſus eſt. *Salutare tuum expectabo.* Ideſt, ex alia tribu ſpero te carnem ſumpturum, ò Domine, non enim ex bellicoſa tribu, paciſq; inimica naſciturus es, cum ſis Princeps pacis, & de te dicatur. *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundancia pacis.* Et deuicta morte, infernoq; ſpoliato diſcipulis timidis, & mæſtis dicis. *Pax vobis nolite timere.* Quaſi dicat, cuncta vobis euenient proſpera: mortis meæ fructus pax eſt, quam vobis, & mundo afferre non alio prætio quàm mea morte comparaui: ſicut mercenarius, qui diei labore conſumato oſtēdit filijs laboris diurni ſtipendium dicens, videte mei ſudoris lucrum, vt vos alā, gaudete filioli: ſic Chiſtus Dominus ſuis diſcipulis communicat pacem, quam deuicto bello contra dæmonem, peccatum, & mortem eſt conſecutus. Illius autem eſt prædicare pacem, qui bellum vicit, & ſic proprio ore illā anūciat, vt letentur ſui diſcipuli, & ſic dicit textus. *Gauiſi ſunt diſcipuli viſſo Domino.* *Pſalm. 71.* *Ioan. 20.*

Pax in ſacro eloquio pro bona valetudine, & proſperitate vſurpatur. Geneſ. 29. dixit Iacob paſtoribus. *Nunquid noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt nouimus: ſanus ne eſt, inquit? Valet inquiunt.* In Hebræo eſt, nunquid pax eſt illi? Reſponderunt pax. Et 2. Reg. 11. *Quæſiuitq; Dauid quàm recte ageret Ioab, & populus, & quomodo adminiſtraretur bellum.* In Hebræo eſt, rogauit de pace Ioab, & de pace populi, & de pace belli: ideſt, de proſpero belli ſucceſſu, atq; militātium, nam in bello non poteſt eſſe pax, vel quies. Et Geneſ. 41. *Abſq; me reſpondebit Deus proſpera Pharaoni?* In Hebræo eſt, reſpondebit pacem Pharaoni. Et 4. Reg. 4. *Ecce Sunamitis illa vade in occurſum eius, & dic ei, rectè, ne agitur circa te, & circa filium* *Geneſ. 29.* *2. Reg. 11.* *Geneſ. 41.* *4. Reg. 4.*

filium tuum, & circa virum tuum, quæ respondit Giezi, rectè. In Hebræo est, est ne pax tibi, & pax viro tuo, & pax pue-
Genes. 37. ro tuo? Quæ respondit, pax; & Genes. 37. *Vide si cuncta prospera sunt erga fratres tuos, & pecora, & renuncia mihi quid a-*
Matth. 10. *gatur.* Matthæi etiam 10. præcepit Dominus Apostolis. *In quancunq; domum intraueritis dicite pax huic domui, & si digna fuerit domus veniet pax vestra super illam.* Idest, omnia bona.
D. Hierony. Et sic exponit D. Hieronymus in Amos 3. illud Isaiæ 45.
Isaiæ 45. *Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Sicut enim tenebræ contrariæ sunt luci, & diei; sic & paci bellum contrarium est, quod non per se malum est, sed malum videtur his, qui sustinent illud. *Creans malum.* Idest, bellum, quod appellatur malum, non quia est peccatum, sed quia valdè affligit, & propter innumera mala, quæ ex illo oriuntur. Sensus ergo nostri vatis est. *Repulsa est à pace anima mea.* Idest, ab omni bono, & sic in vltimam veni miseriæ lineam, ita vt iam oblita sim bonorum, idest, iam non recordor fælicis alicuius diei, in quo fruebar pace, cum qua omnia mihi bona abundabát.
Genes. 41. Sic Genes. 41. *Sequentur anni septem tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia.*

Lucæ. 2. Pax sumitur in sacra scriptura, pro reconciliatione. Lu-
Ad Ephes. 2 cæ 2. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et Ad Ephe. 2. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, vt ambos reconciliet in vno corpore.* Aliquando pro quiete, & animi tran-
Ad Rom. 5. quillitàte vsurpatur, vt ad Roman. 5. *Iustificati gratis pacem*
Ad Galat. 5 *habeamus.* Et Ad Galat. 5. *Fructus autem spiritus pax.* Sumi-
Genes. 43. tur etiam pro fælici, faustoq; rerum euentu, vt Genes. 43.
1. Reg. 24. *Est ne pax patri vestro?* Et 1. Reg. 24. Dauid milites dixere Nabal. *Sit tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quæcunq; habes.* Aliquando significat desiderij adeptionem, plenamq; cordis satietatem, vt Lucæ 2. *Nunc dimittis seruum tuum*
Lucæ 2.
Psal. 4. *Domine secundum verbum tuum in pace.* Et Psalm. 4. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Idest, regni sede comparata, securus ea fruar, mortuo Saule. Etiam sumitur pro politica

litica tranquillitate, vt ad Roma. 12. *Si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habete.* Et cap. 14. *Quæ pacis sunt sectemur.* Et ad Phil 4. *Solicit i seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Vt cōtētiones, & lites vitemus admonet Apostolus. *Ad Rom.* 12 & 14. *Ad Phil.* 4.

☞ *Oblitus sum bonorum,*

LOcus iste competit damnatis, qui in tormentis torquentur, sunt repulsi à pace, & à Deo, qui est summum bonum, & ipsa pax, vbi bonorum, quæ hic habuere non reminiscuntur amplius. Sic epuloni refricabat Abraham memoriam bonorum, quæ in vita habuerat. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Lucæ 16. quia præteritarum deliciarum non recordabatur; sicut sancti in cœlo obliti sunt laborum, quos hic sustinuere D. Laurentius Craticulæ. D. Stephanus lapidum, D. Catherina rotæ nouacularū, & Martyres tormentorum iam non recordantur. Vnde Iob 11. *Miseriæ quoq; obliuisceris, et quasi aquarum, quæ præterierunt non recordaberis; et quasi meridianus fulgor consurget tibi, ad vesperam, & cum te consumptum putaueris orieris, vt lucifer.* Cū sancti videbātur consumpti à tyranis, oriebantur, vt splendētes stellæ in cælesti patria. Et sicut aquæ fluminum, quæ præterierunt non retrocedunt, vt per eandem viam iterū fluant, sed ad mare currunt. Sic illæ miseriæ non poterūt beatis accidere vltra, vt dicitur Apocalyp. 7. *Et mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, quæ prima abierunt.* Sic Christo Domino dixere discipuli de sua morte loquentes. *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, quæ?* Quibus verbis significauit in illo fælici statu resurrectionis, sanctos obliuioni mandare, quæ hic pro Christo Domino passi sunt. Poterūt q; dicere, cum Ioseph exaltato illud Genes. 41. *Obliuisci me fecit Deus laborum meorum.* Sicut ergo sancti calamitatum huius vitæ, non recordantur in beatitudine, ita damnati in orco bonorum huius sæculi pænitus obliuiscūtur. Vnde Eclesiast. 11. *Malitia vnius horæ obliuionē faciet luxuriæ magnæ* *Lucæ* 16. *Iob.* 11. *Apocal.* 7. *Lucæ* 24. *Genes.* 41. *Ecclesiast.* 11

Malitia

Malitia, idest, labor vnius horæ mortis scilicet, obliuisci faciet letitiæ præteritæ. Sicut Amygdalum amarum tollit dulcedinem Sachari, & ciborum dulcium, facitq; eos expuere: ita horæ mortis angustia, quæ vna vocatur, quia singularis, & parem in afflictione non habet amaritudinem, deliciarum huius vitæ obliuionem parit.

Vau. ☞ *Et dixi perijt finis meus, & spes mea à Domino.*

D. Thomas. D. Thomas exponit, iam mihi non venient bona, Felix non continget euentus, ab his ærumnis non liberabor. *70.* 70. Interpræt. legunt, perijt victoria mea: idest, non vincam hostes meos, in hac obsidione peribo victus, San-*Pagninus.* ctes Pagninus, & Paraphrastes *Chaldeus.* Chaldeus legunt, perijt fortitudo mea. Idest, non suppetunt vires, quibus hostibus resistam: vel strenui milites consumpti sunt, qui me defendebant. Vel *Perijt finis meus.* Supple vitæ meæ, iam vitam ago, morior. Et *Spes mea à Domino.* Idest, ab eo non spero libertatem: tempus mei remedij transactum est, quod captiui in Babylone dicebāt Hierem. *Hierem. 8.* 8. *Transijt messis, finita est æstas, & nos saluati non sumus.* Idest, liberati. Dicebant exules in fine æstatis liberabimur, sed omnia anni tempora labebantur, & à nostra frustrabamur spe.

Ex hoc textu expendat lector hoc maximè torquere in tribulationibus, desperare, de illarum fine, è contra vero est maximum solacium spes cito exeundi quòd si diuturna est calamitas afflicti de libertate difidunt sicut ex hoc textu *Threnor. 4.* clarè constat. Consolatur autem illos vates cap. 4. Thren. dicens. *Completa est iniquitas tua filia Sion.* Idest, punitio tua, in breui egredieris in columis. Christus Dominus discipu-*Lucæ. 22.* los suos mærentes his solatur verbis. Lucæ. 22. *Etenim ea,* *Hierem. 29.* *quæ sunt de me finem habent.* Et Hierem. 29. *Ecce ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis vt dem vobis finem, & patientiam.* Idest, vt perducam vos ad finem optatum, ad tempus videlicet libertatis, & vt dem vobis patientiam, quousq; libertatē obtineatis. Sine hac spe euadendi tormenta, erunt

damnati in inferno, quod eorum augebit pœnam. Ezech. 15. *Faciem meam, ponam in eos, de igne egredientur, & ignis consumet eos.* Et Isaiæ. 30. *Spiritus eius velut torrens inundans, vsq; ad medium colli.* Non dicit, vsq; ad os, quia impij licet submergantur in pœnis, sed non consumentur in illis, sed in perpetuum durabunt, non ascendêt aqua super eorum caput, vt suffocentur: sumpta metaphora à natatoribus, quibus non inminet mortis periculum, si aqua non operit ora eorum. Ideo Iob. *Antequàm vadam, ad terram tenebrosam opertam mortis caligine, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Non dicit Iob, in inferno mortem regnare, cum potius illam desiderabunt damnati, & fugiet ab eis, vt dicitur Apoc. Sed vmbra mortis regnabit, quia iã instare sibi mortē putabūt acerbe cruciati: esseq; iuxta illos, sicut vmbra proxima est corpori: sed quia non morientur, vmbra mortis ibi regnabit, & non mors. *Et nullus ordo.* Supple temporis, neq; noctis, & diei vicissitudo. Isaiæ etiam 24. *Congregabuntur, in congregatione vnius facis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.* Supple ad pœnam, denuo punientur. Visitare hic sumitur pro punire, sicut Exod. 20. *Visitans peccata patrum in filios.* Et Isaiæ. 13. *Visitabo, super orbis mala, & cōtra impios, iniquitatē eorū.* Metaphora est sumpta à prætoribus, qui Sabbatis vinctos carceris visitare solent: & rei ante iudicem sistuntur, & eorum causæ discutiuntur, & homicidæ, & fures si visitantur, in arctiorem mittuntur custodiam, vinculisq; agrauantur. Meritò autem puniuntur damnati æterno supplicio, continet enim peccatum odium Dei, cum peccator peccat vellet, quòd Deus suum ignoraret crimen, & si posset, tolleret à Deo sapientiam. Sed dato quod suum sciat delictum, cupit vt non posset punire, ecce quomodo tollit omnipotētiam, sed hac concessa, optat, vt Deus dissimulet. Et in hoc adimit iustitiam: sed si non vult dissimulare saltem dicit peccator, in suo regnet cœlo, & mei non recordetur in terra. Ecce quomodo prouidentiam aufert, & videns quod è suis manibus

Ezech. 15.
Isaiæ. 30.
Iob. 10.
Apocal. 9.
Isaiæ. 24.
Exod. 20.
Isaiæ. 13.
Ratio æternitatis supplicij inferni.

nibus nequeat erui, cupit impius quòd non sit Deus. Hoc autem peruersissimum desiderium nequit puniri, minori pœna quàm æterna. Iudex humanus occidit homicidam, aufertq; ab eo triginta, vel quadraginta annos vitæ, qui ei restare poterant; quantum est ex parte Iudicis, mors æterna illi reo infligitur, vt cum hominibus iam non conuersetur: maiori iure Dei iustitia, effectum sortiri debet æternum, quandoquidèm peccator indignus est cœlesti consortio. Item, qui in lætali peccato è vita discedit perseuerat obstinatus in desiderio talis culpæ, cum ergo peccati desideriũ in eo semper viuat, atq; in æternum permaneat non mirum si supplicium sit etiam æternum, cõtra obstinatam voluntatem peccandi.

Zain. ☞ *Recordare paupertatis, transgreßionis, & absinthij & fellis.*

Verba sunt populi exulis: ò Domine recordare calamitatis & laborũ, quos sustineo, & has calamitates appellat paupertatem, & fel. Eadem sunt hæc verba cum illis capitis quinti. *Recordare Domine, quid acciderit nobis.* Transgressio significat hîc exilium, mutationem à libertate in seruitutem. Sic 1. Esdras cap. 10. *Lugebat enim transgreßionem eorum.* 70. Interpræt. legunt, recordatus sum à paupertate mea, & persecutione mea, amaritudinis meæ, & fellis memorabor, meditabitur in me anima mea. Vel vagationis, & humilitatis meæ: idest, à tempore paupertatis meæ, atq; fellis, indesinenter considero meos labores, à mente non excidunt. Sanctès Pagninus legit, recordare afflictionis meæ, planctus mei, absinthij, & fellis, recordando recordabitur, & humiliabitur in me anima mea. In Hebræo est, recordare instabilitatis. Paraphrastes Chaldeus legit, recordare acerbitatis meæ: idest, supplicij acerbi, quo punior, instabilis facta extra meam vrbem.

1. Esdr. 10.

70.

Pagninus.

Chaldeus.

D. Thomæ. Secundus sensus est D. Thomæ. *Transgreßionis meæ.* Idest, peccatorum, propter quæ hæc patior mala, quæ iam vsq; ad vltimum

vltimum exolui quadrantem. Ita ad Galatas 3. *Quid igitur? lex propter transgreßionem posita est.* Vel. *Paupertatis, & transgreßionis.* Ideſt, paupertatis, quæ mihi contigit propter legis diuinæ transgreſsionem. Hæc enim mala adducit ſecum peccatum. 3. Reg. 1. dixit Berſabe Dauidi. *Erimus ego, & filius tuus peccatores.* Ideſt, pauperrimi oſtiatim petemus buccellam panis, quia *Miseros facit populos peccatū.* Prouerb. 14. & Pſal. 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* D. Hiero. & 70. Interp. legūt, infirmata eſt in iniquitate anima mea. Peccatum enim, & paupertas idem ſunt in quam incidimus, vt ille Prodigus. *Qui cupiebat implere ventrem suū de siliquis.* Et non ſolum in egeſtatem corporalem, ſed in ſpiritualem: caret enim peccator Dei gratia, & charitate cum ſeruiat dæmoni egeno. De quo, nomine Leuiathan dicitur Iob 41. *Faciem eius præcedit egestas.* Sicut enim in mari inopia piſcium eſt in ea parte, vbi eſt cetus iſte magnus, quia ab eo fugiunt: ſic in impijs, in quibus reſidet Sathā magna virtutum penuria eſt. Et quanuis regna promittat vt Matth. 4. fecit, nunquam præbuit niſi lapides, quibus dentes franguntur. In tota enim domo ſua nil aliud habet, & in facie eius cognoſcitur quòd eſt egenus. Tandem peccatum exterminium affert, vt ipſi impij fatentur Sapien. 5. *In malignitate nostra consumpti sumus.*

Ad Gal. 3. *3. Reg. 1.* *Prouerb. 14* *Psal. 30.* *D. Hieron. 70.* *Lucæ 15.* *Iob 41.* *Matth. 4.* *Sapient. 5.*

Zain. ☞ *Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.*

VErba ſunt ciuium Hieroſolimitanorum dicentium, reuocamus in mentem præterita beneficia. Quod ſi vos memores fueritis noſtræ afflictionis, par pari referemus, non erimus immemores beneficiorum, quæ aliquando accepimus. Et hæc recolentes tabeſcimus præ deſiderio illorum bonorum, quorum carentia os noſtrū amaricauit: & quanuis hæc memoria ſit moleſta, tenaciter tamen menti noſtræ adhærebit, non cadet in nos obliuio. Hoc importat, hæc verborum geminatio, vt Iſaiæ 30. *Isaiæ. 30.*

Miserans miserebitur tui. Ideſt, certè miſerebitur, & maxima
Lucæ. 22. miſeratione. Lucæ. 22. *Deſiderio deſideraui, hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Hoc eſt, fragantiſsimo deſiderio optaui vl-
Pſalm. 118. timum hoc Phaſe vobiſcum celebrare Pſal. 118. *Concupiui deſiderare iuſtificationes tuas.* Ideſt, vehementiſsimè deſide-
D. Ambroſ. raui, ſic exponit D. Ambroſius in hunc Pſalm. & adducit
Ezech. 18. illud Ezechiel. 18. *Vita viuet, & non morietur.* Ideſt, peremni vita viuet, quæ eſt vera vita, quia hæc præſens potius eſt ap-
Sapient. 5. pellāda mors quàm vita. Siquidem, *Nos nati continuo deſiuimus eſſe.* Et infra dicitur. *Iuſti autem in perpetuum viuent.* Et ideo patria cœleſtis dicitur terra viuentium. *Credo videre bo-*
Pſalm. 26. *na Domini in terra viuentium.* Pſal. 26. In Hebræo eſt, in terra vitarum, vbi beati gaudebūt glorioſa vita, animæ ſilicet, & corporis. Quamuis alij exponant de Dauide exule optāte viuere in Hieruſalem, quæ optimo gaudebat cœlo, & ſa-
2. Reg. 12. luberrimā terra. Et 2. Reg. 12. *Ieiunauit Dauid ieiunio.* Ideſt, verè ieiunauit, iuxta normam perfecti ieiunij. Dicit nunc noſter vates. *Memoria memor ero.* Ideſt, mei laboris certè nunquam obliuiſcar, fuit enim valde grauis.

Zain. ☞ *Hoc recolens in corde meo in Deo ſperabo.*

PRimus ſenſus. In te Domine ſperabo, quòd erues me ab hoc labore, quia in mente mea recolo tuam immenſam clementiam. Et ita addit ſtatim vates. *Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti.* Alij codices habent, ideo ſpe-
Pagninus. rabo, & ſic eſt in Biblia Plantini ad marginem. Pagninus
70. legit idcirco ſperabo. 70. legunt, hāc ponam in corde meo propterea ſuſtineo. Et ſenſus eſt, ideo ſpero libertatem, quia tuas miſerationes recolo. Et hoc meam triſtitiā temperat, conſiderare noſtræ vitæ cauſam, eſſe tuas miſerationes, propter quas non ſumus exterminati. Ita dicebat Iob,
Iob. 10. cap. 10. *Vitam, & miſericordiam tribuiſti mihi.* Homo enim nō tàm, viuit vita, quàm miſericordia. Et hanc miſericordiam conſiderans, ſpes meæ libertatis reuiuiſcit.

Miſericordiæ

Heth.☞ Misericordiæ Domini quia non sumus cõsumpti, quia non defecerunt miserationes eius.

SEnsus est ex inexhausto fonte miserationum Domini prouenit, quòd non sumus consumpti, ipse enim indies multiplicat misericordias suas, nouisq; muneribus præuenit nos, fidelis enim est, statq; promissis. 70. legunt, misericordiæ Domini, quia non sunt consumptæ, quia non defecerunt miserationes eius, noua in diluculo. Sensus versionis est, eius misericordiæ non finiuntur, quod ex eius in mensa clemẽtia prouenit, vt dicit Glossa Interlinealis. Fons viuus, qui est Deus, exhauriri nequit: vterq; sensus est optimus. Propter Dei misericordiã, quæ est infinita non sumus consumpti omnes, vel eius misericordiæ nõ possunt finiri. 70. *Interlineal.*

Nota, quòd misericordiæ Domini, est in recto pluralis numeri, & sic legit Sanctes Pagninus, misericordiæ Domini sunt, quòd non sumus cõsumpti, sunt supple causa, quod viui in captiuitate relinquamur septuaginta annorum, aliquiq; ex nobis simus residui. Ita Isaiæ. 1. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma, & Gomorra fuissemus.* Iustitiam cum misericordia nectitur Dominus. Hierem. 4. *Deserta erit omnis terra, sed tamen consumationem non faciam.* Et ad Titum 3. *Secundum misericordiam suam saluos nos fecit.* Et ad Roman. 11. *Si ergo reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt.* Et sic exponit Lyranus misericordiæ Domini relucent in nostro supplicio, siquidem non periuimus omnes, non defecerunt misericordiæ eius. Sic Psal. 76. *Aut continebit in ira misericordias suas?* Et Psalm. 88. *Misericordias Domini in æternum cantabo.* D. Ambrosius oratione de obitu Valẽtini legit, misericordiæ Domini, quia non defecimus, non sunt consumatæ miserationes eius, renouabit illas, sicut lux matutina: supple, quæ quotidie oritur. *Pagninus. Isaiæ. 1. Hierem. 4. Ad Titũ. 3. Ad Ro. 11. Lyra. Psalm. 76. Psalm. 88. D. Ambros.*

Heth ☞ Noui diluculo magna est fides tua.

Franciscus Lucas. Codices correptiores habent nouæ, vt notauit Franciscus Lucas in annotationibus ad sacram Bibliam, vbi
70. contendit legendum esse nouæ diluculo. 70. Interpretes
Rupertus. legunt noua est diluculo. Rupertus legit, nouæ. Pagninus
Pagninus. legit, nouæ sunt quolibet mane misericordiæ Dei. Idest, quotidie eas nouas experimur, singulo quoq; mane, cum
Chaldea Paraphra. dies illucescit. Chaldea Paraphras. legit, miracula noua promit diluculo. Theodoretus legit, renoua nos, sicut di-
Theodoret. luculum matutinum, multiplicata est fides tua in matutinis. Quia calamitatem appellauerat tenebras, eius finem vocat lucem, libertatemq; comparat diluculo. Nocti tenebrosæ calamitatum succedat dies clarus prosperitatis, & renoua nos, sicut dies cum lucescit renouatur. Ad iuuentutis florem nos adducere non pigeat, quia si nos in libertatem pristinã asserueris, tua religio, & fides in nobis multiplicabitur, teq; melius colemus.

Nouæ sunt diluculo tuæ miserationes. Dixerat vates. *Non defecerunt miserationes eius.* Addit statim. *Nouæ diluculo.* Ac si diceret, tantum abest, vt deficiant, quòd singulis diebus eas experimur, cum quotidie tua erga nos pietas renouatur innumeris nos afficiens bonis. Et sic cum illico nos non consumpseris fidendum est, quòd ex hac seruitute nos liberabis. Nam *Magna est fides tua.* Idest, confidentia, quæ de te est in nobis, vel fidelitas
Cicero lib. 1. tua in promissis seruandis. Sic sumitur fides à Cicero-
Officiorum. ne libro. 1. Officiorum, fides est dictorum, conuento-
Isaiæ 11. rumq; constantia. Et sic vsurpatur Isaiæ. 11. Vbi ad literam est sermo de Christo Domino. *Erit fides cinctorium renum eius.* Sed Christus Dominus non habuit fidem, quia fuit
D. Thom. 3. p. q. 7. art. 3. beatus ab instanti conceptionis. Vide D. Thomam 3. parte quæstio. 7. artic. 3. Sensus ergo est, accingetur fide:
Chaldeus. idest, fidelitate, quia stabit promissis. Chaldeus legit erunt fideles, & iusti circum circa appropinquantes ei. Altera lectio est nostræ vulgatæ editionis, noui dilu-
D. Thomas. culo. Et ita legit D. Thomas, & exponit noui diluculo. Idest,

Idest, apertè cognosco, quòd es misericors. Vel primo mane cum lux matutina oritur, experior tuas miserationes, & sic in vulgata æditione mandato Sixti Quinti Sũmi Pontificis impressa habetur. *Noui diluculo magna est fides tua.* D. Thom. hæc verba refert ad Deum, qui laudat Hieremiam, quia inter supplicia cognoscebat immensa eius beneficia. Lyranus aliter exponit. Vocat diluculum iuuentutem, & Hiere. pueritiam, sicut senectus appellatur vesperum, quia in pueritia fuit ad munus propheticum assumptus, vt ipse testatur cap. 1. & verba illa *Magna est fides tua.* Refert ad Deum, fidelissimus quippe est bonorum remunerator. Vel *Magna est fides tua.* Scilicet quam de te habemus. Iuxta hanc Lyrani expositionem, qui per diluculum intelligit pueritiam Hieremiæ, notandum est vitam, vni diei comparari, sic Christus Dominus dixit Ioan. 9. *Me oportet operari donec dies est.* Et si vnus est dies, diluculum huius diei erit pueritia. Refert Plutarchus epistola ad Apollonium dixisse Demetrium Flacum quòd errauit Euripides comparando vitam hominis diei. Dicit Demetrius non est ita, punctum indiuisibile est, siquidem solum instans præsens temporis habemus. Sed optimè diei comparatur, dies enim anni non sunt æquales, sed in hieme breues in vere, & æstate longiores: similiter in hominum vita contingit, aliquorum enim longior est vita, & aliorum breuior, sed cito finitur dies, & similiter vita, cito auolat pueritia, & flos iuuentutis marcescit, imo cum cœtera florent, nos arescimus, & in mortem incidimus, sic dictum est Genes. 35. de Rachel, & cap. 48. *Mortua est Rachel in terra Chanaam in ipso itinere, eratq́; vernum tempus, & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ.* vbi duo sunt cõsideranda, vnum quòd pulchra Rachel priusquã, ad Ephratam perueniat, in ipso itinere moritur, & secundo, quòd veris tempore cũ arbores florent, & frondent, florescq́; aperiuntur tunc marcescit, & decidit in mortem, arescitq́; pulcherrima illa rosa Rachel in iuuentutis flore non enim

Lyra.

Hierem. 1.

Ioan. 9.

Plutarchus epist. ad Apollonium.

Genes. 35. & 48.

fidendum est in iuuentute. Alterum animaduersione dignum est, quòd sepelitur in via, vt mortis memoria viatoribus refricetur, videntibus illius sepulchrum, quæ fuit speciosa, vt nullus formæ, & corporis venustati confidat. Item ex nostri vatis verbis colliget lector, quàm inexhaustus sit misericordiæ diuinæ perennis fons, infinita est eius clemẽtia. Et sic vates cum de ea agit non loquitur in singulari, sed in plurali dicens. *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.* Semel, atq; iterum Dei benignitatem celebrat, & addit. *Nouæ diluculo.*
Eclesiaſ. 18. Eclesiasti. 18. *Patiens est Deus, & effundet super eos misericordiam suam.* Verbum effundere est proprium aquæ, que datur abundè. In omnibus rebus creatis Dei misericordia res-
Psalm. 32. plendet. Ita Psal. 32. *Misericordia Domini, plena est terra.* Et
Eclesiasti. 2. Eclesiasti. 2. *Secundum enim magnitudinem ipsius, sic misericordia illius cum ipso est.* Ipse vero cũ sit infinitus, vbiq; est, om-
Eclesiaſ. 18. nia replet. Vnde Eclesiasti. 18. *Quis adiiciet enarrare misericordiam eius: cum consumauerit homo tunc incipiet.* Idest, cum quis putauerit Dei misericordiam descripsisse denuo poterit incipere, de eius immensitate loqui, & non valebit eam verbis exprimere. Nam *Miseratio hominis circa proximum suũ, sed misericordia Dei super omnem carnem.* Hominum misericordia extenditur ad consanguineos, aut amicos, sed Dei
Matth. 5. ad amicos, & inimicos. *Pluit super iustos, & iniustus.* Mat-
Sapient. 10. th. 5. fidelibus, & infidelibus benefacit. Sapient. 10. sunt mirabilia verba. *Hæc enim in consensu superbiæ, cum se extulissent nationes custodiuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiam fortem custodiuit.* Misericordiam, quã Deus filijs Abrahæ exhibuit, vocat sapiens fortem. Cum potius fortitudo, iustitiæ attribui soleat: quasi diceret Sapiẽs hominum misericordia debilis est, cum cito deficiat. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertran-*
Oseæ. 6. *siens.* Oseæ. 6. nebula matutina cito dissoluitur incalescente Sole, similiter ros matutinus siccatur: ita misericordia diuitum erga pauperes exigua est, vnum aut alterum tribuit dipondium,

dipondium, & leui ocasione motus vacuum dimittit pauperem, sed misericordia Dei est potens, & robusta, non superatur ab hominum malitia. Fortem appellamus eum, qui superari non potest sed alios vincit. Sic Dei misericordia peccata nostra vincit vt testatur D. Iacobus cap. 2. *Superexaltat misericordia iudicium.* Alij legunt super exultat misericordia iudicium: idest, exultat aduersus iudicium, solent victores letari vt dicitur Isaiæ. 9. *Sicut exultant victores capta præda.* Græci legunt gloriatur misericordia aduersus iudiciũ, & sic legit Pagninus. Idest, vincit, & superat. Sensus iuxta Græcos est si contenderet misericordia cum iudicio vinceret, quia *Miserationes eius super omnia opera eius.* Dei iustitia fortis, & infinita est, sed à misericordia in hac vita vult superari. Aliter exponunt Ioannes Ganeius, & Nicolaus Zegerus. *Super exaltat misericordia iudicium.* Idest, misericordia, quam exhibet homo alteri homini iudicium Dei illustre reddit. D. Augustin. epist. 29. sic exponit, gloriatur misericordia, aduersus iudicium, ita vt misericordia nostra faciat Deum iudicem esse erga nos misericordem. Iuxta illud Matth. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur.* Et Psal. 114. *Misericors Dominus, & iustus, Deus noster miseretur.* Semel appellat vates Deum iustum, & bis misericordem, in principio, & fine vocat Deum misericordẽ: & ponitur iustitia in medio suarũ miserationũ à Propheta, quasi vndiq; sit eius iustitia misericordia ballata, ita vt egredi nequeat nisi per misericordiæ ostium gladius enim iustitiæ diuinæ, in vagina suæ misericordiæ est inclusus. In monte cum transit Dominus coram Moyse Exod. 34. eius misericordiã celebrat ipse Moyses. *Domine Deus misericors, clemens patiens, & multæ misericordiæ, qui custodis misericordiam in mille.* Sanctes legit misericors clemens tardus ad iram. In Hebræo est longarum narium. Hoc est in longum tempus differt vindictam, non statim irascitur, est lõgus iris. Et Ioel. 1. *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super*

Iacobi. 2. | Isaiæ. 9. | Pagninus. | Psalm. 144. | Ganeius. | Zegerus. | D. August. epist. 29. | Matth. 5. | Psalm. 114. | Exod. 34. | Pagninus. | Ioel. 1.

malitia. Vide quam pulchris coloribus vates depingit Deum: vocatur benignus, in Hebræo est (Chanum) Hoc est, gratiosus, gratia plenus, beneficus, benignus, qui facile flectitur, non durus, & intractabilis. Secundo vocatur *Misericors*. Idest, pater misericordiarum, in Hebræo est, (rachum) quod descendit à (Rechem) Significante vuluam, & vterum, quo significatur Deum erga nos esse misericordem ac si ex vulua, vel vtero nos genuisset cuius est vehementissimus amor ab ipsis visceribus emanans, quo naturalis parentum erga suos liberos amor significatur.

Isaiæ 46. Ita nos amare testatur ipse Dominus, Isaiæ 46. *Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à*

70. *mea vulua*. Tertio vocatur *Patiens*. Tardus ad iram. 70. Interpræte legunt longæ iræ. Non facile irritatur, sed libenter condonat. In Hebræo est (Erechapaim) Quasi dicas

Iacobi 1. tardus naribus, quod D. Iacobus cap. 1. dicit. *Tardus ad irã* Nares enim pro ira accipi tritum est, & Hispanè dicimus, de eo qui non facile irascitur (No se le sube tan presto el humo a las narizes) Quarto vocat eum *Multæ misericordiæ*. In Hebræo est (Rabchesed) Quod Hebræi exponunt, Deũ nostrum multum esse ad præstanda beneficia, nimis beneficum. Quinto vocat præstabilem super malitia, in Hebræo est (Nicham alhaach) Idest, dolentem, & pœnitentem super malitia, nam cum duo sint in malitia, culpa, & pœna, quam malitia meretur, pœnitet eum, cupit enim, vt nos reiiciamus culpam, vt ipse reiiciat pœnam quã

Isaiæ 57. decreuit infligere. Isaiæ etiam 57. *Non in perpetuum litigabo, neq; vsq; ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam*. Hoc est, non seruabo iram in longum tẽpus, animas enim ego creo. *Et omnes animæ meæ sunt*. Vt di-

Ezechiel. 18 citur Ezech. 18. & sic illarum miserebor. Ecclesiast. 17. dici

Ecclesiast. 17 tur. *Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius, conuertentibus ad se*. Et supra dicitur. *Laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus*. Et Psalm. 107. *Quia magna est super cælos*

Psal. 107. *misericordia tua, et vsq; ad nubes veritas tua*. Veritas, idest,

iustitia

iustitia pertingit vsq; ad nubes, sed misericordia superius ascendit, ipsos excedit cœlos, quam dicit vates super cœlos exaltari, non quia maior sit misericordia quàm iustitia in Deo, sed quia magis exercet misericordiam. Idem dicitur Psalm. 56. *Quoniam magnificata est vsq; ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.* Et Psalm. 35. *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes iustitia tua sicut montes Dei.* Idest, excelsa sicut sublimes montes, sed misericordia, vsq; ad cœlum pertingit. Et Psal. 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Quia in singulari dixit in misericordia coronare, addit in plurali in miserationibus, sine numero enim sunt eius misericordiæ. *Secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se.* Idest, quanta est distantia cœli à terra, tanta est eius misericordia erga suos. Altitudo enim mundi, à terra ad cœlum sumitur: comparatio est poetica. *Quantum distat ortus ab occidente longè fecit à nobis iniquitates nostras.* Alia est similitudo sumpta à longitudine mundi, quæ ducitur ab oriente in occidentem, tantum elongauit à nobis nostra delicta. Animaduertendum est, præcedentibus captibus tractasse vatem de Dei iustitia, nunc agit de sua misericordia volens ostendere, quòd in medio suæ iræ recordatur misericordiæ, vt dicitur Habacuh 3. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* Et ita non est diffidendum de sua bonitate. Vnde Sapiẽt. 12. *Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: et cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam.* Idest, cum hic tẽporaliter, nos punis reseruas infideles cruciãdos in alio sæculo in æternũ, & cum hic castigamur tuã in futuro speramus obtinere misericordiã: & sic infra dicitur. *Bonæ spei fecisti filios tuos, quoniã iudicans, das locum pænitentiæ in peccatis.* Et cap. 11. *Misereris omnium, quia omnia potes.* Videre Dei clemenciã, poterat dicere, sapiẽs, de omnibus vindictã sumis, quia omnipotẽs es, hoc enim sæculi potẽtes faciũt, de suis vindicãtur

Psal. 56.
Psal. 35.
Psal. 102.
Habacuh 3.
Sapient. 12.
Sapient. 11.

inimicis iuxta suæ potentiæ mensuram, sed Deus contrarium facit, omnibus parcit, & delicta condonat. Et sic infra dicit. *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.*

Heth. ☞ *Pars mea Dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum.*

Sensus est, Deus est hæreditas, & possesio mea, idcirco meam in eo spem collocabo, cum soleat in eum fidentibus fauere: & sic expectabo eum liberatorem meum. Ideo

Habacuc. 2. Habacuc. 2. dicitur. *Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Idest, citissime vobis opitulabitur.

Sapient. 2. Nota quam diuersa est vox iustorũ, & impiorum. Sapient. 2. *Dixere impij, non rectè cogitantes intra se, non est refrigerium in fine hominis.* Idest, post mortem nullum restat bonum expectandum. *Venite ergo fruamur bonis, quæ sunt vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* Idest, effrenatè fruamur delicijs, quæ cito transeunt cum ipsa iuuentute, quæ in momento dilabitur. *Sit fortitudo nostra lex iniustitiæ.* Idest, nostra potentia sit nostra lex, quantum valuerimus capere de honoribus, & diuitijs, & voluptatibus, capiamus. *Hæc enim, est sors nostra, & hæc est pars nostra.* Idest, sorte hæc bona nobis contigere, nulla alia sunt speranda, antequã euanescant, eis fruamur. Ecce partem impiorum, quam sibi eli-

Isaiæ. 57. gunt. Et Isaiæ. 57. *Qui consolamini indijs, subter omne lignum frondosum immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras; in partibus torrentis pars tua, & hæc est sors tua.* Sensus est, hoc habes pro summa religione quod in torrentibus fundas sanguinem filiorum; Dominus debebat esse pars tua, sed tu elegisti Deos, quos ex lapidibus politis torrentium tibi fabricasti, cultum idolorum pro sorte elegisti.

Psalm. 141. Sed alia est vox iustorum. *Pars mea Dominus.* Et Psalm. 41.

Psalm. 30. *Dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.* Et Psalm. 30. *Ego autem in te speraui Domine dixi Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* In Hebræo est, tempora mea, & sic legit

Psalterium

Psalterium Romanum. Hoc est, tempus afflictionis, & cōsolationis, aut afflictionis vitæ, & mortis in tua est potestate situm. Chaldaica Paraphras. legit, in manibus tuis dies redemptionis meæ, supple à laboribus, & calamitatibus. Et Isaiæ. 57. *Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram.* Supple viuentium, & cap. 50. *Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.* Quasi dicat, in medijs aduersitatum tenebris orietur prosperitatis lux. Deum igitur eligunt sibi in partem, iusti imo, & in totum sicut Magdalena. Lucæ. 10. *Maria optimam partem elegit.* Ipsum videlicet Deum stabile bonum. Sed impij in torrētibus, vt dixit Isaias, qui celerrime fluunt in hieme, non in æstate: & sic voluptates cito euanescunt, væ eis, qui suū deserūt creatorē, propter creaturas, quorū vana est spes. Vnde 1. Corint. 10. *Neq; tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.* Et infra. *Tentatio non apprehendat vos, nisi humana.* Loquitur Apostolus de difidentia Israelitarum in deserto, & dicit. *Non apprehendat vos tentatio, nisi humana.* Sed dices est ne aliquia tentatio diuina: ò egregiæ Paule? D. August. tomo 4. in lib. quæstio Noui testamēti, quæst. 52. dicit, quòd hic tentatio idem est quòd difidentia. Et sic sensus est quando difidendum vobis fuerit sit vestra difidentia de hominibus, & non de Christo, qui est Deus, & homo, & prospera cuncta vobis euenient. Psal. 24. fatetur psaltes, quòd bonorum assecutus est societatem, quia in Deo sperauit. *Innocentes, & recti adhæserunt mihi, quia speraui in te.* Et Hierem. 39. *Liberabo te, ait Dominus in die illa, & non traderis in manus inimicorum, quos tu formidas, sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed erit anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam ait Dominus.* Et ad Hebræos. 10. *Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Et Psal. 62. *Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.* Expendite vatis verba, iuxta mensuram suæ confidētiæ petit à Deo misericordiam ita vt, qui maximam habet in Deo confidentiam:

Chaldeus. *Isaiæ. 57.* *Isaiæ. 50.* *Lucæ. 10.* *1. ad Cor. 10.* *D. August. lib. quæst. Noui testamenti. q. 52.* *Psalm. 24.* *Hierem. 39.* *Ad Heb. 10.* *Psalm. 62.*

dentiam, immensam in se experietur Dei misericordiam. *Psalm.4.* Et Psal.4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Et, hic sumitur pro idest, & ita sensus est sacrificate sacrificium iustitiæ, quod est sperare in Domino. Et ad Roman. *Ad Rom.15* 15. *Erit radix Iese, qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.* Christo Domino est fidendum, qui potest fauere, & robur in laboribus præstare. Et sic infra dicit, Deus autem spei repleat vos omni gaudio. Vocatur Deus spei, sicut Rex dicitur, Rex Hispaniæ, Lusitaniæ, & Aragoniæ; quia ipse est nostræ spei obiectum, & futura bona, quæ speramus potest donare, & vera præstare bona, æterna videlicet, nec differt in longum tempus ea elargiri. *Misereor super turbam, quia ecce* *Marci. 8.* *iam triduo sustinent me.* Dixit Dominus Marci.8. quid si tribus annis sperauissent? Multum temporis illi videtur, si nos speramus eius misericordiam tribus diebus: ô quot annis nos ad pœnitentiam expectat, & moleste non fert.

Theth. ☞ *Bonus est Dominus, sperantibus in eum, animæ quærenti illum.*

HIC Ostendit vates fructum spei, est enim Deus beneficus, suauis sperantibus in eum. Sic Matth.20. *An* *Matth. 20.* *oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Idest, quia ego liberalis, & beneficus sum; & tu auarus, & inuidus, de mea magnificencia detrahis, quia denarium præbeo his, qui parum temporis laborauere in mea excolenda vinea. De meis *Psalm.72.* bonis, quod voluero possum facere. Et Psal.72. *Quàm bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde.* Idest, quàm beneficus est Deus Israel, qui Iacob pauit, qui postea cognominatus est *Genes.32.* Israel Genes.32. curamq; illius gessit, cum fratris Esau iram fugeret: curam etiã habebit iustorum, mittet Angelos, qui ambulantes, dormientes, euntes, & reuertentes custodiant, *Psalm.115.* sicut fecit cum Iacob, qui in eo fiduciam reposuit. Et Psal. 115. ostendit Psaltes, quæ bona ex confidentia sequantur. *Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.* Hoc est, in medijs calamitatibus Dei promissis, fidem adhibui

adhibui cum ad extremam deueni pauperiem mendicans panem à Nabal. *Ego dixi in excessu meo.* Ideſt, in fuga, vel feſtinatione mea, vt eſt in Hebræo, cum fugiens Saulem de mea patria exirem. Hoc enim ſignificat exceſus. Sicut Lucæ. 9. *Moyses, & Helias viſi ſunt in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalem.* Ideſt, loquentes de exitu eius è vita. Et ſic in Græco eſt (Exodos) ideſt, exitus. Cum ergo præcipiti fuga ſaluti meæ conſulerem, quo tempore alius animo deſponderet maximè credidi Deum eſſe veracem, in ſede Regni, quam mihi pollicitus fuerat. Potius dixi, homines contrarium loquentes eſſe mendaces, imo ipſum mendacium. *Omnis homo mendax.* In Hebræo eſt, omnis homo mendacium: & ſic legit D. Hieronymus, nam (cazab) eſt mendacium, & (cozeb) mendax. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Hoc eſt, tantum abeſt, vt Saulem, & eius copias militares timeam, quòd ſecurus epulabor in medio conuiuiorum, hilariſq; bibam atollendo calicem, quo ſignificem in epulis me ope illius ſeruatum, ſemperq; numen Dei colam. Et quia ſolent illi vota promere, qui in extremis ſunt periculis non ſolum verbis fatebor me ſeruatum, animiq; gratitudinem teſtabor, ſed etiam factis, ſacrificijs videlicet, quæ voui, cum me in ſequebatur Saul, & ſic dicit. *Vota mea Domino reddam coram omni populo eius. Prætioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Quaſi diceret grauatim Dominus fert piorum mortem, & ſic quando interficiuntur, non euadunt impuniti occiſſores. Et adeò verum eſt, te nolle iuſtorum mortem, quòd me liberaſti, qui te colo. *O Domine, quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Et propterea. *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Ideſt, feciſti, ne venirem in hoſtiũ vincula, quia filius ſum mulieris fidelis, quæ te purè colit, ego etiam fidelis ſum teq; colo; ſolent enim filij imitare mores, & ingenia matrũ, ob educatione primã. Lucæ. 9.

Et

Et propter libertatem præstitam collatãq; beneficia, laudis nec non, & mactationis hostiam vitulorum tibi sacrificabo, in vrbe celeberrima Hierusalem, in qua est tẽplum sacrificijs, & cultui diuino dicatum.

D. Bernard. serm. 9. super Psal. 40. D. Bernardus sermone. 9. super Psalm. 40. inquirit quare noster vates dixit in plurali. *Bonus est Dominus sperantibus in eum.* Et in singulari dixit. *Animæ quærenti illum.* Et respondet, quia plures sunt, qui sperant in eum, quam qui inquirunt, legem eius custodientes. Et quia pauci eum inquirunt, pauci saluantur. *D. Chrisost. hom. 40. ad populũ Antiochenum.* D. Chrisost. homilia 40. ad populum Antiochenum ait, quot esse putatis in ciuitate nostra, qui salui fiant? Infestum quidem est, quod dicturus sum dicam tamen: non possunt in tot millibus centum inueniri, qui saluentur, quin, & de his dubito: quanta enim in iuuenibus malitia? Quantus in senibus torpor? &c. *Hierem. 3.* Et Hierem. 3. *Conuertimini filij reuertentes dicit Dominus, quia ego vir vester, & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Pari passu de captiuitate Dæmonis pauci eruuntur ex impijs, tandem Christus Dominus dixit. *Matth. 20.* *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Matth. 20. Et D. Bernardus ait in mari Marsiliæ ex decem nauibus vix vna periclitatur, in mari huius sœculi ex decem animabus vix vna *D. Bernard.* seruatur. Et propterea cũ fide simul operemur benè, vt dicit Dauid Psal. 36. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius.* *Psalm. 36.* Quasi dicat, nè vestra spe frustremini, bonitatem operamini legem Dei ad vnguem seruantes, & tunc maximum percipietis emolumentum ex tali spe.

D. Bernard. tract. de diligẽdo Deo. D. etiam Bernardus tractatu de diligendo Deo dicit, si bonus est Dominus animæ querenti eum, quid ergo inuenienti? Sed, et in hoc est mirum, quòd nemo te querere valet, nisi qui prius inuenerit. Vis igitur inueniri, vt queraris, queri vt inueniaris? Potes quidem queri, & inueniri, non tamen præueniri.

Theth. ☞ *Bonum est præstolari, cum silentio salutare Dei.*

Repetit

Repetit eandem sententiam noster vates. Animaduertit tamen sperandam esse salutem, sine quærimonijs, & murmuratione à Deo cum taciturnitate, & patientia, ille salutem à Domino obtinebit, qui tacens labores patienter sustinet. Pagninus legit, bonum est quòd expectet homo, & sit silens in salute Domini. *Pagninus.* 70. Interpræt. legunt, bonum, & sustinebit: idest, bonum est sustinere, & quiescet *70.* in salutari Domini, sola enim Dei salus, quietem animæ præstat. Vnde Psal. 51. *Expectabo nomen tuum quoniam bonum est, in conspectu sanctorum tuorum.* *Psalm. 51.* Hoc est in alio spem meam non collocabo; bonum est enim, te Domine sic expectare coram omnibus sanctis tuis, qui hoc esse bonum norunt, cum silentio præstolari. Vel tuum nomen est bonum, ipsis sanctis. Isaiæ. 8. *Ego autem præstolabor Dominum.* Et ad Heb. *Isaiæ. 8.* 2. *Ego autem ero fidens in eum.* Impij vero contra Deum murmurant, vt dicit Dauid Psal. 58. *Si vero non fuerint saturati* *Ad Heb. 2.* *murmurabunt; & famem patientur, vt canes.* *Psalm. 58.* Tanquam canes contra cœlum latrabunt. Et Oseæ. 7. *Et non clamauerunt ad* *Oseæ. 7.* *me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis super triticum, & vinum ruminabant.* Antea dixerat. *Vastabuntur, quia præuaricati sunt in me.* Et in illa vastitate, sicut feræ rabidæ vlulabant præ fame. Et Isaiæ. 8. de militibus Senacherib dicitur. *Isaiæ. 8.* *Et transibit per eam, & corruet, & esuriet, & cum esurierit irascetur, & maledicet Regi suo, & Deo suo.* Psalmo etiam. 4. *Quæ* *Psalm. 4.* *dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* D. Hieronymus legit, loquimini in cordibus vestris super *D. Hierony.* cubilia vestra, & tacete. Sensus est, agite pœnitentiam in spiritu contribulato, & corde cōtrito recogitantes in amaritudine delicta vestra in silentio præstolātes, salutare Domini, donec vos consoletur remissionis gratia. Felix legit, *Felix.* & dixi expectatio mea est, mutationes dexteræ excelsi. Sēsus est, dixi in corde meo, meum est expectare, & præstolari Dominum, quoniam mutationes sunt in manu Dei. Potens est altissimus tempora aduersa in prospera mutare, bonum est igitur præstolari cum silentio, idest animi submissione

Isaiæ. 47. Psal. 63. missione, non reluctando Dei voluntati, nam qui tacent, non contradicunt. Sicut Isaiæ 47. *Sede tacens in tenebris filia Babylonis.* In Hebræo est, sede subiecta;& Psal. 63. *Veruntamen Deo subiecta est anima mea.* In Hebræo est, Deo tacet anima mea, quia obediens tacet, idest, non aperiam

Psal. 36. D. Hieron. os contra id, quod fecisti. Et Psalm. 36. *Subditus esto Domino, & ora eum.* In Hebræo est, quiesce Domino. D. Hieron. legit, tace Domino: tacet autem Domino, qui non ob murmurat de iudicijs diuinis, sed æquanimiter prospera, & aduersa sustinet. Et ora eum, in Hebræo est, expecta eũ, quod melius non potest fieri, quàm orãdo. Mirabile præstitit nobis Iob exemplum patientiæ, in suis calamitatibus,

Iob. 2. Iob. 3. atq; silentij, siquidem, de eo cap. 2. dicitur. *In omnibus his, non peccabit Iob labijs suis.* Et cap. 3. dicit. *Timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit: non ne dissimulaui, non ne quieui, non ne silui, & venit super me indignatio?* Suam tolerantiam ante oculos Dei proponit Iob, siquidem non a-

Rup. lib. 2. de m. d. mortis. Iob. 1. peruit os in laborib⁹, vt vel sic ãplagis cessẽt. Rupert⁹ Abbas li. 2. de meditatio. mortis exponit sic. *Nõ ne dissimulaui?* Ac si diceret, nuncius venit ad me, & dixit. *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabei tulerumq; omnia, pueros q; percusserunt gladio, & effugi ego solus, vt nunciarem tibi. Non ne dissimulaui?* Cum venit alius, & dixit. *Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues, puerosq; consumpsit, & effugi ego solus, vt nunciarem tibi. Non ne silui?* Cum venit alter, & dixit. *Chaldei fecerunt tres turmas, & inuaserunt Camelos, & tulerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus, vt nunciarem tibi. Non ne quieui?* Cum in his omnibus nec verbum fui locutus, adhuc *Venit super me indignatio?* Idest, tam grandis plaga, vt quid quid antea acciderat leue videretur supplicium, respectu sequentis tribulationis cum. *Filijs, & filiabus meis vescentibus, & bibentibus vinum, in domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos, & mortui sunt.* Et vltimo ego percussus fui vlcere

vlcere pessimo, à planta pedis, vsq; ad verticem capitis, quid mirum si modo suspiriis cœlum compleo cum Dei non sit in afflictionibus iacentes, durius punire? Et Zachariæ. 9. *Conuertimini ad munitionem vestram vincti spei*. Idest, ad Deum reuertimini, qui est munitissimum præsidium, & non deturbabimini à vestra spe melioris fortunæ. Vincti enim, & ligati ad spem debent esse fideles, ita vt nunquam de Dei auxilio diffidant. *Hodie quoq; annuncians duplicia reddam tibi*. Idest, longe maiora beneficia conferam, quàm hactenus: firma enim, & optima bona reddam, si confidentiam habueritis. 70. legunt, pro vno die peregrinationis duplicia reddam. Idest, maiora tribuam bona, quàm mala intuleram. Videte quomodo, pro vno die laborioso vitæ præsentis, ingentia dantur præmia iustis. Zachar. 9. 70.

Theth. ☞ *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.*

Bonum idem est, quod optimum. Est positiuum pro superlatiuo, quo Hebræi carent. Sic Genes. 2. *Aurum illius terræ optimum*. In Hebræo est (tob.) Idest, bonum optimum ergo est viro ab ineunte ætate portare super se iugum legis diuinæ, vt feruens deprimatur ætas, faciliusq; à pueritia virtuti assuescat. Sic exponit D. Thomas, quod enim recens testa semel imbibit liquoris, odorem non facile amittet, & si aliquid aduersi acciderit viro assueto portare iugum amoris, & timoris tacebit, humiliabit se, & nequaquam desperabit, imò maxillam obuertet percutienti se pro Domino, considerans temporalem esse afflictionem, & non perpetuam, & quod Deus non punit ex animo, sed vt peccatores corrigat, non vt penitus deleat, sed vt seruet. Et hoc declarant verba sequentia. *Non humiliat ex corde, vt contereret sub pedibus*. Optimum ergo est ab incunabulis iugum Dei portare. Psalmo. 9. *Constitue Domine legislatorem super eos*. Felix

Genes. 2. D. Thomas. Psalm. 9. Felix.

 vertit,

vertit, pone Domine iugum ipsis, quod de iugo legis
Matth. 11. diuinæ poteſt intelligi, iuxta illud Matth. 11. *Tollite iugum*
Pſalm. 67. *meum ſuper vos.* Pſalmo etiam 67. *Proſperum iter faciet nobis*
Felix. *Deus ſalutarium.* Felix vertit, agrauabit nos, ſalute noſtra: ideſt, pro onere imponet nobis ſalutem noſtram: verè dulce onus, quo nos onerat Dominus, & leue.

☞ *Ab adoleſcentia ſua.*

MVLTVM Enim intereſt, à puericia Deo totum ſe dicare, eiuſq; obſequio mancipare, quod Deus magni facit. Vnde inter Principes, qui ſecuti ſunt Dauid in He-
1. Paral. 12. bron merito recenſetur: *Sadoch etiam puer egregiæ in do- lis, & domus patris eius, Principes viginti duo.* Sic adhærent Chriſto Domino, cui data eſt ſedes Dauid, illi pueri, qui ſunt bonæ indolis, & ab incunabilis virtutem ſequun-
Prou. 20. tur, ſigna manifeſta ſuæ virtutis oſtendunt. Vnde Prouerb. 20. *Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer, ſi munda, & recta ſint opera eius.* Ex exercitijs quibus pueri occupantur, eorum cognoſcitur inclinatio. Qui futurus eſt miles, ludit cum enſibus, & pugionibus ligneis, & puella quæ cultum, & ornatum à pueritia querit, poſtea in adoleſcentia depingit ſe, atq; ornat. Lacedemonij occiderunt puerum Regni hæredem, quia nil aliud faciebat quàm venari auiculas, & occidere: ex quo intellexere illum futurum poſtea ſanguinis humani auidum. Tandem qualis quis futurus ſit, à puericia cog-
Luca. 2. noſcitur: ita Chriſtus Dominus cum eſſet octo dierum circunciditur ſanguinemq; cœpit fundere, ſignum pluuiæ copioſſæ in fine vitæ, cum in cruce totum ſanguinem fudit. Hiſpanè dicere ſolemus (arreboles à la mañana à la no-
Matth. 16. che ſon con agua.) Ita Matth. 16. *Facto veſpere dicitis ſerenum erit, rubicumdum eſt cœlum: & mane, hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cœlum.* Sic in mane infantiæ rubeſcit, atq; rutilat corpuſculum pueri Ieſu ſanguine, ſignum fuit, quòd in veſpere vitæ in cruce madidum fuit totum ſuo cruore in tempeſtate paſsionis. Vnde à teneris annis virtuti ſtudendum

dendum est. Ecclesiastes 11. *Manè semina semen tuum.* Idest, tempestiuè à iuuentute operare bonum: & Leuit. 1. Præcepit Dominus, de armento offerri sibi vitulum, non bouem, & de ouibus agnum anniculum, quia gaudet Dominus obsequio à pueritia sibi impenso. Vnde Ecclesiasti. 6. *Fili à iuuentute excipe doctrinam, & vsq; ad canos inuenies sapientiam.* Psalm. etiam 68. *Placebit Domino super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.* Et Genes. 18. vitulum tenerum occidit Abraham, vt Angelos inuitaret. Senserunt etiam ethnici Dijs suis gratiora esse, quæ tenera erāt. Vergilius in bucolicis, cum viuentem Augustum cōsecrasset, hostiam aræ illius teneram describit.

Ecclesiast. 11. Leuit. 1. Ecclesiasti. 6. Psalm. 68. Genes. 18. Vergilius.

Sæpe tener nostris, ab ouilibus imbuet agnus.

Similiter Iob magni facit cap. 31. quod ab infantia creuerit, cum illo miseratio. Vbi bonam parentum educationem obiter tangit. Marci. etiam 10. Accessit quidam genuflexo ad Iesum dicens. *Magister bone, quid faciam, vt vitam æternam percipiam? Cui Dominus respondit, præcepta nosti? Ne adulteres, &c. Et ille respondit, hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum dilexit.* Vide quàm gratum sit Domino, ab infantia seruare præcepta, siquidem beneuolè eum aspexit, & peculiari dilectione eum est prosecutus. Et Marci. 9. dæmon discerpens multum adolescentem, quem ab infantia torquebat exiit Domini mandato, & *Factus est sicut mortuus.* Vt videas quanta cū dificultate, & violētia exeat ab his, quos à pueritia mille repleuit vitijs. Gen. 30. hoc fuit pactum, inter Iacob, & socerum suum Labam *Vt primitiua essent Iacob, & serotina Labam.* Similiter veri Iacob Christi Domini oues, sunt primitiuæ; illi videlicet, qui pœnitentiam agunt à iuuentute: illi vero, qui sero in mortis articulo volunt pœnitere sæpe ad Labam, hoc est, ad Dæmonem pertinent, quia non verè pœnitent, sed inuiti, & cum assueti sint toties dæmonis tentationibus vinci, cum dificultate vincunt. Ensis enim in vagina rubigine obductus, non facile euaginatur: ita isti longa consuetu-

Iob. 31. Marci. 10. Marci. 9. Genes. 30.

dine peccandi irretiti, nesciunt pœnitentiæ armis vti & ab inimicis facilè superantur. Vtile ergo est homini ab infantia Dei preceptis obsequi, atque Deo valde gratum, vt

Hierem.24. dicitur Hieremiæ 24. *Ficus bonas bonas valdè, vt solent esse ficus primi temporis.* Quod Hispanè dicimus (higos tempranos) ita opera bona in iuuentute facta, magis Deo pla-

Ezechiel 47 cent. Et Ezechiel 47. *Inripis eius ex vtraq; parte lignum fructiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius, per singulos menses affert, & primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egrediuntur.* Sic iusti aqua gratiæ cælestis irrigati primi-

Psal. 117. mitiuos afferunt in iuuentute fructus iustitiæ. Et Psal. 117. *Constituite diem solemnem in condensis.* In Hebræo est, vin-

Chaldeus, cite agnū funibus. Chaldeus legit, ligate iuniorem catenis ad sacrificium solemnitatis. Iuniorem, supple vitulū Deo

Psal. 58. gratiorem. Et Psal. 58. *Fortitudinem meam ad te custodiā, quia Deus susceptor meus es.* Idest, vires vegetiores iuuentutis in tuo obsequio impendam, tu enim meus patronus. Quàm vtile sit, ab adolescentia virtutibus assuefieri, constat ex il-

Genes. 19. lo. Genes. 19. cum angeli in tabernaculo Abrahæ, fuere hospitati, inde profecti sunt in Sodomam. *Et erat Loth pro foribus ciuitatis sedens.* Et etiam hospitauit angelos in do-

Genes. 18. mo sua. Fuerat Loth consanguineus Abrahæ cū eo educatus, & cum Abrahā viatores domi recipiebat, didiscit Loth idē facere, & sic peregrinos in domo sua reficiebat, cū lacte enim hanc virtutē misericordiæ imbiberat, in domo sui patruelis Abrahæ: & ita videtur cōsulto id factū ab Angelis vt experientia omnibus notū esset, Loth didiscisse ab Abrahamo hāc animi misericordiā: multū enim valet bona edu-

Hierem.2. catio, in tenera ætate. Et Hierem. 2. cōqueritur Dominus de illis, qui à prima ætate à sua recedunt lege dicens. *A seculo confregisti iugum meū, rupisti vincula mea, & dixisti non seruiam.* Et quòd in isto capite etiam magni facit est, Israelem, eum fuisse secutum per desertum, ab adolescentia. *Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quandò secuta es me in deserto sanctus*

Israel

Israel Domino primitiæ frugum eius. D. Ambrosius oratione funebri de obitu Valentiniani, notat, quod statim vates dixit. *Sedebit solitarius, & tacebit.* Vbi primum dixerat. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia.* Nam, qui antequàm oneretur peccatorum sarcina tulerit iugum legis diuinæ in iuuentute, rarus est singulariter, imo & solus sedebit, non cum plurimis conferendus est, sed potest dicere cum Dauid Psal. 140. *Singulariter sum ego, donec transeam, & singulariter in spe constituisti me.* Plurimi enim sunt, qui à peccatis iuuentutis in senectute, se reuocant: rarus autem, qui à iuuentute iugum seria sobrietate portauit. Sicq; vt de re insolita, & mirabili dicitur de Iosia. 2. Paralip. 34. *Octo annorum erat Iosias cum regnare cœpisset.* Et infra. *Octauo autem anno Regni sui, cum adhuc esset puer, cœpit querere Deum patris sui Dauid.* Ita, vt decimo sexto anno, cum mundi illæcebris adolescentuli capiuntur, ipse Deum quesiuit, colereq; cœpit. Sic Christus Dominus, cum octo esset dierum sanguinem effudit in Circuncisione.

D. Ambros. orat. funebri. *Psalm. 140.* *Psal. 4.* *2. Paral. 34.* *Lucæ. 2.*

Secundus sensus. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Idest, melius, & vtilius erit viro, qui in captiuitate Babylonica natus fuit, facilius tolerabit seruitutem cum nunquam liber fuerit, quàm is, qui natus in Hierusalem sua fruebatur libertate, & in captiuitatem ductus, effectus est seruus, cum delicijs esset deditus. Grauius erit ei seruitutis iugum, & labores duræ seruituris egrè sustinebit. Et hic sensus est genuinus huius loci, bonum pro vtili vsurpatur, sicut ad Roman. 5. *Vix enim pro iusto, quis moritur, nam pro bono forsitam, quis audeat mori.* Pro iusto, idest, pro iustitia, vel pro viro iusto, vt opponatur ei, quod dixit, Christum pro impijs mortuum, cum vix reperias, qui pro tuenda iustitia velit mori. *Nam pro bono forsitam, quis audeat mori.* In Græco est, pro magno aliquo bono, id enim significat articulus (το) nam pro magno aliquo bono. Idest, magnæ vtilitatis gratia, erit forsitam aliquis, qui moriatur.

Ad Rom. 5.

Iod. *Sedebit solitarius, & tacebit quoniam leuauit se supra se.*

D.Theodor. Septuaginta legunt, sedebit solitarie, & tacebit, quia leuauit super se, suple iugum seruitutis. S. Theodoretus dicit, quòd sedere solitarium, est sustinere cum animi constantia, & patientia labores: sicut murum æneum firmiter tolerare erumnas. *Quia leuauit se super se.* In hoc enim videtur homo se ipsum superare, & supra vires suas extolli, cum sit fragilis, non succumbere laboribus. Sic dicebat Iob

Iob. 6. cap. 6. *Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.*

Pagninus. Sanctes Pagninus legit, quia portauit super se iugum: Idest, seruitutis iugo est assuefactus, ideò

Chaldeus. tacebit. & tolerabit mala. Chaldeus legit, sedebit solitarius, & sustinebit castigationes. Vel sedebit solitarius, idest, abiectus, & humilis, & tanquam vili homini nullus sociabitur, & derelinquetur solus absq; amico, vt à seruis, liberi recedunt, dedignantur cum eis conuersari. Leuauit se quoad animum super se quoad corpus cogendo illud obtem-

D.Bernard. perare spiritui. D. Bernardus sermone 40. in Cantica expo-

serm. 40. nit, leuasti te supra te, omnino supra te, est Angelorũ Domino desponsari, adhærere Deo, vnumq; spiritum esse cum

S. Theodor. eo. S. Theodoretus legit, sedebit solus, & tacebit, quia tol-

D. Ambros. lit super se ipsum iugum graue. Similiter legit D. Ambro-

70. sius loco citato, & quærit quomodo. 70. Interpræt. legunt,

Matth. 11. iugum graue, cum Matth. 11. vocetur *Onus leue?* Respondet D. Ambrosius, quòd onus vocatur leue. Iugum vero dicitur suaue, sed non leue. Et Matth. 11. dicitur. *Tollite iugum meum.* Quasi dicat, sponte vos subiicite iugo non expectetis, vt vobis imponatur. In Hebræo est, sedebit solitarius, & expectabit. Supple libertatem à Deo.

D. Hierony. D. Hieronymus hæc verba nostri vatis exponit de vita monastica, & solitaria heremitarum, & monachorum, qui ad solitudinem migrant, vitamq; agunt solitariam à tumultu, &

tu,& frequentia sæculi separati,de quibus Lucæ.10. *Maria optimam partem elegit*. Videndus est D. Basilius de laudibus heremi fol. 512. Et D. Chrisostomus lib.3.aduersus vituperatores vitæ monasticæ, qui leguntur,beatus,qui tulit iugum graue ab adolescentia:sedebit solitarius,& tacebit. Hic plane,hic innumeris miraculis est dignus, hic laudari, & beatissimus meretur dici,qui rebelles, insanosq; naturales motus rationé frenare perexerit,atq; in ipso impetu tempestatis, & turbinis, illæsam seruauerit nauem. Per omnem vitam dimicandum nobis est, atq; à prima ætate inchoãdum, cum decem annorum esse cœperimus. Ex ea quippe ætate eorum omnium quæ peccauerimus rationem reddituri; pœnasq; daturi sumus; quod insinuant pueri illi, qui quód Heliseum irridere ausi sunt, vrsis deuorandi traditi memorantur. 4. Reg. 2. Et nunc ex eadem ætate in acie est standum quando bellum aduersus nos acerbius imminet. Videndus est etiam D. Basilius epistola ad Chilonē. fol. 510. & de laudibus heremi. fol.512. Vbi mirabilia dicit de solitudine. Et D. Gregorius Nazianzenus in titulo de diuersorum vitæ generum beatitudine. Hanc primam ponit fol. 785. beatus qui solitariam vitam,& ab hominum humi repentium commercio,ac societate semotam agit, mentisq;, quasi diuinitatem quandam comparauit. Et D. Chrisostomus homil. 3. in Marcum tomo 2. in illa verba. *Et statim Spiritus expulit eum in desertum*, dicit, quanti monachi habitant cum parentibus suis!si descenderit Spiritus Sanctus, & mãserit super eos, ipse spiritus expellit eos in desertum. Spiritus Sanctus expellit eos de domo, & ducit in solitudinem; Spiritus Sanctus non libenter habitat vbi turbæ, & frequentia,& disensiones,& rixæ sunt,sed Spiritus Sanctus propriē sedem habet in solitudine. Deniq; Dominus noster Lucæ. 6. *Exijt in montem orare.* Et licet Prouerbium dicat,vnus vir, nullus vir. Et Euripides dixit, solitariæ manus inualida pugna est : hoc intelligitur de pugna corporali, & de rebus ad vitam corporalem pertinentibus, sed non de

D. Basilius.
D. Chrisost. lib.3.aduersus vituperatores vitæ monastici.
4. Reg. 2.
D. Basilius.
D. Gregor. Nazianz.
D. Chrisost.
Lucæ. 6.
Euripides.

pugna spirituali, & de his, quæ ad spiritum conducunt. Et ita vt refert Homerus de Diomede petente socium, cum ibat ad explorandum Troianorum castra, quia id erat iucũdius, & tutius: sed in nostra spirituali pugna, si Dominus nobiscum est, facilius in solitudine vincemus inimicũ. Genes. 24. *Egressus est Isac ad meditandum in agro.* Idest, ad orãdũ iuxta Hebræorum expositionẽ, vt quietius diuinis vacaret, à patre Abrahã instructus ad omnẽ pietatẽ, procul enim nobis fugiendũ est, ab vrbium strepitu, & tumultu in desertis locis. Vnde Hier. 48. *Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab. Estote, quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Hoc eis consulit vates, vt liberentur. Sponsus etiã Cant. 2. vocat Sponsam. *Veni columba mea in cauerna maceriæ in foraminibus petræ.* Chaldea Parap. legit, in recessus scalarũ Iacob: idest, in solitudinem, in qua vidit Iacob scalam. Genes. 28. *Angelosq́, ascendentes, & descendentes, & Deum innixũ scalæ.* Ibi enim sua Deus reuelat arcana, atq; solacia cælestia præbet. Ioann. etiam Baptista à puero vitam inter feras agit in deserto. Et Luc. 3. ex eo, educitur ad prædicandũ, vbi à Spiritu Sancto eruditur, tantus mox Propheta futurus. *Factũ est verbũ Domini ad Ioannẽ Zachariæ filium in deserto.* Tanquã è viuario vbi animæ saginantur cibo cælesti, ex deserto vocatur ad exercendũ prædicationis munus. *Et venit in omnem regionẽ Iordanis prædicans baptismũ pœnitentiæ.* Quasi coactus venit ad vrbes, & sic iuxta ripas Iordanis cõmoratur: quasi præsagiens suam futurã næcem in opulentissima vrbe Hierosolimitana. Moses, vt præesset Iudæorũ populo, quadraginta annis eruditur in eremo. Exod. 3. & dum in penetralibus eremi pecus agit diuinæ illius visionis gloria dignus censetur. Thebæ solitudines, olim plenæ erant monachorũ turmis, quorũ vita, quò plus agebatur, lõgius ab hominũ cõuictu: tãto celebrior apud omnes habebatur. Et Christ° Domin° in desertũ secessit Matth. 4. baptismo suscepto. Amãtissimus solitudinis fuit D. Hier. vbi charissimos sodales suis scriptis inuitauit Epist. ad Rusticũ, & mihi oppidũ carcer, solitudo

Genes. 24. *Hierem. 48* *Cant. 2.* *Chaldæus.* *Lucæ. 3.* *Exod. 3.* *Matth. 4.* *D. Hier. epistol. ad Rus. et Heliodorũ*

solitudo paradisus. Rursus ad Heliod. ait, ô desertũ Christi floribus vernans, ô solitudo in qua magni illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni Regis ædificatur. O eremus familiarius Deo gaudẽs. Celebris est ob Platonis nomen, villa academia, in qua docebat semotus ab vrbe Athenarũ: post lõgã peregrinationẽ, Athenas reuersus authore Laertio. Est vero hoc gimnasiũ sub vrbanũ, arboribus vmbrosum, ab Heroa quodam Academo, sic appellatum. Hesiodus canit, se poeticem à musis didicisse, sed in monte Helicone, dum agnos pasceret. Maxima deniq; Dei beneficia collata sunt iustis in solitudine. Ibi pasti sunt filij Israel pane illo cælesti, & in desertolegem à Deo accepir, & non in Ægypto, vt canit Regius Psaltes. Psal. 80. *Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti, linguã quam non nouerat audiuit.* Per Ioseph hîc per Metonimiã figuram, posteri Ioseph intelliguntur. Vt Psal. 76. *Redemisti, in brachio tuo filios Iacob, & Ioseph.* In Hebro. est, populũ Israeliticum. Et Psal. 79. *Qui deducis, velut ouem Ioseph.* Felix vertit, qui deducit sicut oues populum suum. Intelligit ergo Propheta, per Ioseph, omnes eius posteros, quia Ioseph nõ est egressus viu⁹ ex Ægypto, sed eius ossa sunt asportata. Genes. 48. & sic non potuit audire linguam quã non nouerat; vocẽ igitur Dei dãtis legẽ audiuit populus ille in solitudinis quiete, quã inter Ægyptios nõ audiuit. De hac Dei voce habetur. Exod. cap. 19. & 20 et de ea agit Apostol⁹ ad Hebr. 12. *Nõ enim accessistis ad tractabilẽ mõtẽ, et accessibilẽ ignẽ, & turbinẽ, et caliginẽ, et procellã, et tuba sonũ, & vocẽ verborũ, quã qui audierũt excusauerũt se, ne fieret eis verbũ, nõ enim portabant quod dicebatur.* D. Bernar. Serm. 40. super cãtica, dicit, ô sãcta anima sola esto, vt soli omniũ serues te ipsã, quẽ ex omnib⁹ tibi elegisti. Fuge publicũ, fuge, & ipsos domesticos, secede ab amicis, & intimis etiam, & ab illo, qui tibi ministrat. An, nescis te verecundũ habere spõsum, & qui nequaquã suam velit tibi indulgere præsentiã præsẽtibus ceteris. Hiere. etiã cap. 9. optat solitudinẽ, vt ibi defleat interfectos conciues.

Psal. 80.
Psal. 76.
Psal. 79.
Genes. 48.
Exod. 19. *et* 20.
Ad Heb. 12
D. Ber. Ser. 40. *in cãtica*
Hierem. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in solitudinem diuersorium viatorum? Et de relinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt. Pestis solet magis grassari in hominum frequentia, vt in exercitibus, & opulentis vrbibus, quàm in villis, vel solitudine. Ita viciorum pestis augetur in hominum frequentia. Et propterea
Psalm. 54. Dauid Psal. 54. optabat columbæ alas, quæ in primo volatu ociores sunt cæteris auibus, vt liberaretur ab insidijs, quæ in ciuitate Ceila ei parabantur. *Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ volabo, & requiescam.* Columbæ alas expetit, vel quód leuiores sunt, vel quia Spiritum Sanctum adumbrent, cuius ope omnia fugimus pericula. *Ecce elongaui fugiens.* Et mansi in solitudine, & in desertis maneo locis, vbi Dei spero iuuamen, qui me liberauit à vento rapido, & tribulatione, plus tumultuante quàm tempestas. Vel in solitudine liberauit me spiritus Domini à spiritu pusilanimi, atq; deiectione, & animi mærore. Et hoc est quod dicit Psaltes. *A pusillanimitate spiritus, & tempestate, quoniam vidi contradictionem in ciuitate.* Idest, contentiones, discordias, lites, & rixas, & vitiorum corruptelam, ita vt plena esset sceleribus, & vndiq; circundata violentijs, dolis, & fraudibus. Nulla ciuitatis platea, aut vicus caret imposturis, & insidijs. Et hoc est quod dicit. *Die ac nocte circundabit super muros eius iniquitas, & non defecit de plateis eius vsura, & dolus.* Idest, superat alta huius vrbis mœnia iniquitas: excelsior est in ea iniquitatis murus, quam turres vrbis. Multū etiam conducit ad victoriam reportandam de hostibus animæ,
Iudicum. 3. cōmorari in solitudine. Iudicum 3. filij Israel capitale bellum gerebant, cum Pherezeis, Iebuseis, & Cananeis, quādiu in deserto fuere illis quadraginta annis: at vero vbi primum terram adepti sunt, cum eis pacem fecere, & nuptias celebrauere inter se. Et sic dicit textus. *Habitauere filij Israel in medio Cananei, & Hethei, & Amorrei, & Pherezei, & Heuei, & Iebusei, & duxerunt vxores filias eorum, ipsiq; filias suas filijs*

eorum

eorum tradiderunt, & seruierunt dijs eorum, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim, & Astaroth. Sed dices, si tandem matrimonio sunt copulatæ Hebreæ fœminæ cum Pherezeis, non ne melius esset, ante quam sanguinolenta gereret bella, inire cum eis fœdus, & traddere filias suas nuptui eis, & ita pacificè terram promissam obtinerent, absq; sanguinis effusione: sed post transactos labores, & tot discrimina rerum, cum pace optata fruebantur, deuictis hostibus; tunc de nuptijs agunt? Si prius id fecissent, non ne bella impedirentur? Ex hoc manifeste colligitur, quid intersit, inter vrbium tumultus, & heremi tranquillitatem. Solitudo animum addit, vires auget, calcaria adhibet ad pugnandum contra hostes: sed cũ homines delicijs fruuntur tunc consternati, animo deficiunt, viresq; eneruantur, & cum inimicis fœdera pacis ineunt. Similiter contingit in bello spirituali, in luxu, & abundantia rerum, quæ solet esse in vrbibus, facile subduntur homines dæmoni. Est enim heremus murus, & antemurale, quo fructus virtutis in nobis seruantur, eleganti similitudine, vt solet ad hoc probandum vtitur. D. Chrisostomus, sicut difficile est arborem iuxta viam plantatam, fructus vsq. ad maturitatem seruare: sic difficile est virum in medio turbarum, & sæculi perturbationum viuentem, iustitiam, & vitam immaculatam, vsq. ad finem seruare. Naturalis etiam calor, quò magis interius hiemis tempore reconditur, eò plenius seruatur, & suo concoquendi cibum munere fungitur: quò vero plus æstiuo tempore ad externa corporis membra diffunditur, eò magis languescit, & remittitur: eadem spiritualis caloris, hoc est, diuini amoris ratio est: qui quò minus ad exteriora diffluit, eò plus in interioribus feruet. Et D. Bernardus in epistolis dicit, experto crede, aliquid plus inuenies in siluis quàm in libris. Ligna, & lapides te docebunt, quod à magistris audire non possis: euehit enim solitudo ad cœlestia, & peccandi ocasiones euellit. Deniq. Oseæ. 2. dicit Dominus. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem.* Vbera consolationis

D. Chrisost.

D. Bernard.

Oseæ. 2.

consolationis dulcia promittit Dominus in solitudine. Insuper se daturum. *Vinitores ex eodem loco.* Vt gubernentur, ducibus non exteris, sed ex suo populo. Et quod loquetur ad cor eius, idest, demulcet eorum corda tristia, gaudioq́; replebit. Ibi etiam dicit, se daturum. *Vallem Achor ad aperiendam spem.* Idest, ostium apertum ad sperandum dabit, quòd ingressuri sunt Israelitæ terram promissionis: quia in illo valle vbi lapidatus fuit Acham, quia regulam auream fuerat furatus, data est illis spes (de medio sublato scelerato illo) vincendi hostes residuos illarum vrbium, quas expugnabant. *Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies Ascensionis ex Ægypto.* Cum Exod. 15. submersis in mari Ægyptijs, Moyses, & Maria cecinere. *Cantemus Domino gloriosè enim magnificatus est.* Ecce quanto abundabunt solatio in vasta solitudine, vt cantent leti, & victores, quæ omnia beneficia in eremo præstat Dominus eremi cultoribus, & spem posidendi cœleste Regnum.

Exod. 15.

Item, circa verba hæc. *Quoniam leuauit se super se.* Expende Lector, quod cum vir iustus eleuatur nō est supra alios superbiendo, eosq́; calcando, pedibusq́; terendo, sed supra se ipsum carnem spiritui subiiciens, atq́; laboribus quasatus seipsum humiliat, & sub aliorū pedibus submittit, quod est eximiæ fortitudinis argumentum. Iudicum. 6. apparuit Gedeoni Angelus cui dixit. *Dominus tecum virorum fortissime, vade in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian.* Respondit Gedeon. *Obsecro mi Domine in quo liberabo Israel? Ecce familia mea minima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.* Hæc humilitas, fuit fortitudo, quam habuit, in qua deiecit hostes, quia de se humiliter sensit. Ita beata virgo cum Mater Dei eligitur dicit. *Ecce ancilla Domini.* Lucæ. 1. Aliter de se sentiunt mundi magnates, diuites, atq́; sublimes, cum in supremo sunt dignitatis culmine volūt ab alijs adorari, ac si essent quid diuinum, aliter fecit Apostolorum Princeps. Actor. 10. *Cum introisset Petrus venit Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit eum. Petrus vero, eleuauit eum dicens.*

Iudicum. 6.

Lucæ. 1.

Actor. 10.

dicens, surge, & ego ipse homo sum. Vide humilitatem Apostoli, erigit coram se prostratum Cornelium, non finit, vt eum ita colat. Discant Episcopi humilitatem, nollint a subditis adorari, quia homines sunt, & si id faciunt sæculares Domini, sunt veluti Idola. Vnde Ezechielis 30. *Et disperdam simulachra, & cessare faciam Idola de Memphis.* 70. Interpræt. legunt, & perdam abominationes, & deficere faciam optimates de Memphis. Vocat vates optimates Idola, quia vt Idola faciunt se ab alijs adorari. Et sicut Idola in eminentiori loco constituebantur: sic isti super alios extolluntur, & quo plus superbiunt citius euanescunt, vt fumus. Ideo petebat Dauid Psal. 143. *Tange montes, & fumigabunt.* Idest, percute eos Domine, & vt fumus euanescent, cognoscentq; se esse fumũ. Isaiæ 6. ait Propheta. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & domus erat plena fumo.* Percontari quis poterit, cur Deus non sedit in inferiori parte domus, sed super thronum excelsum? Et respondetur, quia domus plena erat fumo. Mundus hic plenus est fumo, & est locus fletus, & planctus; sicut fumus facit lachrymari: ita honores, & dignitates fumus sunt, & euanescunt, qui plus habet honoris, plus habet fumi. Superbi qui magnos habent fumos magis lachrymantur oppressi curis. *Ecce gigantes gemunt sub aquis.* Iob 26. hoc est, mundi Atlantes sub aquis, hoc est, sub populorum gubernatione, nam *Aquæ multæ populi multi sunt.* Apoc. 17. flent, & ingemiscunt, quia maior copia fumi plus offendit visum. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ecclesiast. 1. D. Hiero. legit, & omnia fumus. 70. Interp. legunt, vaporem fumi. De his qui cælum obtinebunt dicitur Psal. 23. *Qui non accepit in vanũ animam suã.* D. Hier. legit, qui non exaltauit frustra animã suam. Idest, qui per superbiam non se extollit vanè. Adnotauit Sanctus Theodoretus, super illis verbis Genesis 6. *Gigantes erant super terram.* Cum dicat, scriptura traddidi tibi Amorreũ, cuius proceritas cedrum adæquat: & preterea, statura Goliad erat miræ magnit udinis: facile

ipse

Ezechiel 30 70. *Psal. 143.* *Isaiæ. 6.* *Iob. 26.* *Apoc. 17.* *Ecclesiast. 1 70.* *D. Hieron.* *Psal. 23.* *Genes. 6.* *Theodoretus*

ipse mihi persuadeã, homines quosdam vixisse in terra immoderatæ magnitudinis, iubente Deo; vt intelligamus non ex infirmitate conditoris tantulam hominibus præscriptam mensuram: quando in procliui illi fuisset multo etiam maiores facere. Iis enim comparati filij Israel. *Vt locustæ*

Nũmer. 14. *videbantur.* Num. 14. sed vt superbiæ tumorem reprimeret. Nam si in tantilo corpore, non inter se solum, sed in ipsum conditorem superbiunt, quid intẽtatum reliquissent si vasto corpore concitarentur? Propterea deprecabatur Dauid,

Psalm. 35. Deum Psal. 35. *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* Pedem tribuit superbiæ egregius vates, quia superbia omnia lustrat, & perambulat loca. Angeli in cœlo, per superbiam ceciderunt. Primum parentem é paradiso expulit. In ipsos Apostolos etiam locum habuit, omnes inuadit hoc capitale vitium: vnum etiam pedem, & non duos superbiæ acomodat psaltes, quia facilis est ad lap-

Remig. Antisiod. super Psalmos. sum, vt notauit Remigius Antissiodorensis super Psalmos. Facit homines in alia peccata ruere, sicut claudus facile cadit, tribuitur etiam pes superbiæ, quia inflati pedibus desiderant alios calcare. Item petit vates non solum, vt eius non dominetur superbia, sed quòd domus suæ non terat limina, quia erit ei infaustus pes, & malum omen. *Et manus peccatoris non moueat me.* Quasi dicat vates, si humilis fuero non timebo Saulis potentiam, non præualebit contra me

Eclesiast. 10. peccator. Vnde Eclesiasti. 10. *Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, implebitur maledictis.* Idest, vitijs, & peccatis. Vel maledictis Dei, & hominum. *Et subuertet eum in finem.* Idest, tandem destruet in perpetuum superbum, vel

Psalm. 51. pœnitus, vt Psalm. 51. *Destruet te in finem.* Et infra dicit sapiens. *Non est creata hominibus superbia, neq; ira nationi mulierum.* Idest, natis ex mulieribus: cum sit homo ex vili mate-

Micheæ. 6. ria genitus, & mansuetum animal. Vnde Micheæ. 6. *Humili-*

Psalm. 18. *liatio tua in medio tui.* Vnde Psal. 18. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* In Hebræo est, à superbijs parce seruo tuo. Vocatur superbia, vitium alienum ab hominum

mum natura, cum sint puluis, & cinis. *Quid superbis terra, & cinis?* Ait sapiens. Item superbis Deus resistit, propriaq; manu humiliat. *Ecce ego ad te Pharao draco magne, qui cubas in medio fluuiorum, & dicis meus es fluuius ego feci me ipsum.* Sic illud Vergilij. *Eclesiaſ.* 10. *Ezech.* 29. *Vergilius.*

Ecce ego in palanta feror, mihi soli debetur Pallas.

Cum enim velit superbus cum Deo contendere, vt ait Iob cap. 15. *Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Ipse Deus, confringit eius vires. Vnde Hierem. 50. *Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus exercituum, quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ, & cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum.* Et Micheas cap. 1. ait. *Calcabit Dominus super excelsa terræ.* Vult superbus esse omnibus superior, sicut oleū super omnes liquores vult semper enatare. Nabuchonosorem superbientem Daniel. 4. induit ferina bestialitate, & eius naturalem substantiam hominis non immutauit, sed secundum D. Hieronymum mutatus fuit secundum fantasiam eius, et aspicientium. Et vt ait Petrus Comestor in historia Scholastica, videbatur ex parte capitis, vsq; ad medium bos, & in residuo Leo, quia tyranni sunt in principio sui dominij lasciui, sicut vituli, & postea efficiuntur superbi, crudeles, & rapaces, vt Leones, populos deuorantes. Ecce finem eorum, qui aduersus Deum extolluntur: sunt dæmonis filij, et Antichristi. Vnde 2. ad Thessalonic. 2. dicitur de Antichristo. *Qui extollitur, & aduersatur super omne, quod dicitur Deus, aut colitur.* D. Bernardus dicit dico enim vobis, quod non ille tantum, sed omnis superbus extollitur supra Deum. Et tunc fuit sensus restitutus Nabuchodonosori, cum humiliatur, & fatetur *Omnia opera Dei vera, & gradientes in superbia potest humiliare.* Daniel. 4 De Behemoth, dicit Iob cap. 40. *Huic montes herbas ferunt.* Sub quo dæmon adumbratur. Et ait Caietanus super hoc loco, dæmonis peccatum fuit superbia. Vnde primum fructum, quem curat ex hominibus decerpere, est superbia: & sic in montibus pascitur. *Iob.* 15. *Hierem.* 50. *Micheas.* 1. *Daniel.* 4. *D. Hierony.* *Pet. Comest.* 2. *ad Thes.* 2. *D. Bernard.* *Daniel.* 4. *Iob.* 40. *Caietanus.*

Id est,

Ideſt, in hominibus ſuperbis habitat, & tales ei tributa pendunt? Non paſcitur in profundis humilium vallibus: & ſic diabolus depaſcit horum ſuperborum fructus, omnes cu-
Eccleſiaſ.21. rat eorum virtutes ſubuertere. Vnde Eccleſiaſti.21. *Domus, quæ nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia.* Et ſicut corporis diuitiæ conſumuntur ſuperbia; ſimiliter diuitiæ ſpirituales
Pſalm.118. virtutum, per ſuperbiam amittuntur. Vnde Pſal. 118. *Superbi iniquè agebant, vſq; quaq;.* Ideſt, omni ex parte ſuperbi ſunt peccatores, vix in eis reperias virtutis veſtigium, quaſi ig-
Iob. 40. nis omnia exurens eſt. Vnde Iob loco citato ait. *Omnes beſtiæ agri ludent ibi.* Feræ indomitæ, abſq; iugo ſequuntur dæmonem, & ibi ludunt: ideſt, homines indomiti, & arrogantes ſine iugo legis diuinæ ſunt dæmonis ſocij. Vel in iſtis montibus inueniuntur feræ indomitæ, & truces vitiorum, quaſi in ſpecubus, vbi habitant. Reconduntur innumera peccata in animis ſuperborum. Cum animalium corpora inflantur ſignum manifeſtum corruptionis eſt, atq; carentiæ vitæ: ſimiliter inflatio, & ſuperbia in hominibus, manifeſtum ſignum eſt, mortis animæ, & priuationis gratiæ, quæ
Eccleſiaſt.8. eſt animarum vita. Et ita dicit ſapiens Eccleſiaſtes. 8. *Interdum dominatur homo homini in malũ ſuum.* Ideſt, in ſuam perniciem, quia quò quis potentior eſt, tanto magis peccandi
Numer.15. ſumit audaciam. Numer. 15. præſcribit Dominus ſacrificia, quæ pro peccatis, quæ ex ignorantia comiſſa ſunt debent offerri, vitulus ſcilicet, & Capra immolabitur, & ſtatim dicit. *Anima quæ per ſuperbiam aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Verbum enim Domini contempſit, id circo delebitur, & portabit iniquitatem ſuam.* Animaduerte, quod non præcepit Dominus offerri, aliquod ſacrificium pro peccato ſuperbiæ, ſed dicit talis anima pereat, & portet iniquitatem ſuam. Hoc eſt, pœnam debitam ſuæ culpæ iudicio publico, occidetur. Ratio vero huius eſt, quia tãtum odit Deus hoc crimen, vt pro eius expiatione non ſignet ſacrificium, non quia irremiſibile ſit tale peccatum, ſed quia hic vult illud punire

punire propria manu. Talis enim arrogans sponte, & ex cōtēptu peccat, & putat à lege Dei se posse liberari. Et quadrat lectio Hebræa, quæ sic habet, anima, quæ facit in manu excelsa: idest, quæ operatur tanquàm potens, & innixa robore sui brachij cōtra legē. Et ad hoc alusit D. Paulus ad Heb. 10. *Voluntariè peccantibus nulla relinquitur hostia pro peccatis.* Hoc est, non signabatur talibus in lege veteri sacrificiū. Fugiēdi igitur sunt honores, & sublimes loci timendi, & nequaquā magistratus querēdi. Et sic D. August. lib. 1. de vita, & moribus clericorum de se fatetur, quod esse potui, esse nolui, nec tamen quesiui esse quod sum; elegi abiectus esse in domo Dei, & post pauca ait, adeò timebā Episcopatū, vt quādo cœperat esse fama mea, alicuius momēti inter seruos Dei, in quo loco sciebā nō esse Episcopū, nō illò accedere. Cauebā autē hoc quantū poterā, vt in loco saluarer humili, & nō in alto periclitarer. Sed Domino seruus cōtradicere nō debui, cui placuit dicere, ascēde superius. Hæc ille. Sed heu, ho die mortuo Episcopo, plures cōtendūt accipere eius Episcopatū, quod faciūt ambitiosi, dæmonis imitatores. Vnde Iob. 5. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatū.* Chaldeus interpres legit. Filius dæmonū in altū volat, & filius hominis ad laborandū in lege creatus est, quasi diceret, qui volūt in altum erigi isti filij dæmonum, per imitationē sunt, qui Isaiæ. 14. dixit. *Ascendam in cœlum, & similis ero altissimo.* Propter hunc ascendendi appetitū ad altiora, contendunt, rixanturq; homines, & ad inuicem se mordent. Quot munera mittunt ad Regis familiares, quot literas cōmendaticias ad Principes, alter, vt sit prætor, alter vt sit Regalis curiæ auditor; alius vt Episcopi sedem adipiscatur. Vnde Leuit. 10. dicitur. *Arreptisq́; Nadab, & Abiu filijs Aaron thuribulis. Imposuerunt ignem, & incensum, insuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusq́; ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Dño.* Quia isti primatū adolēdi thus, per vim arripuere. Hoc significat verbū. *Arreptis thuribulis.* Per violentiam de aliorum Leuitarum

Ad Heb. 10.

D. Aug. lib. 1. de vita, et morib. Clericorum.

Iob. 5.

Chal. versio.

Isaiæ. 14.

Leuit. 10.

manibus auferre. Ideo repentina morte puniti sunt: & ita
Ad Heb. 5. D. Paulus ad Hebræos cap. 5. ait. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic, & Christus non se clarificauit, vt fieret Pontifex, sed qui locutus est ad eum filius meus es tu.* Nota verbum sumit, in conuiuio ad mensam sedens, audax atq; sine verecundia iudicaretur, qui nulla habita ratione aliorum cõuiuarum primus sibi acciperet cibũ, & cum eo discederet: sic in honoribus, querendis, nemo sibi vsurpet dignitatem, & ad eam consequendam se cõmendet, laudibusq; vsq; ad cœlum euehat. Hoc enim animi effrenati, & superbi, atq; elati est. Et dicit textus Leuitici. Quòd *Ignis egressus est à Domino.* Cũ egressus sit de thuribulis, sed dicit à Domino, quia Deo iubente: aliter ignis ille thuribolorum, cum in parua esset quantitate non posset eos sic deuorare, vt interficeret, sed Deus fuit, qui illi igni dedit vim eos adurendi, & suffocandi. *Mortuiq; sunt coram Domino.* Idest, publicè, aprobante Domino, quia
D. Thom. 2. 2. q. 158. artic. 1. ipse propria manu superbos punit. Videndus D. Thom. 22. q. 185. art. 1. Vbi querit an liceat Episcopatum appetere. Et concludit, licere appetere vrilitati proximorum intendere, quod principale munus Episcopi est, sed in Episcopatu est celsitudo gradus, quia Episcopus super alios constituitur, & etiam reuerentia, & honor cũ sufficientia temporaliũ. Appetere ratione circunstantiũ bonorũ pertinet, ad cupiditatẽ, & appetere ratione gradus superioris, est ambitiosum, & præsumptuosum: ideoq; præsumptuosum videtur, quod quis præesse appetat, ad hoc quòd subditis prosit, nisi manifesta
D. August. epist. 148. ad Valeriũ. necessitate imminẽte. D. etiã August. fatetur, se à Deo punitũ, quia de aliquibus Episcopis murmurabat, cum ad hoc onus asumebantur, quia ipse ad hoc fuit munus asumptus, & plorabat, cũ consecrabatur Episcopus, quia cũ non esset aptus ad remũ in hac Ecclesiæ naui, ad gubernaculũ, & claũũ fuit electus. Et D. Hieron. super epist. ad Titũ cap. 1. di-
D. Hierony. epist. ad Titum. cit, timeo, ne sicut Regina Austri, & Ethiopiæ, & Niniuitæ, cõdẽnabunt Iudæos nolẽtes audire Christũ Dñm. Sic in iudicio.

dicio. Laici condẽnabunt Episcopos, quia pauperibus eleemosinas non fuerẽ largiti, quas illis tenebãtur facere. Vltimo videndus est D. Thomas. 22. q. 162. art. 6. vbi quærit, an superbia sit grauissimũ peccatorũ. Et respõdet, quod in peccato est auersio à bono incomutabili, quæ est formalis, & cõpletiua ratio peccati. Habet etiã conuersionẽ ad bonum comutabile, quæ materialiter se habet in peccato; & ex parte huius conuersionis, non habet superbia, quòd sit maximũ peccatorum, quia celsitudo, quam superbus in ordinatẽ appetit non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis, sed ex parte auersionis, superbia habet maximã grauitatem, quia in alijs peccatis homo auertitur à Deo, siue propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, vel propter desiderium cuiusq; alterius boni, sed superbia habet auersionem à Deo ex hoc ipso quòd non vult Deo, & eius regulæ subiici. Et ideo per se auertit à Deo, cuius actus est Dei cõteptus, & sic superbus magis, elõgatur à Deo: cuius signum est, quòd superbus Lucifer in profundiorẽ terræ locum fuit deiectus, & à cœlo remotiorẽ: vnde superbia secũdũ suũ genus grauissimũ est omniũ peccatorũ, quia excedit in auersione, quæ formaliter complet peccatũ. Hæc D. Thomas. *D. Thom. 2 2. q. 162. artic. 6.*

Iod. ☞ *Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.*

SOlitariũ sedere, leuare se super se, & ponere in puluere os suũ, hæc omnia periphrasis sunt, orãtis cũ humilitate. Pronus in terra orauit Christus Dñs. Lucæ. 22. *Procidit in faciẽ suã orãs.* Sensus est, in illa Babylonica seruitute postulabit populus Israeliticus peccatorũ veniã, Dei misericordiã implorãs, humiles fundet præces humi prostratus. Talis enim prostratio humilitatis actus est. Psal. 27. *Quoniã humiliata est in puluere anima nostra. Si forte sit spes.* Supple libertatis. Vel vt exponit Theodor. si forte sit spes patietiæ obtinẽdæ, à Deo optimo maximo, & ponet in puluere os, vt exponit Theodor. æquo animo sustinebit cõuicia tacens, per inde ac si haberet os terra, & puluere obturatũ, & ita hic des- *Luca. 22.* *Psalm. 27.* *Theodoret.* *Theodoret.*

cribit vates viri patientis, tolerātiā, & cōditiones, qui nō mur murat, iactat in Deū omnē solicitudinē, humiliat, & depri mit cor suū, alacri animo tolerat mala, ita vt vſq; ad saturita tē ferat opprobria, sic David Psal. 38. dicit. *Posui ori meo custo diā cū cōsisteret peccator aduersū me.* In Heb. est, obturamētū sumta metaphora a fiscella, quæ ori iumētorū ponitur, nē ole ra hortorū comedāt. lingua enim effrenis est, & indomitū a nimal, licet exiguū, & vt equus indomit⁹ obturamēto, & fre no indiget. Vnde Eccles. 28. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, ne forte labaris in lingua. Obmutui, & humiliat⁹ sū & silui à bonis, & nō aperui os meū.* D. Hier. legit, obmutui silē tio. Nō dicit tacui, sed obmutui, plus enim est obmutescere quā tacere, & cōtra dicit. *Obmutui, & nō aperui os meū.* Id est, decreui sic tacere, ac si esse mut⁹. *Et nō aperui os meū.* Ali quid amplı⁹ est nō aperire os, quā obmutescere, muti enim licet nō loquātur, possūt tamē aperire os, sed ego ait Regius Psaltes nō ausus fui cōtra peccatorē Semei cōuitijs afficientē me, aperire os, ne aliquod verbū conuicij laberetur ex ore meo. *Et silui à bonis.* In Heb. est, à bono, idest, supra quā bo nū, & iustū erat, tacui, vt sic nō vindicarē me de Semei, sic exponit Mathias Brodebachius. Vel silui a bono. Supple ver bo, quod nō aus⁹ sū loqui, ne aliquod misereretur malū Psal. etiā 37. *Factus sum sicut homo nō audiens, & nō habēs in ore suo re dargutiones.* Sic in illa dura seruitute, ad oprobria tacebāt ca ptiui, & sic dicit vates. *Dabit percutiēti se maxillā saturabitur oprobrijs.* Optimū est in iniurijs tacere. Vnde Exod. 14. *Do min⁹ pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* Dixit Moises Hebræis iuxta litus maris existētibus, quasi diceret, ad eorū iniurias tacete, illos enim linguis percutiebant, quia argētea, & au rea vasa secum ferebāt ab illis comodata, & sic appellabā tur fures, & vilia mancipia, nunc interibitis. Nam Exod. 15. dicitur. *Dixit inimicus persequar, & comprehendam euagi nabo gladiū meū.* Ad hæc tumētia verba dixit Moises, tacete, obsurdescite, quod si tacueritis, & verbū cōiiciosū nō respo deritis. Dñs vos defēdet, & pro vobis pugnabit, eosq; maris vorticibus

Margin notes: Psal. 38. — Eclesiast. 28. — D. Hieron. — Bred. Bach. sup. Psalm. — Psal. 37. — Exod. 14.

vorticibus, & fluctibus submerget, quod ita contigit, illorum enim cadauera iuxta oram maris viderunt, quia siluerunt filij Israel.

Iod. ☞ Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.

PRimus sensus, non vindicabitur, opprobrijs iucundabitur: erga Deum erit humilis, erga proximum patiens; de iniurijs vlciscendis non curabit. Sic de Apostolis dicitur Actor. 5. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Sic exponit D. Thom. Sic etiam Isaiæ. 53. *Pro eo quòd laborauit anima eius videbit, & saturabitur.* Idest, videbit semen longæuum. Vel videbit innumera tormenta, & sustinebit ea, & satiabitur eius voluntas, & desiderium patiendi, quia multa, & grauia fuere. Et ipse dicebat raptus desiderio patiendi. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur.* Lucæ. 12. *Desideriū suū dabitur iustis.* Dicit Sapiens Prouer. 10. Hoc ergo desideriū moriendi, vidit Christus Dominus impletū tūc; satiatus fuit. Postea quā alapis sit cœsus captiuus sustinebit iniurias verborū, quæ alapis sunt aliquādo grauiores. *Actor. 5. D. Thomas. Isaiæ. 53. Lucæ. 12. Prouerb. 10.*

Secundus sensus est, ille seruus Israeliticus in Babylone captiuus, alapis cœsus tacebit, obmutescet, licet in facie percutiatur, sicut vile mancipium, quia si loqueretur, aut gemens cōquæreretur crudelius tractaretur. Et ideo in silētio sperabit libertatis suæ tempus à Deo. Et ita in his ærumnis leuauit se supra se. Idest, supplices ad Deum fudit præces. Ex hoc textu animaduertendum venit, valde vtilem esse tolerantiam, animiq; patientiam in laboribus, & vitæ huius miserijs. Vnde Iob cap. 17. calamitatibus oppressus dicebat. *Vbi est ergo nunc præstolatio mea? Et patientiam meam quis considerat?* Et addit. *In profundissimum infernum descendent omnia ossa mea.* Supplendum est hic patientiam meam quis considerat? Quam si non habuero, sedes mihi erit in profundissimo silentis erebi lacu. Et sic dicit, putas, *Iob. 17.*

ne saltèm ibi erit requies mihi, à Deo autem nobis patien-
Psalm.70. tia est concedenda. Ideo Psal. 70. dicebat Dauid. *Quoniam tu es patientia mea Domine.* Idest, meæ patientiæ largitor. Et
Isaiæ. 57. 70. Isaiæ.57. *In excelso,& sancto habitans,& cum contrito,& humili spiritu.*70.Interpræt.legunt,in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam.Christus Dominus misertus est paralitici habētis triginta, & octo annos in infirmitate sua.
Ioan. 5. Ioan.5. quia tolerauerat patienter morbum.Et sic mansue-
Psalm.9. tè respondit Christo Domino. *Hominem non habeo.* Psal. 9.
D. Chrisost. *Patientia pauperis non peribit in finem.* D. Chrisostomus exponit, nūquam peribit,sed proprium fructum omnino recipiet, quod quidem non semper euenit in rebus, quæ ad victum pertinent,sed pereuntibus laboribus finē non consequntur. Nam,& agricola expectat,& mercator,sæpe autem propter aeris iniquitatem,vtriq; à fructu sui laboris excidunt.In Deo autem non ita fit,sed necese est omnino finem consequi; hoc autem non paruam affert consolationem,semper de optato fine confidere. Hoc argumēto probat Apostolus, se esse à Deo electum ad prædicandi mu-
1.adCor.12. nus. 1. ad Corint. 12. patienter sustinuisse labores. *Signa autem Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia,insignis,prodigijs, & virtutibus.* Inter miracula primo loco patientiæ meminit, quia sicut miracula testificantur veram esse doctrinam: similiter, & patientia in aduersis. Vnde
Prouer. 19. Prouerb. 19. *Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius iniqua prætergredi.* Idest,ad improperia, & conuicia ob-
Apocal. 3. mutescere. Et hoc est magna gloria. Apocalipsis etiam. 3. promittit Deus fauorem sufferentibus labores, & iniurias patienti animo. *Dilexi te, quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in terra.* Verbum eximiæ patientiæ Christi Domini fuit,cum in cruce orauit pro cru-
Lucæ. 23. cifixoribus dicens. *Pater dimitte illis,non enim sciunt, quid faciunt.* Qui hoc verbum seruat à Deo diligitur, & seruatur
Iacobi. 5. à tentationibus, & terræ præssuris. Et Iacobi. 5. *Ecce beatificamus*

camus eos, qui sustinuerunt, sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Quanta videlicet gloria sit mortis ignominia compensata. Et etiam vidistis quomodo sit Iob patientia remunerata, siquidem duplicia bona recepit in vita sua. *Quoniam misericors est Dominus.* Sed germanior sensus est: vt illa verba. *Finem Domini vidistis.* Referantur ad Iob. Idest, vidistis, qualem dederit Deus suis laboribus finem. Quod declarant verba sequentia. *Quoniam misericors Deus est.* Et sicut afflicti Iob est misertus: miserebitur etiam vestri, & afflictis begninus remunerator aderit. Iacobi etiam 1. *Patientia opus perfectum habeat.* Idest, gaudium, & alacritatem anexam, sicuti gaudebant Apostoli, cum pro Christo tormenta patiebantur. Vel patientia vestra habeat opus perfectum. Iuxta Hebraismum dictum est, imperatiuum posuit pro futuro: idest, perficiet, cõsumabit, explebit bonum opus. Idest, studiosas vestras operationes absoluat in finem vsq;. *Vt sitis perfecti, & integri, & in nullo defficientes.* Si legatur habet. Sensus est, patientia perficit: fructus patientiæ est, vt sitis perfecti, non mutili, sed integri, & in Christianissimo consumati. Ad Roman. etiam 2. *Qui reddet vnicuiq; secundum opera eius, his quidem, qui secundum patientiam, boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, querentibus vitam æternam.* Vbi notandum est, tribuere Apostolum, bono operi: idest, bene operanti: patientiam, quia patientia opus est tali, vt speret præmium, quod licet oculis non videat, sed potius labores; non difidat, sed toleret aduersa in præsenti, & in futuro expectet præmia, quia hic non coronantur iusti, sed in vita æterna. Vnde de terra bona dicitur Lucæ. 8. *Hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Considerate, quæ patitur aduersa triticum in terra satum, ibi putrescit, moritur, & reuiuiscit, sustinet gelu, glacies, grandines, niues, pluuias ventos, vt fructificet spicam, tandem trituratur in area, vẽto mundatur, vt in horreum recludatur: sic innumeras iusti tolerant in præsenti calamitates, vt in horreum cœleste

Iacobi. 1.

Ad Rom. 2.

Lucæ. 8.

Lucæ 21. suis sedibus reponantur. *In patientia vestra, possidebitis animas vestras.* Id est, vitas &c.

Caph. ☞ *Quia non repellet in sempiternum Dominus.*

SEnsus est, nõ semper punit, non reiicit, vt nunquã recipiat. Isaiæ 28. *Panis autem comminuetur, verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neq; vexabit eum rota plaustri, neq; vngulis suis comminuet eum.* Panis, id est, triticum ex quo fit panis, non semper conteritur, sed tantum in area, tempore trituræ, vt excutiantur paleæ, & rotis dentibusq; ferreis solebant triturare Iudæi in Palesthina, & purgato tritico, cesat tritura: Sic Deus non semper labores mittit, & si castigat non vt perdat, sed vt corrigat, & emendet: secuta vero vitæ correctione cesat plaga. Et Isaiæ 57. *Nõ enim in sempiternum litigabo, neq; ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.* Id est, si hominibus irascor, non erit perpetua, vel diuturna ira: nolo enim animas, quas creaui perdere, sed ad tempus punio, vt vitijs relictis ad me conuertantur. Et sic infra dicit. *Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & flatus ego faciam.* Id est, licèt populus meus, aliquando reflantibus ventis nauiget, sed ego faciam eos nauigare, ventis secundis, & prosperis, vt expansis velis omnibusq; ad voluntatem fluentibus ad portum fæliciter vehantur.

(Margin: Isaiæ 28. — Isaiæ 57.)

Caph. ☞ *Quiasi abiecit miserebitur, secundum multitudinem misericordiarum suarum.*

SI iratus nos repellit, si dolore afficit, miserebitur nostri tanquam pater, qui vna manu castigat filium, & altera porrigit cibum. Vnde Tobiæ 3. *Si autem in tribulatione fuerit qui colit tè, liberabitur. Et si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit, non enim delectaris in perditionibus nostris.* Et Iob 5. *Beatus homo, qui corripitur â Deo, increpationem ergo Domini, ne reprobes.* Si enim fælix est, qui castigatur hîc; qui respuit flagellum Dei, beatitudinem reiicit

(Margin: Tobiæ 3. — Iob 5.)

reiicit. Et addit Iob. *Quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt*. Notate scripturæ verba, vna manu dicitur Deum percutere, sed vtraq; sanitatem & medelam adhibet. In exhaustum est enim suæ clementiæ, & miserationum pelagus, & sic duabus manibus vulnera curat.

Caph. ☞ *Non enim humiliauit ex corde, & abiecit filios hominum.*

HVmiliare hic sumitur pro affligere, & sic legit Sanctes Pagninus, non afflixit de corde suo. D. Theodoretus dicit. Species est irascentis, sed voluntas est miserendi, inuitus enim punit, quia impius prouocat Dei irã. Hieremiæ 5. *Iniquitates nostræ declinauerunt hæc.* Idest, hæc atulere mala. Et Ecclesiastic. 7. *Noli facere mala, & non apprehendent.* Veluti diuinæ iustitiæ satellites. Et Prou. 13. *Peccatores persequitur malum.* Et cap. 22. *Arma, & gladius in via peruersi.* Et Ecclesiast. 28. *Leo venationi insidiatur semper, sic peccata operanti bus iniquitatem.* Supple insidiantur, vt deuorẽt. Quia nõ punit ex animo, præcepit Deus Ezech. cap. 21. vt propheta- ret. *Percute manum ad manum.* Silicẽt præ dolore. *Et duplicetur gladius.* Et prius dixit. *Tu fili hominis ingemisce in cõtritione lumborũ.* Et præ nimio cordis dolore percute manus tuas, sicut solẽt facere mulieres plorãtes. *Quin et ego plaudã manu ad manũ.* Ex animi scilicet mœrore, quia inuitus punio. Visitat Deus in verberibus, non in vulneribus, hoc debes mẽte recolere in laboribus, quòd non humiliat ex corde. Psal. 70. *Tãquam prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor fortis.* Hoc est, prodigiũ, & insolitum portentum in calamitatibus, quæ su per me ruerũt, sed tu fortiter, & valido brachio mihi opẽ tulisti. Amaræ herbæ magis ad salutẽ conducũt quàm dulces; & caro sale tribulationis cõspersa seruatur à corruptio ne, nõ sacharo. Ideoq; labores nõ aufert à nobis, quia vtiles sũt. Psal. 31. petebat Dauid. *Exultatio mea erue me à circũdãtib' me.* Cui respõndet Dominus. *Intellectũ tibi dabo, et instruam te,*

Theodoretus
Hierem. 5.
Ecclesiast. 7.
Prouerb. 13 & 22.
Ecclesiast. 28
Ezechiel 21.
Psal. 70.
Psal. 31.

in via hac qua gradieris. Quasi diceret, illuminabo intellectū tuum per fidem, vt etiam cognoscas vtilitatem tribulationis, & instruam te, verbo veritatis gubernans, ostendam tibi viam, ne à recto deuies itinere, & oculos super te firmabo, beneuolé aspiciendo, opemq; præstans. Vide quot promittit bona in ipsa tribulatione, sed tamen non pollicetur quod tribulationem tollet, sed quod erit tutus Dei tutela,

Sophon. 3. atq; protectione sua. Sopho. etiá 3. *Manè manè iudicium suum dabit in lucem.* Dilatat supplicia, ab vno die in alterum, atq; procrastinat, & post diuturnum temporis spatium illuces-

Apocal. 3. cit hoc mane. Vnde Apocal. 3. *Incipiam te euomere, quia tepidus es.* Non dicit euomam te, sed incipiam euomere, paulatim ex ore reiiciam. Sumpta metaphora à vomitu ægrotantium, nam prius stomachus reuoluitur deinceps sequitur vomitus, quod Hispanè dicimus (dar primero arcadas) ad

Genes. 9. hoc propositū est illud Genes. 9. *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me, & inter terrā.* D. Ambrosius lib. de Noe, & Arca cap. 27. dicit, si arcus est signum pacis, ad quid pro signo pacis datur arcus bellicus, ex quo

D. Amb. lib. de Noe, & Arca. c. 27. sagitte iaciuntur? Dicit D. Ambrosius, & rectè. Arcum ponit non sagittam, arcus enim instrumentum iaculandæ sagittæ est. Itaq; non ipse arcus vulnerat, sed sagitta, & ideo in nubibus arcum magis quàm sagittam ponit Dominus: idest, non illud quod vulnerat, sed quod habet terroris indicium, & vulneris effectum, habere non soleat, quare hoc?

Matth. 18. Nisi quia begninus est, & percutere renuit. Sed visso arcu nobis timendum est, ne sagittas in eo dirigat contra nos. Sic comminatur seruo debenti. 10. millia talenta, vt ipse, & vxor vendatur, sed omne debitum remisit. Hinc etiam est,

Ioan. 4. quod ad miserendum sedet, vt iuxta fontem Samariæ expectans Samaritanam, vt ei peccata indulgeat. In cruce afixus clauis, tanquam in throno Regio non vult descendere, quia ibi nobis vitam præstabat. Et ideo supra crucem scribitur titulus Regius, quia ibi orat pro crucifixoribus, & promittit Latroni Paradisum, sed cum punit festinanter.

Sic

Sic cum punit Ægyptios. Exod. 12. *Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios.* Et Ezechiel. 5. *Et pestilentia, & gladius transibunt per te.* (Yran de passo.) Hoc Regius Psaltes eleganter significauit. Psal. 29. *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Ira, idest, pœna, & supplicium, est in indignatione eius. Molesta, & ingrata est illi pœna, non percutit sponte, sed vita, idest, nostra fœlicitas grata est illi, ex animo condonat vitam. Non est permanens, sed transitoria ira eius. Et ita legit D. Hieronym. ad momentum ira eius, sicut verbum, quod irati subitoq; cõmoti homines dicunt, facile reuocant, atq; retractant: & sic Chaldea Paraphrasis hic legit. Vna hora indignatio eius, mallet non indignari. Vita eterna bona voluntas eius. Idest, non vult nobis vitam ad momentum, sed æterna bona voluntate eius, semper nobis optat bona, & sic infra dicit vates. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia.* Idest, supplicium non statim infert, sed cum posset mane punire differt vsq; ad vesperum cum lucis parum restat, vt modicũ flagellet, sed vt beneficia præstet, quæ nobis letitiam adducunt à primo diluculo incipit, & sic dixit Eliu cap. 35. Iob. *Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè.* Et sic Ioan. 2. fecit *Quasi flagellum.* Non flagellum, & circa solis occasum. *Venerunt duo Angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis.* Genes. 19. in meridie intrant domum Abrahæ cum filium promittunt, & tres in domo Abrahæ comedũt, quia leta pollicentur; sed ad puniendum vergente sole ad occasum, duo solum Sodomam ingrediuntur, quia non affligit ex corde: vnde D. Ambrosius lib. de Abraham Patriarcha cap. 6. dicit, venere duo Angeli ad vesperam Sodomis, quia vbi gratia elargienda est Christus adest, vbi exercenda seueritas solum adsunt ministri, deest Iesus: ille enim Angelus, qui erat in medio Christum adumbrabat, qui in domo Abrahæ adest, cum filius ei promittitur. Hoc etiam inuunt illa verba Isaiæ. 7. *Et radet Dominus nouacula conducta vniuersam*

Exod. 12. Ezech. 5. Psalm. 29. D. Hierony. Chald. Par. Iob. 35. Ioan. 2. Genes. 19. D. Amb. lib. de Abraham cap. 6. Isaiæ. 7.

uersam barbam, & pilos pedum. Ideſt, Hieruſalem militibus cōducticijs, bonis ſpoliabit. Vide quàm procliuis ſit ad miſerendum, ſiquidem cum vult punire, arma conducit, gladios, & nouaculas, quia non reperiuntur in domo ſua Regia, ſed opus eſt, vt arma querat. Vnde Pſal. 44. hortatur eum
Pſalm.44. Dauid. *Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime.* Elegans eſt hyperbole, ad eius infinitam clementiam ſignificandam. Exod. etiam 25. præcepit Dominus Moyſi, vt ponat propitiatorium ſuper arcam, vt omnium oculis ſit manifeſtum. *Cherubim expandebat alas ſuper locum arcæ.* 3. Reg. 8. & in arca, vt teſtatur D. Paulus ad Hebræ. 9. erat intus incluſa virga Aaron. Sed queres, cur non erat virga extra arcam, ſicut erat propiciatorium, quod erat locus in quo Deus remittebat peccata? Ratio eſt hæc, cum raro puniat, non mirum quod virga ſit clauſa, ſed cum frequenter peccata remittat, ſit propitiatorium in propatulo, omnibuſq; conſpicuum; quod manifeſte ſignificabat illa D. Ioannis viſio. Apocalyp. 1. *De ore Chriſti Domini procedebat gladius ex vtraq; parte acutus.* Non exibat gladius de corde, ſed de ore, quia non affligit ex corde, quod Hiſpanè dicimus (no le paſſa de los diētes à dentro el enojo.) Et 2. Reg. 8. dicitur de Dauid. Quòd *Fecit duos funiculos, vnum ad occidendum, alterum ad viuificandum.* In Hebræo eſt, plenitudinem, ad viuificandū. Sic verus Dauid Chriſtus Dominus bonitatis ſuæ viſcera non explet, cum punit, ſed cum miſeretur, non cum occidit, ſed cum ſeruat. Et 2. Reg. 7. recenſet dauid beneficia, quæ de manu Dei recepit. Sui videlicet Regni ſucceſſorē. *Iſta enim eſt lex Adam Domine Deus, propter verbum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti omnia magnalia hæc.* Angelonius Lexouienſis ſuper hoc loco ſic exponit, cor Dei, vocat miſericordiam Dei, quia ex toto corde miſeretur de intimis ſui cordis penetralibus promanat, miſericordia eius; & ſic iuxta cor Dei eſt miſereri. Pro hoc eſt locus Exod. 11. *Et morietur omne primogenitum in terra Ægypti.* Notat egregiè Origenes ſuper hoc loco, vide clementiam Dei, Pharaonis edi-

Marginal notes: *Pſalm.44.* *Exod. 25.* *3. Reg. 8.* *Ad Heb. 9.* *Apocal. 1.* *2. Reg. 8.* *2. Reg. 7.* *Angel. ſuper lib. Regum.* *Exod. 11.* *Origenes.*

&o

cto mares omnes Hebræorum. In Nilo suffocabatur, Deus vero sola primogenitorum cæde contentus est; cum acerbiora supplicia Ægyptij mererentur: omnes enim filij eorum erant interficiendi, vt iuxta sua crimina castigarentur cum ipsi omnes Hebræorum masculos suffocassent. Vnde Hiere. 11. *Locutus est Dominus super te malum, pro malis domus Israel.* Animaduertite modum loquẽdi vatis, pro malis plurimis, non repẽdit Deus multa mala, sed malũ in singulari. Vnde Habacuh 3. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.* In Hebræo est, in irascendo misericordiæ recordaberis, hoc est, in medio iræ suæ, & indignationis, cũ percutit, irã miseri cordia tẽperat, cum irasci incipit. Vnde Psal. 34. *Effunde fra meã, & conclude aduersus eos, qui tribulant me.* Simachus legit, denuda lanceã, ex quo colligitur apertè mucronẽ suæ iustitiæ operculo misericordiæ esse tectum, quia cum misericordia punit, sed quia facile potest vulnerare ait effunde. Ea enim facilitate, qua aqua ex vase effunditur, potest ensem euaginare, & rebelles occidere. Hæc Dei patientia atq; clementia, & tarditas ad puniendum describitur à beato Paulo ad Hebr. cap. 6. *Terra super se venientem videns imbrẽ, & germinans herbã oportunã benedictionẽ accipit à Deo, proferẽs autẽ spinas maledicto proxima est, cuius consumatio in cõbustionẽ.* Notauit Ecumenius super hoc loco, maximã posuit cõsolationẽ, nõ dixit maledicta est, sed cõfinis maledictioni, quod autẽ cõfine maledicto est, lõge fieri potest per pœnitẽtiã, nõ dixit, cõbusta est, sed quod tẽd ad cõbustionẽ, quia nõ statim punit De°, sed patiẽter sustinet, sed quia statim corottat dicit de terra proferẽte fructũ: quod benedictionẽ statim accipit à Deo.

Hiere. 11.

Habacuh. 3.

Psal. 34.

Simachus.

Ad Hebr. 6

Ecumenius.

☞ *Non humiliat ex corde.*

Septuaginta Interp. legũt, nõ respõdit ex corde, & humiliauit filios viri. Idest, non respõdet cũ supplicio ad nostra crimina ex animi voto, clamãt enim peccata nostra corã Deo vltionẽq; petunt, & cũ de eis vlciscitur, respõdet no 70.

bis

Hierem.14. bis peccata nostra, id est, debita eis punitio. Vnde Hie. 14. *Si iniquitates nostræ respõderint nobis Domine fac propter nomẽ tuũ, quia multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus.* Hoc est, non exerceas in nos vindictam, quam expetunt peccata nostra

Osee. 5. quæ innumera sunt, sed propter te ipsum fac nobiscum misericordiam. Et Oseæ. 5. *Et respondebit arrogantia Israel in facie eius.* Id est, pœna suæ arrogantiæ manifesta cunctis erit.

70. Quia ergo potest Deus cum peccamus illico respõdere cũ pœna, dixere 70. quòd nõ respõdet ex animo humiliando, & affligẽdo filios viri, id est, strenuos magnates, & nobiles fortesq;, & inclitos populi. Et sic in Hebræo est, filios viri.

Lamed. ☞ *Vt contereret sub pedibus eius omnes vinctos terræ.*

Sensus est neminẽ repellit eo fine, vt sub pedibus terat, sed vt corripiat, & emendet. Vinctos terræ, appellat Israelitas captiuos in Babylone. Vel eos, qui peccatorum ca-

Psalm. 68. tenis reuincti in terra iacent. Vt Psal. 68. *Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.* Non est Deus, vt ille tyrannus Adonibezec, qui septuaginta Reges sub mensa habebat amputatis summitatibus manuum, & pedum: & vt fertur de illo Temerem Taborlan, qui Baiacetum Solimanum Turcarum Imperatorem in bello victum, cauea ferrea vinctum, sub mensa ponebat, & mittebat inde, panem, vel

Laon. Chalcondilas lib. 3. de rebus Turciæ. carnem tanquàm cani, quod extrema miseria erat, & ex eius humero, posito pede, equũ ascendebat. Ita refert Laonicus Chalcondilas lib. 3. de rebus Turciæ. Et de Nabuchodonosor dicitur Habacuc. 1. *Ipse de Regibus triumphabit, &*

Habacuc. 1. *tyranni ridiculi eius erunt.* Id est, materia risus, & subsanationis, illudet eis superatis, & captis: non sic Deus vinctos ter-

70. ræ conterit. 70. legunt, ad humiliandum sub pedibus vinctos terræ. Id est, qui vincti compedibus laborum ante tribunal sui iusti iudicij stant, non conteret Deus sub pedi-

Psalm. 8. bus illum, cui omnia subiecit sub pedibus. Psal. 8. Vinctos terræ, id est, captiuos Hierusalem in Babylone, quæ Hierusalem,

falem, per Antonomasiam vocatur terra, quia valde ferax, de qua Sapient. 12. *Quæ tibi omnium charior est terra.* Et Deut. 32. *Constituit eum super excelsam terram.* Et Psal. 2. *Conuenerunt Reges terræ.* Idest, Iudex, Herodes, & Pilatus. *Sapient. 12. Deuter. 32. Psalm. 2.*

Lamed. ☞ Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus altissimi, vt peruerteret in iudicio hominem. Dominus ignorauit.

AGit vates de iusta Dei sententia, & de æquissimo eius iudicio, qui nemini iniuriam infert, & sic sensus est; nescit Deus deuiare à rectitudine, cum iudicat, & peruertere in iudicio, idest, per iudicium hominis iustitiam, & à recto deuiare. *In conspectu altissimi.* Idest, sui ipsius, nulli facit iniuriam, ille *Qui constitutus est Iudex viuorum, & mortuorum.* Actor. 10. Et Sapient. 12. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti, neq; enim est alius Deus quàm tu, cui est cura de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium.* Et supra dixerat: *Quis stabit contra iudicium tuum?* *Actor. 10. Sapient. 12.*

☞ *Dominus ignorauit.*

IDest, nescit facere alicui iniuriam, sicut Psal. 34. *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.* Idest, quæ non feceram. *Dominus ignorauit.* Habuit se ac si nesciret, quod Hispanè dicimus (no sabe Dios agrauiar à nadie.) Sicut de illo, qui nunquam sedet dicimus, nescit ille sedere, & de mendaci, nescit loqui verum. Ita 2. ad Corint. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Idest, in pecabilem, fecit peccati hostiam. *Psalm. 34. 2. ad Cor. 5.*

☞ *Dominus ignorauit.*

IN Hebræo est, Dominus non vidit. Idest, non aprobat malitiam peccantium. Quod Hispanè dicimus (no parece bien à Dios) non gaudet alorum iniurijs, eas videre non

potest

potest, & odit valdè, non videre dicitur quòd nunquam faciat alicui iniuriam: vel non placeat ei violentia: nam quod nobis displicet, videre renuimus, & videre Dei est approbare, vt Genes. 2. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Idest, vt optima approbauit. 70. Interpræt. legunt, ad condemnandum hominem in iudicando ipsum, Dominus non dixit. Quasi diceret, tantum abest, vt ipse iniuriam re ipsa faciat, vt neq; verbis dixit, aut præcepit, vt iniuria alicui fieret, imo vltor acerrimus est iniquorum iudicum, nam *Deus stetit in Sinagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Psal. 81. Idest, iudices, ipsos iudicat. Et sic non fallit Deus hominem in iudicio, vel peruertit iudicium eius, imo dedignatur hæc videre, qui amat iudicium, & iustitiam, nunquam illi placuit irrogare iniuriam, cum sit supremus iudex, à quo ad aliud tribunal non est appellatio, & sic non potest peruertere iudicium. Sic Genes. 18. dixit Abraham. *Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio fiatq; iustus, sicut impius, non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram.* De diuini iudicij æquitate agit Iob cap. 8. *Nũquid Deus supplantat iudicium?* In Hebræo est, deprauat iudicium. *Aut omnipotens subuertit, quod iustum est?* Quod Hispanè dicimus (dar traspie) Non est Dei iudicium iniquum, neq; deiicit in terram, & prostrat iustitiam, sicut athletæ faciunt cum luctantur, curant aduersarium supplantare, vt sic in terra deiiciant. Sed Deus sicut non potest seipsum negare, similiter nec suum iudicium peruertere. Nam Psal. 96. ait Regius Psaltes. *Iustitia, & iudicium correptio sedis eius.* D. Hieronymus legit, firmamentum solij eius. Idest, fundamentum, & basis cui sedes Dei innititur, iustitia, & æquitas est, nemine fallit: correctio sedis eius, est rectitudo throni, nó est obliqua suæ iustitiæ virga. Sapient. 12. *Quis stabit contra iudicium tuum?* Quasi dicat, nullus. *Virtus enim tua iustitiæ initium est.* Idest, potentia, & fortitudo est tuæ iustitiæ principium, quia potens es, ideò etiam iustus, non sicut terræ potentes, quorum potentia, caput, & exordiũ iniustitiæ est.

Genes. 2. 70. Psalm. 81. Genes. 18. Iob. 8. Psalm. 96. D. Hierony. Sapient. 12.

Vt

Vt Genes. 10. dicitur de Nemrod. *Iste cœpit esse potens in terra.* In Hebræo est, Gigas; idest, ex illis Gigantibus, qui ante diluuium fuere, qui tyrannidem exercebant; & sic additur. *Robustus venator coram Domino.* est superlatiuum, illud coram Domino, idest, insignis, & maximus venator, quia quos non poterat aperto marte opprimere, quasi aucupio venabatur, atque alliciebat, captosque sibi seruire compellebat. Sic 1. Paralipom. 2. dicitur. *Fuit autem, Her primogenitus Iuda, malus coram Domino.* Idest, impijssimus, quod plerumque modo contingit in equitum primogenitis, qui sunt cæteris peiores, quia sunt ; ætate primi, sic & malitia, & licencia peccandi. Iob etiam capite 22. *In fortitudine brachij tui possidebas terram, potentissimus obtinebas eam, & viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.* Ecce qualiter vsus est potentia, diues rapiebat bona viduarum, & pupillorum. Deus autem vtitur potestate sua rectè in bonum debilium, & egenorum. Vnde Iob cap. 34. *Absit ab omnipotente iniquitas, & à Deo impietas, opus hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.* Genes. 10. 1. Parali. 2. Iob 22. Iob 34.

Mem. ☞ *Quis est iste qui dixit, vt fieret Domino non iubente?*

QVis in tantam venit insaniam, vt aliquid fiat, vel factum fit audeat dicere, sine Dei voluntate, cùm omnia Dei dicto, obediant, eiusq; prouidentia gubernentur. *Dominus præcepit ei, vt malediceret David dimitte eum, vt maledicat.* 2. Reg. 16. dixit Dauid cum conuicijs impeteretur à Semei, & Psal. 148. *Ignis grando nix glacies spiritus procellarū, quæ faciūt verbū eius.* Idest, dicto eius obtēperant tàm nix cū terram fæcundat, quàm grādo cū fructus arborū lædit, & Ecclesiasti. 39. *Ignis, grando, fames, & mors, omnia, hæc ad vindictam creata sunt, bestiarum dentes, scorpij, serpentes, & rōphea vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabūtur, & super terrā in necessitatē præparabuntur, & in tēporibus suis nō præterirēt verbū.* Idest, Dei implentes præcepta, quasi in conuiuio 2. Reg. 16. Psal. 148. Eccles. 39.

letitia magna perfunduntur, cum Dei exsequuntur iussa. Et
Amos. 3. Amos. 3. *Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe, nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Sic erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit?* Sensus est, quemadmodum venator laqueos parat, vt aues capiat, & non auffert laqueũ antequã auis capiatur, nec buccina sonat frustra, nisi cum hostes aproximant: sic non est malũ pœnæ, quod Dominus non faciat, ipse parat laqueos pœnarum contra homines,
Eclesiaſ. 11. vt vel sic ad meliorem conuertantur frugem. Et Eclesiasti. cap. 11. *Bona, & mala; vita, & mors; paupertas, & honestas à Deo*
Prouerb. 3. *sunt.* Et Prouerb. 3. *Egestas à Domino in domo impij.*

Mem. ☞ *Ex ore altissimi non egredientur, nec mala, nec bona.*

IN Hoc secundo versu repetenda sunt illa verba. *Quis dixit?* Quæ habentur in præcedẽti. Quis dixit quòd ex ore altissimi nõ egrediẽtur prospera, vel aduersa, sed quòd hæc casu, vel fortuito eueniũt, & nõ iubẽte Dño? Quis ore blasphemo ausus est dicere quod aliquid fiat in terra sine Dei prouidẽtia? & neget Dei præsciẽtiã, & curã, ad hæc inferiora nõ se extẽdere, quasi nec bona, nec mala à Deo proficiscãtur; cũ
Iob. 5. Iob 5. dicat. *Nihil in terra sine causa fit, & de humo nõ egredietur dolor.* Hoc est, nõ temerè, aut casu cõtingũt infortunia in terra, & aduersãtur hostes, & fures rapiũt; sed omnia magno Dei cõsilio administrãtur; vt supplicio afficiantur reprobi, & boni patiẽtia exerceãtur: terra nõ causat hos labores sterilitatẽ, videlicet, & famẽ, sed nostra peccata. Et
70. ita 70. legũt, nõ egredietur de terra labor, quia nõ germinat terra, sed spinas, & tribulos; labores verò à peccatis oriũtur, & sic de humo nõ egredietur dolor, sed potius de peccato. Ex his nostri vatis verbis reuincitur hæresis asserẽtiũ, quòd prouidẽtia solũ se extẽdebat ad vniuersalia, & incorporalia, & quò ad homines, cœtera verò, nec cognoscebat, neque de
Rabi Moyſ. eis curabat Deus. Huius erroris author fuit Rabi Moyses.

Sed ex ore Domini ait Hieremias, idest, eius sententiã procedũt bona, idest, prosperã, & mala, idest, aduersa. Hoc est cõtra Tulliũ lib. 3. de Natura Deorũ, qui dicebat à Deo nõ esse aliquã pœnã: & vt notauit D. Theodor. ex hoc loco excluditur illorũ error, qui dicũt omnia casu fieri. Ita etiã adnotauit hic D. Thom. reprahẽdũt hæc verba (ait Theodoret.) eos qui tollunt prouidẽtiã nostri; hi enim fato, & fortunæ ascribũt ea, quæ fiũt, sed omnia fiunt Deo iubente ait noster vates. Epicurus fuit primus qui hoc asseruit delirium Vt notat D. Ambros. lib. 1. Officiorũ, & post hunc Democritus, Pithagoras, & Lucianus, quorũ sentẽtias refert Boecius lib. 1. de cõsolatione sub his verbis. Omnia certo fine gubernans, hominũ solos respicit actus. Iuniores etiã poetæ fuere in hoc errore; vt Lucanus, Vergilius, & Claudianus. Amici etiã Iob licet prouidẽtiã Dei cõcedebãt, negabãt vero Deũ punire in hac vita homines iustos, & laboribus affligere. Et Aristoteles fuit etiã in hoc errore, vt crederet Deũ suis esse contentũ finibus, & præscripto Regni modo degere, vt ad solã Lunam vsq; , omnia administraret, & inferiora, vt sibi indigna respueret. Et Plinius magnus ille naturæ indigator lib. 2. in multis alijs impius, sic fuit, vt diuinã prouidentiam, sustulit scelestus. Irridẽdũ vero inquit, agere curam rerum humanarũ illud quidquid est summũ. Iuuenalis saty. 13. testatur fuisse multos suo æuo, qui hoc errore laborabãt, sunt qui fortunæ, iã casibus omnia ponũt, & nullũ credũt mundũ rectore moueri. Impius hic error eò pestilẽtior habẽdus est quòd non solũ prouidentiã sustulit, sed etiã Deũ ipsum, vt fuit vnus Cotta de quo Cicero meminit lib. de Natura Deorum in fine vltimi libri. Et sic natura comparatum est, vt si alterum conceseris, alterum quoq; esse necesse sit. Et altero subblato vtrunq; sustuleris. Etenim ait Lactancius lib. de Ira Dei, si est Deus, vtiq; prouidens est, vt Deus, nec aliter potest ei diuinitas tribui, nisi & preterita teneat, & præsentia sciat, & futura prospiciat. Exitialẽ hũc errorẽ cõfutauere, ne dũ Christiani Theologi viri, literarũ diuinarũ

Tullius lib. 3. de Natura Deorum.
D. Thomas.
Theodoret.
D. Ambros. lib. Officior.
Boetius lib. 1. de Consolatione.
Lucanus.
Vergilius.
Claudianus.
Plin. lib. 2.
Iuuenal. Satyra. 13.
Cotta.
Cic. de Natura Deorũ.
Lactanc. lib. de ira Dei.

peritia [illegible] aliqui Philosophi summ[illegible] Plato lib. 10. de legibus, Deū sua prouidentia, [illegible] administrare scribit dicēs, sed neq; forte hoc difficile [illegible] Deos curatores esse; non [illegible] eximiarum. Et eodem libro monet, [illegible] vindictā Dei metuat. Neq; enim fieri potest, vt [illegible] effugiat, neq; si tā paruus sis, vt subire posses in terræ profunditatē, neq; si tam excelsus fueris, vt etiā in cœlū volares. Solues certè scelerū debitū supplicium, siue ad infernū descēderis, siue in aliquē aliū locū his sanctiorē trāslatus fueris. Et Eusebius Cesariensis lib. 12. præparationis Euāgelicæ, similia esse scribit illis Dauidis verbis, Psal. 138. *Si ascēdero in cœlū tu illic es, si descendero in infernū ades.* Ab hac Platonis sententia neq; Cicero abhorrere videtur, qui lib. 2. de Natura Deor. hæc scribit, dico igitur prouidētia Deorū mūdum, & omnes mūdi partes, & initio cōstitutas esse, & omni tēpore administrari. Et Paulo infra primū igitur, aut negādū est Deos esse, quod & Democritus simulachra, & Epicurus imagines inducēs quodā pacto negat. Aut qui Deos esse cōcedūt ijs fatēdū est, eos aliquid agere idq; præclarū nihil est antē præclarius mūdi administratione. Et Homer. idē fatetur, cū Deos præsto hominibus fuisse fingit. Sic Pallas Achylli adfuit, & Vlyssi Mercurius, & Priamo, & Venus Teucris, & tādē scribit dijs sēper curæ esse, vt homines quā rectissime vitā trāsigant. Et Sophocles hāc prouidētiā his verbis astruit. Et Magnus in cœlo Iupiter qui cōspicit omnia, & imperat. Et Verg. lib. 6. Æneid.

Plato lib. 10 de legibus.
Euseb. Cesariens. lib. 12.
Cic. lib. 2. de Nat. Deor.
Homerus.
Verg. lib. 6. Æneidos.

> *Spiritus intus alit totamq; infusa per artus,*
> *Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Genes. 2.

Huic Philosophorū errori, non fauet locus Genes. 2. vbi dicitur, quòd die 7. *requieuit Deus ab omni opere quod patrarat.* Non enim significat Deū rerū à se creatarū habenas curāq; abiecisse, sed cessasse à creatione nouarum creaturarum, ita exponūt Hebræi. Vt Moyses Ægyptius lib. 1. ductoris, dixit, Deus, verbum dicere acommodatur ad voluntatem crea-

Moyses Ægypt. li. 1. ductoris.

toris, vt sit opera sex dierũ, diuina volũtate producta esse; & quiescere sit idē quod nil amplius creasse, & sic requieuit, idest, cessauit à creatione. Sicut Iob cap. 29. *Principes cessabāt loqui.* Idest, quiescebāt. Et 1. Reg. 25. *Locuti sunt serui Dauid ad Nabal omnia verba, hæc in nomine Dauid, & siluerũt,* in Hebr. est, quieuerũt, sic quieuit, idest, siluit nō præcepit, vt denuo crearētur aliæ nouæ rerũ species, & sic hic requies nō est accipiēda, vt sequatur post laborem, nil enim laborauit De⁹ in rerũ creatione. Isaiæ 1. *Quiescite agere peruerse.* Idest, cessate & cap. 14. *Quomodo cessauit exactor, quieuit tributũ.* Quiescere tributũ est cessare exactorē. Psal. 118. Dei prouidentia declaratur illis verbis. *Tribulatio, & angustia inuenerũt me.* Nequis putet fortuitò calamitates hominib⁹ accidere: dicit igitur Hiere. quòd incēdio Babylonico inflamaretur Hierusalē, & rurs⁹ post 70. annos solueretur captiuitas, nō accidit fortuito infidelis est huiusmodi murmuratio, audiam⁹ poti⁹, quod sequatur infra Hoc capite. *Scrutemur vias nostras & queramus, & reuertamur ad Dominũ, leuemus corda nostra cũ manibus.* Si enim veraciter vias nostras scrutati fuerimus, & dixerimus, peccauimus, iniustè egimus, iniquitatē fecimus, inueniemus nos minora recepisse, quàm meremur, et paruper tactos esse virga paternæ disciplinæ. Item Albertus Mag. super cap. 22. D. Matt. super illa verba. *Diliges Dominũ Deũ tuũ.* Dicit, De⁹ Grece dicitur Theos, quod à (theoro) verbo Greco descēdit, quod significat videre, eo quòd omnia lucis suæ præsciētia perlustret. Dicitur etiā à (therbim) quod est ardere, & à (theaste) quod est circuire; circuit vero omnia, quæ sua fruuntur prouidētia, & hæc sũt verba Dionisij, & Damasceni. Deo igitur iubēte eueniũt leta, & tristia; prospera, & aduersa. Vt habetur Ecclesiast. 7. *In die bona fruere bonis, & diem malam præcaue.* Idest, Dei propicij bona ambabus vlnis amplectere, sed ita eisdem cũ gaudio cordis vtamur, vt in timore Domini maneam⁹, & sic diē malā hoc est, calamitosā caueam⁹, & sustineam⁹ & addit Salomō *Sicut hũc, sic & illã fecit Dñs, vt non habeat homo cōtra Deum,*

Iob 29.
1. Reg.
Isai. 1. et 14
Psal. 118.
Alb. Mag. sup. Matth.
Ecclesiast. 7.

iustas querimonias. Prosperitatis diem, Deo tribuit Salomon, nequis cogitet sua industria diuitias cōparasse. Nolli eferri prosperis, quia etiam malam diem fecit Deus, & è contra, nolli desperare in aduersis, quia etiam bonam diem fecit, & potest illam præstare, & sic prædixit euersionem Hierusa-
Lucæ. 19. lem. Lucæ. 19. vt illam præcauerent Iudei pœnitendo à vitijs, qui ergo dicit ex ore altissimi non egredientur bona,
Isaiæ. 45. vel mala, mentitur contra Deum. Et sic Isaiæ. 45. *Ego Do-*
Iob. 1. *minus formans pacem, & creans malum*. Et Iob. 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit*. Non ergo habes vnde conquæraris, videns te malis oneratum, atq; ærumnis oppressum, nā plura sunt bona, quæ habes, quā mala. Et si vides impios prospera frui fortuna, maiora sunt mala, quibus subiacent, quàm bona,
Exod. 25. quæ habent. Exod. 25. iussu Domini septem lucernæ erant
D. Hierony. coram arca, & 12. panes propositionis super mensam. D.
epist. 128. Hieronym. epist. 128. dicit quod septem lucernæ septem stellas seu planetas significabant, vel septem spiritus, qui ante Deum assistunt; & 12. panes propositionis: duodecim mensium circulum, quia ipse Dominus per totum anni
Hierem. 5. circulum nos alit. Vnde Hierem. 5. *Et non dixerunt timeamus Dominum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in*
Actor. 14. *tempore, plenitudinē annuæ messis custodientem*. Et Actor. 14. *Dimisit omnes gentes ingredi vias suas, in præteritis generationibus, & quidem non sine testimonio semetipsum reliquit*. Suple suæ
Ioan. 6. prouidentiæ, & bonitatis. Ita Ioan. 6. *Dicit vnde ememus panes, vt manducent hi? Dans pluuias, benefaciens de cœlo, & tempora fructifera, implens cibo, & letitia corda eorum*. Ecce testimonium suæ prouidentiæ manifestum, tempora præbens frugibus terræ apta. *Et implens corda cibo, & letitia*. Post cibum, meminit letitiæ Euangelista, quia qui fame premitur, tristitia est plenus. Vbi non est cibus, & potus, non est gaudiū, sed mæror. Omnia videt, & prospicit è cœlo vnde mittit
Eclesiast. 23. pluuias, & imbrem serotinum, & tēporaneum. Vnde Eclesiasti. 23. *Quis me videt? Parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me, quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur altissimus*,

tissimus & non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Et Eclesiast. 16. *Ne dicas à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur, in populo magno non agnoscar, quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Ecce cælum, & cæli cælorum, & abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius.* Ità vidit non vestitum veste nuptiali inter tot conuiuas. Matth. 22. & cap. 15. *Quoniam multa sapientia Dei, & fortis, in potentia videns omnes sine intermissione.* Et Isaiæ. 40. *Quare dicis Iacob, abscondita est via mea à Domino?* Et Hierem. 5. *Negauerunt Dominum, & dixerunt non est ipse; nec veniet super nos malum.* Et cap. 12. *Dixerunt non videbit nostra.* Ideſt, post mortem nō vlciscetur de nobis, quibus dicit ipse Dominus. Hierem. 23. *Putas ne Deus è vicino ego sum, & non Deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum dicit Dominus?* Labam ille ethnicus hoc ipsum afirmauit. Genes. 31. genero suo Iacob, dicens. *Nullus sermonis nostri testis est absq; Deo qui præsens respicit.* Est etiam egregius locus ad hoc probandum Eclesiastes. 5. *Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio.* Hæc fuit inueterata consuetudo potentiū sæculi, violentias inferre egenis. Et hoc non est Dei prouidentiæ defectus. *Quia excelso excelsior est alius, & super hos quoq; alij constituuntur.* Si inferior Iudex corrumpit iudicium, & peruertit ius: alius est supremus Iudex, qui nihil impunitum relinquet: habet Angelos per quos punit sæpe iniquos iudices; non defuit manus, quæ sententiam scriberet contra tyrannum Baltasar. Daniel. 5. *Et insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti.* Ait Salomon. D. Hieronymus transtulit, & insuper vniuersæ terræ Rex imperat in agro culto. Qua similitudine docet vanum esse si quis conetur omnia in mundo ordinare. Sicut enim quātumcunq; colas agrum nascitur ibi zyzania, & triticum à paleis, & zyzania nequaquàm separabis, nisi in area cum ventilatur, quanto minus id facere poteris in mundo? *Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem.* Matth. 13. Et in die iudicij metet Dominus impios fal-

Eclesiaſ. 16. *Matth. 22. & 15.* *Isaiæ. 40.* *Hiere. 5. & 12. & 23.* *Genes. 31.* *Eclesiast. 5.* *Daniel. 5.* *D. Hierony.* *Matth. 13.*

ce ſupplicij, qui ſunt zyzania, & in faſciculos colliget ad
comburẽdum, & interimicurat de ſuo agro Deus, & de me-
Pſalm.138. dio ſementis euellit lolium. In Pſal. 138. agit Regius vates
de Dei prouidẽtia erga omnes, & de peculiari cura, quã er-
ga iuſtos gerit. *Domine probaſti me, & cognouiſti me, tu cogno-
uiſti ſeſsionem meam, & reſurrectionem meam, ſemitam meam, &
funiculum meum inueſtigaſti.* Actiones hominis ſub his verbis
comprahendit, quia vel homo ſedet, vel ſtat, & ambulat,
vel decumbit in lecto. Cum ambulo ſemitas meas, greſſuſq;
dinumeras: cum in lecto iaceo, aut laſciuio tu vides. Et hoc
70. vocat funiculum. In Hebræo eſt, cubitum meum: 70. Inter-
præt. legunt, cubile meũ. Tunc etiã meas cognoſcis cogita-
tiones à longè, & meæ ſtaturæ menſurã, & verba antequã
loquar. Omnia nouiſsima, & antiqua: ideſt, ante, & retro.
Quod Hiſpanè dicimus (de delãte y detras me teneys cono
Chaldeus. cido.) Et ita Chaldeus legit, à tergo, & à frõte. & illa ſentẽ-
tia, nouiſsima, & antiqua: copulãda eſt cũ verbo. *Tu formaſ-
ti me.* Et idem eſt nouiſsima, & antiqua, quod ante, & retro
formaſti me, quod Hiſpanè dicimus (de pies à cabeça.) Ne-
quis ſomniet cum Manicheis, partẽ noſtri, à Deo; partẽ ve-
ro ab Angelis, vel dæmonibus eſſe formatã. *Imperfectũ meũ
viderũt oculi tui.* Ideſt, corpus meũ nõdũ ſuis organis forma
tũ, fœtũ meũ nondũ perpolitũ, ſed rude, & in vtero matris
inchoatũ, oculis tuis vidiſti. *Et in libro tuo omnes ſcribentur.*
Ideſt, in tua notitia, & memoria. Et eſt ſimilitudo ſumpta à
libris ad memoriã adiuuãdã exaratis. *Dies formabuntur.* Ideſt,
cõdentur, tranſibũt plures dies. *Et nemo in eis.* Suple deficiet:
à tuo libro nullus eorũ deficiet, qui non ſcribatur: & nemo
eorũ à tua excidet memoria. Agit ſtatim vates de ſingulari
Dei prouidentia, & beneuolẽtia erga iuſtos, dicens. *Nimis
honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eo-
rũ.* Hoc eſt, omnes noſti, ſed nõ omnes æquali beneuolẽtia
Michææ.7. proſequeris, tuos enim amicos ſingulari afficis honore. Mi-
chææ etiã 7. *Paſce populũ tuũ in virga.* Hoc eſt tua prouiden-
Pſalm.22. tia. Et Pſal. 22. *Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.*
Ideſt,

Ideſt, tua cura, & prouidẽtia, qua velut vigilãtiſsimus paſtor tuũ paſcis gregẽ, mihi ſolatiũ affert. Et Hierem. 1. *Virgã vigilantem ego video.* Ideſt, Dei ſceptrũ, quo cuncta gubernat. Hierem. 1.
Solebant Ægyptij ad declarandã Regis curam in gubernãdo, depingere ſceptrũ, & in ſũmitate illius erat oculus apertus, quia Rex, vt rectè ſuos gubernet vigilare debet; eius oculi ſomno nõ debent claudi, vt paſtor ille Argos, qui vacã Iunonis ſeruabat, centũ lumina in corpore habebat, & poſtea in eius tumulo depictus fuit pauo, qui tot habet in plumis oculos, & titulus ſupra ſcriptus, qui dicebat. Hos omnes obſcura nox claudit. Paſcit ergo nos De⁹ in virga, ideſt, pedo paſtorali. Eã habet, & maiorẽ de nobis curã, quàm habet de ſuis ouibus paſtor, qui vero Dei negat prouidentiã, nõ eſt ſanæ mẽtis, ſed demẽs. Pſal. 13. *Dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt Deus.* 70. Interpræt. legũt, dixit delirus. In Hebræo eſt, dixit nabal, à defluẽdo, nebulo qui mẽte, & virtute vacat, ſicut ille Nabal Carmelus, de quo dixit Abigail. 1. Reg. 25. *Ne ponat oro Dominus meus Rex cor ſuũ ſuper virũ iſtũ Nabal, quia ſecũdũ nomen ſuum, ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cũ eo.* Cerebro vacuus eſt, qui dicit *Non eſt Deus.* In Hebræo eſt, (Elohim.) Ideſt, nõ eſt Deus Iudex, & prouidentiã habens. (Elohim) Deũ reſpicit, non quatenus eſt primũ ens, & rerũ opifex: ſed quatenus Iudex, & moderator. Apud ſe cogitat impius nõ eſſe Deũ, qui iudicet quẽquã ex ſuis factis, & attendat, & curet hominũ res. Eccleſiaſtes. 5. *Ne dederis os tuũ, vt peccare facias carnem, neq; dicas coram Angelo non eſt prouidentia, ne forte iratus Deus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum.* Ne tam impiè ſentias de Deo viſsis mũdi malis, & ſceleratorũ criminibus, ne carnẽ, hoc, eſt hominẽ carnalẽ temerè loqui ſinas de Deo, & dicit. *Corã Angelo.* Vt ex Angelo ad tuã cuſtodiã deputato, & ex Angelorũ miniſterio diſcas eſſe prouidẽtiã in Deo, ſi enim De⁹ nõ curaret noſtra, nõ deputaret Angelos ad noſtri cuſtodiã, vt dicitur. *Quoniã Angelis ſuis De⁹ mãdauit de te.* Quia ſi in tale incideris væſaniã irat⁹ De⁹ tuos conat⁹, diuitias, & rẽ familiarẽ ſuam

Pſalm. 13. 70. 1. Reg. 25. Eccleſiaſt. 5. Pſalm. 90.

 euertet,

euertet, & penitus dissipabit. Impius ille Cain Dei prouidentiam negauit. Iuxta Honcalam super Genesim cap. 4. Vbi notat ex Chald. Paraphrasi, dixisse Cain ad Abel, nõ est iustitia, neq; Iudex, neq; sæculum aliud, nec pœnas luent impij, nec præmia recipient iusti, & quia Abel illi restitit, occidit illum Cain. Et ita in hoc Psal. 13. *Non est Deus.* Chaldea Paraphrasis legit, non est potestas Dei in terra, pauci enim sunt, qui putent nullum esse Deum. Et nota verbum. *Dixit in corde suo.* Non est ausus ore proferre, omnes enim creaturæ talem punirent iniuriam, contra suum factã creatorem. Adeò gentium animis naturæ insitum est Deum esse, qui condidit, & regit vniuersa. Vnde Prothagoras Sophista sui temporis maximus, cum dixisset se dubitare an essent dij, nec ne. Iussu Athenienfium vrbe, & agro exterminatus est, & in concione, libri illius exusti sunt, vt scribit Marcus Tulius Cicero. lib. 1. de Natura Deorum. Sed post hũc fuere duo sacrilegi Philosophi Diagoras, & Theodorus, qui palam asserebant, nullum esse Deum, qui iccirco Athei vulgo dicti sunt. Qui de prouidentia plura voluerit videre: legat D. Thom. 1. part. quæst. 22. art. 1. 2. & 3. & 4. Et est conclusio de fide, quod in Deo sit prouidentia respectu horum inferiorum, & omnia subiacent eius prouidentiæ. Et probatur ex illo Sapient. 6. *Ipsi æqualiter est cura de omnibus.* Et 1. Petri. 5. *Ipsi est cura de vobis.* Et Iob. 28. *Vniuersorum finem ipse considerat, & omnia quæ sub cælo sunt respicit.*

Honcala. Para. Chaldaica. Cicero lib. 1. de Natura Deorum. D. Thom. 1. p. q. 22. art. 1. 2. 3. & 4. Sapient. 6. 1. Petri. 5. Iob. 28.

Mem. ☞ Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?

VIR Pro peccatis suis. Suple hæc patitur mala, de se ipso vnusquisq; conquæratur, si aduersa sustinet, quia assiduè peccata peccatis addit, dignaq; factis recipit, siquidem iustus est Deus, & tanquam pater punit. Melius est tacere sicut fecit Heli. 1. Reg. 3. *Suscitabo super Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius.* Dixit Deus Samueli. Samuel

1. Reg. 3.

muel autem indicauit Heli, omnes sermones. Et ille respondit. *Dominus est, quod bonum est in oculis eius faciat.* Siluit, & patienter sustinuit, & ita fecit Dauid Psal. 38. *Obmutui, & silui à bonis, quoniam tu fecisti.* Et 1. Reg. 26. dixit Dauid. *Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium.* Maximum enim, & gratissimum sacrificium Deo est, patienter sustinere iniurias, & inimicorum probra. Isaiæ. 45. *Væ, qui contradicit fictori suo testa de Samijs terræ, nunquid dicet lutum figulo suo quid facis? Opus tuum absq; manibus est?* Idest, imperfectum. Samis insula erat, vbi fiebant vasa eximia, & magni prætij sicut modo Venetijs. De qua Oracius. *Psalm. 38.* *Isaiæ. 45.* *Oracius.*

Quid concina Samos, quid tibi Regia Sardis.

Et in Regno etiam quod Hispanè dicitur (de la China) sunt pulcherrima vasa. Nunquid dicit lutum figulo suo cur fecisti ex me vas imperfectum, in contumeliam, & non vas in honorem ad bibendum? Ita ait vates, audebit homuncio terrenus insurgere in Deum artificem suum, si fuerit laboribus depressus? Potius dicat cum bono latrone. *Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus.* *Lucæ. 23.*

☞ *Quid murmurauit homo viuens.*

HOC Est, quam ob causam, de Deo conquæretur? Pro peccatis suis. Idest, pro pœnis, quas pro suis delictis patitur. Vnde Iudith. 8. *Per multas tribulationes transierunt fideles, illi autem qui tentationes non susceperunt, cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.* Et nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris minora esse hæc supplicia, & flagella Domini, quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Et 1. ad Corint. 10. *Neq; murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Iob etiam cap. 39. *Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit? Vtiq; qui arguit Deum debet ei respondere.* In Hebræo est, *Iudith. 8.* *1. adCor. 10.* *Iob. 39.*

-est, nunquid contendere cum omnipotenti est eruditio? Disputans cum Deo respondeat ei: stultus est, qui cum Deo vult argumenta componere. Et sic Iob capite 42. dicit. *Insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedunt, sciẽtiam meam.* Non igitur murmuret homo viuens. Sanctes Pagninus legit, cur dolet homo viuens? Si ipse homo vulnerat se peccatis, si dolent vulnera, cur gemit, cum ipse sit causa plagarum? in quo ergo tristatur homo viuens, præter quam in suis peccatis? in quo fidit homo viuens? in peccatis ab eo cõmissis? *Vir pro peccatis.* Idest, etiam si sit vir strenuus, & fortis putat ne cum Deo inire pugnam? Et verbis se defendere, & sua excusare crimina? Cum dicat Iob cap. 9. *Deus cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curuantur, qui portant orbem. Quantus sum ergo ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quidpiam iustum, non respondebo sed meum iudicem deprecabor.* Septuaginta Interpretes legunt, sanctum quid murmurauit homo viuens? Idest, Deum sanctum, & iustum accusabit de iniustitia inpuniendo, homo peccator, qui dum viuit mille cõmittit crimina, & innumeris est subditus miserijs? Etiam si vir sit fortis, non erigatur, Deo se subijciat, & sileat, ne in iudicio litem amittat. In Hebræo est, quid mentitur homo? Idest, contra Deum mendacia componit. Vir in sacro eloquio, idem est quòd fortis, atq; strenuus, & potẽs. Et sic dicit noster vates, neq; imbecillis, aut fortis contra Deum habet, quid loquatur, quia sanctus est, & iustus. Psal. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* Non dixit homo, sed vir, quia occasiones peccandi vitare, magnanimi cordis est; & sic in Hebræo est, beatus ille vir. Psal. 30. *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum.* In Hebræo est, state fortes. Iob 38. *Accinge sicut vir lumbos tuos.* Et Hieremiæ 10. *Scio Domine quia non est hominis via eius, nec viri, vt ambulet, & dirigat gressus suos.* Idest, non est in voluntate cuiusq; vt cuncta prospera eueniant, nisi tu ita dixeris Domine, & non solum nesciet homo, quod sibi magis cõducat

Marginalia: Iob. 42. — Pagninus. — Iob 9. — 70. — Psalm. 1. — Psal. 30. — Iob 38. — Hierem. 10.

ducat eligere, sed etiam vir potens, & fortissimus id ipsum ignorabit, & per viam ingredi rectam non valebit, absque suo præsidio. *Eligite vobis virum, & ascendat ad singulare certamen.* 1. Reg. 17.
Dixit Philistæus incircuncisus agminibus Israel? Idest, fortiorem ex vobis eligite, qui mecum ineat pugnam.

Secundò sumitur vir pro duce strenuo. Vt 1. Reg. 26. ait 1. Reg. 26.
David ad Abner: *Nunquid non vir tu es? Quis alius similis tui in Israel?* Idest, tu es fortissimus dux. Et 3. Reg. 2. *Interfecit* 3. Reg. 2.
Ioab, quia interfecit duos viros iustos, melioresque se. Idest, duos strenuos duces Abner Principem militiæ, & Amasa Principem exercitus Iuda. Et Zachar. 13. *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi.* In Hebræo est Zachar. 13.
(gibor.) Idest, super fortẽ, & potentẽ meũ. Vnita enim erat humanitas diuinitati in Christo Domino. Chald. Paraph. Chaldeus.
legit, exerce te ò gladie in Regẽ, & Principẽ, & socium eius, idest, contra Christi Dñi humanitatẽ. Sic Lucæ. 24. Chris- Lucæ. 24.
tus Dominus appellatur. *Vir potens opere, & sermone.* Et loquitur Propheta cum framea, & dicit ei, vt euaginetur: est Prosopopeia, fictio personæ, gladius enim, vel ensis, manimatus est non mouetur, nisi à brachio hominis habetis illũ in manu. Et sic sensus est, vt permittat Pater Æternus, quod homines illi impij Iudæi, & cohors cæsaris habentes gladios insurgerẽt cõtra Christũ Dominũ; cũ fustibus, & gladijs egressi sunt ad capiendum Christum, & hos vocat framea. Quibus verbis denotatur, Christum Dominũ mortuum fuisse non morte naturali, veluti senio confecti moriuntur, sed morte violenta, suspensum patibulo crucis, sicut qui ense, vel gladio percussi moriuntur morte violeta.
Vocatur autem Christus pastor, vt ipse dixit Ioan. 10. *Ego* Ioan. 10.
sum pastor bonus. Quia in vno Ecclesiæ ouili fideles congregauit. Et vir, quia strenuus, & fortis, qui vitã pro ouibus posuit. Et non dicit, à quo esset mouendus ensis. Plures enim conuenerunt contra Christum Dominum agitati inuidia, & odio, & cupiditate temporali, & ab ipsis dæmonibus concitati. Appellatur etiam vir, quia fortissimus dux.

Cohærens

Cohærens etiam, & coniunctus ipsi Deo, cùm esset illa sacrosancta humanitas vnita diuinitati in vnitate suppositi. Et
Isaiæ. 2. Isaiæ. 2. *Et incuruauit se homo, & humiliabitur vir.* Idest, tam plebei, quàm potentes Principes, & optimates, ac nobiles Idola coluerunt.

Prou. 6. 7. & 12. Vir etiam sumitur pro marito, & sponso. Prouerb. 6. *Furor, & zelus viri non parcet in die vindictæ.* Et Prouerb. 7. *Non est vir in domo sua.* Et cap. 12. *Mulier diligens corona est viro suo.*
Ad Eph. 4. Idest, marito. Et ad Ephes. 4. *Vir caput est mulieris. Et viri diligite vxores vestras.*

Num. ☞ *Scrutemur vias nostras, & queramus, & reuertamur ad Dominum.*

ORDO Contextus hic est. Vultis aperte videre, quòd in merito de Deo conquæritur homo, cùm debeat de se ipso querelā habere: si scrutaremur nos, reperiemus tot crimina, quòd iudicabimus iusta esse Dei iudicia, & tacebimus in tribulationibus, leuātes corda nostra in manibus. Hoc est, Deum deprecabimur pro venia delictorum, cor leuemus sursum interius, & manus exterius orando, sicut
Psalm. 76. 70. Psal. 76. dicitur. *Deum exquisiui manibus meis.* 70. Interpræt. legunt, scrutata est via nostra, & inuestigata. Idest, prius quàm Deus omnipotens nostra peccata puniret, exactè
Psalm. 138. considerauit iniquitates nostras. Et sic Psal. 138. *Omnes vias meas præuidisti.* Et sic, nostras vias prauas vidit, antequam nos flagellaret. *Vias enim, quæ à dextris sunt nouit Dominus.*
Prouerb. 4. Prouerb. 4. & sic dicet his, qui à dextris erunt. (*Venite bene-*
Matth. 25. *dicti.*) *Peruersæ vero sunt quæ à sinistris.* Et sic dicet his, qui à sinistris erunt. *Ite maledicti in ignem æternum.*

Notanda sunt verba nostri vatis, monet enim vt non solum queramus, sed etiam, vt scrutemur nostras vias, non cures de aliorum itinere, si est rectum, sed vide, ne tuum
Prouerb. 31. sit obliquum. De solerti fœmina dicitur Prouerb. 31. *Considerauit semitas domus suæ*, non vicinarum. Et mulier Euange-
Lucæ. 15. lica Lucæ. 15. *Euertit domum, sen euerrit.* Propriam, vt est in Græco,

Græco, vt Dragmam perditam inueniret, & ita inuenit. Et Ezechiel. 1. de illis sanctis animalibus dicitur. *Quòd vnum quodq; coram facie sua ambulabat.* Quasi diceret, ferebant se coram se. Plures enim seipsos post se ducunt, à tergo obliti sui ipsius. Vnde Psal. 76. dicit Regius Psaltes. *Exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Nota pronomen meũ, animum meum, quasi scopis verrebam non alienum, studio ingenti meum spiritum scrutabar an esset aliqua peccatorum spurcities in me. *Scopebam.* Idest, diligenter limabam, ab omni rubigine meum spiritum, sicut ab scobe limatur ferrum, vt nitescat. Et Sophon. 2. *Venite, & congregamini gens non amabilis priusquam pariat iussio, quasi puluerem, transeuntem diem.* Sanctes Pagninus legit, scrutamini vos ipsos, scrutamini, gens non desiderabilis. Idem monet sapiens. Prouerb. 24. *Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, quia septies in die cadit iustus, & resurget, impij autem corruent in malum.* D. Augustinus lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 31. dicit septenarius numerus, pro vniuerso ponitur, sicuti. *Septies in die cadit iustus.* Idest, quotiescunq; ceciderit, non peribit, quod nõ de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem pertinentibus intelligi voluit, hæc ille. Ita Iob. 5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Idest, in pluribus. Et cap. 33. *Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus, per singulos, vt reuocet animas eorum, à corruptione.* Secundus sensus ad propositum est, quòd loquatur de peccatis leuibus, in quæ cadit iustus, & licet pluries quàm septies in hæc delicta labatur venialiter peccando, non desinit esse iustus: nam cum dicitur, *Et resurget.* Significatur facilis lapsus, vt à quo facile erigitur. Videmus enim in corporalibus, quod cum aliquis, sic cadit, vt statim resurgat, leuis sit casus, & leue, aut nullum nocumentum incurratur; ita, & iustis accidit, vix tacta humo surgunt; è contra impij non solum cadunt, sed corruunt in malum. Talibus verò, qui aliorum vitam linceis oculis cernunt potest dici, illud Hieremiæ. 2. *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.* Quasi dicat, ne mãticæ

Ezechiel. 1. *Psalm. 76.* *Sophon. 2.* *Pagninus.* *Prouerb. 24.* *D. Aug. lib. 11. de Ciuitate Dei. cap. 31.* *Iob. 5. & 33.* *Hierem. 2.*

ticæ posteriori vitam suam mandes, aliorum vero anterio-
Seneca. ri. Et id recte dixit Seneca de ipsis. Multi vbiq; sunt præ-
Eccl.s. 21. terquam sui. Vnde Ecclesiastic. 21. *Qui timet Deum cō-*
uertetur ad cor suum. Et ibid. 30. *Pes fatui facilis est in domum*
proximi, & stultitia hominis auscultare per ostium. Quæ non
incoluntur domus, plenæ sunt rimulis, & aranearum telis,
muribus, anguibus, lacertis; sic peccatorum animæ, quia
non habitant secum, peccatis sunt plenæ. Veluti sartores,
qui occupantur in aliorum vestibus sarciendis, & suæ sunt
Ezechiel 44. laceræ. Ezechielis 44. explicatur, quid velit Deus, vt at-
tendamus. *Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, au-*
ribus tuis audi, quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremoniis, &
legibus domus Domini. Hæc vult Dominus, vt attendamus
2. Ioannis. præceptis, quæ nobis custodire iubet. Et 2. Ioannis capite
vnico. *Videte vos metipsos ne perdatis, quæ operati estis.* Et ad
Ad Gal. 6. Galat. 6. ait Apostol⁹. *Opus autem suũ probet vnusquisq;* Qua-
si dicat non alienum, & addit Apostolus. *Et sic in semetip-*
so tantum gloriam habebit, non in alio. Ne faciat aliquis, vt ar-
rogans ille Pharisæus, qui de suis gloriabatur operibus, pu-
Luca. 18. blicanum acusans Lucæ 18. Ostiaria domus Miphiboseth
2. Reg. 4. 2. Reg. 4. *Purgans triticum obdormiuit.* Interim hostes Do-
mini sui colligentes spicas ingressi sunt, & occiderunt eũ:
similiter contingit illis, qui vsurpant officium mundandi
aliorum vitam, & paleas à tritico, volunt separare, sæpe-
numero ad suam corrigendam vitam dormiunt, & anima
talium peccatis lœtalibus mortificatur. De Christo Domi
Matth. 3. no dicitur Matth. 3. *Cuius ventilabrum in manu sua est, & pur-*
gabit aream suam. Hoc est, Dei munus, & prælatorum Ec-
clesiæ, tu autem domui tuæ consule, & animæ; & Noe
Genes. 8. imitare columbam, quæ Genesi. 8. Reuersa est in arcam
videns vniuersam terram aquis opertam: sic tu intra cubi-
culum conscientiæ tuæ, tua considera crimina, cum vide-
ris cæteros peccatorum aquis opertos. Coruus vero super
cadauera requieuit rostro illa dilacerans: *ita impij* pascun-
tur carnibus putridis, hoc est, aliorum vitijs: & sicut sca-
rabæus

sabæus aliorum volutatur stercore. Contra hos clamat Isaias capite 49. *Eos qui te iudicauerunt iudicabo*. Digni sunt hi acri obiurgatione, sicut Pharisæi audierunt ab ore Domini, cum calumniabantur discipulos, quia non lauabant manus. *Hipocritæ quare, & vos trasgredimini mandatum Dei, propter traditiones vestras?* Sanctus Petrus Chrisologus Sermone 164. dicit, oculus effusus perdit lumen, quia tota hominis visio intra pupillam continetur. Ne ergo studeas videre multa, vt videas temet ipsum, ne præsumas excelsa contueri, nec longinqua ambias conspicere, quia angustus oculus, non capit multa.

Isaiæ 49. *Matth. 15.* *Pet.Chrisol. ser. 164.*

In confessione etiam sacramentali opportet, vt omnia nostra crimina confiteamur, facta prius peculiari eorum indagine, nosque ibi acusemus, & non alios, & loquamur cum muto Lucæ 11. Vnde Ezechielis 18. *Considerans enim, & auertens se, ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est vita viuet.* Nota verbum considerans. Et Deuter. 9. *Memento, & ne obliuiscaris, quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine, ex eo die, quo egressus es ex Ægypto, vsq; ad locum istum semper aduersum Dominum contendisti.* Et Isaiæ 43. *Reduc me in memoriam, & iudicemur simul, narra siquid habes, vt iustificeris.* 70. Interpræt. legunt. *Memento, & iudicemur.* Memento supple tuorum peccatorum, & ad iudicium confessionis auricularis accede, & Isaiæ 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* Omnes annos dicit. Et Psal. 55. *Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Ecce cum lachrymis, anunciat suam vitam, quia cum cordis dolore, & amaritudine facienda est cõfessio. Et sic Iob 10. *Dimittã aduersũ me eloquiũ meũ.* Se enim debet peccator acusare, & nõ alios. Sic Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, et tu remisisti impietatem peccati mei.* Et addit Iob. *Loquar in amaritudine animæ meæ.* Quia cum cordis dolore peccata sunt confitenda ad sacerdotis pedes, & quia præterita vita

Lucæ 11. *Ezechiel. 18* *Isaiæ 43.* *70.* *Isaiæ 38.* *Psal. 55.* *Iob. 10.* *Psal. 31.*

Psalm. 37. est magno pensanda examine. Ait Dauid Psal. 37. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Non solum, quomodo pro eo satisfaciam, sed qualiter, & quoties peccauerim. Ad hoc nos inuitat ille locus. Isaiæ. 23. *Sume tibi citharam meretrix obliuioni data, circui ciuitatem, bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui.* Solent meretrices citharas pulsare, & canere: sic anima peccatrix, quæ relicto vero sponso, Deo videlicet secuta est dæmones, relicta cithara dulci; suæ conscientiæ citharam pulset, & canat, peccata confiteatur, talis enim confessio dulcis est armonia Dei auribus. Sic cum Samaritana dixit virum non habeo? Ioan. 4. Respondit Dominus. *Bene dixisti.* Tunc enim bene peccator fatur, cum veritatē non occultat confessarijs, sed loquitur manifestans peccata sua. Ouis cū à lupo rapitur, ex gutture curat illā capere, ne si ballet à pastore audiatur, & à canibus, & sic liberetur. Canis in lingua habet vulnerū medelā, vnde si lingua potest vulnera, & cicatrices lābere, & abstergere, nō putrescēt, sed sanabitur. Et propterea infantiū morbi sunt periculosissimi, quia nō loquuntur, nec dicere possunt in qua corporis parte sentiāt dolorem: sic mortales sunt infirmitates illorum, qui sua nolunt ore proprio confiteri crimina confessarijs. Ideo dicitur meretrici, vt bene canat, frequentetq; canticum. Chirurgis enim aperienda sunt vulnera vt medicamina adhibeant. Addit vero Isaias. *Circui ciuitatem, vt memoria sit tui.* Sicut olim muri Ierico in terram corruerunt postquam ab exercitu Israelitarum, & sacerdotibus septem diebus fuit circundata ciuitas; sic ciuitas nostræ conscientiæ, iterum atq; iterum est giranda, vt facta exomologesi peccatorum, concrepantibus buccinis, hoc est, ad pedes confessarij manifestatis sceleribus, corruat vita peruersa, sitq; nostri memoria ad bonum, vt gloria fruamur æterna.

Isaiæ. 23.

Ioan. 4.

Iosue. 6.

Num. ☞ ***Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos.***

IDest, veniam à Deo petamus. 70. Interpræt. legunt, assumamus corda nostra ad excelsum, in manibus nostris in cœlo. S. Theodor. legit, resumamus corda nostra, & intueamur in excelsum habitātē in cœlo: idest, semel, atq; iterum corda sursum leuemus adeò enim graue est cor nostrū, vt opus sit vtraq; manu, vt sursum feratur, ne demersū in peccatorū cœno maneat, solet enim è manibus elabi, in oratione, vnde Hiere. 31. *Dirige cor tuū in viā rectā.* 70. Interpræt. legūt, da cor tuū in humeros tuos; idest, per orationē eleua in altū cor tuū, statue illud in loco sublimi, humeri enim eminēt alijs mēbris. Leuare autē cor in oratione est, petere à Deo sublimia, & cœlestia bona spretis terrenis: vnde Ecclesiasti. 50. *Exaltasti super terrā habitationē meā.* In Græco est, supplicationē meā. Idest, ipse sublimē fecit orationē meā, vt nō peterem temporalia, sed æterna sicut Matth. 21. in triumpho Christi dicebant Hierosolimitani. *Osanna in altissimis.* Idest, salua nos, nobis cōcede bona, *In altissimis*: hoc est, cœlestē nobis concede salutē. Et Psal. 76. *Deū exquisiui manibus meis, & nocte contra eum, & non sum deceptus.* Idest, ex aduerso ipsius manus supplices ad eū extendo, & non sum deceptus, quia me exaudiuit. D. Hieronymus dicit, leuare corda cum manibus est, orationem bonis operibus sociare: vel oremus ad Dominum, cum animi deuotione: debet enim oratio esse pura, & feruens, & cū animi quiete. Eadē sententia est D. Pauli. 1. ad Timot. 2. *Vollo viros orare omni loco, leuātes puras manus sine ira, & disceptatione.* Et Exod. 9. Moyses Pharaoni dixit. *Leuabo palmas meas pro te, ad Dñm.* Idest, orabo. Et 1. Paralip. 6. Salomō orans in tēplo extendit manus suas ad cœlū: hic enim olim erat gestus orātiū. Ita Exod. 17. *Cum leuaret manus Moyses.* Orādo contra Amalech. Et Psal. 62. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Ratio autē huius rit⁹ est. Iuxta D. Chrisost. placitū tom. 5. homil. 79. ad populū Antiochenum, quid enim, ait, in oratione vult manuum extēsio.? Hæ multis sceleribus ministerium exhibent, & propterea iubemur eas extollere, vt orationis ministerium. Sit

[Margin notes: 70. — *Theodoret.* — *Hierem.* 31. — 70. — *Ecclesiast.* 50. — *Matth.* 21. — *Psalm.* 76. — *D. Hierony.* — 1. *ad Tim.* 2. — *Exod.* 9. — 1. *Paral.* 6. — *Exod.* 17. — *Psalm.* 62. — *D. Chrisost. hom.* 79.]

eis vinculũ nequitiæ, & à malitia ſeparatio, vt cum rapturus, vel oppreſſurus, vel alterum ſis percuſſurus, recorderis, quòd has ad Deum, pro patronis emiſſurus es: & per has illud ſpirituale ſacrificium offerre debes; nec illas cõfundere, nec actionis prauæ miniſterio fiducia priuare: eas igitur emunda per elemoſynam, per miſericordiam, per indigẽtiũ tutelam, & ita eas offer ad orationem. Aliam rationem aſsignat. D. Chriſoſtomus loco citato, quia dona quæ petimus: è cœlo ſunt expectanda. Vel iungimus manus, vt animus declaretur eſſe collectus, & non diuerſis cogitationibus

D. Auguſt. ſerm. 36. diſperſus. D. Auguſtinus ſermone. 36. de verbis Domini, qui manus in modum crucis extendunt, ſignificant ſe cum Chriſto crucifixos cuius crucem, & paſsionem repræſentant. Vel manus in cœlum leuamus, vt profiteamur, nos ſpem habere conſequendi, & recipiendi ea, quæ poſtulamus: nam ad ea, quæ ex alto dimittuntur, manus leuamus recepturi: leuamus etiam manus, quaſi auxilium à Deo petentes, vt nos ex luto vitiorum extrahat: ſicut ſolent manus in altum attollere illi, qui in profundo puteo demerſi, non poſſunt propria virtute exire, & ſic à prætereuntibus auxilium expoſcũt. Leuemus ergo manus noſtras, & oculos ad cœlum. Hoc eſt noſtra opera propter Deum faciamus, eiq; referamus: ita vt ſicut de ſurſum datur nobis gratia ad bene operandum, ſic ad Deum qui in cœlis eſt dirigantur.

Ioan. 3. Ioan. 3. dicitur. *Oportet vos naſci denuo.* In Græco eſt, de ſupernis. Hoc eſt, ſicut regeneramur per baptiſmum, gratiaq; cœleſti viuificamur, illuc debent tendere noſtra opera, quia ſi ad terrena reſpexerimus, facilimo negotio his bonis ineſcabimur: ſicut in naturalibus videmus, effectus omnes ad ſuas reſpicere cauſas, vt ab ipſis recipiant influxum ad ſui cõſeruationem, terra quaſi aperto ore ad cœlum inhiat expectans rorem, & pluuiam, & ſolem, quibus influẽtijs germinat flores, & fructus: dirigamus igitur cor noſtrum, & opera ad vltimum finem noſtrum, qui eſt Deus, vt omnibus numeris ſint abſoluta.

Graphicè

Graphicè autem dicit vates, vt leuemus cor nostrũ cũ manibus in oratione, quia nil est corde nostro fugacius, quod à nobis toties recedit, quoties, per prauas cogitationes defluit & sic difficilè inuenitur ad orandũ, è manibus labitur, ruitq; in præceps. & sic gratias immensas Deo referebat Dauid 2 Reg. 7. quia inuenerat cor suũ, vt oraret, cũ mentis deuotione, & sic dicebat. *Propterea inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac, quia reuelasti aurem serui tui.* Sanctes Pagninus legit, leuemus corda nostra, ad volas, ad Deum in celis. In Hebræo est, leuemus cor nostrum ad palmas, id-est, pro munere offeramus illud Deo, in nostris manibus, vt illud accipiat. Et in tribulatione auolare debemus, vt aues, quæ in altũ volant, vt à laqueis liberentur, ad Dei palmas vulneribus perforatas, quæ pro nobis in cælo ad patrẽ interpellant. Hoc est enim descrimen inter aues, & pisces, cum ex aquis creatæ sint aues, & pisces, in imo maris absconduntur pisces in procellis, sed aues ad alta conscendũt, cum ab aucupibus volunt fugere: sic in tribulationibus, iusti ad cœlum eleuant cor à Deo petentes opẽ, mali vero ad ima, terræq; præsidia confugiunt in suis laboribus. 2. Reg. 7. Pagninus. Genes. 2.

Et circa hæc nostri vatis verba notandum est, quòd fuit antiquorum mos, & à Christo Domino aliquoties obseruatus, vt constat Ioan. 17. cum orabãt, oculos in cœlũ leuabãt, velut in sublimẽ locum, vbi sedere deceret altissimã maiestatem. Fecerunt hoc quam plures patres veteris Testamẽti, & etiam ethnici, vt Deum in suis necessitatibus deprecarẽtur: & ita creditum ab illis est, summum Deum esse in cælis imo supra omnes cœlos. Hinc audiuimus Dauidẽ Psal 122. dicentẽ. *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.* Et noster vates ait. *Leuemus corda nostra cum manibus in cælos.* Quia quãto longius distauerit cor nostrũ à terra, tanto securius erit. Vnde Matth. 6. *Tesaurizate vobis in cœlo,* quia. *Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuũ.* Curandum igitur nobis est, ne cor nostrum sit sepultum in terra, & terrenis rebus adictũ, sed sursum est subleuandum, ne putrescat. Psalm. 47. *Circundate* Ioan. 17. Psal. 122. Matth. 6. Psal. 47.

Sion, & complectimini eam narrate in turribus eius, ponite corda D.Hierony. *vestra in virtute eius.* D. Hieronymus legit, ponite corda vestra in mœnibus eius, in cœlesti Hierusalem sunt collanda nostra corda, in excelsis turribus eius, & non in humili terræ loco: nam cor est fons vitæ, & ita non debet in terra poni, ne vita nostra sit terrestris, sicut de impijs dicitur. *Sapient.* 15. Sapient. 15. *Luto vilior vita eius.* Vnde D. Augustinus in *D. Aug. in* tomo 8. super Psal. 90. ait, ne putrescat in terra triticum, *Psalm.* 90. non audes ponere in terra humida, quia laborasti, messuisti, triturasti, & ventilasti: cor tuum, pro quo tanta passus est atq; operatus Christus, in terra, & non in Deo collocas? Queris locum tritico tuo, & non queris locum cordi tuo? Locus nostri cordis Deus est, in quo velut in cen- *D.Thom. in* tro quiescit. D.Thom. in 3. Sententiarum distint. 3. quæst. 3. *dis.* 3. *q.* 4. 4. art. 1. & lib. 7. Metaphisicæ commento. 2. dicit, cor nun- *art.* 1. quam infirmari, & cum ægrotant homines, & curantur, nunquam cor ægrotare, quia statim perirent. Et hoc est proprium Dei, qui æternus est, in quem morbus non potest cadere, imo neq; in beatis potest esse ægritudo. Iuxta *Isaiæ.* 33. illud Isaiæ. 33. *Nec dicet vicinus elangui, populus, qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas.* Quod de Hierusalem cœlesti melius intelligitur, quàm de terrestri.

Aduertendum tamen est, quòd aliquando vera humilitas, & delictorum cognitio arcet ne lumina in cœlum leuemus ad illam videlicet viuentium regionem, qua pecca- *Lucæ.* 18. tores sumus indigni. Sic Lucæ. 18. Publicanus *à longe stans nolebat, nec oculos ad cœlum leuare.* Considerans lõge se à Deo recessisse, & indignum se iudicans cœlestibus sedibus, oculos sursum non audebat attollere. Sicut ille prodigius confitebatur peccasse in cœlum. Et huic considerationi, conso- *D.Hierony.* nat versio D. Hieronymi. Psal. 76. *Anticipauerunt vigilias Psalm.* 76. *oculi mei.* Vbi legit ex Hebræo, prohibebam suspectum oculorum meorum. Idest, non audebam ad te leuare oculos meos, considerans peccata mea, oculos ad cœlum erigere non audebam.

Nos

Num. ☞ *Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus id circo tu inexorabilis.*

ADmonuerat vates captiuos, vt orarent, modo docet verba, quæ in oratione debent proferre. Et in primis docet, vt sua agnoscant crimina, & ita humiles ad Deũ fundent præces. Similiter Oseas cap. 14. ait. *Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua, tollite vobiscum verba, & conuertimi, & dicite ei omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Ecce quomodo vates verba præscribit, quæ debent in oratione recitare. *Accipe bonum.* Idest, sacrificium, quod est contritio, & confessio nostrorum scelerum, vel accipe tu bonum gratiæ tuæ, vt distribuas verè pœnitentibus. Facile est remedium cõtra peccatorum morbum: cui desunt verba? Tollite vobiscum orationem, ore clamate, veniam ex animo contrito poscentes, & reddemus vitulos labiorum, non taurorum, aut arietum, aut pinguium agnorum, sed dicite, *omnem aufer iniquitatem.* Omnem dicit, quia non remittitur vnũ peccatum mortale, sine alio, & sic reddemus tibi immensas laudes. *Osea.14.*

☞ *Id circo inexorabilis.*

REddit rationem, ob quam non exaudiat, nostra est culpa, quia nos sumus peccatores. 70. legunt non est placatus. Idem est sensus, nos non exaudis, quia iniqui sumus. Vnde Psal. 65. *Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus.* Hoc est, si in peccatis complaceo; repellis orationem meam. Et ita Eclesiasti. 13. *Dilige Deum, & inuocã eum in salute tua.* Præponit orationi dilectionem, tanquam medium, vt oratio assequatur suum finem. Et Iob. 11. *Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad Deum manum tuam: si iniquitatem, quæ in manu tua est, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula, & eris stabilis, & non timebis.* Illud ad verbium *70.* *Psalm.65.* *Eclesiaſ.13.* *Iob. 11.*

ſi, quod in ſecũdo verſu ponitur. Debet etiam in primo intelligi, ſi firmaueris cor tuum, quod tunc ſtabilitur, cum ab omni culpa eſt immune; tunc omnipotentem poteris deprecari cum fiducia. In Hebræo eſt, ſi componas cor tuũ, & extendas ad Deum manus tuas: ac ſi dicat, primũ neceſſaria eſt animi in terra pietas, vt externa opera à Deo probentur, alioquin quid iuuat Deum orare, niſi prius animi peſtes excutiamus ſummo ſtudio. Si ergo animũ compo-

Geneſ. 35. ſueris, atq; deinde Deũ fueris precatus exaudieris. Geneſ. 35. Iacob conuocata omni domo ſua ait. *Abiicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundate, & auferte veſtimenta veſtra, & ſurgite, & aſcendamus in Bethel, & faciamus altare Domino.* Reiiciendæ ſunt ſordidæ vitiorum veſtes, & peccatorum Idola, antequam ad orationis montem aſcenda-

Cantic. 4. mus. Et ſic Sponſa Canticor. 4. *Vadam ad montem mirrhæ, & ad collem thuris.* Prius meminit ſponſa mirrhæ, per quam pœnitentia deſignatur, de inde collis thuris. Hoc eſt, orationis, quæ thuri aſsimilatur, pœnitentium enim ora-

Ioan. 15. tio à Deo exauditur. Et Ioan. 15. *Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunq; volueritis petetis, &*

Pſalm. 144. *fiet vobis.* Et Pſalm. 144. *Voluntatem timentium ſe faciet, &*

3. Reg. 8. *deprecationem eorum exaudiet.* 3. etiam Regum cap. 8. dicit Salomon. *Si clauſum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco iſto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionem ſuam; exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum.* Ecce quomodo præponit pœnitentiam, vt exaudiatur eorum deprecatio, &c.

Samec. ☞ *Operuiſti in furore, & percuſiſti nos, occidiſti, nec pepercisti.*

Senſus eſt, operuiſti noſtram terram inimicis, & percuſiſti nos fame, vel hoſtium gladijs, nec pepercisti, ſed ad mortem vſq; in nos deſæuiſti. Vel operuiſti nos mærore, &

& angustijs. Ioel. 2. *Prope est dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis, quasi mane expansum super montes populus multus, & fortis, similis ei non fuit à principio.* Idest, sic operiet terram exercitus Chaldeorum, sicut radius solis totam illustrat terram, & sicut aurora eiusq; lux, celeriter tangit cacumina montium: ea celeritate Chaldei milites subito, dum non speratur, occupabunt terram vestram. Ioel. 2.

Secundus sensus est, operuisti, & percusisti, cum nos flagellabas abscondisti faciem tanquam iratus, ne te deprecaremur. Vel tanquam pientissimus parens cum brachium filij secatur, à chirurgo auertit faciem, ne videat filij tormentum, imo à domo propria fugit: sic tu ægrè fers nostros dolores, & calamitates, faciem auertis, & oculos claudis, & aures obturas; quia in nostris gemitibus, & afflictionibus non delectaris. Sed prior sensus est germanior, nam sequitur in textu. *Opposuisti nubem, ne transeat oratio.* Qua solet Deus placari, vel spatium quod est inter me, & te quasi interposito muro separasti. *Magnum chaos est inter nos, & vos.* Lucæ. 16. Responsum fuit auaro diuiti. Lucæ. 16.

Samec. ☞ Opposuisti nubem tibi, ne trāseat oratio.

SVpplendum est, nostra; ne transeat nostra deprecatio opposuisti nubem. Hoc est, tanquam densissimam nubem possuisti inter te, & nos. Auersus es à nobis. 70. Interpræt. legunt, protexisti nubem tibi propter orationem. 70.
Quia solent nubes à rapidissimis ventis velociter moueri, & ab aquilone dissolui, tu fuisti ipsi nubi præsidium, ne moueretur, sed firma staret, nostras impediens orationes, ne sursum transirent, cœlosq; penetrarent, & vsq; ad tuas aures peruenirent. Et nos fuimus causa huius nubis peccando. Nubes à vaporibus generantur, qui ascendunt ex paludibus, fluuijs, torrentibus, & locis humentibus: sic à nostrarum iniquitatum vaporibus

congelata est nubes. Et Deus dicitur opponere, quia non aufert, non dissoluit. Sed aduerte, quòd non dicit, posuisti murum, sed nubem: nubes enim tàm à ventis, quàm à solis radijs resoluuntur; & euanescunt: sic tu Domine iustitiæ Sol, tuis radijs penetrare potes obscuras peccatorum nubes, & tangere, & liquescere nostra corda calore tuæ gratiæ: & sic impedimentum remouebitur, vt oratio coram

Psalm. 118. te ascendat. Ideo Psal. 118. petebat Dauid. *Intret in conspectu tuo oratio mea.* Quasi diceret, ne sint peccata mea obstaculum, ostia cœlorum pandantur meis præcibus: non solum appropinquet, sed intret coram te oratio mea. Et notãdum est, quòd in sacro eloquio est tropus, orationem cadere,

Hier. 36. & 37. & 42. est exaudiri. Hierem. 36. *Si forte cadat oratio eorum, & reuertatur vnus quisq; à via sua pessima.* Et cap. 37. Hieremias dixit Sedechiæ. *Valeat oratio mea in conspectu tuo.* In Hebræo est,

Pagninus. cadat oratio. Sic legit Pagninus: & cap. 42. vulgus à paruo, vsq; ad magnũ dixerũt Hieremiæ, *cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Dominum.* Et infra. *Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem me misistis, vt prosternerem præces vestras in conspectu eius.* In Hebræo est, vt cadere facerem præces vestras ante eum, idest, vt illum nomine vestro depræcarer. Et nota, quòd nil grauius viro sancto, atq; acerbius est, quòd ad Deum clamet, & non exaudiatur, cum suam in eo colocauerit spem, quod maxime cruciabat

Iob. 30. Iobum cum cap. 30. exclamat, dicens. *Clamabo, & non exaudies; sto, & non respicis me.* Stare significat seruire, & ob-

1. *Reg.* 16. temperare, sicut famuli sunt in conspectu Domini. Ita 1. Reg. 16. dicitur. *Stet Dauid in conspectu meo.* Idest, seruiat mihi. Et his verbis Iob, perseuetantia in bono declaratur, qui tot laboribus vexatus in fide non nutauit, neq; plagis tàm acerbis fuit fractus: sto, & non respicis me, idest, non faues mihi.

☞ *Eradicationem, & abiectionem posuit me, in medio populorum.*

IN Hebræo eſt, nauſeam poſuiſti me, quaſi diceret, talis ſum facta, tam ſordida, & pannoſa, vt vniuerſi claudant oculos ne videant me, quia faſtidio ſum illis. Quod Hiſpanè dicimus (rebueluoles el eſtomago.) Sicut Numer. 21. *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* In Græco eſt, claudere oculos me poſuiſti: ideſt, vt tranſeuntes clauderent lumina, ne me viderent ſordidam, & plagis tumentibus plenam. *Numer. 21.*

Sed iuxta noſtrā vulgatam, primus ſenſus eſt, poſuiſti me eradicatū à diuitijs, & abiectū in medio Chaldeorū, & pauperē: nā in principio huius capitis dixerat, ego vir vidēs paupertatem meā. Et ſic exponit Dioniſius Cartuſianus, expulſum à patria, & cōtemptibilem dediſti me inter Chaldeos. *Dioniſius.*

Secundus ſenſus, qui eſt D. Thomæ, poſuiſti nos eradicatos à protectione tua, indignatione plenos, à tua protectione repulſos in terras longinquas. *D. Thomas.*

Tertius ſenſus, qui eſt Nicolai Lyrani, eradicationem à Iudæa, & eiectionem ad terram alienam poſuiſti me, ſecūdum ordinem tuæ iuſtitiæ à meo natiuo ſolo euulſiſti, & in Babylonem relegaſti. Quod ipſe Hieremias, vaticinatus fuerat cap. 12. *Ecce ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum.* Chaldeus Paraphraſtes legit, tranſmigrare eos faciam. Hoc eſt, in captiuitatem ducentur. Et in fine capitis dicit. *Quod ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione, & perditione ait Dominus.* Ideſt, radicitus euellentur. *Lyra.* *Hierem. 12.* *Chaldeus.*

Quartus ſenſus, non mirum quòd ſim tam vilis, & abiecta vt lutum, quod pedibus calcatur, & in domibus verritur, vt purgentur: ſiquidem noſtra oratio ad te non aſcendit: & ſic Sanctes Pagninus legit, abraſionem poſuit me. Raditur enim lutum à lapidibus, & lateribus tempore pluuioſo, vt mundentur cubilia. *Pagninus.*

Quintus ſenſus, per eradicationem, & abiectionem maxima declaratur vaſtitas, ſolet enim ſcriptura vaſtitatē aſſimilare eradicationi arboris, per quam vita arboris extinguitur,

Iob 19.et 14 guitur. Vt Iob capite 19. *Dextruxit me vndiq́, & quasi arbori euulsæ abstulit spem meam.* Et cap. 14. *Lignum habet spem si præcisum fuerit rursus virescit, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus*
Oseæ.2. *illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam.* Ita Oseæ 2. *Vineas eius corrumpam.* Non dicit præcidam, nam quod præ ciditur pullulat, & sic sensus est, vineas destruxit. Hiere-
Hierem.18. miæ 18. *Loquar aduersus regnum, vt eradicem illud.* Idest, destruam, sensus ergo est, maximè doleo de mea vastitate, funditus destructa sum.

Sextus sensus. *Eradicationem, & abiectionem, posuit me in medio populorum.* Idest, manifestè, videntibus cunctis me pu niuit, erat Hierusalem sita in medio terræ habitabilis. Sic
Ezechiel. 5. Ezechielis 5. *Ista est Hierusalem in medio gentium posui eam,*
Naum. 2. *& in circuitu eius terras.* Et sic de illa potest dici, illud Naum 2. quod de Niniue dicitur. *Non est obscura contritio tua.* Idest, omnibus fuit manifesta tua ruina. Et hic sumitur eradicatio pro eradicata, & abiectio pro abiecta; est abstractũ pro
70. concreto. Et ita 70. Interpretes legunt, claudere oculos meos, me & abiectum esse, posuisti nos in medio populo-
Isaiæ 41. rum. Et sic sumitur Isaiæ 41. *Vos estis ex nihilo, & abominatio est, qui elegit vos.* Idest, homo abominabilis, qui est ipsa
Psal. 44. abominatio. Et Psalm. 44. *Dilexiste iustitiam, & odisti iniquitatem.* Idest, diligis iustos, & abominaris iniquos, & maiorem habet sermo emphasim, cum loquimur in abstracto,
Leuitic. 18. quàm cum loquimur in concreto. Vt Leuitic. 18. *Polluta est terra, cuius scelera ego visitabo.* Idest, scelestos homines.
Ad Gal. 4. *Vt euomat habitatores suos.* Et ad Galat. 4. *Factus est pro nobis maledictio.* Idest, maledictus, quia *maledictus est qui*
Deuter. 21. *pendet in ligno.* Deuteron. 21. & Genes. 19. *Tolle vxorem tuam, & ne pereas, cum scelere ciuitatis.* Idest, cum sceleratis
Ioa.1.et 11. Sodomitis. Et Ioannis 1. *In ipso vita erat.* Idest, causa vitæ, vt denotetur, verbum esse vitæ fontem, & ipsam vitam, & ita Ioannis 11. *Ego sum resurrectio, & vita.* Idest, causa
Ecclesiast.1. vitæ, & resurrectionis. Et Ecclesiastes 1. *Vanitas vanitatum*

tum, & omnia vanitas dixit Eclesiastes. Ideſt, vniuerſa, & ſumma vanitas. Sic legit Chaldeus Paraphraſtes, vniuerſus hic orbis eſt ſumma vanitas. Iſaiæ. 37. *Exibunt de Hieruſalem reliquiæ, & de monte Sion ſaluatio.* Ideſt, ſaluati. Et Ezechiel. 14. *Relinquetur in ea ſaluatio educentium filios, & filias.* Hoc eſt, ſaluati, & ad Epheſ. 4. *Ex quo totum corpus compactum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis.* Ideſt, ſubminiſtrantes per iuncturas, ideſt, iunctas partes. Et ad Philipenſ. 3. *Videte canes, videte conciſionem.* Non circuncifionem, quia pelliculam habent conciſſam, & reſectam. Ideſt, videte Iudæos conciſſos, ſed non habent cor circunciſſum. Et Matth. 26. *Habetis cuſtodiam ite, & cuſtodite.* Ideſt, cuſtodes. Quod Hiſpanè dicimus. (Ay eſtan las guardas, ó la guarnicion.) Et Pſalm. 121. *A cuſtodia matutina, vſq; ad noctem ſperet Iſrael in Domino.* Ideſt, à cuſtodibus, qui in matutino vigilant. Et Actorum. 27. *Traditus Paulus ab Agrypa cum cuſtodia.* Ideſt, cuſtodibus, vel cum cuſtoditis. Et Pſal. 28. *Protector ſaluationum Chriſti ſui eſt.* Ideſt, fidelium, qui ſaluati ſunt. Et Pſalm. 35. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* Ideſt, pes Saulis ſuperbi, non me conculcet, & manus peccatoris non moueat me. Ideſt, non deiiciat. Et ad Roman. 5. *Non ſicut delictum, ita & donum.* Si reſpiciat ad præcedens. *Qui eſt forma futuri,* Poterit, per metonimiam accipi. Et hic denominans poſitum pro denominato, vt ſic reſoluatur: non ſicut delinquens ita donator, qui delictum expiauit, atq; condonauit. Maiorem habet vim ad ſaluandum Chriſtus Dominus, quàm delinquens Primus homo habuit ad genus humanum perdendum ſuo delicto.

Chaldeus. Iſaiæ. 37. Ezech. 14. Ad Eph. 4. Ad Phil. 3. Matth. 26. Pſalm. 121. Actor. 27. Pſalm. 28. Pſalm. 35. Ad Rom. 5.

Senſus igitur noſtri vatis eſt, in medio populorum poſuit me eradicatam, & abiectã, liberis orbatam, & maritis, quia in obſidione fuere interfecti. Vocantur vero liberi in ſacro eloquio parentum radices, quia eorũ familiã repreſentãt; & ſuſtentant, parentumque perſonam referunt, eorumque memoriam refricant apud viuentes. Sic dicitur Geneſ. 11. *Geneſ. 11.*

Sara

Sara erat sterilis, nec habebat filios. In Hebræo est, eradicata,
Isaiæ. 11. quia cum quis habet posteros in terra radicatur. Et Isaiæ.
11. *Egredietur virga de radice Iesse.* Idest, de Dauid Iesse filio
Apocal. 5. nata est plæclarissima virgo Maria. Et Apocal. 5. *Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid.* Idest, filius Dauid secundum car-
Hierem. 12. nem. Et Hierem. 12. agit vates de malorum prosperitate: & ait. *Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum.* Hoc est, abundant filijs, quos post se suorum bono-
Exod. 23. rum relinquant hæredes: sunt opulentissimi. Et Exod. 23. *Non erit infœcunda, & sterilis in terra tua.* In Hebræo est, eradicata. Vnde filius vocatur in Hebræo (bem) & (bem) significat etiam ædificium. Vnde ædificare pasim reperitur in sa-
Genes. 16. cro eloquio pro eo quod est, habere filios. Genes. 16. *Ingredere ad ancillam si forte succipiam filios ex ea.* Super quo loco
D. Hierony. dicit D. Hieronymus, diligenter nota, quòd procreatio filiorum in Hebræo, ædificatio, scripta est, legitur enim ibi.
Exod. 1. *Ingredere ad ancillam meam si quomodo ædificer ex ea.* Et Exod. 1. *Benedixit Deus obstetricibus, & ædificauit illis domos.* Idest, de-
Ruth. 4. dit prolem numerosam. Et Ruth. 4. *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum suam, sicut Rachel. & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel.* Idest, filios pepererunt, quibus
Iob. 22. Israeliticus populus creuit. Et Iob. 22. dixit Eliphaz ipsi Iob. *Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis.* Idest, dabit tibi filios loco illorum quos domus oppressit. *Et longè faciet iniquitatem à tabernaculo tuo.* Idest, vastitatem, non corruet iterum domus, vt eos occidat. Appellantur vero filij ædificiũ, quia sicut in ædificio vt crescat, & perficiatur, lapis lapidi superponitur, & later lateri: sic in familia persona personæ succedit. Et etiam vocantur filij radices parentum, quia sicut in radice seruatur arbor: sic pater viuit in filijs. Et sicut radix sustentat, & alit arborem: sic memoria parentum seruatur in filijs. Ex hoc scripturæ sacræ tropo colligitur manifeste obligatio filiorum alendi suos patres. Sicut enim à radice ascendit virtus, & succus, & diuiditur in arboris ramos, & frondes, & fructum: sic filij debent alimoniam præbere,

bere, suis parentibus, quia sunt eorum radices. Radix arborem portat. Sic ad Roman. 11. *Tu non radicem portas, sed radix te.* Et ita filij sustinere debent patrum molestias, & onera. Et propter hanc causam Habacuc. 3. vocatur filius fundamentum. *Percusisti caput, de domo impij, denudasti fundamentum eius, vsq; ad collum.* Idest, ô Deus primogenitum Pharaonis, & primogenita magistratuum occidisti, per manus Angeli percutientis, qui coniuncti erant Regi, sicut collum capiti. Vocatur autem filius patris fundamentum, quia illum alere debet, senectam eius portare, sicut fundamẽtum totam ædificij molem super se sustinet. Et etiam, quia sunt filij fundamentum paternæ consolationis, sic vocatur Thobias Iunior. *Baculus senectutis*, à sua matre, baculo enim imbecilles innituntur. Vnde, qui filijs destituitur fundamentum domus dicitur amisisse. 1. Reg. 14. dixit mulier illa Thecuites. *Volunt extinguere scintillam meam.* Idest, occidere meum filium. Sunt enim filij fundamentum generis, quia sunt eorum imago. Ita Genes. 5. *Adam genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam.* Hinc Pharao mares occidi iussit, Exod. 1. vt reparandæ illius gentis nulla, spes superesset. Iob. 1. est locus pro vinculo, quo astringuntur filij, alendi suos patres, vbi dicitur quòd *Nati sunt ei septem filij, & tres filiæ.* Nota pro nomen ei, quia in parentis obsequiũ, & vtilitatem dati sunt, vt ei ministrarent, & obsequerentur; illumq; si opus esset in humeris gestarent, sicut faciunt ciconiæ cum suis parentibus. Et Genes. 21. *Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret ei filium quem peperit ei.* Quia ad obsequium patris Abrahæ natus fuit Isaac, in patris leuamen. Et Lucæ. 7. dicitur quòd suscitauit Christus Dominus adolescentem filium viduæ in ciuitate Nain. *Et dedit illum matri suæ.* Quasi diceret, ad hoc adolescens reuoco te ab inferis ad superos, vt matrem viduam alas, atq; ei inseruias, suis enim lachrymis, & gemitibus te totum debes. Et 1. Reg. 22. cum Dauid fugeret Saulis minas. Regi Moabitarum suos commendauit parentes, *Maneat* (inquit Regi.)

Ad Ro. 11. *Habacuc.* 3. *Thobie.* 10. 1. *Reg.* 14. *Genes.* 5. *Exod.* 1. *Iob.* 1. *Genes.* 21. *Lucæ.* 7. 1. *Reg.* 22.

Oro

Oro pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciam, quid faciat mihi Deus, & reliquit eos ante faciem Regis Moab: manseruntq́; apud eum cunctis diebus, quibus Dauid fuit in præsidio. Et Ecclesiasti 3. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ, ne obliuiscaris: memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis, quomodo, & illi tibi.* Benè hoc præceptum custodiebat Ioseph, de quo dicitur Genes. 47. quòd *Alebat patrem suum, & fratres, præbens cibaria singulis.* In Hebræo est, in ore paruuli, vel ad os paruuli. Pagninus legit, quemadmodum alitur paruulus. Ideſt, ea animi teneritudine, qua mater alit paruulos suos. Vel abundanter, quantum pueris, qui sæpe petunt panem, petere, & edere libet. Et Ecclesiastic. cap. 23. *In medio enim magnatorum consistis. Memento patris tui, & matris tuæ.* Hoc est, licet in sublimi loco sedeas si videris patres in humili loco iacere, ne illos despicias. Et Matth. 15. *Honora patrem tuū.* In Hebræo est (chabad) quod idē est ac onerare, & agrauare, & onus imponere. Vnde honorati vocantur agrauati, onerati honore, & diuitijs. Isaiæ 9. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Neptalin, nouissimæ agrauata est, via maris trans Iordanem.* Ideſt, honorata, & bonis maximis repleta, & Psalm. 4. *Filij hominum, vsque quo graui corde.* Ideſt, magnates, & graues honoribus, & diuitiarum opulentia repleti. Sensus ergo est, quòd filij debent onerare parentes maximis bonis, diuitijs, victu, & vestitu, & reuerentia, atque cæteris rebus ad vitæ sustentationem necesarijs, & hoc cum maxima afluentia. Et sicut videmus in arboribus, quòd rami fructu onusti ad radices, & truncum inclinantur, & rami sua vmbra protegunt radices, & truncum, & in hieme, quia truncus indiget humore, spoliantur folijs, & nudantur: similiter parentes, qui nobis suam dedere substantiam, debent à nobis ali, & vestiri, si in hieme paupertatis fuerint: sunt enim filij parentum propagines, & sic debent agnoscere vitam, quam à parentibus accepere. Vnde 1. ad Timot. 5. monet Apostolus, vt discat vidua domum regere. *Et mutuam vicem reddere*

Eclesiast. 3.
Genes. 47.
Pagninus.
Ecclesiast. 23
Matth. 15.
Isaiæ 9.
Psal. 14.
1. ad Tim. 5

reddere parentibus. Et retribuere bona, quæ ab eis accepit ingratitudinis signum, & sicut rami fructu, & pomis referri versus suum originale principium à quo habent esse, & nutrimentum inclinantur: sic parentibus à quibus educationem, & esse accepimus debemus exhibendo honorem inclinari, atq; famulari. Sunt enim plures filij velut, vultures, qui cum crescunt in nido, rostro vulnerant parentes, atq; ex nido reijciunt. Parentes verò potius curent erudire filios in Dei præceptis, vt in virtutibus sint ditiores, quam in pecunijs. & in Dei timore alantur; qui enim parcit virgæ, odit filium, & quia nolunt eos constristari flagellis in pueritia, postea in adolescentia fiunt perversi. Isti sunt similes ait D. Augustin. homini, qui non extrahit ex fluuij periculo puerum natantem; ne eum lædat, quia ex capillis capitis solum poterat eum arripere, & ad ripam extrahere, & sic suffocatur, quia tantisper eum dolore afficere non est ausus: sic filij in pelago vitiorum pereunt, quia timent parentes eos punire. Aliter fecit Abraham, qui euaginauit gladium, vt filium Isaac iugularet ex Dei iussu, & sic habuit filium viuū Isaac, qui totius familiæ erat gaudium, Isaac enim risum significat. Sic Psal. 125. *Tunc repletum est gaudio os nostrum:* In Hebræo est risu: & sic legit Sanctes Pagnin. In Hebræo est (Ischac) quæ vox risum significat. Sic Genes. 21. dixit Sara. *Risum fecit mihi Dominus.* Ita, si gladiū correptionis filio applicaueris ridebis, & lætaberis; si aliter feceris plorabis. Illo igitur gaudio, & risu, quo risit Sara repleuit nos Dominus, fuit enim illa lætitia ingens, dicit Psaltes. Sed hodie primogeniti parentum sunt maiores, & primi in vitijs, quia absq; disciplina educantur, & contingit illis quòd accidit Ruben Genes. 49. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei; prior in donis maior in imperio, effusus es, sicut aqua non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Ecce quomodo prior in donis fuit potior in vitijs, quia luxoriosus, labilis vt aqua, non habebis excellentiam, legit Sanctes Pagninus. A quam diffiniuit Philosophi, quod difficile

D. August.

Genes. 22.

Psalm. 125.

Genes. 21.

Genes. 49.

Pagninus.

difficile se suis terminis contineat facile alienis: sic tu Ruben non te repressisti, sed preceps libidine raptus fuisti, alienum terminum ocupasti, hoc est, patris cubile. Sicut flumē rapidum obuiantia, quæq; impedimenta subuertit: sic tuæ effrenatæ libidini, non fuit obstaculum, quód erat tua nouerca, & comparat aquæ effrenem Ruben libidinem, & vagam, quia nil aqua mobilius, quæ paruo venti flatu sursum, ac deorsum agitur, neq; quicquam stabilitatis in ea est: sic Ruben vsq; adeo in inconcessam libidinē fusus est, vt nec patris lecto parceret, sed illū in cæstu polluerit. Sic

Iob. 24. Iob. 24. est similis tropus loquitur de impijs & ait. *Leuis est super faciē aquæ*, Idest, ad pecādū magis leuis est, quàm extremitas, vel superficies aquæ. Nō se magis cōtinet ad peccādū impius, quā aqua, quæ in præceps fertur. *Tu principiū doloris mei*. Nuptiarū fructus sunt filij. Sed hij crebro maxima curarū onera parētibus imponere solēt, quòd in Rubē filio

Euripides. Iacob, pater sibi accidisse queritur. Et sic Euripides cuidam carenti liberis dixit, infortunio esse fœlicem. Vel initiū doloris dixit esse Ruben, nam ipse ostenderat patri Iacob tunicam Ioseph intinctam sanguine. Vel principium doloris mei, idest, solicitudinis meæ circa meos liberos, cum sis primogenitus. In Hebræo est, tu principium roboris mei;

Pagninus. sic legit Pagninus. Idest, cum te genui ostendi me esse fortem robore in iuuentute. Vel tu es mea fortitudo, quia pri-

Abenesdra. mogeniti est, sumere arma, & pugnare pro patre. Abenesdra dicit, primogenitū vocari principium doloris, eo quòd ille

Psal. 78. incipiat dolorē, & curā afferre patri. Ita Psal. 78. *Percussit omne primogenitū in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorū.* Pag-

Pagninus. nin. legit, principiū fortitudinis. Vatab. exponit, dolorū pri-

Vatablus. mitiæ, inquit, dolorū, sunt primogenita. Alij legūt, primitias fortitudinū, idest, primogenita illa, quæ susceperāt in prima

D. Hierony. illa iuuētute. D. Hier. legit, primitias part⁹. 70. legūt, laboris eorū. Et Iob capite 18. *Arctabuntur gressus virtutis eius.* Id-

Iob. 18. est, roboris, hoc est, filiorum. *Et erit famelicum robur eius.* Vel semen eius, idest, filij eius: sic hoc loco Genesis, tu principium

cipiū doloris mei. Targū legit, fortitudinis meæ. Ideſt, filiorū meorum, tu primus. Curent igitur parentes filios erudire in Dei lege ſicut fecit. Thob. cap. 4. cū enim animā vellet eflare dixit filio. *Caue, ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri, ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, attende tibi ab omni fornicatione, merces mercenarij tui omnino apud te non maneat, honorē habebis matri tuæ.* Ideſt, non ſolū verbo, ſed opere ei honorē impertieris tribuens cibaria, & veſtitum. Sic de Thob. dicitur cap. 1. *Cū habuiſſet decem talenta auri, & argenti ex his, quibus honoratus fuerat à Rege.* Ideſt, ditatus ex pecunijs, quas illi Rex erogauerat, & ſic ſumitur cap. 3. Eccleſiaſ. *Qui timet Deum honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruit his, qui ſe genuerunt, in opere, & ſermone, & omni patientia: honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo.* Ecce quomodo ait ſapiens. Non cuiuſque, ſed illius, qui timet Deum: eſſe honorare parentes, & honorare exponit, quod ſit in opere, & ſermone. *Suſcipe ſenectam patris, & ne ſpernas eum in virtute tua.* Ideſt, in iuuentute, & tandem Thobias vltimo loco dixit. *Indico tibi fili mi dediſſe me decem talenta argenti Gabelo in Rages ciuitate Medorū, perquire quomodo ad eum peruenias.* Vbi nota quòd in vltimo loco meminit de recuperāda pecunia, tāquā de re nullius momēti, vel parui, & in primo loco legis diuinæ obſeruationē, ei cōmēdat.

Targum.

Thobiæ 4.

Thobiæ 1.

Eccleſiaſt. 3.

☞ *In medio populorum.*

IDeſt, deſtruxit me, quæ eram ſita in medio terræ, verba ſunt vrbis Hieruſalem, vel ſuorum ciuium. Erat Hieruſalem, ſita in medio terræ, & propterea appellatur Ezechielis 38. vmbilicus terræ. *Super populum qui eſt congregatus ex gētibus qui poßidere cœpit, & eſſe habitator vmbilici terræ.* Vbi agit vates de Antichriſti perſecutione, & dicit quòd opugnabit fideles, qui tūc habitare incipient in Hieruſalē, quæ eſt in vmbilico terræ, ideſt, in medio terræ, ſicut vmbilicus, eſt in medio corporis humani, & quia ſicut vmbilicus ſupereminet alijs partibus ventris: ſic Hieruſalē ſita in montibus alijs

Ezech. 38.

ciuitatibus erat excelsior. Sic Iudic. 10. *Ecce populus de vmbilico terræ descendit*. Idest, de montis cacumine, qui superemineт terræ, & sic Iosep. lib. 3. de Bello Iudaico cap. 2. dicit, quidá non sine ratione vmbilicū eius terræ, id oppidū vocauere. Sic exponi potest locus Matthæi. 12. *Sicut Ionas in ventre ceti, sic erit filius hominis, in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*. Idest, in medio terræ corpus exanime Christi sepelietur, hoc est, in Hierusalem; quæ est in medio terræ, sicut cor in medio corporis humani. Quomodo autē fuerit tribus noctib⁹ in sepulchro. D. Hier. satis ratio nabilē inducit cōmutā, super Ion. c. 2. cau. dicēs, quòd prima nox fuit subductio lucis in meridie quando sol obscurat⁹ fuit prima autē dies succedēs lux post nonā vsq; ad noctē, secūda nox fuit inter parasceuē & sabbathū; & secūda dies sabbathum. Tertia nox fuit inter sabbatū & Dominicā, tertia dies aurora Dominicæ, quæ terminata est in plenā lucē, cui nox nulla succedit, & hanc expositionē sequitur Albertus Mag. in Ionam. Sed obstat huic sensui, quod cū tenebræ factæ sunt in meridie, nō erat corpus Christi Domini in sepulchro, sed in cruce, ideoq; per sinedochē est intelligēdus locus pars diei, aut noctis, pro die, vel nocte accipitur. Ædificatur Hierusalē in medio mūdi ædificata in quarto climate in Palæsthinæ regione, in parte Asiæ, vers⁹ orietalē plagā; habet mōtē oliuarū versus meridiē, & torrētē Chedron, ad occidētē habet Caluariæ mōtē, & ad septētrionē, mōtē Ephraim. In vrbe sūt tres mōtes, Siō, & Moria, Arx Siō, & tres muri diui si intra ipsam vrbē, & vt exponūt Angelonius, & Comestor ita intelligitur illud 4. Reg. 22. de Olda prophetissa, quæ habitabat in Hierusalē *In secūda*. Idest, in secūdo muri ambitu, de quo Sophon. 1. *Et vlulatus a secūda*. Supple porta secūdi muri Sic exponit Albert⁹ Mag. Et est mur⁹ alt⁹ cingēs vrbē habēs in circuitu, quinq; milliaria. Nouē etiam habet portas, gregis, &, auri, & fontium, & piscium, iudicij, & equorū, & anguli, & sterquilinij, & aquarum. De porta anguli, & equorū habetur. Hier. 31. de porta piscīū. Sopho. 1. de porta sterquilinij

Iudicū 10.
Ioseph lib. 3. de Bel. Iud. cap. 2.
Matth. 12.
D. Hieron.
Alb. Mag. sup. Ionam.
4. Reg. 22.
Sophon. 1.
Hierem. 31.

sterquilinij.Neemiæ 12. & est eadem cũ porta fictili vbi figuli habitant,de qua Hier. 19. De porta aquarũ Neem. 8. fit mentio. Hæc vrbs,vt ait D. Hier.ad Dardanũ ab Ioppe, vsq; ad viculũ nostrũBetlehẽ quadraginta sex milliaria sũt,& D. Aug. super Psal. 79. à Dan,vsq;ad Bersabe vix cẽtũ sexaginta milliariũ in longũ spatio tendũtur,& iuxta Iosephũ totus circuitus ciuitatis Hierusalẽ,est triginta triũ stadiorũ, & erat Hierusalẽ haud quaquàm cæteris Asiæ vrbib' magnitudine cõferẽda. Et vt ait Iosephus lib. 3. de Bello Iudaico cap. 2. Iudeæ latitudo ex Iordane flumine, vsq;ad Ioppẽ explicatur, media vero ciuitas est Hierosolima,sed nec marinis delicijs Iudea caret, ad Ptolemaidẽ, vsq; locis extenta maritimis, in vndecim autẽ sortibus diuissa est,quarũ prima est regnũ,quod obtinet Hierosolimorũ ciuitas præ cæteris, inter omnes acolas eminens,velut caput in corpore.Psal.etiã 73 *Operatus est salutem in medio terræ.* Idest, in Hierusalẽ, licèt possit exponi, vt Theodoret. omnibus videntibus mihi opẽ tulisti. Dicit ergo noster vates : cum ego essem tot populis atq; vrbibus circunuallata, illis relictis intactis, cum essent ciues eorum incolumes , me solam vastasti , & solo adæquasti, ita vt solum ruinæ vrbis posteris in signum diuinæ iustitiæ relinquerentur. Et ita Isaiæ 24. dicit vates. *Atrita est ciuitas vanitatis, omnis domus vacua est, nullo introeunte. Relicta est in vrbe solitudo: calamitas opprimet portas , quia hæc erunt in medio terræ , in medio populorum , quomodo si paucæ oliuæ , quæ remanserunt, excuciantur ex olea.* Haimo sic exponit, hæc erunt, idest, procul dubio complebuntur in medio terræ in die iudicij,cum Dominus in Hierusalem,quæ vmbilicus terræ dicitur iudicium agitabit: multi enim autumantes dicunt , quòd Dominus in spatio huius aeris sedebit super montem Oliueti, stipatus agminibus cælorum ad iudicandum orbem terræ. Et Isaiæ 10. consumationem enim , & abreuiationem faciet Dominus in medio omnis terræ,idest,in medio Palesthinæ, in Hierusalem exercebit in breui consumationem exercitus Sinacherib.

Neem.12 et 8.
Hierem.19.
D. Hieron.
D. Aug. super Psal.79.
Iosep.lib.3. de Bel. Iud. cap.2.
Psal.73.
Isaiæ.24.
Haimo.
Isaiæ.10.

D. Thomas. Lyra. Sapient. 12. Ita exponit D. Thomas, & Nicolaus Lyranus. Sapient. etiã 12. *Deuoratores sanguinis, &c. Voluisti perdere à medio Sacramento tuo.* Idest, à terra sancta in medio terræ habitabilis sita, in qua sacra implesti misteria.

Phe. ☞ *Formido, & laqueus facta est nobis vaticinatio, & contritio.*

PRimus sensus est, vt loquatur de se vates, munus meæ prophetiæ factum est mihi, causa timoris carceris, & & afflictionis, quia verum enunciabam. Fuit enim compræhensus, vt constat Hierem. 15. & cap. 37. ait. *Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, & discordiæ.* Sic Matth. cap. 11. Ioannes Baptista erat in vinculis, quia carpebat Herodem. Et 2. Paralip. 25. iratus Dominus contra Amasiam misit ad illum Prophetam, qui diceret ei. *Cur adorasti Deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua. Cumq; hæc ille loqueretur respondit ei, num consiliarius Regis es? Quiesce ne interficiam te?* Vbi primum arguuntur, magnates, & Principes repprehenduntur: statim carpentium vitia, periclitatur vita. Amos. 7. quia Propheta contra Regem Ieroboan prophetauit. *Et consurgam super domum Ieroboam in gladio, & misit Amasias Sacerdos Bethel ad Ieroboam dicens; rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere sermones eius, & dixit Amasias ad Amos quid vides? Gradere, & fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis, & in Bethel non adiicies, vt probetes, quia sanctificatio Regis est.* Sed nõ euasit absq; supplicio. Amasias comminatur ei mortem Amos dicens. *Tu dicis non prophetabis super Israel, propter hoc hæc dicit Dominus, vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui, & filiæ tuæ gladio cadent, & tu in terra polluta morieris.* Ecce supplicium illorum, qui verbum Dei impedire conantur.

(Margin: Hier. 15. & 37. — Matth. 11. — 2. Paral. 25. — Amos. 7.)

Danielis. 5. Et Daniel. cap. 5. *Manus apparuit scribens in pariete sententiam contra Balthasar, & Regis facies est commutata.* Turbatur Rex, quia non videt cuius sit manus, & iratur, quid faceret si videret, interficeret, & perderet: & ideo non vidit nisi solum manum

manum scribentem, si posibile esset linguam solum concionatoris videre debebant auditores, vt vel sic ab eorum linguis liberarentur, & manus impias euaderent. Rex Ioachin combusit cartham, in qua scriptæ erant Dei comminationes,& noluit omnes audire, sed misit in arulam ignis in qua calefaciebat se. *Et præcepit Rex, vt comprahenderent scribam Baruch, & Hieremiam; abscondit autem eos Dominus.* *Hierem.36.* Sed fidelis prædicator non taceat,neq; veritatem cœlet,sed videat quid fecit tunc Hieremias. Præcepit enim amanuēsi Baruch eosdem sermones rescribere. *Insuper additi sunt multo plures sermones,quàm antea fuerant.* Sic verus concionator addat maiores comminationes, & clarius veritatē prædicet fortiq; animo obiurget peccatores. Vnde ad Heb.cap. 11.dicitur de Moyse. *Fide reliquit Ægyptum,non veritus animositatem Regis,inuisibilem enim, tanquam videns sustinuit fide.* *Ad Heb.11.* Ideſt, non est veritus iram Regis: & sic legit translatio Siriaca, & sic exponit Teophilatus, non est veritus indignationem Regis. Et ad Ephes. 6. *Et in ipso vigilantes, in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere misterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena ista, ita vt in ipso audeam pro,vt oportet me loqui.* *Theophilat.* *Ad Eph. 6.* Theodoretus ita exponit, petire mihi audaciam, dicendi libertatem, & sermonis supeditationem, vt ex lege diuina cursum impleam. Ostendit autem rursus catenam, eis animum addens, & docens non esse dolendum, vel erubescendum in perpesionibus, quæ suscipiuntur pro Domino, sed exultandum, & gloriandum, & quia licet esset vinctus, metu tamen vinculorum non defecit ab officio prædicationis. *Theodoret.* Et Helias.4.Reg. 21. dixit Acab. *Non licet tibi habere vineam Naboth. Occidisti insuper, & posedisti.* *4.Reg.21.*

Secundus sensus verborum nostri vatis est,iuxtaHebræū textum, qui sic habet. *Formido,& fouea fuit nobis vastatio,& contritio.* Ideſt,timor,formido, & pauor,venit nobis,ex auditione vastitatis, & desolationis. Ita Ezechiel.7. *Canite tu-* *Ezechiel. 7.*

ba, præparentur omnes, & non est, qui vadat ad prælium: & erunt in montibus, quasi columbæ conuallium omnes trepidi, vnusquisq; in iniquitate sua; omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis, & operiet eos formido; conturbatio super conturbationem veniet, auditus super auditum. Idest, rumor, & fama hostium aduentantium spargetur, & conturbabimini. Et cap. 21. *Si dixerint ad te, quare gemis? dices pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor.* Idest, pronuncio, & fama ingruentis exercitus Babylonis. Septuaginta Interpraetes legunt, formido, & laqueus facta est nobis ellatio, seu elleuatio, seu assumptio, quia Prophetæ vaticinationem à Deo assumebāt non à suo capite, vt eam populo annunciaret. Vel quia extasim, & alienationem à sensibus patiebantur cum visiones eis reuelabantur. Sic Habacuc. 1. *Onus quod vidit Habacuc.* Et Naum. 1. *Onus Niniuæ.* Teophilatus super hos Prophetas legit, Lemma Niniue, & Lemma Habacuc. Et exponit repentinam mentis detentionem. Lemma vocauit Naum per inde quasi hoc dicat, arrepta mens mea à spiritu præuidit, quæ Niniui essent obuentura. Obseruādum quidem, omnem prophetiam communi vocabulo, Lemma dici posse, hoc est, acceptionem; etenim ex Deo hanc Prophetæ, accipiebant. Et in Habacuc ait, Lemma. Idest, captio, ipsa prophetia nominatur, siue quòd accipiatur ex Deo tradita, siue propter propheticæ mentis acceptionem, ac propter ab humanis, ad diuinas reuelationes trāslationem; quia ergo ad munus propheticum eleuabantur, appellatur ellatio visio prophetica. 70. Interpræt. legunt, assumptio, & vt scribit Rabi Mardochia Natham in concordantijs Hebraicis. (Nauuah) prophetia, apportatio, seu allatio idē significat quod (Halitsa.) Idest, interpraetatio, aut (diuur) sermo, eloquium, aut iudicium secundum tempus proiectionis, antequam appareat.

70. *Habacuc. 1.* *Naum. 1.* *Teophilat.* *70.* *Rabi Mardochia.*

D. Thomas. Tertius sensus D. Thomæ est. *Formido, & laqueus facta est nobis vaticinatio.* Idest, causa formidinis ante captiuitatem. Laqueus in captiuitate, contritio post captiuitatem.

Isaiæ. 24.

Isaiæ. 24. *Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ.* Hieremiæ vaticinium, & aliorum Prophetarum factum est nobis pauor, & vastitas, quia non credidimus: & laqueus, quia fugientes vnum periculum, in aliud lõge grauius incidimus; Sedechias enim Rex formidans seruitutem rebellauit Regi Babylonis; rebellioni autem consecuta est Regis captiuitas, exoculatio, & vastitas terræ, & contritio Hierusalem. Et hic est sensus Nicolai Lyrani ex vna liberati miseria, in aliam maiorem incidimus. Et ideo oculi mei fontes sunt lachrymarum. *Lyranus.*

Quartus sensus, vt loquatur vates de Pseudoprophetis, illusio illa vaticinãtium Pseudoprophetarum, falsã promittentium tranquilitatem populo, facta est nobis pauor, & vastitas, quia eis credidimus; & laqueus, quia capti fuimus, omnia è contra nobis euenere decepti fuimus, & vastati. Vnde Micheæ. 3. *Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dñm quiescebant dicẽtes, nunquid non Dñs in medio nostrũ? Non veniet super nos mala.* Propter munera pollicebantur illi falsi Prophetæ aeris temperiẽ, bonã valetudinẽ, agrorum vbertatem, pacẽ, & prosperitatẽ populo, & rationẽ reddebant huius pollicitationis, quia Dominus in tẽplo colebatur, propter quod omnia aduersa ab vrbe erant arcenda. Et ita populus in vtramq; aurem dormiebat securus, nil de Dei supplicijs cogitans. Sed propter hoc ait Micheas. *Causa vestri Sion quasi ager arabitur.* Hoc est penitus vastabimini. Vltimo iuxta Dionisium, sensus est, vaticinatio prophetarum, quam spreuimus; & contritio, quia occidimus eos, fuerunt causa nostræ formidinis, & captionis. *Micheæ. 3.* *Dionisius.*

Phe. ☞ *Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.*

Diuisiones aquarum appellat noster vates lachrymas, quia abundanter flebat, vel quia pro singulis miserijs seorsum plorabat. Vnde Hieremiæ. 6. dicebat, væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos meos. *Hierem. 6.*

70. 70. Interpræt. legunt, emisiones aquarum deducet oculus meus, quod significat abundantem fletum. (Hain) significat oculum, & fontem, quia fons aquæ è terra manat, & ægreditur admodum oculi. Vnde Hispanè dicimus (vn ojo de agua.) Et est alia allusio, nam oculus dum lachrymatur, videtur esse fons aquarum, à quo lachrymæ velut ex aquæ fonte prodeunt, & Hispanè dicimus (eran sus ojos fuentes.) D. Gregorius 3. parte Pastoralis, & super septem Psalmos pœnitentiales, super Psal. 101. docet, quòd in verè pœnitentibus, tanta debet esse lachrymarum copia, vt possint diuidi, sicut aquæ diuiduntur ad irrigandum olerum areolas ab olitore, & per suos aquæductus, eius industria diuiditur ipsa aqua. Nam tunc diuisiones aquarum deducimus, cum pro singulis peccatis, seorsum lachrymas fundimus.

D. Greg. 3. part. Pastor. & super Psalm. 101.

Pagninus. Pagninus legit, riui aquarum descenderunt ex oculo meo. Tanquam ex fonte diuersi aquarum riuuli diuiduntur, vt hortus irrigetur affluenter: sic lachrymæ per maxillas descendunt ad irrigandum faciem meam.

Aim. ☞ *Oculus meus afflictus est, nec tacuit: eo quod non esset requies, donec aspiceret, & videret Deus de cœlis.*

Repetitio est eiusdem sententiæ sub alijs verbis, quibus denotatur, fletus diuturnitas. Sanctes Pagninus legit oculus meus defluxit, & non tacuit propterea, quòd non esset requies, idest, simul cum lachrymis pupilla oculi mei fluxit. Eo quòd ciues mei non habebant requiem, quia plurimis fatigabantur tormentis, nec tacuit. Hoc est à fletu nō cessauit. Sic Threnor. 2. *Non taceat pupilla oculi tui.* Idest, non cesset à lachrymis, & non cessant à fletu oculi, quia de cœlo non respicit nos Deus, suæ misericordiæ oculis.

Pagninus.

Threnor. 2.

☞ *Donec aspiceret.*

Psalm. 122. Aduerbium donec, sumitur pro, vt. Sicut Psal. 122. *Oculi nostri*

nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. Idest, vt misereatur nostri. Et Psalm. 109. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.* Idest, vt ponam sub tuis pedibus hostes tuos, & tuæ eos subiiciam humanitati, quando eam super omnes cœlos exaltauero. Etiam significat perseuerantiam in fletu, aduerbium donec. Non est recedendum ab oratione, donec asequamur, quod petimus; est enim in bono vsq; ad vitæ finem perseuerandum, sicut Eclesiasti. 46. dicitur de Caleb. *Dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & vsq; in senectutem permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem.* Sic in nobis debet esse constantia, vsq; quo, excelsam beatitudinis patriam consequamur. Sic etiam Isaiæ. 62. *Qui reminiscimini Dominum, ne taceatis, ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra.* Idem faciebat Hieremias, cum oculi eius non tacebant donec aspiceret Deus de cœlis. 70. Interpræt. legunt, oculus meus absortus est, & non tacebo. Absortus est supple à lachrymarum inundatione, & ore clamabo libertatem expocés. Vnde Hierem. 13. *Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymas, quia captus est grex Domini.* Notauit Glossa Interlinealis super illud verbum oculus meus afflictus est, nec tacuit quòd lachrymæ pondera vocis habét apud Deum, eo quòd non esset requies, supple captiuis. Vnde cap. 5. *Lassis non datur requies.*

Psalm. 109. *Eclesias. 46.* *Isaiæ. 62.* 70. *Hierem. 13.* *Glos. Interl.*

Aim. ☞ Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

SAnctus Thomas exponit, oculus meus videns deprædationem terræ spoliauit animam meam omni letitia, & gaudio visa vastitate vrbium, & oppidorum Palestinæ, quarum Metropolis erat Hierusalem. *D. Thomas.*

☞ In cunctis filiabus.

Idest, pro cunctis filiabus vrbis meæ. Idest, propter tot vastatas

tatas ciuitates Regni Iuda, & sic oculus meus flendo animam meam, ideſt, vitam vindemiauit, continuo fletu mea
70. lumina carent luce, & ſic 70 Interpretes legunt, oculus meus racemat in animam meam præ cunctis filiabus vrbis. Sumpta metaphora à vindemiatoribus, qui racemant, vineā amputando botros, & in torculari ponuntur, vt vindemia fiat: ſic gaudium amputatum fuit à corde meo, conſidera-
Pagninus. ta vaſtitate Regni Iudeæ, & ciuium cladibus. Sanctes Pagninus legit, oculus meus dolore affecit animum meum, ideſt, miſeriæ, quas oculus meus aſpexit, mœrore affecerunt cor meum, quod Hiſpanè dicimus. (ojos que no veen coraçon que no quiebra) In Hebræo eſt, oculus meus, fœdauit animam meam, nam deturpat animam laſciuus viſus. Et non ſolum dolet cor meum de ruina Metropolis, ſed etiam de villis, & oppidis adiacentibus, quæ vocantur
2. Macha. 5 filiæ. Vt 2. Machabeorum 5. *Accepit Iazer ciuitatem, & filias*
2. Paral. 13. *eius.* Ideſt, oppida ei ſubiecta. Et 2. Paralipomenon. 13. *Accepit Bethel, & filias eius. Ieſana, cum filiabus ſuis.* Ideſt, villis ſuis. Et Iſaiæ 16. *Sic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon.*
Iſaiæ 16. Ideſt, villæ, ac ciuitates prouinciæ Moab, timidæ, plenæ formidine migrabunt de terra ſua, cum tranſibunt in captiuitatem per Arnon, quæ eſt ciuitas, & terminus Moabitarum, & Amorreorum. Sic exponit Haimo, vel in cunctis
Haimo. filiabus, ideſt, puellis meæ vrbis. Nota quòd oculus in ſacra Scriptura pro re, quæ aperte fit, & omnibus eſt nota, atque manifeſta vſurpatur, ſicut oculus qui eſt in facie, omnibus
Zachariæ. 5. eſt in propatulo. Sic Zachariæ 5. *Hic eſt oculus eorum in vniuerſa terra.* Ideſt, oſtenſio peccatorum eorum, malitia om
Geneſ. 16. nibus erat manifeſta. Et Geneſ. 16. *Agar deſpexit dominam ſuam.* In Hebræo eſt additum, in oculis ſuis, ideſt, manifeſto corporis geſtu. Circa hæc verba noſtri vatis, notanda eſt virtus, & efficacia lachrymarum, præſentaneum ſunt remedium ad Dei miſericordiam conſequendam, Ideo dixit noſter vates. *Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, & oculus meus afflictus fuit, nec tacuit, donec aſpiceret Deus.* Notandum

dum est, quòd non permittit Deus, cum sit clementissimus pater, nos diu plorare. Ideo Isaiæ 30. dicit Dominus *Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui; ad vocem clamoris tui, statim vt audierit respondebit tibi.* Ideo plorans non plorabit, quia illico Deus lachrymas absterget. Portabat Christus Dominus crucem humeris suis, & vides mulieres, quæ eum sequebantur lachrymantes, quasi oblitus suæ angustiæ, & tormentorum, conuersus ad illas beneuolum, & gratum se exhibet earum singultibus, & consolatur, dicens, *Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete.* Sistit Christus Dominus gradū, & verbis amicis solatur flētes mulieres, vt videas lachrymarū vi. Genes. 21. Ismael puer siti arescens plorat, & statim descēdit Angelus, & fontem aquæ ostendit matri: quia lachrymæ citius à Deo obtinēt remediū quàm verba. Et ita respōdet Dominus, lachrymis mulierū flentiū, & non verbis Regis Herodis, cū eo loquentis, tacet Euangelista, & nō narrat verba, quæ D. Petrus dixit in sua pænitētia, & refert lachrymas. *Egressus foras fleuit amarè.* Simus fratres, vt paruuli, qui flēdo à suis parētibus, quæ petunt obtinent; lachrymæ enim arma sūt puerorū, nil petunt, & omnia sibi acquirunt lachrymis. Tuarū lachrimarū potum propina Domino, & maximis, ò homo ditaberis diuitijs. Gen. 24. Eliezer non dedit armillas aureas, & inaures, & annulos Rebecæ, quousq; illa adaquauit Camelos: Idē cōtinget nobis innumeris replebimur bonis à Deo, si aquarū fontes deduxerint oculi nostri. Plorandū etiā nobis est pro peccatis, quæ denigrant animam, quæ fonte lachrymarum abluitur. *Equitatui meo assimilaui te amica mea in curribus Pharaonis.* Pharaonis equites, currus, & homines extremati populum Dei in sequentes submersi sūt in mari rubro: similiter anima, quæ ex Ægyptiaca pēcati seruitute liberatur, peccata sua lachrymarū aquis submergit. Hæ sūt illæ aquæ callidæ quas Ana inuenit in deserto Gen. 36. quæ sicveluti balneū, feruētes ex oculis fluūt, & emundant animæ maculas. Et sicut in aquarum inundationibus, torrentibus

Isaiæ. 30.
Lucæ 23.
Genes. 21.
Matth. 26.
Genes. 24.
Cantic. 1.
Genes. 36.
Similia.

cti, quæ descẽdit in animã. Citius ad Romam itur per mare quàm per terram: sic ad gloriam cito peruenitur per lachrymarum aquas. Arist. 7. lib. Politicorum cap. 17. quòd est vltimum, dicit pueri plorantes non sunt statim blandicijs à fletu reuocandi, quia fletus facit illos crescere, quia est ille ploratus velut exercitium quodam corporale, quod prodest ad augmẽtum, sicut contentio spirituum laborantibus, & nociui humores per oculos expelluntur. Si hanc virtutem habent lachrymæ ad corporis augmentum, quanto magis proderunt ad animi virtutes augendas. Numeror. cap. 21. fodit Moyses puteos, & inuenit aquam; sic, & nobis continget si præteritam vitam meditauerimus, & peccatorum humum pœnitentiæ sarculo foderimus, lachrymarum fontes in nobis reperientur. 1. Reg. 30. vidit Dauid ciuitatem Siceleg igne succensam, & vxores captiuas, ipse autem, & suus exercitus. *Planxerunt vsq; deficerent in eis lachrymæ.* Quanto magis nos debemus plorare visa animæ nostræ vastitate, vsq; ad oculorum nostrorum caligationem. Vnde D. Bernardus super cantica dicit, firmum est mihi propositum nunquam ridendi, quousq; audiam ex ore Dei illa verba venite benedicti, neq; à fletu desistam donec liber sim ab illa sententia. *Ite maledicti in ignem æternum.* Nisi lachrymæ præcessissent non adipisceretur Iacob benedictionem ab Angelo. Genes. 31. vt testatur Oseas cap. 12. *In fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum.* Similiter nos Dei benedictionem, quæ omnia in se claudit bona medijs lachrymis obtinebimus. Insuper peccatorum nostrorum debita lachrymarum numismate soluemus. Quòd explicuit eleganter Dauid Psal. 89. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Ecce de quibus apud Deum accusamur, de peccatis. Sit ergo nostra defensio labhrymarum, sicut ipse met Propheta. Psalm. 55. dixit. *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.* Ita vt sit sensus, quod Hispanè dicimus (pues el cargo es de pecados sea el descargo

Arist. 7. Politic. cap. 17.
Numer. 21.
1. Reg. 30.
D. Bernard.
Genes. 31.
Osea. 12.
Psalm. 89.
Psalm. 55.

desCargo de lagrimas.) In Hebræo est, posuisti lachrymas meas in vtre tuo. Suple vt eas serues, neq; enim vna earum amittetur: in vtre enim liquores seruantur, & lachrymas nostras Deus reseruat, vt pro gemitibus, quos pro peccatis expiandis emittimus, mercedem reddat, ob idq; dicuntur in conspectu eius, quia illi placent ex corde. Alij legunt in rationali tuo, Nebiensis, & Pagninus vertunt, vtiq; in libro tuo. Chaldeus, & Campensis, vtiq; in rationibus tuis, suple vt earum sis memor in sæculo tuo, vt eas custodias, in tuo commentario, in tua mente illas reponis, apud te scriptum est in libro quando fugiès plorabam. Et in fuga mea vitam meam annunciaui tibi, & euagationem, per montes, & valles fugiens Saulem, vt à te inueniam opem. Sequitur in Psalmo. *Sicut in promissione tua conuertentur inimici mei retrorsum.* Sensus est, sic à te est promissum Domine, vt vbi primum lachrymas fuderim, inimici mei terga vertant, & victi fugam capiant. Sunt enim lachrymæ, fortissima contra inimicos tela. Animaduertendum tamen est, tanti ponderis esse apud Deum lachrymas nostras, vt nec vnam sinat in terram cadere, sed potius veluti gemmis caput suum coronat nostris lachrymis. Vnde Cantic. 5. *Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincini mei guttis noctium.* Chaldea Paraphrasis legit, conuertere ad pœnitentiam, & exulta, & lauda me soror mea, quia comparata es columbæ in perfectione operum tuorum, quoniam capilli capitis mei pleni sunt lachrymis tuis, sicut vir cuius cincini pleni sunt de rore cœli, & cincinus cesariei meæ, repletus est guttis oculorum tuorum. Ecce quantum pœnitentium lachrymas reputat, siquidem super caput suum eas constituit, suaq; tempora eis veluti corona redimit, & sicuti virenti lauro. Lachrymæ etiam animas nostras decorant sicut guttæ roris ante Lucani herbas quas infundunt, decore afficiunt, atq; primo manè reuiuiscere faciunt: tãti ponderis, & prætij sunt lachrymæ, vt Angelus descendãt de cœlo Iudicum. 2. vt faceret homines, præterita scelera plangere

Nebiensis. *Pagninus.* *Chaldeus.* *Campensis.*

Cantic. 5.

Chald. Para.

Iudicum. 1.

gere

gere. *Cumq́; loqueretur Angelus Domini hæc verba ad filios Iſrael, eleuauerunt vocem ſuam, & fleuerunt, & vocatū eſt nomen loci illius, locus flentium.* Ab effectu ſcilicet; quia ibi largiter fleuere Iſraelitæ. Ad quod iuxta D. Theodoreti expoſitionem *Theodoret.*
reſpicere videtur Dauid Pſalm. 83. *Beatus vir cuius eſt auxilium abſte aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum.* *Pſalm. 83.*
Ideſt, pias de Deo cogitationes reuoluit in pectore ſuo, quæ ad planctum incitant. *In valle lachrymarum.* Ideſt, ſiquidē in valle lachrymarum degit, quare ridet? Alludit ad vallem vbi fleuere Iſraelitæ. Iudicum. 2. *Etenim benedictionem dabit legiſlator.* Hoc eſt, iſte talis expectat Domini benedictionem, qui Matth. 5. dixit. *Beati, qui lugent.* Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. D. Hieronym. legit, beatus homo, cuius eſt in te fortitudo, ſemitæ in corde eius. tranſeuntes per vallem fletus fontem ponet eam. Ideſt, qui in Domino ſpem ſuam collocant, & firmiter decernunt in ſemitis mandatorum ſuorum ambulare, cum per hanc miſeriarum vallē tranſeunt, tanto ſupernæ patriæ ardent deſiderio, quòd viā hāc replēt lachrymarū fontibus, qui paſsim erūpūt ex aqua, quæ ab oculis eorū effuſſa eſt. Adeò ſunt neceſſariæ lachrymæ, vt tēpore belli, famis, & peſtis, docendi ſint agricolæ, & ruſtici homines plorare, vt Amos cap. 5. *Amos. 5.*
admonetur. *Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum in omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris ſunt dicetur væ, væ, & vocabunt agricolam ad planctum eos, qui ſciunt plangere.* Ideſt, homines cuiuſcunq́; ſortis ruſtici, qui in villis habitant, & ciues vrbani, qui in vrbibus commorantur, plorabunt, & vocabunt eos qui ſciunt plangere. Ideſt, carmen elegicum, & lugubre, vt doceant eos plorare. Maximū vero diuinæ iuſtitiæ ſupplicium eſt, durum, atq; lapideum habere cor, quod nullis emolliatur tormētis, aut calamitatibus. Vnde Ezechiel. 24. *Non plangetis, neq; flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris.* Mittamus igitur hic lachrymarū ſemina, vt poſtea manipulum lætitiæ metamus. Sicut Iſraelitis contigit, cum captiui ducebantur in Babylonem. *Ezech. 24.*

Psalm. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.* Quælibet lachryma, quæ ex facie in terram defluebat, erat velut tritici granum, quod in terra seminabatur: & postea collegerunt letitiæ manipulos. *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Hæc tristitiæ sementis, fuit postea ingentis letitiæ messis, ex vna lachryma metebāt Israelitæ integram letitiæ spicam, cum liberi reuertebantur in patriam
Psalm. 125. suam. Et sic dicebat Dauid Psal. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus, sicut consolati.* Et sic in loco vbi
1. *Reg.* 1. fleuerant, cum tripudio choreas ducebant. 1. Reg. 1. *Anna orans, & flens largiter vouit votum Domino.* Et sic consecuta est, quod petebat, nempe filium Samuel Domini Prophetam. Nota verbum largiter, lachrymarum enim abun-
D. Chrys. de fide Annæ homil. 14. dantia Prophetam filium adipiscitur. D. Chrysostomus de fide Annæ homilia. 14. ait, præces, lachrymæ, fidesq; fuerunt huius generationis principia. Lachrymis assecutus est
Isaiæ. 38. quindecim vitæ annos Ezechias. Vnde Isaiæ. 38. dicitur. *Vidi lachrymas tuas, ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim*
4. *Reg.* 20. *annos.* Et tamen. 4. Reg. 20. dicitur. *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam.* Et vtrobiq; dicitur orauit fletu magno. Videtur contradictio, sed eficacia lachrymarum, & virtus his verbis declaratur, sufficit enim vna lachryma ad impetrandum à Deo vitam, & optima quæq; bona, & sic vbi primum cœpit Ezechias plorare, iam Deus decreuerat augere vitam illius. Ploremus igitur dum viuimus, vt ridea-
Prouerb. 31. mus in altero sæculo. De illa forti muliere dicitur Prouerbior. 31. quòd *Ridebit in die nouissimo.* Non dicitur quod risit in vita, & idcirco, risit in morte. Solus Zoroastres
Solin. lib. 2. *cap.* 3. risit in suo ortu, vt refert Solinus lib. 2. de Mirabilibus mundi cap. 3. Et hoc fuit portentum, nam postea fuit artis Magicæ author. *Qui addit scientiam addit, & dolorem.*
Eclesiaste. 1. Eclesiastes. 1. qui peccatorum suorum habet cognitionem, & suam cognoscit miseriā gemit indesinenter, sed qui hac
Iob. 14. cognitione caret minime flebit. Iob cap. 14. ait. *Lapides excauant aquæ, & alluuione terra consumitur.* Similiter nostri cordis.

cordis durities lachrymis emollitur, & terra nostri cordis lachrymarum torrente alluitur. Mater cum audit filiū plorantem surgit, vt adiuuet, & soletur, quòd si videt ludentem relinquit: ita facit nobiscum Deus, si nos videt lachrymantes illico adest, & in auxilium nostrum properat: prope enim est Dominus his, qui tribulato sunt corde: si autem in delicijs versamur, derelinquit. Hierem. 9. monet vates matres, vt *Doceant filias suas lamentum*. Non vt delicatam cutem curent, & crispantibus se ornent crinibus, non canere, & choreas ducere, quia saltatrices sunt frequenter meretrices, & cantatrices inuerecūdæ. Sed ò egregie vates, cur non plorabunt viri, & adolescentuli, solum fœminæ plorabūt? Et iuuenes gaudebunt? Nequaquàm, sed si ipsæ gemūt omnes etiam flebunt, mulieres enim plorantes sunt velut fumus, qui etiam nollentes compellit ilachrymari, si fœminæ plorant, cæteri etiam plorabunt, propterea eas vult vates plorare. 3. Esdras. 4. quidam adolescens palatij Asueri dixit. Mulieres esse cæteris fortiores. *Nam vidit concubinam Regis, si arriserit ei, ridet Rex*. Et ex consequenti si ipsa plorat omnes etiam flebunt. Et sic Ioannis. 11. lachrymatur Dominus, vt vidit Magdalenam, flentem, Lazari fratris mortem. Reprænhenditur Sara ab Angelis, quia risit Genes. 18. Et hoc in mundi primordijs, cum florebat: maiori increpatione digni sunt, qui rident in temporibus tan calamitosis sicut modo in fecibus sæculi. Et si Sara arguitur, quæ erat risus mater Isaac videlicet, qui risus interpretatur. *Risum fecit mihi Dominus*. Dixit Sara in eius natiuitate: quanta maiori ratione carpentur matres, quæ pariunt filios miserijs, & doloribus plenos, & adhuc rident. Vxor Thobiæ iunioris in oratione ad Deum dixit. *Tu scis Domine, quia nunquam cum ludentibus me miscui, neq; cum his, qui in leuitate ambulabant participem me præbui*. Vtinam huius ætatis fœminæ fugerent choreas, risus immoderatos, loquelasq; cum adolescentibus, & lasciua colloquia: & cum Magdalena, sua inciperent crimina flere. Aues cum submer-

Hierem. 9.

3. Esdras. 4.

Ioan. 11.

Genes. 18.

Genes. 21.

Thobiæ. 3.

guntur in aquis nequeunt in altum volare, quia madéfactis pennis in alta non possunt conscendere, sed è contra cõtingit in lachrymis, cum anima eis abluitur, altius ad cælestia elleuatur. Sicut aquæ diluuijæquali passu suffocabant homines, & exaltabant super montes arcam: sic lachrymarũ vndis sursum fertur mens, & demerguntur scelera in amaro pœnitentiæ, sed saluberrimo mari. Vnde Isaiæ 1. *Væ genti pecatrici, populo graui iniquitate: à planta pedis, vsq; aduerticem capitis non est in eo sanitas.* Vlceribus inueteratis, quod nam erit sufficiens pharmacum? Respondet vates. *Lauamini mundi estote.* Lachrymarum balneis curabimini. Iob capite 14. petit à Deo diem quietis in hac vita, & ait *Recede ergo paululum, vt quiescam donec optata veniat.* Supple dies, si petis sanctissime Iob diem requiei, & letitiæ, quomodo capite 10. dicis? *Dimitte paululum, vt plangam dolorem meum.* Concede mihi diem in quo plangam, & lachrymarum soluam habenas. Benè dixit Iob, ad perueniendum ad diem gaudij, & solatij oportet prius per amaritudinis, & fellis transire diem: ita Esau prius rugiit clamore, & fletu magno fleuit, quàm perueniret ad risum, hoc est, ad benedictionem paternam, & nos benedictionẽ æternam cõsequemur lachrymando nostra scelera. Cardanus lib. de Rerum varietate, cum de hominis natura agit, eum non nisi post aliquot dies ridere tradit, primumq; risum, quem edit non nisi in somnijs existere. Quare idem significari ait, nullum nisi confecto huius vitæ curriculo verum, ac certum gaudium esse.

Gene∫. 8. — I∫aiæ 1. — Iob 14. — Iob. 10. — Gene∫. 27. — Cardanus.

Oculus meus deprædatus est animam meam.

OCulus idest, oculi, est singulare pro plurali. Sicut Isaiæ 38. *Non expectabunt, qui descendunt in lacum misericordiam tuam viuens, viuens confitebitur tibi.* Idest, viuentes confitebuntur. Sensus est, oculi mei deprædati sunt vitam meam, tãta fuit lachrymarũ copia, quòd vitã meã, oculi mei exsiccauerint. Ex hoc loco manifestè colligi potest, nocumentum

I∫aiæ. 38.

mentum maximum posse inferri animæ nostræ ex oculis, cum non clauduntur, sed vbiq; locorum vagantur, & vidēt fœminarum decorem, & speciem contemplantur; ex quo sequitur concupiscentia earum. Seneca lib. de Remedijs fortuitorū dicit, quàm multis cupiditatibus via incissa est, quàm multis rebus, quas ne videres, vel eruendi erant oculi. Non intelligis partem innocentiæ esse cæcitatem, huic oculi adulterium monstrant, huic incestum, huic domum, quam cōcupiscat, huic vrbem, & mala omnia, certè irritamenta sunt vitiorum, ducesq; scelerum. Et ita D. August. serm. 250. de tempore, & est secūdus in Dominica 25. post Trinitatē in to. 10. ait. Nemo de suis viribus periculose præsumat, sed audiat Apostolū dicētē. *Fugite fornicationē.* Dauid enim ille sanctissimus, in mille passibus mulierem nudatā vidit: & statim homicidiū fecit, & adulterium. Et aliqui in domo aliena cum extraneis mulieribus putant, se castitatis obtinere triumphū. Vbi nota quantū sit oculorum necessaria custodia cū in propinquo sunt fœminæ, si in distāti loco positæ, oculorū acies eas attingunt. Sicut enim cū excitatur vehemēs turbo, & vētus furens, præsentaneū remedium est claudere oculos, nè puluere obcœcētur. Fenestræ, quoq; & ostia cubiliū claudūtur, ne cōtaminētur: ita vnicum remedium est, oculos claudere, ne mulierum specie capiamur, & earū venustate irretiti mācipia simus Sathanæ. Hæc fuit causa ob quā filij Dei facti sunt filij hominum viles, fœminas videre. *Videntes filij Dei filias hominum, quia essent pulchræ, &c.* Et statim sequitur. *Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est.* Ecce quomodo appellat Spiritus Sanctus homines fragiles, & miseros, eos, quos paulò antea vocauerat filios Dei: totum hoc malum fecit infœlix illud videre. Propterea dicebat Dauid. Psal. 118. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Paraphrasis Chaldaica legit, transire fac oculos meos, ne videant vanitatē. Ac si apertius diceret, ô Dñe si oculi mei viderint vana, obsecro, vt tu facias ne morentur in his rebus, sed illos fac cito transire ad te, qui

Seneca lib. de Remed. fortuitorum.

D. August. serm. 250. de Tempore.

Genes. 6.

Psalm. 118.

Chal. versio.

qui est fons totius pulchritudinis: ne inescati rerum pulchritudine te offendam. Et hæc est ratio propter quam author naturæ tot muniuit oculos custodijs, superciliis, quæ desuper non minimum protectionis impertiuntur. Dicit D. Ambrosius lib. 6. Exameron cap. 9. & palpebræ sunt veluti aristæ in spicis tritici, quæ granum custodiunt, ab auibus: & subter malæ aliquantulum eleuatæ haud exiguum munitionis adiungunt, interiorem partem sepiunt nares, exteriorem, quoq; frontis malarumq; gibbi extuberent: & licet ossium compage conexa, & æquata confinia circunuallare videantur, inter hæc medij sunt oculorum orbes, & tuti ad cauendum, & ad intuẽdum liberi, & decori ad gratiam, vt potè in chrystalli specie refulgentes: in quorum medio pupillæ sunt, quæ videndi munus operantur. Hæ ne, qua incidentis iniuriæ ledantur offensione pilis hinc inde consertis, velut quodam vallo per circuitum muniuntur. Vnde tutum auxilium postulans Propheta ait Psal. 16. *Custodi me Domine, vt pupillam oculi.* Vt protectionis diuinæ fieret ei tã solicita, & tuta custodia, quam pupillam oculi tutissimo, quodam naturæ vallo munire dignatus est. D. Petrus in sua 2. Canonica cap. 2. carpit homines talis ingenij, qui quot vident fœminas, tot cõcupiscunt. *Habentes oculos plenos adulterijs, & in cessabilis delicti.* In Græco est, habentes oculos plenos adulteræ. Quasi dicat in ipsis oculis adulteram gestantes, & nil aliud quàm adulteras explẽdæ libidinis gratia spectantes, vel ipsas vxoratas concupiscentes: & sic oculos habent plenos adulterijs. *Incessabilis delicti.* Quia nunquam satiantur voluptate venerea. In Græco est, indesinentis delicti, ac perpetui. Et tunc refertur ad oculos: habentes oculos plenos continui delicti. Idest, nunquam coercentes à delicto. Vnde Eclesiasti. 31. dicit Sapiens. *Nequius oculo quid creatum est?* Loquitur Sapiens de oculo inuidi. Post primi parentis delictum, sunt oculi ostia mortis, animæ hostes, de quibus recte dixit Seneca, ingenti prouidentia posuit Deus in oculis visum, & fletum, vt qui delictum committunt videndo

D. Ambr. lib. 6. Examer. cap. 9.

Psalm. 16.

2. Petri. 2.

Eclesiast. 31.

Seneca.

dendo illicita, pœnas exuluant plorando. Et propterea D. Hieronymus Didimũ cæcum, appellabat meum videntem, & ita eum alloquebatur D. Hieronymus, ac si diceret plus emolumenti, quàm damni affert luminum priuatio ei, qui tam lucidos habet animæ oculos. Et Rufinus lib. 11. Ecclesiasticæ historiæ, ait Antonius Monachorum maximus deserta Thebaide, & Alexandriam venit, & hisce verbis allocutus est Didimum, ò Didime quòd carnalibus oculis videris orbatus, desint tibi oculi illi, quos mures, & muscæ, & lacertæ habent: sed lætare, quia habes oculos, quos Angeli habent, è quibus Deus videtur, per quos tibi magnũ, scientiæ lumen accenditur. Celebris est, apud poetas Græcos, & Latinos, Thebanus ille Tiresias, de quo Ouidius lib. 3. Metamorphoseos, qui cum arbiter fuisset delectus in iocosa lite Iouis, & Iunonis, secundum Iouem, sententiam tulit, & a Iunone eius lumina perpetua nocte damnata sunt, de quo finxit Homerus ipsum solum sapere apud inferos cum cæteræ animæ vmbrarum more vagarentur. Quem augurem Tiresiam, vt refert Cicero lib. 5. quæstionum Tusculanarum nunquam poetæ inducunt deplorantem cæcitatem suam. Democritum, aiunt, abderitom in illa fuisse sententia, cæcitatem plurimum ad ingenij acumen conferre, & ea re sua sponte luminibus oculorum se priuasse, quia putauit, vt ait Aulogelius lib. 10. Noctium Aticarum, commentationes animi sui, in contemplandis naturæ rationibus vegetiores, & exactiores fore, si eas illecebris, & oculorum impedimentis liberasset. Claudius etiam nomine, & re clarus cæcus fuit, neq; priuatis suis rebus, neq; Reipublicæ muneribus defuit. Homerus etiam doctrinarum Princeps fuit cæcus, & oculatissimus in hymno quodam de se testatur.

D. Hieronymus.

Ruf. lib. 11.

Ouid. lib. 3. Metam.

Homerus.

Cic. lib. 5. q. Tusculanar.

Aulog. lib. 10.

Homerus.

Sum cæcus vir, habito verò in saxosa chio.

Peccãdi autem occasio, corporali hac cæcitate maxima ex parte homini eripitur, His luminibus res alienas visas arripere affectamus, per hos tanquam per fenestras mors intra-

resolet, & oculi sunt præcipui ad amandum illices, vt in
Verg. in Bucolicis. Bucolicis ait Vergilius.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Et in Georgicis.
Vritq; videndo fœmina.
Et his pensatis cordati viri, cæcitatem æquo animo tulerũt. Ideo quidam eremita cum amisisset vnum oculum, immẽsas Deo retulit gratias dicens, quia ex meis inimicis vnus deest. De Sancto Epigmenio refertur, quòd cum ocurreret ei Iulianus Apostata, & diceret, gratias ago Deo quia te video: ipse respondit, ego è contra grates Deo impendo, quia cæcus sum, ne te videam. Cæcitas quæ magis timenda
Deuter. 28. est, non est corporalis, sed spiritualis. Vnde Deut. 28. *Percutiat te Deus cæcitate, & amentia.* Vide quid contigerit Dinæ cum egressa fuit, ad videndas mulieres regionis illius, deflo rata fuit ab Hemor, & animaduertit sacer textus, quòd *Egressa est ad videndas mulieres.* Quid si egrederetur, ad videndos viros? Vnde Ezech. 18. *Vnusquisq; offensiones oculorum*
Ezech. 18. *suorum abiiciat.* Exemplum nobis præbuit Christus Dominus Ioan. 6. de quo dicitur. *Cum subleuasset oculos, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum.* Si in desertis locis oculos humi fixos habebat, videte quales oporteat nos habere oculos in media vrbium frequentia.
Ioan. 6.

☞ *In cunctis filiabus vrbis meæ.*

Pagninus. SAnctes Pagninus legit, propter cunctas filias populi mei. Alij legunt, super omnes filias vrbis, idest, plus fleui, quàm virgines meæ vrbis: solent enim fœminæ, abũdantius plorare quàm viri. Sic Psalm. 118. *Dulciora super mel, & fauum,* Idest, quàm mel, & fauus.
Psal. 118.

Sadi. ☞ *Venatione ceperunt me, quasi auem inimici mei gratis.*

HOstes mei comprehẽderũt me obsidionis rete. Capitur auis aucupio, facilimo negotio, ea facilitate vrbs

capta

capta fuit. *Gratis*. Hoc eſt, ſine culpa, & cauſa. Vt Pſal. 34. *Gratis abſconderunt laqueum mihi*. Ideſt, ſine cauſa, & ita Chaldei inſidijs, & arte militari, abſq; ſui exercitus nocumẽ to me cœperunt, ſicut capitur auis, abſq; aucupis damno. Hoc ſupplicio eos cõminatus fuerat Deus. Oſeæ. 7. *Ad Aſirios abierunt, & cum profecti fuerint expandam ſuper eos rete meum, & quaſi volucrem cœli detraham eos: ſecundum auditionem cœtus eorum cædam eos*. Ideſt, ſicut in ſuis cœtibus audiebatur eſſe in lege ſcriptum: nam Leuit. 26. ſcripta erat vaſtitas, & captiuitas derelinquentibus Deũ, & colentibus Idola: auis ſonitu retis, cum in ea clauditur volat in altum, & deprimitur, ad ima: ſimiliter vobis continget. Et animaduertendum eſt, quòd in fine vitæ impios mala venantur ſubito. Pſalm. 139. *Virum iniuſtum mala capient, in interitu*. In Græco eſt, venabuntur, ſumpta metaphora a canibus venatorijs leporem inſectantibus, aut ceruum: ſic mala perſequentur impios, donec detrudant in orcum. Chaldeus legit, virum prauum venabitur Angelus mortis, & detrudet in gehennam. Et Eccleſiaſ. 27. *Leo venationi inſidiatur ſemper, ſic peccata operantibus iniquitatem*. Suple inſidiatur. Sunt qui exponant, hæc verba de ipſo Hier. & ſequẽtia *Lapſa eſt in lacum vita mea*. Quem Iudæi perſequebãtur, & ſine cauſa in carcerẽ miſerunt, & inſtar auis ceperũt. De lacu in quẽ miſſus fuit ipſe agit cap. 38. *Submiſerũt Hieremiam funibus in lacũ, in quo non erat aqua*. Et dicit. *Inundauerũt aquæ ſuper caput meũ*. Hoc eſt, calamitatũ diluuiũ ſubmerſit me. In lacu verò nouiſsimo dicit, inuocaſſe Dominum. Alij exponunt, hæc verba de Iudæis captiuis. Hac retis ſimilitudine vtitur Habacuh cap. 1. agẽs de Nabuchodonoſor. *Totũ in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & ſacrificabit reti ſuæ, quia in ipſis meraſata eſt pars eius*. Ideſt, Nabuchodonoſor ſuis copijs militaribus immolabit, quibus veluti rete vſus eſt, ad capiendos hoſtes, ſui triumphi gratias eis reddet, non Deo. Ipſe arundinem piſcatoriam, cum hamo ſuo extendit & Principes expiſcatus eſt

Oſeæ 7.

Leuit. 26.

Pſal. 139.

Chaldeus.

Eccleſiaſ. 27.

Hierem. 38.

Habacuh. 1.

postea extendit rete, & omnes cœpit. Facit vates Babylonios piscatores, quia Babylon fluuijs abundat, vt dicemus

Isaiæ.21. infra. Ideo Isaiæ. 21. appellatur mare. *Onus deserti maris.* Et

Hierem.15. Hierem. 51. *Quæ habitas super aquas multas.* Idest, in regione irrigua, & fœnosa.

Sadi. ☞ ***Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me.***

POstquam mei ciues in vrbē Babylonis intrauere clausi fuere in tetris carceribus, & arctissima custodia in gēlibusq; lapidibus obstruxerunt carceres, sicut fecere cum

Daniel. 6. Daniele. *Missus est in lacum Leonum, & lapis vnus superpositus*

70. *est super os laci, quem obsignauit Rex annulo suo.* 70. legunt mortificauerunt in lacu vitam meam. Idest, tantum abfuit vt meæ ruinæ dolerent, vt potius curauerint me interficere,

Pagninus. ne amplius viderem lucem. Pagninus legit strinxerunt in carcere vitam meam. Hoc est, acerbissimis vinculis ligauerunt me, ita vt, in arctissimo vita mea fuit posita discri-

Actor. 16. mine, periclitabatur ad mortē vita mea. Ita Actor. 16. *Pedes eorum strinxit ligno.* Videlicet Pauli, & Silas. Vel in tantā deueni miseriā, vt pene desperem de remedio, possimq; dicere, in sepulchro iacui, & lapis super positus super me fuit, sicut super mortuos. Chaldeus Paraphrastes legit, lapidauerunt me, seu miserunt lapidem. Nam Hieremias lapidibus

Chaldeus. obrrutus in Ægypto expirauit.

Sadi. ☞ ***Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi perij.***

DIluuium ærumnarum, & calamitatum velut aquarum cataclisinus super me venit, sicut fluminis inundatio maximo impetu fluentis, quæ omnia rapit, quæ obuiat. Sic

Ionæ. 2. Ionæ. 2. *Circumdederunt me aquæ vsq; ad animam, abissus vallauit me: pelagus operuit caput meum, omnes gurgites tui, & flu-*

Psalm. 87. *ctus tui super me transierunt.* Et Psalm. 87. *Omnes fluctus tuos induxisti super me.* Vel forte denotatur hostium crudelitas,

qui

qui per subterraneos meatus fluenta aquarum ducebant, ad speluncas captiuorum, vt aquis operirentur. Aquis enim abundabat Babylon, duobus enim fluminibus alluebatur maximis Tigri, & Euphrate. Ideo Psal. 136. ait vates. *Super flumina Babylonis illic sedimus.* Alia etiam flumina Babylonem irrigabant, vt refert Strabo lib. 16. Et fluuius Gindes eam alluit, vt refert Paulus Orosius lib. 2. cap. 6. Facile autem erat partes horum fluminum adducere super captiuorum speluncas, vt suffocarentur, vel saltim torquerentur in noctibus. 70. Interpræt. legunt, superfusa est aqua capiti meo: dixi repulsus sum; suple à tua protectione, vel à vita. Sanctes Pagninus legit, excissus sum, suple à vita, noster vulgatus rectè transtulit, perij iam actum est de me (acabado he.) Ezechiel. 37. *Perijt spes nostra, & abcisi sumus.* — *Psalm. 136.* — *Stra. lib. 16.* — *Paul. Oros. lib. 2. cap. 6.* — 70. — *Pagninus.* — *Ezech. 37.*

Coph. ☞ *Inuocaui nomen tuum Domine de lacis nouissimis.*

IN Tanta angustia positus, nullum aliud mihi superfuit remedium nisi orationis: in illis subterraneis locis ad te fudi præces meas. 70. Interpræt. legunt, de lacu infimo. Idest, de carcere profundissimo. Et sic legit Sanctes Pagninus. Idem fecit Ionas à pisce deglutitus cap. 2. *De ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam, & proiecisti me in profundum, in corde maris.* Et pro quia hic vsurpatur, quia proiecisti me in profundam maris abissum ad te clamaui, & sic infra dicit. *Cum anxiaretur in me vita mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea: ad templum sanctum tuum.* Et ita noster vates sequenti versu, suæ orationis effectum refert dicens. — 70. — *Pagninus.* — *Ionæ, 2.*

Caph. ☞ *Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam a singultu, & clamoribus.*

SAnctes Pagninus legit, ne abscondas aurem tuã, propter respirationem. Sed in Græco est, à de precatione — *Pagninus.*

mea. Vide quid nos faciat in laboribus respirare:scire quòd nos exaudit Deus. Vbiprimùm opem à Deo expostulat captiuus, & despectus, atque proiectus, in Babylonicis speluncis, & obscurissimis antris, audit singultus, & suspiria afflictorum. Psalm. 4. *Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ in tribulatione dilatasti mihi.* Et Psalm. 101. *Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum.* In Hebræo est, (harhar) miricam propriè sonat, vel iuniperum, sunt arbores humiles, & virgulta humi repentia. Sensus est, audiuit, orationes humilium, & despectorum. Alij cicadam dicunt significare, vermem æstiuum, insecti genus, æstiuis mensibus apparens, & canorum, quod tota die canat, & strideat. Audiuit Dominus præces abiecti, qui non nisi in æstate, cum persecutionum hiems transit canere, & apparere audet, hos afflictos qui clamant, sicut cicada ad Dominum in æstu tribulationum, & feruore exaudit Dominus.

Psalm. 4.

☞ *Ne auertas aurem tuam a singultu meo.*

Psal. 73. Pagninus. Campensis. Pratensis. Nebiensis.

IDest, gemitu, tunc citius audimur à Deo, cum nostra oratio cum lachrymis fit. Psalm. 73. *Ne tradas bestijs animas confitentium tibi.* Sanctes Pagninus, Campensis, Pratensis, & Nebiensis legunt, animam turturis tuæ. Nam sunt voces admodum affines (toreca.) quæ turturem significat, & (todeca) confitentem. Turturis vox, tristis est, & gemebunda: sic debet esse oratio cum lachrymis coniuncta, vt melius exaudiatur. Magna est orationis vis, siquidem per eam, quæ nobis prosunt concedit Deus. Hieremiæ 33. *Clama ad me, & ego exaudiam te, & annunciabo tibi grandia, & firma, quæ nescis, & reuelabo illis deprecationem pacis, & veritatis.* Idest, abundantiam bonorum vobis donabo mediante oratione: orationem vocat pacem, & prosperitatem, quia omnium bonorum affluentia, orationi est coiuncta, & est adeò liberalis Dñs, vt vix petimus auxilium cum præstat. Vnde Psalm. 47. *Suscepimus Deus misericordiam tuam*

Hierem. 33.

Psal. 47.

tuam in medio templi tui. In Hebræo eſt, expectauimus. Sic legit Felix Pratenſis. Quia vbiprimum quis Dei opem deſiderat, ſtatim recipit eius auxilium, & propterea, quod Hebræus dicit expectauimus, vulgatus interpres dicit ſuſcepimus. Sed animaduertendum eſt, oportere orare cum cordis munditia, ne ſordidi peccatis, ante Deum appareamus quod ſuis conſuluit Iacob Geneſ. 35. *Abiicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, & mutate veſtimenta veſtra, & faciemus altare Domino.* Relinquamus vitiorum Idola, vt oratio noſtra ad Dei aures perueniat. Orationes ſunt fortiſsima contra inimicum arma. Geneſ. 48. dicit Iacob, Ioſeph filio ſuo. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio, & arcu meo.* Neq; obſtat quòd nunquam legitur Iacob bellum geſiſſe in vita ſua, ſed per arma ipſius Iacob intelliguntur orationes, & ſic vertit Chaldeus interpres. Do tibi partem vnã, quam tuli de manu Amorrei oratione, & deprecatione mea. In Hebræo eſt, do tibi Sichem vnam. 70. legunt, do tibi ſichimã præcipuã, & ex ſacra pagina conſtat, quòd illam partem agri emit cẽtum agnis. Erat enim illa pars agri, quam Iacob emit ab Emor filio Sichem, in territorio vrbis Sichem, vt conſtat Geneſis 33. D. Hieronymus huic expoſitioni ſubſcribit, dicens, quòd autem dicit ſe eam agri partem in arcu, & gladio poſediſſe; arcum hic, & gladium appellat iuſtitiam, per quam meruit, peregrinus, & aduena, interfecto Sichem, & Emor, de periculis liberari: timuit enim ne vicina oppida, & caſtella ob euerſionem fœderatæ vrbis aduerſus eum inſurgerent, & Dominus non dedit eis, vt poſſent nocere ipſi Iacob, & filijs; ſed incuſit timorem incolis terræ, ne auderent virum iuſtum hoſtili manu inſequi: ſed liberè ſuum prædium poſidere ſinerent. Hæc orationis efficatia mirificè declaratur Sapientiæ. 18. *Tetigit autem iuſtos tentatio mortis, commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua. Properans enim homo ſine querela*

Felix.
Geneſ. 35.
Geneſ. 48.
Chald. Para.
70.
Geneſ. 33.
D. Hierony.
Sapient. 18.

rela deprecari pro populis: preferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum depræcationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati. Ad literam loquitur sapiens, de Aaron, qui, vt exaudiretur, cum esset erga Deum pius, & circa se ipsum sobrius, & cum proximis iustus, obtulit

Numer. 17. thimiama, & depræcatus est pro populo, vt habetur Numer. 17. & protulit scutum seruitutis suæ orationem; quam appellat scutum, quia oratione à Dei iaculis protegimur, sicut scuto defendimur ab hostium ictibus. Et non solum clipeus, sed seruitutis, vocatur oratio: quia ad prælati munus anexa est orandi obligatio, debitum est orationis, quod

Ad Heb. 5. tenetur soluere prælatus. Vnde ad Hebræos cap. 5. dicit D. Paulus. *Debet quemadmodum, & pro populo pro se ipso orare.* Et addit sapiens. *Vicit autem turbas non virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo, eum qui se vexabat subiecit.* Vicit turbas, idest, pestem, & mortem vastantem, & turbantem turbas; & verbo, suple orationis illum, qui se vexabat subiecit, idest, Angelum percutientem turbas, lætalibus vulneribus: & vexationem populi, suam appellat Aaron, vt bonus prælatus. *Cum enim cecidissent super alterutrũ mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat viam.* Idest, ignem ardentem, & consumentem: & dicit. *Amputauit.* Quod est proprium ancipitis gladij. Antea vocauit orationem scutum, quo defendimur, & nunc appellat ensem, qui est ad offensionem; oratio enim in se claudit omne armorum genus, tàm ad defendendum se,

D. Theodor. quàm ad percutiendum, est etiam tutelæ scutum. D. Theodoretus inquirit, cur Dominus toties prohibuerit, ne Ba-

Numer. 22. laam proficisceretur ad maledicendum populo Dei? Apparuit ei, & præcepit ne malediceret. Et tandem Angelus euaginato gladio voluit eum perimere, & asina locuta est ei: quod in hunc finem tendebat, ne ariolus Israeliticis mala imprecaretur. Quid oberit Domine ista maledictio, si tu

D. Theodor. benedicis? Respondet D. Theodoretus, quòd postea Israelitis pergentibus per desertum multa euenere infortunia,

&

& bella, serpentumq; morsus: & cum oratio sit tantæ virtutis, nè ascriberentur hæc mala imprecationibus Balaam, sed Dei voluntati omnia gubernantis, propterea tanto studio prohibuit imprecationes aduersas Balaam, videte fratres ingentem orationis virtutem. Iacobi. 5. hæc orationis vis demonstratur. *Multum valet asidua iusti oratio.* In Græco est, eficax, feruens enim oratio quidquid petit cōsequitur. Vnde Psal. 65. dicebat Dauid. *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.* Orationem, & misericordiam coniungit vates, quia oratio medium est per quod nobis comunicatur diuina misericordia: & sic dicit D. Augustinus super hoc loco Psalmi, cum videris nō esse amotam à te deprecationem tuam, securus esto quòd non amouebitur à te misericordia eius. Iacobi etiam 5. *Helias homo erat similis nobis, & clausit cœlum tribus annis, & non fuit pluuia super terram.* His verbis denotatur potestas Heliæ, & familiaritas cum Deo, sed magis innotescit Dei misericordia (ait D. Chrisostomus homilia de Helia) & etiam orationis vis, quia si Helias consequeretur, vt plueret super terram, non esset hoc valdè mirabile, cum Deus pronior sit ad miserendum quàm ad puniendum; sed in hoc quòd facit oratio Heliæ, vt nō pluat, sed cœlum sit ferreum hominesq;, & iumenta ariditate, & fame consumantur: maxima orationis cognoscitur vis, sicut esset inauditum, quòd flumen non currat ad mare, sed quod conuertatur retrorsum. Refert Erasmus in Apotegmatibus de Alexādro Magno, habuisse eximium citharedum, qui pulsans liram animum Alexandri incitabat ad arripiēdum arma vehementi impetu. Relatum hoc fuit alteri musicæ artis perito, & dixit, hoc non est mirum, cum sit Alexander iuuenis, & ad bella propensus feruetq; in eo sanguis: mirabilius mea lira ego operabor, quòd cum sit iratus, & indignatione plenus, mitescat, animusq; eius sedetur. Ita hic si sua oratione Helias faceret, vt cœlum nubibus operiretur, & terra imbribus satiaretur, non esset mirandum, cum Deus sit ad.

Iacobi. 5.

Psalm. 65.

D. August.

Iacobi. 5.

D. Chrisost.

Erasmus. in Apotegmat.

ad miserendum procliuis. Sed facere, vt non pluat, & ariditate terræ habitatores pereant, cum hoc à sua naturali conditione sit alienum, valde mirabile est, quod asecutus est Helias sua oratione. Ecce quanta sit orationis virtus. Clamemus igitur ad Dominum, vt misereatur nostri, quod facile impetrabimus. Psalm. 11. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.* Et quid facturus sit cū surrexerit, explicat dicēs. *Ponam in salutari.* In Hebræo legitur, ponam in salutem. Hoc est, in loco saluberrimo statuam à periculis in columes eos, qui ad me clamauerint. Et hinc est quod *Fiducialiter agam in eo.* Idest, omnem meam spem collocabo in eo. Quia *Eloquia Domini eloquia casta argentum igne examinatum.* Idest, vera sunt sine falsitatis nota eius promissa, sicut argentum igne purificatum, & sic Domine *Seruabis nos à generatione hac in æternum.* Suple impiorum. Ita etiam clamabat Dauid in deserto auxilium poscens. Psalm. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat ad te Deus anima mea.* Alia litera habet, sicut vociferatur Ceruus super inundationes aquarum, ita vociferatur ad te Deus anima mea. Nam in Hebræo est (taarog) Idest, vociferabitur. Et sic legit Felix Pratensis, quemadmodum Ceruus vociferatur. Contra pugnam etiam dæmonum orandum nobis est, vt vincamus 1. Machabeorum cap. 9. Iudas Machabeus, in omnibus suis prælijs, bis non orabit ante pugnam, & prima vice defecit illi animi robur, & non est ausus cōmittere bellum: & secunda vice ab hostibus fuit occisus, & antea sæpe orauit antequam cōmitteret bellum, & vicit suos hostes. Ter dormiuit. D. Petrus in horto, eo tempore, quo Dominus præceperat illis vigilare, & orare, ne intrarent in tentationem, & toties negauit Dominum: itaque trinam dormitionem subsecuta est trina negatio, & quoties in oratione defecit: toties in confessione Christi Domini vacillauit. Vnde Zachariæ 12. *Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ, & precum.*

Psal. 11. *Psal. 41.* *Felix.* *1. Mach. 9.* *Matth. 26.* *Zachar. 12.*

Hæc

hæc duo coniungit propheta, spiritum gratiæ, & præcum, quia qui Deo sunt chariores, sæpius in oratione familiariter cum illo agunt. Item gratia gratum faciens, de qua agit hic vates conseruatur in anima, obsecratione, & præcibus: qui enim Deo charus, & amicus est, cōsequens est, vt sæpe oret, gratia enim spiritus etiam præcum est, & quo maior est, magis stimulat ad postulandum. Vnde, qui parum orat, parum etiam Deo placent. Non tam corporis viribus, in illa lucta, quam habuit Iacob cum Angelo Genes. 32. quam oratione vicit: maiori nāq; pollet Angelus fortitudine quā homo, & dicit textus. *Et luctabatur cum eo vir vsq, mane, qui cum vidisset quod eum superare non poßet, tetigit neruum fœmoris, & statim emarcuit.* De hac lucta agit, Oseas cap. 14. quæ fuit etiam lachrymarum, & præcum simul cum corporis certamine, ideoque asecutus est benedictionem. *Et in fortitudine sua directus est, cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Oratio superat Angelos, & ipsum Dominum flectit ad nos, vt remittat nobis delicta, sicut ipse testatus est Matthæi 18. *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Quis igitur non deprecabitur, vt debita peccatorum ei condonentur? Inclitos etiam facit in terra oratio, & magnos in cœlo. 1. Paralip. 4. *Fuit Iabes inclitus præ fratribus suis.* Idest, honorabilior. *Innocauitq, Iabes Deum Israel.* Vide quid faciat homines inclitos, oratio, deumque colere debito cultu. Et inter alia, quæ à Deo postulauit, hoc vnum fuit. *Et feceris me à malitia non opprimi.* Hoc perijt Iabes à malitia non superari optima sane petitio: quod ei præstitit Deus. Ruth 1. dicitur. *Egreßa est Noemi cum vtroque nuru sua de regione Moabitide audierat enim quòd respexißet Dominus populum suum, & dedißet ei escas.* Tradunt hic Hebræi cū Chaldeo Paraphraste famis angustias, & molestias ablatas fuisse Dominūq; abūdantiam dedisse Israeli propter æquitatem, & præces, quas coram Deo fundebāt Abesan iudex, & Booz pius, vt enim propter scelera nefariorum prouincias iuste affligit Deus:

Genes. 32.
Oseæ 12.
Matth. 18
1 Paral. 4.
Ruth. 1.
Chal. Paraph.

sic aliquorum pietate, & præcibus placatus bona largitur.
Exod. 5. Ita Exod. 5. & sequentibus capitibus vsq; ad 10. Moyses ab infidelibus Ægyptijs decies grauissimas abstulit plagas, suis
Genes. 4. præcibus. De Enos Genes. 4. dicitur. *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* Enos idem est quod homo obliuiosus, & miserijs
Psalm. 8. plenus, vnde Psalm. 8. *Quid est homo quòd memor es eius.* In Hebræo est, quid est Enos? Idest, obliuiosus cuius tu memor es, pulchra est antithesis, qua vtitur Dauid cum in te Deus nulla cadat obliuio, hominis, tui immemoris recordaris? Maxima est tua bonitas; iste Enos obliuiscens, non est oblitus Deum inuocare, & deprecari, licet aliarum rerum fuerit immemor, in hoc fuit tenacis memoriæ, quod in ei⁹ laudem cedit. Et ex Eusebio. lib. 7. de Præparatione Euangelica
Euseb. lib. 7. de Præpara. Euang. c. 7. cap. 7. & ex Beda lib. de ratione temporum, Enos idem est, quòd verus homo, quia hominis rationalis vera ratio con-
Beda. sistit in Dei inuocatione, & cultu: & lib. 11. c. 4. Et D. Hie-
D. Hierony. ronym. in quæst. Hæbraicis dicunt, quòd Enos propriè hominem significat secundum animam. Adam verò secundũ corpus, Adama enim Hebraicè idem est quòd Latinè terra. Dicunt etiam Enos significare virum, & pulchrè, quia cœpit inuocare nomen Domini; hoc est peculiari cultu cole-
70. re. 70. Interpræt. legũt, hic sperauit inuocare nomẽ Domi-
Hamerus. ni: idest, cũ spe obtinẽdi remediũ inuocauit Deũ. Hamerus notat, quòd iste nõ est pronomẽ, sed aduerbiũ tẽporis, accẽtu circũflexo pronũciandũ, ideq; significat quòd tũc, vt apud Vergiliũ. *Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto. Intonuit.* Et ita Hebraicæ est tũc cœptũ est, vt inuocarẽt nomen
Pagninus. Dñi, sic legit Pagnin. & Parap. Chald. tũc inceperũt filij ho-
Chaldeus. minum orare in nomine Dñi, sed noster textus dicit iste, &
Psalm. 49. nõ hic. Psal. 49. *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamẽ-*
Chaldeus. *tũ eius super sacrificia.* Chald. legit, cõgregate ad me pios, qui ordinauerunt pactũ meũ, & vacauerũt orationi, quæ æqui
Actor. 9. pollet sacrificijs. Encomiũ nõ leue orationis est illud Actor. 9. *Quere Saulũ in domo Iudæ, vade in vicũ, qui vocatur rectus.* Rectè est in vico recto, ille, qui deuiũ reliquit iter persequendi Christianos.

Chriaſtianos. *Ecce enim orat*. De ſe ait Apoſtolus.2.ad Cor. 12. *Raptũ vſq; ad tertiũ cœlũ*. Quomodo dicit D. Lucas quòd orat? In hoc apparet orationis vis, & excellẽtia, ſiquidẽ illa viſio Apoſtoli, in qua vidit Deũ per modũ trãſeũtis, appellatur oratio in actis Apoſtolorũ: quia ſi dũ viuimus in corpore aliqua poteſt eſſe beatitudo, eſt cũ Deo conuerſari in oratione. Et quãto quis Deo, eſt familiaris tãto plus orat, vt dicitur Ecleſiaſti.35. *Qui cõſernat legẽ multiplicat orationem*. Et Pſal.122. *Oculi mei ſemper ad Dñm, quia ipſe euellet de laqueo pedes meos*. Qui ambulãt in locis lubricis, oculos figũt in terra: ne pes labatur, & cadãt, quomodo ergo dicit vates ſe ad cœlũ leuare oculos ne cadat, ſiquidẽ Thales mileſius cõtẽplans ſidera in foueã incidit? Sed nobis cõtrariũ accidet: nã ſi volumus à laqueis hoſtiũ liberari, oculos ad cœlũ leuemus auxiliũ poſtulantes. Zachar. 4. agit vates de cãdelabro aureo, quod duo roſtra, & duo ſuffuſoria aurea habebat cũ ſeptem lucernis, & dixit Angelus vati. *Iſti ſunt duo filij olei ſplendoris, qui aſiſtunt dominatori terræ*. Loquitur ibi de duobus ducibus Ioſedec, & Zorobabel, qui cœleſti ſplẽdore fulgebant, & in omnibus ſuis factis à Deo protegebãtur; & hoc quia aſiſtebãt dominatori vniuerſæ terræ, hoc eſt, quia per orationem erãt Deo præſentes. Sunt veluti ſerui, qui faces ardẽtes corã Deo habẽt, qui ante eũ proſternũt præces, & hoc eſt aſiſtere dominatori terræ. Ad Philipenſ. etiam 1. dicit Apoſtolus. *Confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet, vſq; in diẽ Ieſu Chriſti, ſicut eſt mihi iuſtũ pro omnibus vobis ſentire, & hoc oro, vt charitas veſtra magis, ac magis abũdet*. Vide pignus, quod habet Apoſtolus perſeuerantiæ in bono Philipẽſium; eo quod eos habeat in corde, & pro eis orat: multum enim prodeſt oratio iuſtorũ. Et ſi aliena oratio proficit, vtilior erit propria deprecatio. Matth.15. orant Apoſtoli pro Cananea, & pro tunc nõ exaudiũtur quouſq; ipſa Cananea acceſit ad Dñm, & petijt ab eo ſalutẽ filiæ. Et Agar videns puerũ Iſmael ſitibũdũ deſeruit, & cũ puer clamat tũc Angel⁹ fonte aquæ oſtẽdit matri. Geneſ.21. itẽ Regius Pſaltes Pſal. 62.

Ecleſiaſ.35. *Pſalm.122.* *Zachar.4.* *Ad Phil.1.* *Matth.13.* *Geneſ.21.*

Psalm. 62. 62. dicebat. *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo, sitiuit in te anima mea.* Sitis currere facit homines ad fontes aquarũ: similiter, qui sitim habet Dei, ipsa sitis facit eum, è lecto, primo manè surgere ad querẽdũ illũ sicut sitis expergefacit hominẽ sitientẽ, vt limphas inquirat ad bibẽdum. Habebant Dei sitim Magdalena, & reliquæ Mariæ, & sic *Valde manè vna*
Marci. 16. *Sabbathorum veniunt ad monumentum, vt vngerent Iesum.* Marci. 16. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Hoc est, per orationem, tanquã per singulare remedium, tuã adipiscor misericordiã, & animæ meæ vitã, quæ superat corporũ vitas: eaq; me comitãte, inter medios scopulos viã reperio, per quam ab hostibus eripior. Et sic *Sicut adipe, & pinguedine, repleatur anima mea.* In vere, cœlum spargit in aurora rorem super terram, quo reuirescunt gramina, ne solis ardore marcescant; sic matutina oratio rorẽ diuinũ gratiæ asequitur, ne æstu tentationum in die vincamur. tandem D. Ioan-
Apocal. 1. nes Apocalip. 1. de se dicit. *Fui in spiritu die Dominica.* Eximiaq;, & abstrusa Dei arcana ei fuisse reserata, & post se audiuisse vocem tubæ dicentis *Quod vides scribe.* In die solemni, & festiuo, tot Apostolo fuere reuelata sacramenta, quia erat in spiritu, in oratione profunda, &c. Animaduertendum tamen est, debere nos orare maxima cum reuerẽtia, & humilitate, siquidem cũ Deo in oratione loquitur, quod docuit Christus orans in horto, procidẽs enim in fa-
Ad Heb. 5. ciẽ suã humi iacens orauit. Vnde Paulus ad Hebr. 5. *Exauditus est pro sua reuerentia.* In Græco est, solum pro reuerentia, suple, qua ad patrem orauit, vel iuxta D. Chrisostomum: pro reuerentia, & honore sui, dignus enim erat exaudiri, quia erat homo, & filius Dei. Et sic dignus, vt pro sui dignitate exaudiretur. Sed dices, quomodo fuit exauditus cum
Psalm. 21. biberit calicem mortis, quem petebat vt à se transiret? Psal. 21. id exponitur cum dicit. *Deus meus clamabo per diem, &*
Aquila. *non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Aquila vertit, & nocte non tacebis. Idest, audies me, respondebis
D. Hierony. mihi. Et sic D. Hieronymus in commentario præsentus loci ostendit.

ostendit. 70. reddidisse sensum, licet in Hebræo sit, & nocte nō est silentiū mihi, nā in die pēdens in cruce nō exauditur à Patre: nocte resurgit ab inferis victor, & innotuit quòd fuit exauditus. Et hoc est *Nō ad insipientiam mihi*. Idest, non frustra clamaui, & sic valde mane iā surrexerat. Petam⁹ etiā spiritualia bona despiciētes terrena, sæpe enim poscimus temporalia, & nobis cōceduntur in nostrā perniciē, cū eis abutamur. Cōtingitq; nobis sicut ægris calore febris sitiētib⁹, qui auidi potus, sæpenumero petunt aquā: & eorū curā agentes aquā in magna copia præbēt, ipsorū vocibus vexati, & postea maiori febre calescunt. Ad quod aludit Hierem. cap. 51. *In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum*. Toties bona tēporalia petimus adeo; vt eis concessis, abusu diuitiarum pereamus. 70. D. Hierony. Marci. 16. Hierem. 51.

Coph. ✠ *Appropinquasti in die quando inuocaui te, dixisti, ne timeas.*

EST Ingens solatiū afflictis, quòd appropinquat Deus eis, manum auxiliatricē præbens, & verbis consolatorijs spem addens, & quanuis videatur venire pedetentim, & serò, sed oportuno tempore approximat ad liberādum. *Ego veniā, & curabo eū* Matth. 8. dixit Christus Dn̄s Centurioni, nunquā venit Iesus sine salute; est enim ipsa salus, & sic appropinquat, & timorem aufert, auferēdo ipsa mala. Dixerat noster vates. *Inuocaui nomen tuū Domine de lacis nouißimis*. Et statim orationis fructum ponit, qui fuit Deum accesisse ad lacum profundū, & liberasse captiuos. Sic Christus Dominus audito Lazari morbo. *Mansit in eodem loco duobus diebus*. Et dicit discipulis. *Eamus in Iudæam iterū*. Et suscitat Lazarū mortuū. *Et dixisti ne timeas*. Similia his sūt illa verba, quæ sororibus Lazari respondit Ioan. 11. *Infirmitas hæc non est ad mortem*. Psal. 88. *Quod exprobrauerunt tibi Domine, exprobrauerunt commutationem Christi tui*. Chaldea Paraphrasis legit, exprobrauerūt tarditatem vestigiorum pedum Mesiæ tui. Idest, populus inimicus exprobrat nobis, quòd ad nostrum Matth. 8. Ioan. 11. Psalm. 88. Chaldeus.

 auxilium

auxilium moreris. Sed tandem dicis. *Ne timeas.* Et ad nos-
70. tram opem properas. 70. Interpræt. addunt dixisti mihi ne
timeas. Dixisti cordi meo intus inspirãdo ne timerem. Pa-
Chaldeus. raphrastes Chaldeus legit, appropinquare fecisti Angelum
ad liberandum me, sed plus est ipsum Deum accedere, vt
noster Interpres legit.

Res. ☞ *Iudicasti Domine causam animæ meæ Redemptor vitæ meæ.*

IVdicare causam animæ, est sententiam proferre in fauorem, & de hostibus vindicare. *Iudicasti.* Idest, iudicabis, redemptor vitæ meæ. Alij legunt, defensor vitæ meæ, vltus es Domine iniurias meas: sicut fecisti cum Ægyptijs, quos in mari rubro suffocasti, & sic ad implesti verba, quæ pro-
Genes. 15. miseras. Genes. 15. *Veruntamen gentem, cui seruituri sunt ego*
70. *iudicabo.* Hoc est, puniam. 70. Interpræt. legunt, iudicasti causas animæ meæ. Idest, omnes meas lites absoluisti, sententiam in fauorem pronuncians.

Iudicare in sacris literis idem est, quod vlcisci, & vindi-
Ezech. 25. cari. Vt Ezechiel. 25. faciam iudicia in Moab, idest, vltio-
Isaiæ. 53. nes. Et Isaiæ. 53. *De angustia, & de iudicio sublatus est.* Idest,
Psalm. 9. de acerbissimis tormentis fuit Christus liberatus. Et Psal. 9.
Deuter. 32. *Iudicentur gentes in conspectu tuo.* Hoc est, puniantur. Et Deuteron. 32. *Iudicabit Dominus populum suum.* Idest, vindicabit
Psalm. 34. illum de gẽtibus. Et Psal. 34. *In virtute tua iudica me.* D. Hieronym. legit, in fortitudine tua vlciscere me, hinc iudicium
Ezech. 23. sumitur pro vltione. Ezechiel. 23. *Ipsam occiderunt gladio, & iudicia perpetrauerunt in ea.* Idest, vltiones: & cap. 21. *In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem*
Habacuc. 1. *meam.* Et Habacuc. 1. *Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes.* Idest, in vltionem, vt vindictam de Iudæis
Exod. 12. sumeret excitasti Nabuchodonosor. Et Exod. 12. *Faciam iudicia in cunctis dijs Ægypti.* Idest, vltionem sumam ex eis. D.
Psalm. 7. Basilius homilia in Psalm. 7. super illis verbis. *Dominus iudi-*
D. Basilius. *cat populos.* Notat iudicare aliquando sumi, pro probare, vt

Psalm. 25.

Psalm. 25. *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia ingressus sum.* Statim addit. *Proba me Domine, & tenta me.* Quandoq; pro condemnare, vt in D. Paulo. *Si nos metipsos iudicaremus: non vtiq; diiudicaremur.* Psalm. 25. Ad Cor. 11.

Res. ☞ *Vidisti iniquitatem illorum aduersum me, iudica iudicium meum.*

Sensus est, rapinas Chaldeorum, & violentias vidisti, libera me ab eis, & vindica me de hostibus meis. Sanctes Pagninus legit, vidisti Domine peruersitatem meam, iudica iudicium meum. Idest, iuxta mea scelera sit obsecro punitio, non permittas hostes excedere in supplicijs. Vel peruersitatem vocat suam pœnam, & tribulationem, & sic in Græco est, vidisti perturbationes meas; alij legunt vidisti calumniam meam. Sed iuxta primum sensum nostræ vulgatæ, est locus eximius. Hierem. 51. *Iniquitas aduersum me, caro mea super Babylonem dicit habitatio Sion, & sanguis meus super habitatores Chaldeæ dicit Hierusalem, propterea hæc dicit Dominus ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam.* Sensus est, iniquitas suple Babylonis, quam contra me ostendit, & caro interfectorum erit super Babylonem, & dignas exoluent pœnas. Nota verba, caro interfectorum meorum super Babylonem erit. Adhorum verborum intelligẽtiam facit historia, Iudicum cap. 19. Gabaonitæ vxorem Leuites tota nocte per vim oppresserunt, atq; illa abutentes, mortua iacuit ante fores domus viri, quam accipiens vir in frustra concidens, in 12. partes diuidens, in omnes Israelis terminos, partes proiecit, quo facto à Deo postulauit vltionem mortis suæ vxoris. Quasi diceret, sicut brachiũ, fœmur, manus, vel caput, huius mulieris cadit super agros vrbium Israel: sic vindicta diuina descendat super illos. Eamq; carnes huius fœminæ inhumatæ super faciem terræ postulant. Et sic contigit. Hoc est, quod dicit Hieremias. *Caro mea super Babylonem.* Idest, vindicta mei veniet super illos, qui carnes meas lacerauerunt. *Et sanguis meus super habitato-*

Pagninus. Hierem. 51. Iudicũ. 19.

res Chaldeæ. Idest, vitio mei sanguinis descendet super illos, sua culpa pereunt. Hebraica phrasis est venire super aliquem sanguinem. Idest, puniri. Sic 2. Reg. 1. *Sanguis tuus super caput tuum*. Et Leuitic. 20. *Lapidibus obruent, & sanguis eorum super eos*. Idest, suæ perditionis fuere causa, & Matth. 26. *Sanguis eius super nos*. Idest, huius necis vindicta super nos veniat, & super posteros. Quod ita contigit, perfidis Iudæis. Et Oseæ. 12. *Sanguis eius super eum veniet*.

2. Reg. 1.
Leuit. 20.
Matt. 26.
Oseæ 12.

☞ *Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.*

Verba sunt ipsius Hieremiæ, liberati à suis hostibus, vel populi in Babylone captiui. Et cum supra dixisset vidisti iniquitatem eorũ, declarat, quæ fuerit iniquitas: furor, & ira contra eos. Ita Hier. 18. *Venite cogitemus contra Hieremiã cogitationes. & percutiamus eum lingua*. Notauit hic recte Glosa Interlin. Deum cognoscere abscondita cordis, siquidem noster vates dicit, quod Deus vidit omnes cogitationes eorũ. Sic Psal. 138. *Cognouisti cogitationes meas de lõge*. Et Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo nõ est Deus*. Poterat aliquis dicere, si in corde suo dixit stultus non esse Deum, quomodo potuit Dauid hoc scire? Ad quod responsio est in promptu, quia illuminatus Dauid à Spiritu Sancto hæc scribebat. Et Sapient. 1. *Renum illius testis est Deus*. Et infra. *In cogitationibus impij erit interrogatio*. Et Eccles. 42. *Abyssum, & cor hominum inuestigauit*. Nil maris abysso profundius, & nil corde hominis occultius, quæ omnia nuda sunt Deo.

Hierem. 18.
Interlineal.
Psal. 138.
Psal. 13.
Eccles. 42.

☞ *Vidisti omnem furorem eorum.*

Septuaginta Interp. legunt, omnem vltionem, quia maximo furore vlti sunt Babylonici de Hebræis, & hãc irã vehementem Deus considerat, vt puniat, vt habetur. Zachariæ 1. *Ira magna ego irascor in gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt me in malum*. Idest, grauissime afflixerunt Babylonij Hierosolimitanos, excederũt in

Zacharia 1.

supplicio. *Quia ego iratus sum parum.* Cum non ex odio, sed potius ex amore castigo. At Babylonij, & Chaldei, vehementer irati sunt velut ebrij ex indignatione. De hac rabie inimicorum Hierusalem depopulantium ait Isaias cap. 7. *Radet Dominus nouacula conducta vniuersam barbam, & pilos pedum.* Septuaginta interpræt. legunt, nouacula inebriata, quia plusquam madidi à vino erant furore ebrij, velut homines insani. Isaie 7.

Sim. ☞ *Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes aduersum me.*

NOn indiget mea causa probatione, & quærela, & testibus, tu vidisti, & audisti, qui omnia intueris, ne taceas. Sic Malachiæ 3. *Ero testis velox adulteris, & maleficis, & qui calumniantur proximum suum.* Malachiæ 3

Sim. ☞ *Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.*

COmminationes, & maledicta, quæ labijs suis cõtra me dicunt, vide. Sic Psal. 68. *Ecce loquentur in ore suo, et gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit.* Idest, nil aliud ore Psal. 68.
versant quàm mortis cõminationes. Dicunt quòd me gladio trucidabunt, verba eorũ sunt, quã via poterũt me perdere, quidquid meditatur est in meã perniciẽ. Vbi nota quod Dei amici maximè sentiũt flagellũ linguæ: ideo Iob 5. dicitur, inter alia fælicia promissa iusto. *A flagello malæ linguæ abscõderis.* Nota verbũ *Absconderis.* Talis enim cõditionis est iniquus, quòd si te videt nequaquã tuæ parcet famæ quin liuorẽ in ea faciat. Vnde Eccles. 28. *Beatus, qui tectus est à lingua nequam?* Et Dauid Psalm. 119. *O Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* Quid tibi nocere poterunt labia mendacia? Respondet vates. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Idest, nõ minus nocet quàm sagittæ quas iaculatur brachium robustum, cũ ferro Iob. 5. Eccles. 28. Psal. 119.

uenti. Ex Hebræo vertunt, cum carbonibus Iuniperorum D. Hierouymus, & Pagninus. Id enim significat verbum (retamin) cum carbones Iuniperi incenduntur, ignem diu retinent, & cum foris videntur extincti intus adhuc ardēt, & sic per carbones Iuniperorum nil aliud intelligitur quam carbones igniti. Item carbones Iuniperi extincti, magis denigrant quàm alterius arboris carbones, Ilicis, vel Roboris: sic lingua nequam magis denigrat famam, & vrit, atq; obnubilat. D. etiam Paulus. 1. ad Timot. 3. loquens de Episcopo ait. *Oportet Episcopum doctorem esse, non vinolentum, non percussorem.* D. Hieronymus refert ad acerbitatem linguæ, vt Episcopus non sit maledicus, contumeliosus, aut improbus obiurgator. Sic Hierem. 18. dicitur, venite percutiamus eū lingua. Et cap. 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Regius Psaltes de maledicis, dicit Psal. 135. *Vir linguosus non dirigetur in terra.* Idest, non diu viuet, quod etiam dixit de homicidis. *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Quia sicut homicida tollit vitam: detractor aufert bonam famam, & ambo breui periodo vitam consumabunt. *Plaga linguæ comminuet ossa.* Ecclesiasti. 28. & cap. 25. *Susurro coinquinabit animā suam, & in omnibus odietur, & qui permanserit odiosus erit: tacitus, & sensatus honorabitur.* Et Prouerb. 26. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinam.* Lubricitatem tribuit Salomon ori, quæ pedibus potius conuenit, sed optimè nam sunt hominum ora ita procliuia ad detractionem, vt labantur, & præcipitentur loquendo, simulq; aliorū præcipitent famam, & sic lingua talium operatur mortes. Hoc enim significat ruina. Sicut Psal. 109. impleuit ruinas. In Hebræo est, impleuit cadaueribus. Suple campos hostium sic legit Pagninus à verbo (geuioth.) Idest, cadauera, quæ procul dubio dicuntur à cadendo, sicut ruinæ à ruendo. Alij legunt impleuit loca cadaueribus. D. Hieronymus legit, impleuit valles, à radice (geoth.) Idest, vallis; homines igitur linguosi inumeras cedes operantur, cum sint earum causæ, & non solum alijs mortem adducunt, sed sibi ipsis.

D. Hierony. — *1. ad Tim. 3.* — *Hierem. 18. & 9.* — *Psalm. 135.* — *Psalm. 54.* — *Eclesiast. 28. & 25.* — *Prou. 26.* — *Psalm. 109.* — *Pagninus.*

Iuxta

Iuxta illud Ecclesiastes. 6. *Omnis labor hominis in ore eius,* Eclesiaft.6.
Ideft, propter os eius. Si videris hominis faciem ense, vel fi-
ca, aut fuste percuti, vel caput, vel corpus transfigi; harum
plagarum causam fuisse eius linguam crede, qua aliorum
famam denigrauit. Sunt huiusmodi, homines Reipublicæ
pernicies, sunt fures honoris. Vnde Ezechiel. 22. *Viri detra-* Ezech. 22.
ctores fuerunt in te. 70. Interpræt. legunt, latrones fuerunt in 70.
te; quia detractor latro est famæ alterius. Leuitici etiam Leuit. 19.
19. *Non eris criminator, neq; susurro in populis.* Pagninus le- Pagninus.
git, non ibis fraudulenter in populos. Ideft, non ambulabis
detractor huc, atq; illuc veluti negotiator, vel prosenetа
vendens merces, quod audit in vna domo detractor, in al-
tera reuelat. Et sic loco citato non prohibet Deus merca-
torū exercitium valde necesarium in ciuitatibus, sed quod
prohibet Deus: hoc est, ne simus mercatores honoris pro-
ximorum, suscitat innumera mala isti maledici: & vtinam,
quæ audiunt narrarent bona, & tacerent mala. Perniciosis-
simum hominū genus; qui, vt dicit D. Bernardus vno vul- D. Bernard.
nere tres confodiunt se ipsos, & eos quibus detrahunt: &
audientes. Propterea monet sapiens, Eclesiasti. 28. *Sepi au-* Eclesiaf. 28.
*res tuas spinis, & linguam nequam nolli audire, & ori tuo facito os-
tia, & seras auribus tuis.* Spinarum meminit, & veprium, quæ
in vinearum macerijs ad custodiam ponūtur, quia vt alio-
rum famā custodiamus debemus pungere detractores vul-
tu tristi, & non præbendo auditum, vt à nobis fugiant. Et
sicut à serpētibus fugimus: sic debemus à detractoribus fu-
gere, venena enim diffundunt, sicut tabificus seps. Vnde
Eclesiastes. 10. *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus ha-* Eclesiaf. 10.
bet, qui oculte detrahit. Asimilatur detractor, & merito ser-
penti, quia sicut nullum animal à Deo maledictum fuit ni-
si serpens: sic *Detractor abominatio est hominum.* Prouerb. 24. Prou. 24.
& ad Roman. 1. *Susurrones, detractores Deo odibiles.* Hos ma- Ad Rom. 1.
ledicos dicit Apostolus esse Deo odiosos. Item diabolus
serpēs dicitur; sic locutus est in serpēte, vt deciperet Euam.
Et Apocalip. 12. vocatur *Serpens antiquus.* Sic detractor dia- Apocal. 12.
bolo

bolo similimus est, qui *Accusator fratrum appellatur.* Apocalyp. 12. Hac comparatione Salomon grauitatem detractionis significat: tale enim, & tam graue crimen est, vt hominem ad imaginem Dei factum, serpenti vilissimo animali, imo diabolo similem faciat. Prouerbiorum etiam 4. monet Salomon. *Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.* Quod idem est cum illo Psal. 100. *Detrahentem secreto proximo suo cum hoc non edebam.* In Hebræo est, prauitatem labiorum fac procul à te. Idem enim sunt labia detrahentia, & labia peruersa. Vnde ad Ephes. 4. *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat.* Ideo Dauid Psalm. 140. petebat. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstātiæ labijs meis.* Fermè omnes vertunt, serua ostium labiorum meorum. Et sic legit Sanctes Pagninus, sed D. Hieronymus transtulit, serua paupertatem labiorum meorum, siquidem *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto.* 1. ad Corinth. 12. idest, si non adiuuetur à Spiritu Sancto. Quid mirum si labia nostra sint pauperrima, ad bonum! Ne ergo loquamur verba, quæ mentem nostram spolient bonis æternis. Petendum est à Deo auxilium, vt non solum custodes ponat, sed ipse sit labiorum nostrorum custos, ne offendamus verbo, &c.

Prouerb. 4. — *Psalm. 100.* — *Ad Ephes. 4* — *Psal. 140.* — *D. Hieron.* — *1. ad Cor. 12*

Sim. ☞ *Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide, ego sum Psalmus eorum.*

IDest, sedentes, & surgentes, & ambulantes me irrident in omnibus actionibus suis: sum materia risus, & prouerbium illorum quando sedebant, vel ambulabant canticum, & parabola eram illis, & dicterium. Vnde Iob 30. *Nunc in eorum canticum versus sum, factus sum eis in prouerbiū.* Idest, irrisionem. 70. Interpretes legunt, nunc autem in cithara eorum sum. Idest, cantiones de me per ludum canunt. Vt Ezechielis 33. *In canticum oris sui vertunt.* Idest, ludibrium, & risum. Et Psal. 68. *Posui vestimentum ciliciū, factus sum illis in parabolam, aduersum me psallebant, qui bibebant*

Iob. 30. — *70.* — *Ezech. 33.* — *Psal. 68.*

bent sinum. Idest, tam dira, & acerba fuit Passio Christi, & abominabilis Iudæis, vt in prouerbiū manserit, & execrationē: sic pereas sicut perijt Nazareus. Ita Hiere. 29. *Ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Acab, quos frixit Rex Babylonis igne, pro eo quod fecerunt, stultitiam in Israel.* Sicut Hispanè solemus dicere (assi te acontezca como al Rey don Rodrigo, en cuyo tiempo se perdio España) fiat tibi sicut Datam, & Abiron. Vel quod mors Christi manserit in parabola, ita vt in ore omniū versaretur. *Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in ea his diebus?* Similis locus habetur Isaiæ 65. vbi agit uates de supplicio impiorum, & dicit. *Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis.* Idest, vos habebunt pro malorum exemplo, & detestabuntur talia sustinere, ita vt iurent si hoc, aut illud egi contingat mihi, vt Iudæis. Ita mihi eueniat, sicut animæ Iudæ, quæ apud inferos ardet, si hoc cogitaui. *Et relinquetis nomen vestrum in iuramentum*. Supple, execratorium. Et Hieremiæ 24. *Dabo eos in vexationem, omnibus Regnis terræ in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos.* Et Hieremiæ 2. *Vt darem eos in solitudinem, & stuporem, sibilum, & maledictionem.* Irridebantur igitur Hierosolimitani captiui in Babylone. Psalmo 1. dicitur. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* In Hebræo est, in sede irrisorum non sedit, & sic legit Pagninus, D. Hieronymus in Commentarijs, notat pro pestilentibus; in Hebræo est, delusores Hebræa vox est (letzim) Iob capite 16. *Verbosi amici mei.* In Hebræo (melit zai rehai) Et Isaiæ capite 3. *Et effaminati dominabuntur eis.* In Hebræo (taalulim) quos septuaginta Interpretes, & Theodotio, illusores interpretati sunt. Tales sunt impij in publico derident diuinam legem, & eius obseruatores.

Luca 24. *Hierem. 29.* *Isaiæ 65.* *Hierem. 24.* *Hierem. 2.* *Psal. 1.* *D. Hieron.* *Iob. 16.* *Isaiæ 3.* *Theodotio.*

☞ *Ego sum Psalmus eorum.*

Pagninus. PAgninus legit, sum modulamen eorum, idest, canticum eorum. Delectat eos de me loqui, sicut carmen musicum. Et Deuteron. 28. *Et eris perditus in prouerbium, ac fabulam cunctis populis.* Et Hierem. 44. *Consumentur à minimo vsq; ad maximum, in gladio, & in fame morientur, & erunt, in ius iurandum, & in miraculum, & in opprobium: & maledictionem.* Et Thob. 2. *Traditi sumus in fabulam, & improperium omnibus nationibus.* Resurrectio vsurpatur in sacro eloquio, non solum pro resurrectione corporum, sed pro vita immortali. Ad Hebr. 11. *Non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem.* Idest, gladium tortoris neglexere, vt vitam meliorem consequerentur: & Matth. 22. Saduceis, qui negabant animæ immortalitatem, & resurrectionem dixit Dominus. *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus viuorum, & non mortuorum, ergo resurrectio est.* Idest, ergo est vita immortalis, si est Deus viuorum. Et Actor. 23. dicitur de Saduceis. *Qui negant resurrectionem, & Angelos, & spiritum esse.* Idest, animæ immortalitatem. Et Lucæ. 2. *Positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum.* Idest, vt multi per eum consequantur vitam gloriosam, & immortalem. Sumitur autem resurrectio pro immortali, & beata vita, quia vita immortalis, & beata succedet iustis, post vniuersalem resurrectionem; quamuis animæ iustorũ, statim vt à corporibus egrediuntur auolant in cœlum, si non habent maculas à quibus in purgatorio mundentur, soluendo pœnas pro peccatis commissis; pro quibus hic non satisfecere ad plenũ. *Sesionem eorum, & resurrectionem.* Idiotismus Hebræus est, pro omni actione ponere, vt Psal. 138. & Psal. 1. &c.

Deuter. 28. *Hierem. 44.* *Thob. 2.* *Ad Heb. 11.* *Matth. 22.* *Actor. 23.* *Lucæ. 2.* *Psal. 138. et 1.*

Thau. ☞ *Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum.*

SEnsus est, supplicij, & captiuitatis vicissitudo illis veniet, quia omnium rerum vicissitudo est. *Iuxta opera manuum suarum.* Idest, iuxta sua merita stipẽdium eis dabitur. Sic solemus dicere de homine propter suа scelera punito (tiene

su

su merecido.) 70. Interpræt. legũt, reddes eis retributionem 70.
eorum. Et ita Isaiæ. 59. *Sicut ad vindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis, & insulis vicem reddet.* Idest, rependet similia mala, Deus omnipotens. Et Hierem. 51. agens de ruina Babylonis, ait. *Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldeæ omne malum suum, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris ait Dominus.* Et Psal. 136. hoc postulabat David. *Memor esto Domine filiorum Edon, in die Hierusalem, qui dicunt exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum in ea.* Chaldeus Paraphrastes putat, verba hæc esse Archangeli Michaelis, qui fuit olim Princeps Sinagogæ, præcantis Deum, vt reminesceretur in die euersionis Hierusalem, pœnas debitas repandere hostibus vastantibus, qui dicebant, vastate, diruite, nudate quoadusq; defossum, & detectum fuerit fundamentum. *Filia Babylonis misera.* Idest, natio Babylonica vastanda miserrimè. *Beatus qui retribuet tibi, retributionem, quam retribuisti nobis.* Idest, fœlix erit cunctaq; ei prospera euenient, qui te deleuerit, dignus erit laude, qui te in ruinas redegerit ita vt neq; paruulis parcat, sed ad petram allidat, quasi in pœnam malorum, quæ ipsi Babylonij dura captiuitate egerant in paruulos Iudæorum. De hac vindictæ redditione agitur Hierem. 51. *Tempus vltionis eius à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei.* Et infra. *Contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi eius.* Et infra. *Filia Babylonis quasi area tempus trituræ eius, adhuc modicum veniet tempus messionis eius.* Et Psal. 137. *Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, Dominus retribuet pro me.* Chaldea Paraphrasis legit, Deus retribuet malum illis propter me. Alij legunt Dominus perficiet pro me. D. Hieronym. legit, Dominus operabitur pro me. D. Hilarius de vindicta soli Deo seruanda interpretatur. Vocabulum Hebræum (iigmor.) Idẽ est, quod retribuet, perficiet, & operabitur.

Isaiæ. 59.
Hierem. 51.
Psal. 36.
Chaldeus.
Hierem. 51.
Psalm. 137.
Chald. Para.
D. Hierony.
D. Hilarius.

Thau. ☞ Dabis eis scutum cordis laborem tuum.

Primus

PRimus sensus est, hæc retributio erit suarum iniquitatum, quòd vallabis eos afflictione, velut scutum totum hominem operit, & circundat: sic tribulatio, vndique eos tenebit, & permittes eos obdurari flagellis. Labor hic sumitur pro afflictione, sicut Psalm. 71. *In labore hominum non sunt*. Et Psalm. 89. *Amplius eorum labor, & dolor*. Idest, afflictio.

Psal. 71. *Psal. 89.*

Secundus sensus, & est Dionisij Cartusiani. Dabis cor durum, sicut scutum, permittes obdurari. *Laborem tuum.* Quia hominum duritiam suum laborem dicit; nam nostris impietatibus grauatur, eo quòd omnes velit saluari. Vel laborem tuum. Idest, exsecrationem, & maledictionem, hæc illis, veniet maledictio, cui consonat Sanctes Pagnini lectio, quæ sic habet, dabis eis dolorem cordis, maledictionem tuam eis, idest, in obstinationem incident, quā ob sua scelera meruere, & hæc est maxima Dei maledictio, habere cor obstinatū. Permittes eos in tātā duriciē cordis venire, vt tā durū sit ac scutum, iuxta illud Iob. 40. *Cor eius indurabitur, sicut malleatoris incus*. Ita vt sagittæ non penetrent, sed resiliant. Sic Adam retorquebat in Euam culpam suam, & mulier in serpentem. Et Cain dicebat. *Numquid ego custos sum fratris mei?* Protegunt se peccatores excusationis clipeo: sic exponit Nicolaus Lyranus, permittes quòd induretur cor, propter laborem tuum. Idest, quem dedere in captiuitate seruis tuis, quem vocat laborem suū, quia labores suorum, vt proprios reputat Dominus. Et sic Actorum 9. dixit. *Saule Saule cur me persequeris?*

Pagninus. *Iob. 40.* *Lyra.* *Actorum 9.*

Tertius sensus est, Isidorij clarij qui exponit de Iudæis. Hebraismus habet clipeum cordis, hoc est, velamen excæcans, quod positum esse super Iudæorum cor asserit. D. Paulus ad Corint. 3. & Isaiæ 42. *Quis cæcus nisi seruus meus, & mutus, nisi ad quem seruos meos misi.*

Isid. Clarius *ad Cor. 3.* *Isaiæ 42.*

Quartus sensus est. D. Thomæ, Paschasij, & Dionisij, dabis eis, idest, nostris inimicis laborem tuum, peccatum in quo te laborare fecerunt. *Scutum cordis.* Idest, duritiam

D. Thomas. *Paschasius.* *Dionisius.*

vt

vt verbi rui acutissimis sagittis non penetrentur, sicut Iob 40. *Corpus eius quasi scuta fusilia.* D. Hieronymus exponit de Iudæis, qui indurati sunt magis ex labore, & Passione Christi, cum deberent eius prædicatione emolliri, magis indurabantur eorum corda. Similiter exponit D. Gregorius tomo 2. Homilia 21. in Euangelia, & lib. 33. Moralium, capite 30. & sic dicebat D. Paulus. *Nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum.* Sed nobis fidelibus labor Christi, & Passio scutum est, quo protegimur contra dæmones, & ad sustinendos labores erigimur, videntes nostrum caput valde afflictum. Sicut D. Petrus 1. Canonica cap. 4. dicit. *Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Et huic sensui consonat versio 70. Interpret. Quæ sic habet, reddes eis protectioné cordis mei laborem. Vbi animaduerte, quomodo vocantur labores cordis deffensio, & protectio, quia homo laboribus afflictis animi sustinentiam non amittit efficitur fortis contra omnes aduersariorum insidias, & in huius sæculi fluctibus immobilis, vt saxum, & rupes consistit. *Tribulatio enim patiétiam operatur.* Vt dicit Apostolus ad Romanos 3. Et nota esse mirabile hoc, quod dicit noster vates, vult Deus punire impios, & dicit, quòd dabit scutum. Clipeo solent se tegere homines, vt à vulneribus inimicorum eripiantur, quomodo igitur dicit, quòd dabit eis scutum? Nam hoc est dare illis arma defensiua. Sed sensus est, pœna, quà Iudæos Deus plectetur, propter sua delicta, & maximè propter peccatum occisionis Christi Domini, hæc erit, vt induratum habeant cor, & rebelle Euangelicæ prædicationi, & resistant veritati, & nollint in Christum crucifixum credere. Dabis eis laborem tuum scutum, id est, labor, & pœna, qua illos punies erit permissio indurationis cordis Iudæorum; habebunt corda dura, sicut scutum, & hoc erit grauissimum supplicium. De hac Iudæorum duritie agit Isaias capite 48. *Sciui enim, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ferrea.*

Iob 40. D.Hieron. D.Greg.Hom.22.lib.33 Mor.cap.30 1.Petri 4. 70. Ad Rom. 5. Isaiæ 48.

Deut. 31.& 32. Actor. 7. Hebraica natio de duritie sæpe increpatur, vt constat Deuteron. 31. & 32. & Actor. 7. durissimi enim extiterunt in colendis Idolis, & pertinacis propositi, vt & modò pertinacissimi in sectanda superstitione sua sunt, Christi fidem abnegantes. Ideo ait. *Neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea.* Inter metalla ferrum, & æs sunt fortiora, & duriora; ferro enim cætera metalla domatur. Sensus est, habes ceruicem, quasi inflexibilem ad bona exercenda, habes frontem perfrictam, quæ pudescere nescit, &c. Paraphrastes Chaldeus

Chaldeus. legit, dabis eis confractionem cordis, lassitudinem tuam finē ipsis, id est, lassati in via iniquitatis cōfracto corde peribunt.

Ex hoc loco animaduertes Christiane lector, quam graue malū sit hæc cordis durities, quæ augetur asiduitate peccandi in impijs, quapropter curandum maximè est Dei auxilio à peccato surgere, ne multiplicatione peccatorum, ob durationis malum incurramus. Hac plaga solet Deus iratus

Hierem. 30. reprobos punire, vt dicitur Hierem. 30. *Plaga inimici percussi te castigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata, feci tibi hæc.* Vbi nota, quòd minatur Deus acerba supplicia propter dura peccata, & efficiuntur dura peccata cum sæpe iterantur. Et ideo Propheta ait prius. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ.* Et statim dicit, dura peccata fuisse, permittit Deus vt induretur peccator addendo pec-

Exod. 7. cata peccatis. Et sic intelligendus est locus. Exod. 7. *Ego indurabò cor Pharaonis, & multiplicabo signa, & ostenta mea in terra Ægypti.* Idest, permisit vt induraretur, ipse enim Pharao

1. Paral. 10. indurauit se. Similis locus est. 1. Paralip. 10. dicitur de Saule. *Nec sperauit in Domino propter quod interfecit eum.* Et tamen

1. Reg. 8. 1. Reg. 8. habetur, quòd suo gladio interfecit se Saul; sed tamen, quia Dominus permisit ad eius punitionem, vt se occideret, dicitur Dominum occidisse illum. Sic intelligi-

Isaiæ. 63. tur illud Isaiæ. 63. *Indurasti cor nostrum ne timeremus te, quare errare nos fecisti de vijs tuis?* Dicitur autem Deum facere errare, & indurare eos, quos finit in errorē labi, vel quos ab errore, non rettahit, & quorum corda non emollit, non vero,

vero quòd in errorem aliquem positiue inducat, vel in duritiem mittat, Dei est emollire, hominis vero se indurare. Sic Iob. 23. *Deus emolliuit cor meum.* D. Thomas super illud ad Roman. 9. *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* Dicit, quòd Deus non dicitur indurare aliquos directè, quasi in eis causet malitiam, sed in directe inquantum scilicet, ex his quæ facit in homine intus, vel extra, homo sumit occasionem peccati, & hoc ipse Deus permittit. Vnde non dicitur indurare, quasi immittendo malitiam, sed non apponendo gratiam. D. Augustinus lib. 2. quæstionum super Exodum tom. 4. quæst. 18. dicit, sua culpa induratum fuisse cor Pharaonis, sic exponit, tanquam diceret quàm durum sit demonstrabo: & quæst. 24. docet ex patientia Dei, atq; indulgentia, qua parcebat, sumpsisse Pharaonem ansam indurationis, & non solum quia videbat magos suos similia facere signa, sicut ea quæ operabatur Moyses. Et lib. vno de prædestinatione, & gratia cap. 6. dicit, quid est indurabo cor Pharaonis? Nisi non emolliam. De Nabal Carmelo, qui noluit seruis Dauid concedere ad vitam sustentandam cibos, ex Abigailis increpatione dicitur durum factum est cor eius. Et sic dicit textus. *Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis, cumq; pertransissent dies decem percusit Deus Nabal, & mortuus est.* Qui viuens erga egentes alimento, adamantinum, & ferreum habuit cor, iustum fuit, vt in sua moreretur duritie tanquam saxum durum. Vbi etiam notandum est, quàm cito morte fuit percussus à Deo crudelis, & immisericors Nabal, post decem dies: diuites enim auari, qui pauperum non miserentur citissime immatura morte rapiuntur. Exod. etiam 7. de Pharaone dicitur. *Induratum est cor Pharaonis.* Neq; tot miraculis voluit credere, sed Deo resistebat; de eo, & suo exercitu dicitur Exod. 15. *Descenderunt in profundum, quasi lapis, & submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Ecce quomodo pœna correspondet culpæ: qui viuens fuit vt petra durissima, moriens submergitur velut lapis. Vnde Iob. 9.

Iob. 23. *D. Thom. ad Roman. 9.* *D. Aug. lib. 2. quæst. super Exod. q. 18. & q. 24.* *Et lib. vno de Prædestinat. & gratia cap. 6.* *1. Reg. 25.* *Exod. 7.* *Exod. 15.* *Iob. 9.*

70. *Quis restitit ei, & pacem habuit?* 70. Interpræt. legunt, quis durus fuit, & pacem habuit? Ideſt, in peccatis obſtinato, nil proſperi poteſt contingere. Pagninus legit, quis indurauit cor ſuū ei, & pacē habuit? Et Eccleſ. 3. *Cor nequā granabitur doloribus.* In Græco eſt, cor durū, nequiſſimum enim eſt tale cor. Sed paruipendit homo factore ſuū, & abſq; vllo pauore peccata peccatis addit. Vnde Amos de his dicit. *Vineas plantabitis amantiſſimas, & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra.* Prius dicit, quòd cognouit multa ſcelera in huius populi viris, & fœminis, & ex multitudine peccatorum, ſecutum fuit aliud grauius malum, quod fuit fortia, & dura fuiſſe peccata. Ideſt, fortes, & induratos eſſe in ſuis ſceleribus. Fugienda igitur à nobis eſt conſuetudo peccandi, ne altas in nobis faciat radices peccatum, ita vt noſtri dominetur, vt monet Apoſtolus ad Romananos capite 6. *Exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, Deo autem viuentes.* Ideſt, ſicut Chriſtus mortuus eſt, & viuit: ita & vos exiſtimate oportere quidem mortuos eſſe quoad peccandum, viuentes autem ad ea, quæ Dei ſunt per Ieſum Chriſtum, & addit Apoſtolus. *Ne regnet ergo peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis illi in concupiſcientijs eius.* Ecumenius, & Sanctus Theodoretus, ſic exponunt, & rectè, ne regnet, vt illi pareatis: hoc enim eſt ſubeſſe imperio. Regnum autem in hoc differt à tirannyde, quòd tyrannis geratur nolentibus his, qui gubernantur. Admonet igitur ne vnquam cum peccati dominatu paciſcamur, ſiquidem huius Regnum, Dominus ſumpta carne diſſoluit. Nec dicit, non exerceat tyrannidem, ſed non regnet, tyrannidem namque exercere, illius proprium eſt, regnum autem pati, noſtræ mentis eſt. Et dicit. *In veſtro mortali corpore.* Nam vt plurimum peccatum per corpus exercetur. Ipſos autem in hoc conſolatur, quòd ait mortali corpore: oſtendēs quod temporalis ſit lucta, aduerſus peccatum, ſiquidem corpus temporale eſt. Ad Hebræos etiam capite tertio monet

Pagninus. *Eccleſiaſt. 3.* *Amos 5.* *Ad Rom. 6.* *Ecumenius.* *Theodoretus* *Ad Heb. 3.*

monet Apostolus, tanquam præsentissimum venenum fugere cordis obdurationė. *Quapropter sicut dicit Spiritus Sãctus: hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, propter quod infensus fui generationi huic, & dixi semper hi errant corde, quibus iuraui in ira mea si introibant in requiem meam.* Consulit Apostolus Hebræis, ne sequantur patrum suorum vestigia, cum pergebant per desertum, ne eadem illis contingant. Ne dicant, hæc nostrorum maiorum fuit via, erit etiam nostrum iter: sunt tales veluti lasciuientes agni, qui si vident vnum præcipitari per deuia illum sequuntur, atque eadem via tendunt, licet maximum sequatur nocumentum. *Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto.* Quæ exacerbatio fuit hæc? Quæ irritatio, & amaritudo, quam propinauere Deo Israelitæ? hæc exacerbatio fuit quando dixere Aaroni *Fac nobis Deos,* quia faciebat moram Moyses in monte. Similiter cum hominis cor induratur, facit sibi Deum ex diuitijs: vel honorem, aut voluptatem pro Deo colit, & fuit tanta illius populi duritia, quòd *Quadraginta annis proximus fui generationi huic.* Sanctes Pagninus legit, litigaui, & Campensis legit, lis mihi fuit cum illo hominum genere. D. Hieronym. legit, displicuit mihi generatio illa. Pratẽsis molestia affectus sum. Verum sensus eò tendit, vt huiusmodi contentio Deum irritatum insinuet. Et nota, quòd non vno vel altero die, neq; vno mense, aut anno, sed quadraginta annis contendit, & litigauit Deus cum populo isto, & quasi pugnã cũ eis exercuit admonens, puniens, exhortãs. D. Paul. legit. *Infensus fui generationi huic.* Idest, molestus illis fui, consilium saluberrimum præbens, reputabant me, vt plumbeũ, & graue, quia non celabam consulere illis bona. *Proximus fui, vel infensus.* Idem sunt, nam proximum vocamus, quod è regione est, atq; cõtrarium. Vergil. 1. Æneid. *Carthago Italiam contra.* Idest, vicina Italiæ. Matth. 27. *Sedentes contra sepulchrum.* Idest, iuxta sepulchrum, vel coram sepulchro.

Exod. 32.

Pagninus.
D. Hierony.
Campensis.
Felix.

Matth. 27.

Eclesiaſ. 23. Et Ecleſiaſti.23.*Eſt alia loquela contraria morti*.Ideſt,blaſphemia vicina morti.Nota Dei perſeuerantiam,qui nunquam fatigatur benefacere hominibus. *Quibus iuraui in ira mea ſi* *Matth. 5.* *introibunt in requiem meam*. Dominus qui Matth.5.prohibet iurare. *Nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terram*. Et nobis præcipit ne iraſcamur, hic iurat, & iraſcitur, ſed non abſq; ratione.Et his verbis ſignificatur nō vulgare imminere ſupplicium obſtinatis peccatoribus.*Si introibunt in requiem meā*. *D.Hierony.* Ideſt,non introibunt D.Hieronym.ponit quidem negationem, vt non introirent in requiem meā, quia licet Hebraicæ ponatur(im)ideſt,ſi Græcæ eſt(Ei)ideſt,ſi hic tamē,non eſt nota conditionis ſed abiurantis, & abominātis; id quod *Ad Heb. 3. & 4.* clare perſequitur Apoſtolus ad Heb.3.& 4.vbi vtrunq; ponit,& ſi,& non:etenim poſtquam præmiſerat ſi introibunt in requiem meam infert. *Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius*. Et in ſequentibus repetit per ſi.*Si introibunt in* *Iſaiæ.22.* *requiem meam*. Ideſt,non introibunt: ſicut Iſaiæ.22. *Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini*. Ideſt, non dimittetur. Et eſt figura reticentia, qua vtitur indignatione reple- *Vergilius.* tus: ſic Vergilius.

Quos ego? ſed motos præſtat componere fluctus.

Et ſubdit Apoſtolus.*Videte fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo viuo*. Lectio Siriaca legit,cauete,cuſtodite vos à tali corde maxima diligētia vos *Matth. 27.* ſeruate,eſt imperatiuum,ſicut illud Matth.27. *Ite, & cuſtodite ſicut ſcitis*. Et verbum cauete deriuatur hic, ab eodem verbo quo deriuatur illud cuſtodite, vbi pilatus diligentem cuſtodiam intellexit, qualem illi præſtitere in ſepulchri communitione: ſimiliter hic agitur deſolertiſsima cautione.Proſequitur Apoſtolus,dicens. *Fratres mei*.Lenit,admonitionem ſæueriorem. Ea eſt enim veteris Adami philautia,vt pungi nolit,quaſi diceret totum iſtud, quod dicturus ſum promanat à pectore amantiſsimo veſtri. Et notandum eſt aduerbium forte. Contra Caluinum, qui putat omnes Chriſtianos,non tam præditos,quàm grauatos, libero arbitrio.

trio. Si non haberemus liberum arbitrium, & liberè, atq; spontanee ad Deum conuerteremur, non moneret Apostolus fugere, & vitare incredulitatē, ne fiat in vllo cor malum, dicit, hoc est, non solum in vobis cauere debetis prauum cor, sed etiam in alijs proximis, ne ex malitia peccent, atq; scienter dataq; opera. *Ne sit vobis cor discedendi à Deo viuo.* Sicut in Israelitis, & properandi ad Idola, ne quæratis fictitios Deos, & declinetis à Deo viuo, qui se vobis ita coniungit, vt membra sua viua esse voluerit. Cum sit Deus viuus excludit Idola mortua, ne discedatis, neq; vos scindatis à corpore Christi: & non solum de vobis curandum est, sed etiam de alijs. Et propterea *Adhortamini vos met ipsos per singulos dies.* Idest, ab hac admonitione, nō est cesandum prius quam fratrem tuum ad viam rectam reduxeris. *Donec hodie cognominatur in vobis.* Idest, quandiu homo viuit, & hac fruitur luce tu spera, quia nullum tempus est Deo præscribendum, qui etiam supremo anhelitu seruare potest, dum modo peccator non inhæreat peccandi volūtati, sed de illo pœniteat: quandiu ergo vita supetit vobis, pœnitendiq; tempus superst. In Græco est, vsq; in finem. Suplæ vitæ, est tempus pœnitendi. Aduertendum tamē est, propter vitæ breuitatem vocare Apostolum omnem vitæ periodum; hodie, quia solum temporis habemus instans præsens. Dum igitur miserabilis huius vitæ dilabitur cursus instanter est agendum. Epicurei vitam nostram torrenti rapidissimo, & inūdanti in æstate ex aliquo turbine causato, comparabant; floribus referto atq; virentibus herbis, iunco, & calamo, myrto, rosa, & violis, iuxta cuius ripam opacæ arbores atq; frōdosæ: & Abietes, & Populi, plantantæ sunt, sed post breue tempus exsiccatur torrens solis calore, quòd si viator sitibundus ad aquas non currit, sed captus amenitate florum, frondium, & arborum vmbris detinetur, & florum colligit fasciculum, aquæ iam defecerant: & exsiccato torrente cū maiori siti regreditur. Vita hæc præsens rapidissimus torrēs est, aquis voluptatum, & deliciarū plenus ne creaturarum

speciem inescati dormiamus, sed vigilantes bene nobis operandum est citissime, ne transacto vitæ curriculo, vitæ tragedia finiatur, & desides effecti in peccato discedamus. *Præterit enim figura huius mundi*, ait Apostolus 1. ad Corint. 7. In Græco est, decipit. Vtrumq; enim significat verbũ Græcum præterire, & decipere, vt notauit hic Ioannes Ganeius. Nolite huic mundo immodicè affici; nam, & si figuram, habitum, & speciem boni nonnullam habet, fallax tamen est, atq; sui studiosos decipit, & in hoc maxime fallit, quòd velocissimè transit absq; strepitu. Et est velut nauis, quæ aquas sulcans parum, vel nihil videtur moueri: & currit pernicissimo cursu. Cum apparet nobis, quod incipimus viuere, sumus in meta, & decepti morimur. Et sic dicit Apostolus loco citato ad Hebræos. *Vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Idest, peccato fallente, & per quandam suauitatem alliciente, atq; blandiente. Est enim fallax peccatum, & suo lenocinio inescans: vbi primũ intrat in hominis cor, agit radices in mentibus humanis, & sic obduratur homo. Ne ergo peccati fallacia irretiti induremur tradentes nos omni vitiorum cateruæ, de salute desperantes: nemo sit qui videns prata amœna, & vernantia, iuxta huius vitæ torrentem, captus pulchritudine florum, & iuuentutis, & amore deliciarum detineatur, & pereat, in manusq; hostium cadat, sed imitetur nauigantes, qui si è naui egrediuntur, & aliquantulum in terra morantur, vt aquam faciant: statim conscendunt nauim, & fugiunt, quia in terra inimicorum, non audent moram facere: sic nos taliter in terra viuamus, vt solum necessaria ad victum, & vestitum, curemus, quibus inuentis reliqua despiciamus, ad illam beatam requiem properantes. Non ergo nos decipiat imago bonorum, quia nunquam sitim extinguit deliciarum torrens, fugax est iuuentus, vana est pulchritudo, voluptas decipit, & assiduitas in peccando indurat corda. *Cor autem durum male habebit in nouissimo.* Eclesiasti. 3. & infra. *Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum.*

1. ad Cor. 7. *Ganeius.* *Eclesiasti. 3.*

auditur. Idest, grauabitur cor nequam in peccatis, sicut sarcina graui: dolor enim pro peccato vsurpatur, secum enim affert peccatum plures dolores. Vnde 1. ad Timotheum. 6. *Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide: & inseruerunt se doloribus multis.* Idest, innumeris peccatis, quæ committit auarus, vt ditescat. Et reddit rationem propter quam cor nequam grauabitur doloribus. *Et peccator adiiciet ad peccandum.* Et, pro quia sumitur, quia peccator addit peccata, peccatis, ideo grauabitur doloribus, & Dei suplicijs; sicut æger qui laborat podagra, quò magis inebriatur vino, & saturatur cibis, dolor augetur, quia humor incrassatur. Sicuti cõtigit Iudæ, qui induratus fuit pedum lotione, & bucella panis cœterisque beneficijs. Et, pro quia sumitur hic, vt Apocalyp. 21. *Et claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.* Idest, maxima claritas ipse Deus, qui lux vera est illuminabit illam. *Et lucerna eius est agnus.* Idest, quia lucerna eius, est agnus Christus Dominus verus Deus, & homo. Malè habebunt igitur isti obdurati, & malè peribunt, vnde Ecclesiastic. 16. dicitur. *Et sicut sexcenta millia peditum, qui congregati sunt in duritia cordis sui.* Supplendum est verbum perdidit, quod versu præcedenti posuerat. Si cum tot millibus hominum non dissimulauit, sed morte percussit: quanto magis te adamantinum habentem cor perdet? Et ita addit. *Et si vnus ceruicatus fuisset mirum, si fuisset immunis.* Idest, si vnus duræ esset ceruicis non euaderet impúnitus. Propterea valde timenda est durities cordis, quam Christus Dominus increpauit, post resurrectionem in suis charissimis discipulis. Marci vltimo, cum ad cœlos volebat ascendere. Et si in die tanti gaudij, & mirabilis triumphi, obiurgat duritiam Apostolorum, in die tremendi iudicij, quali obiurgatione, & supplicio puniet? *Coagulatum est, sicut lac cor eorum.* Dicitur Psal. 118. Idest, induratum, vt caseus diuturnus. Sic exponit D. Ambrosius.

Apocal. 21.
Eccles. 16.
Marci 16.
Psal. 118.
D. Ambros.

Than. ✠ *Persequeris eos in furore tuo, conteres eos sub cœlis Domine.*

Sensus est, cum Dominus sis, & omnipotens: poteris eos tanquam vas figuli confringere, & non cessabis eos persequi quousq; eos vectiles in longinquas mundi plagas. *Conteres eos sub cœlis.* Idest, super terram, quia in cœlo nulla est contritio. Vel conteres eos sub cœlis, ne sint super terram.

Pagninus. Et sic legit Sanctes Pagninus, ne sint sub cœlis, sed in perdi-

Iob. 18. tionis baratrum detrudes. Vnde Iob. 18. de impiorum fine dicitur. *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis, & expellet eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum.* Conteret igitur Deus impios sub cœlis. Sensus ergo est, tu in cœlis est, & ipsi in terris versantur, tu obtines excelsum, & supremum cœlorum verticē, & homines sunt in imo terræ loco. Tua est Domine victoria, calcabis eos in

Psalm. 2. torculari iræ tuæ vbicunq; terrarum fugerint. Ita Psal. 2. *Qui*

Apocal. 10. *habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsanabit eos.* Apocal. 10. vidit Ioannes. *Angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris erat in capite eius, facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & posuit pedem suum dextrum super mare, & sinistrum super terram, & clamauit voce magna quemadmodum Leo clamat.* Hic Angelus Christum Dominum figurabat, qui suos inimicos conculcat, siue sint in

Ecumenius. mari, siue in terra. Et ita notauit Ecumenius, denotatur potentia Christi, & suorum hostium imbecillitas: res enim viles, vt sunt vermes calcare solemus. Dominium etiam, at-

Psalm. 109. q; potētia, pedum nomine in scriptura significatur. Vt Psal. 109. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Idest,

Psalm. 59. ditioni tuæ eos subiiciam. Et Psal. 59. *In Idumeam extendam*

Psalm. 8. *calciamentum meum.* Idest, pedibus eam conteram. Et Psal. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Idest, sub hominis imperio. Pedem etiam dextrum habet supra mare, vt piratas, & Nauali prælio, alios in mari demergentes, acrius puniat. Et ait

Ecumenius. Ecumenius, dexter pes robustior est sinistro, & agilior vt Philosophi

Philosophi docent, & à quo incipit motus. Nomine etiam maris intelliguntur superbi, qui more fluctuum maris in altum eleuantur, & erecta ceruice contra Deum peccant. Quales sunt Principes, & hos dextro pede conculcat; hoc est, grauioribus punit pœnis, & ab his supplicium incipit. Habitantes in terra, sunt lasciui, qui ex fragilitate delinquunt, tales pede sinistro conculcabit. Idest, leuioribus affliget supplicijs. Rugitus autem Leonis, Domini indignationem, & furorem contra impios declarat, & timorem, quem incutiet impijs cum dicatur Amos. 3. *Leo rugit, quis non timebit?* Conteret igitur peccatores Deus sub cœlis, quia nunquam ad sublimes cœlorum sedes ascendent, sed ad inferiora tenebrarum, & silentis erebi loca detrudet. Sic Hieremiæ. 17. *Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione conteres eos.* Et Psalm. 82. *Deus meus pone illos, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis, qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes: ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.* Sicuti. Iosue. 10. contra Reges Amorreorum pugnauit Iosue. *Irruitq; super eos repente tota nocte ascendens de Galgalis, & conturbauit eos Dominus à facie Israel, contriuitq; plaga magna in Gabaon, & Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsq; ad Azeca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel.*

Amos. 3.

Hierem. 17.

Psalm. 82.

Iosue. 10.

Graphicè autem noster vates postquam egit de duritia impiorum, dicens. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Dicit, *conteres eos sub cœlis.* Dura enim, vt saxa conteruntur malleis. Et sic, qui duro sunt corde conterentur à Deo, & intenuissimum puluerē maleo suæ iustitiæ terentur. Vnde Iob cap. 40. *Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.* Idest, cum maximè florent, & in cœlo esse videntur, in imo terræ loco deiicies. Et sic dicit statim. *Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueam.* Vel sensus est iuxta Sanctes Pagnini versionem. Loco illorum

Iob. 40.

Pagninus.

verborum.

verborum. *Respice cunctos superbos*. Disperge iras furoris tui, & vide omnem superbum, quod Hispanè dicimus (esparzid Senor vuestra ira sobre los malos) iras dicit in plurali, quia valde irascitur contra superbos. *Et contere eos in loco suo*. Idest, vt magis contumelia afficiantur in sua vrbe & ciuitate, eos coram suis ciuibus percute. Sicuti cum quis in propria vrbe suspenditur, maius dedecus, & opprobrium est tam ipsi punito, quàm suis consanguineis: sic Domine coram illis, qui impium venerabantur, ignominia eum affice, & hoc est, *Facies eorum demerge in foueam*. Facies enim solent magis honorari, & sic alapa in facie aliquē percutere maior est ignominia: facies igitur operire puluere, est valde illos punire, & cum ingenti despectu, de medio tollere, & est idem cum illo Iob capite 12. *Effundit despectionem super Principes*. Idest, ignominia illos afficit tanta abūdantia, quasi pluuia descendit de nubibus super terrā; proprium enim nubium est, cum maxima copia effundere aquas super terram &c. Sic etiam Christus Dominus Matth. 21. vt euersionem atrocem Iudæorum designaret, qui eum nolebant, vt verum Mesiam recipere dixit. *Super quē vero ceciderit lapis conteret eum*. Quod Hispanè dicimus (harralo menuzos) ita dicit hic Hieremias, conteres eos sub cœlis. Idest, penitus delebis; sicuti cum Deuter. 9. Moyses combusit vitulum. *Et comminuens in frustra omninoq; in puluerem redigens proiecit in torrentem*. Sanctes Pagninus legit, combusi illum igne, & contriui illum molendo bene, donec esset comminutus in puluerem. Hæc est enim vis significationis huius verbi conterere. Conteres eos sub cælis Domine, in Hebræo est, sub cælis Domini. Et Paraphrastes Chaldeus. Conteres eos de sub cœlis celsitudinis, idest, de supremo cælorum culmine, vbi est Dei Patris sedes qui regnat sine fine cum Filio & Spiritu Sancto.

Iob 12.

Matth. 21.

Deut. 9.

Pagninus.

Chaldeus.

(.?.)

CAPVT.



CAPVT IIII.

Aleph. ☞ *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? dispersi sunt lapides sanctuarij, in capite omnium platearum.*



NCIPIT PROPHETA in hoc capite, sicuti cœperat cap. 1. & 2. argumentũ autem huius capitis est, flet vates mortẽ Principis Iosiæ, & populi excidium, & vrbis, atq; miserãdas clades, & ita tenet Rabi Salomon. Et certum est Hieremiam deplorasse peculiari elegia mortem Regis Iosiæ, vt in principio huius operis adnotauimus, qui Iosias occisus fuit in campo Magedon belligerans contra Necao Regem Ægypti, & sic dicit textus Paralipomenon. *Vniuersus Iudas, & Hierusalem luxerunt eum, Hieremias maximè, cuius omnes cantores, & cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel.* Et in cap. 4. Threnorum dicitur. *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est.* Porrò cũ Rex defleretur, populus

Rabi Salom.

2. Paral. 35.

Threnor. 4.

pulus etiam plangitur, qui simul perijt cum Rege, & ex hac historia manu ducimur ad mortem Christi recogitandam, cuius figuram bonus ille Rex, qui pro populo suo ocubuit,
Isidor. Clar. gesit. Hæc Isidorus Clarius adnotauit.

☞ *Quomodo obscuratum est aurum.*

AB Hac admiratione incipit quomodo fiat, vt optimi perierint, nam tres filij Regis postea capti sunt, quod præuidebat Propheta, nam Ioacham captus; in Ægyptũ ductus est; Ioachim in Hierusalẽ perijt, Sedechias quoq; exo-
Chaldeus. culatus in Babylone obijt. Chaldeus interpræs ad literam exponit, de templo Hierosolimitano auro, & gemmis orna-
3. *Reg.* 6. to, quod per Chaldeos fuit exustum. Et 3. Reg. 6. habetur, quòd ipsum templum erat tectum auro, & lapidibus præciosis: vel per aurum intelligit Principes, lapides verò sanctuarij vocat sacerdotes, qui dosperſi vagabãtur per plateas, & vias, cum carerent templo vbi asistere solebant: vel per lapides sanctuarij intelligit lapides templi perpolitos, quos latomi nimis elaboratos fecerant, dispersi erant, vt lapides
Pagninus. rudes, cum euersum esset templum, & combustum. Pagninus legit, occultatum est aurum. Idest, non splendescit sicut antea, fuluus enim auri color, igne denigratus fuerat.

Pagninus. Mutatus est color optimus. Sanctes Pagninus legit, mutauit se aurum, idest, color auri mutatus est, quia spoliatum est auro templum, cum rapuerint Chaldei eius thesauros.
70. 70. Interpræt. legunt, quomodo obscurabitur aurum, mutabitur argentum bonum, effusi sunt omnes lapides sancti ab initio omnium viarum. Idem est sensus, fortè in principio cuiuslibet viæ erant aliqui lapides præciosiores cæteris ad viarum ornatum: vel gloria Hierosolimorum, nomen, magnificentia, & amplitudo, ad abiectionem, & opprobium redacta est, vel quomodo ille Rex Iosias electus, vt optimum aurum, mortuus est? Et successerũt in Regno filij eius scele-
D. Hieron. ratissimi. *Dispersi sunt lapides sanctuarij.* D. Hieronym. de lapidibus pretiosis vestis summi sacerdotis exponit, sed à militi-
bus

bus minime in terra relinquerentur, neq; ab ipsis Iudæis auidis auri, & gemmarum.

Aurum in sacris literis, aliquando sumitur pro sapientia, vt Psal. 71. *Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ*. Ideſt, magi, & sapientes Arabiæ adorabunt ipsum Christum, & offerent ei aurum. Sic exponit D. Augustin. super hoc Psalmo. Sumitur etiã pro gloria, & amplitudine Regni, sicut Hierem. 51. *Calix aureus, Babylon in manu Domini*. Vbi vates prophetat destructioné Babylonis per Persas, & dicit, sicut qui effundit vas, quod habet in manu, sic Deus destruet Persas diuites atq; opulétos. Aurum sumitur pro cœlo sereno, & rubicundo. Iob. 37. *Ab aquilone aurum venit*. Ideſt, serenitas, quia Sol nitidissimus tanquam aurum fulget, & sæpe Boream conspicimus fugare nubes. Aurum etiam sumitur pro diuinitate. Canticor. 5. caput eius aurum optimum, loquitur sponsa de Christo Domino, & dicit quod est Deus: quod declarat D. Paulus. 1. ad Corint. 11. *Caput Christi Deus*. Et Apocal. 21. *Plateas ciuitatis aurum mundum*. Ideſt, amplitudo gloriæ, qua fruentur beati erit diuinitas, quæ auro comparatur.

Psalm. 71. *D. August.* *Hierem.* 51. *Iob.* 37. *Canticor.* 5. 1. *adCor.* 11. *Apocal.* 21.

Caput sumitur in sacro eloquio, pro principatu, & imperio. Genes. 3. *Ipsa conteret caput tuum*. Aliquando pro Rege. 1. Reg. 15. *Cum esses paruulus in oculis tuis, caput Israel constitui te*. Aliquando pro marito, & sponso, ad Ephes. 5. *Caput mulieris est vir*. Omnibus his modis sumitur ad Ephes. 4. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*. Ideſt, sponsum, Principem, & Regem, & principatum tenentem. Etiam sumitur pro principio, vt ad Heb. 10. *In capite libri scriptum est de me*. Ideſt, in principio libri Psalmorum in Psal. 1. *Beatus vir*. In Hebræo habetur, in volumine libri scriptum est de me, nam Psal. 36. dicitur. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi*. Et Isaiæ. 51. *Filij tui proiecti sunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata*. Ideſt, in principio viarum, sic in nostro vate. *In capite omnium platearum*. Ideſt, in principio, in initio, & introitu platearum.

Genes. 3. 1. *Reg.* 15. *AdEphes.* 5. & 4. *AdHeb.* 10. *Psalm.* 1. *Psalm.* 39. *Isaiæ.* 51.

Filij

Beth. *Filij Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli?*

PRimus sensus est, tres filij Iosiæ omnes Reges, reputati sunt in vasa testea, hoc est, despecti, vt homines ex infima plebe. Qui gemmis, & auro incedebant ornati, nunc
Lyra. pauperes, abiecti, & pannosi. Sic exponit Nicolaus Lyranus, & vocantur filij Sion, quia educati in arce Sion, vbi erat domus regia. Incliti vocantur quantum ad genus, & regiam stirpem: vel incliti, idest, pretiosi. *Amicti auro primo.* Hoc est, æstimati plusquam aurum primum, quod est preciosius. Vel amicti auro primo, quia vestibus auro, & gemmis contextis induebantur. *Reputati sunt in vasa testea.* Idest, abiecti sicut fragmenta vasis testacei, quæ proijciuntur in locum immundum, & iuxta aliorum sententiam hi tres filij Iosiæ, Ioacham, Ioachim, & Sedechias, qui fuere
4.Reg.24. re Reges, vt constat ex 4. Regum 24. Vocantur lapides sanctuarij, propter obdurationem in malo, & fuere dispersi, quia Ioacham victus, ductus est in Ægyptum, vbi mortuus fuit. Ioachim interfectus, & proiectus extra portas Hierusalem. Sedechias verò exoculatus in Babylone interijt, & ideo dicit: Mutatus est color optimus auri, quia ex bonis parentibus nascuntur filij impij, & è contra, vel quia status Iosiæ Regis mutatus fuit ex bono in malum, & de his filijs
Ezechiel 17. Iosiæ captis, est mirabilis locus ad literam Ezechielis capi-
D. Gre. lib. te 17. iuxta expositionem Diui Gregorij lib, 31. Moralium
31. Moralium cap. 33. *Aquila grandis.* Idest, Nabuchodonosor Rex. *Mag-*
cap. 33. *narum alarum.* Idest, immensi exercitus; sicut Isaiæ 8. *Erit*
Isaia 8. *extensio alarum tuarum ò Emanuel implens latitudinē terræ tuæ.* Idest, multitudo tui exercitus operiet terram. *Longo membrorum ductu.* Quia diuturno tempore obsedit Hierosolymam. *Plena plumis.* Idest, plurimis diuitijs. *Venit ad Libanum.* Idest, templum. *Tulit medulam Cedri.* Idest, Regem, & Regni nobilitatem deiecit. *Et summitatem frondium euulsit.*

Idest,

Ideſt, tenerrimam regum prolem, & regiam ſtirpem à regni ſui culmine captiuando ſuſtulit, tenerrimũ germẽ, quod Hiſpanè dicimus (los cohollos y pimpollos del arbol.) *Filij Sion incliti.* Ideſt, opulentiſsimi magnates, optimo auro ornati, ſolent enim regni magnates, duces, marchiones, & comites collũ torque aurea, et monilibus ornare, ſic Danielis 5. promiſit Balthaſar Danieli, ſi ſolutionẽ ſcripturæ inueniret. *Purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in Regno meo Princeps eris.* Et infra dicitur. *Circundata eſt torques aurea collo eius, & prædicatum eſt Deo quod haberet poteſtatem tertius in Regno.* Et Geneſ. 41. Pharao circumpoſuit collo Ioſeph torquem auream, cum cõſtituit Regni Ægypti præſidem. Filij igitur Sion incliti, ideſt, multa familia glorioſi, & eximia authoritate præditi opulentiaq; præſtantes. Sic Geneſ, 31. *Tulit Iacob, quæ fuerunt patris noſtri, & illius facultate ditatus factus eſt inclitus.* Ideſt, diues opulentus, & cæteris honorabilior. Et 1. Paralipomenon 4. *Fuit Iabes inclitus præ fratribus ſuis.* Ideſt, ditior & honorabilior.

Daniel.5. *Geneſ.41.* *Geneſ.31.* *1.Parali.*

☞ *Amicti auro primo.*

PAgninus legit, auro puro, ideſt, auro obrrizo, ex Ophir, de quo 2. Reg. 9. & 2. Parrlipom. 8. Vel auro primo, ideſt, præcipuo ſine pulueris, vel eſcoriæ admixtione, quod Hiſpanè dicim⁹ (oro de veintiquatro quilates ſin mezcla de liga) primus, ideſt, præcipuus. Sic vſurpatur 1. ad Thimot. 1. *Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Ideſt, præcipuus, quia non fuit primus peccator Paulus, ſed Adam primus parens, & alij multi ante ipſum Paulum, & Marci 6. *Herodes fecit cœnam principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Ideſt, præcipuis, & ſic in Græco eſt, primoribus, & Marci capite 9. *Siquis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus.* Ideſt, qui vult eſſe præcipuus, inter alios. Et primo Regum 22. *Reſpondens autem Doeg Idumeus, qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſeruos Saul.*

Pagninus. *2.Reg.9.* *2.Parali.8.* *1.ad Thi. 1.* *Mar.6.et 9.* *1.Reg.22.*

Ideſt, præcipuus. Iſti ergo auro præcipuo, & puriori amicti reputati ſunt in nihilũ, in vaſa teſta. Ideſt, ſupra modũ deſ-

D. Thomas. pecti. D. Thom. exponit. *Amicti auro primo.* Ideſt, optimo,

Iſaiæ 30. vt vaſa figuli ſunt cõtriti. Iſaiæ 30. *Conterentur cõtritione perualida, & non remanebit de fragmentis eius teſta, in qua portetur*

70. *igniculus de incendio.* Aduertenda tamen eſt valdè hic 70. Interpræt. translatio, quæ ſic habet, incliti eleuati in auro. Ideſt, quacunq; re precioſſa præcioſiores ſuper ipſum aurum eleuati, ideſt, eſtimati magis quàm aurum. Ex iſta verſione colliges quo pacto diuitiæ eleuant ipſos diuites, illicoq;

Ezech. 28. ſuperbiunt, atq; præ cœteris extollũtur. Vnde Ezech. 28. dicitur. *Adquiſiſti aurum, & argentum in theſauris tuis. Multiplicaſti tibi fortitudinem, & elauatum eſt cor tuum in robore tuo.*

1. ad Tim. 6. D. Paulus 1. ad Thimoteum 6. *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum.* Incerta via ſunt diuitiæ ad conſequendam beatitudinem, ideo dicit Apoſtolus, ne in incerto ſperemus, certa autem via eſt paupertas. Propterea Iob amiſſa omni ſubſtantia gratias

Iob. 1. egit Deo dicens capite 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Et non legitur gratias Deo egiſſe, cum diues eſſet, licet il-

Matth. 5. las Deo retulerit. Chriſtus Dominus etiam dixit Matth.

Eccleſ. 6. 5. *Beati pauperes quoniam veſtrum eſt regnum Dei.* Et Eccleſiaſtes 6. *Quid amplius habet ſapiens à ſtulto? Et quid pauper niſi, vt pergat illuc vbi eſt vita?* Ecce quàm certa eſt via paupertatis ad beatitudinem comparandam, cum patientia coniungitur illi. Et de Rege Iſrael conſtituendo dicitur

Deuter. 17. Deuteronom. 17. *Non habebit argenti, & auri immenſa pondera, ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos.* Sicut enim plumis in altum volant aues, atq; mediantibus pennis alta conſcendunt: ſic diuitiarum plumis ſuper cæteros ex-

Iob 21. tolluntur diuites. Vnde Iob 21. *Quare impij viuunt ſubleuati*

Pſal. 9. *ſunt, confortatiq; diuitijs?* Et Pſalm. 9. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Ideſt, dum ſuperbit diues, qui vocatur impius in ſacro eloquio, quia frequenter diuites ſunt nequiſſimi. *Incenditur pauper.* Ideſt, vritur & affligitur, hic contra ponitur.

nitur pauper impio, ideſt, diuiti, ſicut Iſaiæ 53. *Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua.* Ideſt, diuites pro morte ſua. Coniunctio *Et.* tantum valet ac ideſt, & propter hanc rationem vocantur diuites Leones, quia ſuperbi & feroces ſunt Pſal. 33. *Diuites eguerunt atq; eſurierunt.* Diuus Hieronymus legit, Leones indiguerunt, & eſurierunt, ſimiliter habetur in Hebræo. Pauperes vero ſunt humiles, & manſueti, quia paupertas hominem humiliat, & mitem reddit, vnde Zachariæ 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam.* D. Mattheus capite 21. citans hunc locum Prophetæ dicit. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam.* Ecce quomodo ſunt idem pauper, & manſuetus, atque humilis, & ſimiliter pro eodem reputantur diues, & Leo, impius, & diues. Et de Ozia etiam dicitur 2. Paralip. 26. *Sed cum roboratus eſſet eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum.*

Iſaiæ 53. *Pſalmo. 33.* *D. Hierony.* *Zachariæ 9.* *Matth. 21.* *2. Paral. 26.*

Gimel. ☞ Sed et lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis, ſicut ſtruthio in deſerto.

LAmiæ ſunt animalia habentia figuram fœminarum eleganti forma præditæ earumq; infima pars in anguē definit, vel habent pedes equinos, à laniando dictæ, quia filios ſuos laniant, atq; lacerant. De his Iſaiæ 34. *Ibi cubabit lamia, & inuenit ſibi requiem.* Et iuxta Ariſtotilem aquatile, animal eſt carthilaginoſum in lib. 5. de hiſtor. Anim. cap. 5. de hac non eſt hic ſermo, ſed de altera terreſtri iuxta Albertum Magnum, quæ erumpit de Siluis, & magno impetu arbores truncat, & cum hominibus pugnā cōmitit, quæ in regione Chaldeæ verſantur. Senſus ergo vatis eſt, fæminæ Hieroſolimitanæ immaniores fuere his truculētis feris, quia iſte feræ nutriūt catulos ſuos, ſed mulieres Hieruſalem filios relinquebant humi iacentes, cum non poſſent illis lac miniſtrare. In Hebræo eſt, Drachones nudauerunt

Iſaiæ 34. *Ariſt. lib. 5. de hiſto. animal. cap. 5.*

mammas. Habent enim thecas,& operimentū,quo illas o-
Vatablus. periunt, vt exponit hic Vatab. 70. Interpr. legunt, draco-
70. nes, similiter & Sanctus Theodoret. crudeliores fuere dra-
Theodoret. conibus,qui alunt catulos suos. Alij exponunt serpētes nu-
Simachus. dauerunt mammas. Simachus vertit, Sirenes, quæ in cau-
tos nautas patula aure transeuntes mortiferis cantibus pel-
liciunt, & pellectos consopiunt, & consopitos demergunt
& demersos deuorant. Tales sunt hæretici.

☞ *Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.*

SEnsus est, ita pauci remansere in Hierusalem, vt sint similes struthionibus solitarijs per desertum errātibus. Est enim struthio auis magna, de qua vesci prohibitum fuit Iu-
Leuit. 11. dæis Leuitici 11. & Deuteronom. 14. est nimis agrestis, quæ
Deuter. 14. reperitur in vastis eremi solitudinibus, de eius propietati-
Lyra. bus lege Nicolaum Lyranum hic, sic de Babylone vastata
Hierem. 50. dicitur Isaiæ 34. *Erit cubile draconum, & pascua struthionum.* Et Hieremiæ 50. *Et redigetur ad maximam solitudinem*
Iob 30. *& habitabunt ibi struthiones.* Et Iob 30. vt suam solitudinem, & miseriam declaret dicit. *Socius fui struthionum.* Hæc auis ab Hebræis (datlaanah) appellatur, ab vlulatu sic dicta, nam (laanah) vlulare significat, non incubat sua oua, sed arenæ calore fota, solisque radijs maturescunt. Non illa fouet visu, vt putant aliqui, id autem facit, nam ferè implumis cum sit, calorem ouis concedere nequit, & est adeò magna, & grauis, vt ouis impedimento sit. Et cum pulli cogantur statim cibum, querere, & fame præmantur, grauissimos edunt vlulatus. Et ad hoc allusit mi-
Mich. 1. cheas cap. 1. *Faciam luctum quasi struthionum.* Idest, mei gemitus nullus miserebitur, sicut nec pullorum struthionum quis miseretur, hæc auis quamuis alas habet, non potest in altum volare, propter corporis magnitudinem,
Iob 39. & grauitatem. De qua Iob capite 39. *Penna struthionis similis est pennæ herodij, & accipitris.* Et est struthio Camelum,

Camelum, qui pennis suis exultat, vt habetur in Hebræo, quoniam pulcherrimæ sunt, adeò, vt illis galeæ militum exornari soleant. Sensus est, struthio habet alas sicut miluus seu accipiter, non tamen potest volare, & est auis stultissima, vt refert Plinius lib. 10. cap. 1. habet pedes, & vngulas ceruinis similes, bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga cōtra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcumq; deuorat sine aliquo delectu, mira est in ea stolliditas, si collum fructice occultauerit latere se putat, oua eius in pratio sunt propter amplitudinem. Dicit Iob. 30. de illa. *Quando derelinquit in terra oua sua, forsitam in puluere calefacies ea? Obliuiscetur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint sui, priuauit enim eam Deus sapientia, & non dedit illi intelligentiam, &c.* Sed calore arenæ pulli postea excluduntur, quod à nulla fit aue, sed Deus sua prouidentia de illis ouis, & pullis curat, & sic non nascuntur struthiones nisi in terris calidissimis, vbi arenæ est copia, vt in Africa, est ergo tam inops consilij, vt non animaduertat oua sua nullo defendente perire posse. Et ita duratur ad filios suos. Hoc est, nullam de illis agit curam, ac si illos non peperisset, & dicit Iob. *Frustra laborauit nullo timore cogente.* Idest, frustra peperit eos, cum tam temerè nullo timore compulsa eos deserat. In hoc est similitudo, quòd sicut struthio non curat de filijs fouendis, sic mulieres Hierosolimitanæ fame compulsæ proprios deserebant fœtus, oblitæ maternæ dilectionis, & naturalis pietatis. Aliqui exponunt sic. Filia populi mei tradita est hosti crudeli, simili cucullis in deserto, qui scilicet pullos suos fame necant, Draconibus deteriores.

Plin. lib. 10. cap. 1.

Iob. 30.

Nicolaus Lyranus exponit. *Crudelis facta est.* Idest, crudelior struthionibus, positiuum pro comparatiuo, sicut Psal. 17. *Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine.* Idest, melius, & Ecclesiasti. 20. *Quàm bonum est arguere, quàm irasci.* Idest, melius est peccatorem mansuetis verbis

Lyranus.

Psalm. 17.

Eccl. siast. 20.

Da cor perfectum filio meo Salomoni, vt custodiat mandata tua, & testimonia, & cæremonias, & ædificet domum. Vbi nota, quòd prius petit bona animæ, quæ verè bona sunt, & in 2. loco bona corporis, domum videlicet opulentam, & Genes. 25. *Abraham cuncta quæ possederat dedit Isaac, & filijs concubinarum largitus est munera.* Et 2. Paralipomen. 21. *Iosaphat pater suus dedit eis multa munera argenti, & auri, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. Regnum vero tradidit Iorani, eò quod esset primogenitus.* Iacob vltra communem sortem tribuum, prædium dedit Ioseph filio suo Genes. 48. & Iob 42. hæreditatem tribus filijs inter septem fratres dimisit. Thobias, cum mori se putaret filiū cum schedula obligatoria misit ad Gabelū, vt ab eo pecuniā olim cōmodatā reciperet, hæc omnia facit amor ille à natura insitus in paternis visceribus erga filios.

Geneſ. 25. — 2. Paral. 21. — Geneſ. 48. — Iob 42.

Daleth. *Adhæsit lingua lactentis ad palatum in siti, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

Oseæ 9.

CArebant matres lacte Oseæ 9. *Da eis Domine vbera arentia.* Et quia carebant cibo, qui in lac conuertebatur arruere vbera. Ostendit vates ex quo capite manauerit puerorū perditio, periere siti, quia matres carebāt lacte, fame quia petiere panē, & nō erat, & si forte fortuna aliquæ matres habebāt panē, carebāt virib⁹ ad frangendū. Crudelis passio est cū quis siti vexatur, & præ ariditate animā exhalat, adeò terribilis rabies est, vt sitiens nullo modo quiescat. Vnde Sapi. 11. *Sitierūt, & inuocauerunt te, et data est illis aqua de petra altißima, & requies sitis de lapide duro.* Requiē vocat sedationē sitis, quā præbet aqua, quia nō finit sitis homines quiescere. Sitis est rabies crudelis, sed fames dolor prolix⁹, sitis verò lōge maior afflictio est, quod declarat velocitas ceruorū cū à venatorib⁹ infectati fugiūt, obuios arborū ramos, et nemorū frōdes dentibus lacerāt, transiliūtq; per saxa, & mōtiū cacumina, sed si sitiūt eorū eneruantur vires, atq; clamorib⁹ venatorū, & canū latratibus, atq; scopletarū sonitu territi, pedem

Sapient. 11.

dem non possunt mouere, at si contigerit in fontē aquarum peruenire bibentes refrigerātur, quātasq; denuo recuperant vires, & à venatorū laqueis, & canū incursu ociores euro cerui se explicāt, extincta enim siti omnis lassitudo, & timiditas aufertur, quæ omnia limpharū abūdātia præbet. Cū exercit' Darij Regis debellatus esset ab Atheniēsibus, fugit Dari' per inuios mōtes, & siti fatigatus peruenit ad paludē, vbi aqua illa putrida, mixta erat occisorū sanguine, iacebātq; in ea mortuorū innumera cadauera, pronus in terra ex ea bibit vsq; ad satietatē, iuramētoq; firmauit in Chorinti regalib' palatijs nō fuisse tā dulcia meri pocula, & aquarū calices iucūdiores, quā illa aqua, quæ poti' erat sanguis. Sic refert Cicer. lib. 1. Tuscu. quæst. versus finē. Elian' de varia hist. lib. 12. cap. 40. de Xerxe refert, in loco deserto sitijsse, inuēt' est quidā qui paululū aquæ putridæ illi oferret, bibit Xerxes, & eum qui dederat in benefactorum numero collocauit. Oppressus popul' Israel clamat Numer. 20. *Cumq; indigeret populus aqua, conuenerunt aduersus Moysen, & Aarō, versi in seditionem dixerūt, vtinā perijssemus inter fratres nostros coram Dño.* maluerant mori repētè cum Dathan, & Abirō (quos terra viuentes deglutiuit; vel cū exploratorib', qui detraxerāt terræ promissionis. *Qui mortui repētè sūt in cōspectu Dñi.* Num. 14. *Iosue verò, & Caleb vixerunt*) quām sitim pati. Nume. etiā 21. animaduersione digna sunt carmina, quæ cecinit populus inuenta aqua, apparuit puteus super quo locut' est Dñs ad Moysen: tunc cecinit Israel carmē istud. *Ascendat pute', puteus quem foderunt Principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis.* Canticū istud cantatū fuit in choreis pro beneficio accepto aquarum, *Ascendat puteus,* Idest, augeatur, & crescat aqua quæ scaturit ex fonte. Puteus pro fonte vsurpatur. Ioa. 4. *Puteus altus est.* Et antea fōs Iacob dict'. Quem puteū foderūt Moyses, & duces multitudinis, vt adaquaretur popul', baculis suis, fuit enim miraculū nō humani operis industria, vt ad percussionē scipionum, quos nobiles ad itineris leuamē portabāt, seu quod Hispanè

Cicer. lib. 1. Tusc. quæst. Elian. de varia historia. Numer. 20. Numer. 14. & 21.

dicim⁹(las ginetas de los capitanes)emergeretur pute⁹aquæ
Et clementiſsimus Dominus pro nobis voluit ſitire, & po-
Ioan. 4. culum aquæ à Samaritide petijt in meridiæ,ita vt nõ ſolum
Pſalm.61. eſuriret,ſed etiam pro nobis ſitiret.Ioan.4. & Pſal.61.dice-
bat Dauid.*Cucurri in ſiti.* Suple ad fontes aquarũ,quia aquæ
Iudith.7. deſiderium currere facit ad fontes quærendos. Deſcribi-
tur miſeria ciuium Bethuliæ. Iudith.7.qui in obſidione po-
ſiti ab Holoferne,aquarum carebant ciſternis, & cum vitæ
diſcrimine ægrediebantur ad fontes non longè diſtantes à
muris. *Ex quibus videbantur furtim haurire aquam ad refocilan-
dum potius quàm ad potandum.* Tales ſunt huius mundi hono-
res,& carnis voluptates, quæ non extingunt ſitim, ſed au-
Iudicũ. 15. gent,ſolumq; labia attingunt, ſed nõ refrigerant. Sitis San-
Iudith. 11. ſonem victorem de Philiſteis fecit gemere.Iudicum.15. &
dixit. *En ſiti morior incidamq; in manus incircunciſſorum.* Et Iu-
dith. 11. *Inſuper fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ inter*
Iſaiæ. 36. *mortuos computantur. Deniq; hoc ordinant, vt interficiant pecora
ſua, & bibant ſanguinem eorum.* Et Iſaiæ. 36. populus oppræſ-
Hierem.48. ſus præ faucium ariditate,compellitur bibere vrinam : vide
quid faciat ſitis, quæ eſt malorum cumulus. Vnde Hierem.
48. *Sede in ſiti habitatio filiæ Dibon.* Ideſt,in ſumma rerũ pau-
pertate,& miſeria,quia cum deficit aqua,& pluuia de cœlo
Hierem. 2. omnes terræ fructus deficiũt. *Sede in ſiti.* Ideſt,omnibus re-
bus ad victum neceſſarijs carebis, & Hierem. 2. vt terreat
Propheta Iudæos, & à via Ægypti arceat, ne eorum petant
auxilium derelicto Domino,dicit. *Prohibe pedem tuum à nu-
ditate, & guttur tuum à ſiti.* Quia in illis deſertis vaſtiſsimis
quæ à Hieruſalem vſq; ad Ægyptum erant, maxima erat a-
quarum penuria, & eodem capite miratur Dominus quòd
à populo iſto derelinquatur,cum ſit fons perennis aquarũ,
qui ab omnibus apetitur. *Me dereliquerunt fontem aquæ vi-
uæ, & foderunt ſibi cyſternas, cyſternas diſipatas, quæ non valent
continere aquas.* Eſt figura Anadiploſis,quæ eſt repetitio eiuſ-
dem verbi, quod Hiſpanè dicimus (hizieron algibes, y que
algibes? Rotos que ſe ſale toda el agua) aqua enim omni-
bus

bus est gratissima maximè sitientibus. Quare ergo huic populo, cũ sim ego limpidissimus aquarum fons nõ fui gratus

☞ *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

IDest, non erat qui impertiretur cibum. Hoc est frangere panem in sacris literis, alijs præbere cibos, vt comedant, nam qui esurit benè potest manibus frãgere panem ad comedẽdum. Ita Isaiæ. 58. *Frange esurienti panem tuum.* Actor. 2. *Erant quotidie perdurantes in templo, & frangentes per domos panem, sumebant cibum cum exultatione.* Idest, distribuebant per domos panem, quia pluribus panem integrum largiebantur Apostoli: & quòd panis summatur pro cibo ex hoc loco constat, quia quod prius appellauerat panem, statim vocat cibum. Et Lucæ. 24. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Idest, cibi distributione, solebat enim Dominus in mensa singulis distribuere cibos, quod ex vehementi erga suos amore faciebat, vt faciunt parentes cum filijs, quos vnicè diligunt. In hac ergo distributione cognouerunt discipuli Dominũ, licet Alexander Alensis 3. par. suæ Summæ. qu. 11. membro 2. art. 1. ad finem dicat, quod cognouerunt eum in fractione panis propter modum suum frangendi panem, quem viderunt in Domino. Frangebat panem speciali modo, manus enim Christi habebant hanc virtutem frangendi, qui sua fractio erat veluti cultelli incisio. Idem dicunt Nicolaus Lyranus, & Caietanus super hunc locum. Aliquando etiam vt notauit D. Chrisost. hom. 7. super Acta Apostolorum, fractio panis significat tenuitatẽ victus, atq; frugalitatem, sicut Actor. 2. *Frangebant per singulas domos panem, simul accipiebant cibum in exultatione.* Panem dicens, videtur mihi ieiunium hoc loco significare, & austeram vitam, simul enim accipiebant alimentum, non delitias. *Et non erat qui frangeret eis.* Sed sibi potius, quàm filijs frangebant matres famelicæ. *Paruuli petierunt panem.* Nota quòd paruulus in scriptura sacra, aliquando sumitur pro pueris teneræ

Isaiæ. 58.
Actor. 2.
Lucæ. 24.
Alex. Alēs.
Lyranus.
Caietanus.
D. Chrisost.
Actor. 2.

Ideſt, præcipuus. Iſti ergo auro præcipuo, & puriori amicti reputati ſunt in nihilũ, in vaſa teſta. Ideſt, ſupra modũ deſ-
D. Thomas. pecti. D. Thom. exponit. *Amicti auro primo.* Ideſt, optimo,
Iſaiæ 30. vt vaſa figuli ſunt cõtriti. Iſaiæ 30. *Conterentur cõtritione per-ualida, & non remanebit de fragmentis eius teſta, in qua portetur*
70. *igniculus de incendio.* Aduertenda tamen eſt valdè hic 70. Interpræt. translatio, quæ ſic habet, incliti eleuati in auro. Ideſt, quacunq; re præcioſſa præcioſiores ſuper ipſum aurum eleuati, ideſt, eſtimati magis quàm aurum. Ex iſta verſione colliges quo pacto diuitiæ eleuant ipſos diuites, illicoq;
Ezech. 28. ſuperbiunt, atq; præ cœteris extollũtur. Vnde Ezech. 28. dicitur. *Adquiſiſti aurum, & argentum in theſauris tuis. Multiplicaſti tibi fortitudinem, & elauatum eſt cor tuum in robore tuo.*
1. ad Tim. 6. D. Paulus 1. ad Thimoteum 6. *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum.* Incerta via ſunt diuitiæ ad conſequendam beatitudinem, ideo dicit Apoſtolus, ne in incerto ſperemus, certa autem via eſt paupertas. Propterea Iob amiſſa omni ſubſtantia gratias
Iob. 1. egit Deo dicens capite 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Et non legitur gratias Deo egiſſe, cum diues eſſet, licet il-
Matth. 5. las Deo retulerit. Chriſtus Dominus etiam dixit Matth.
Eccleſ. 6. 5. *Beati pauperes quoniam veſtrum eſt regnum Dei.* Et Eccleſiaſtes 6. *Quid amplius habet ſapiens à ſtulto? Et quid pauper niſi, vt pergat illuc vbi eſt vita?* Ecce quàm certa eſt via paupertatis ad beatitudinem comparandam, cum patientia coniungitur illi. Et de Rege Iſrael conſtituendo dicitur
Deuter. 17. Deuteronom. 17. *Non habebit argenti, & auri immenſa pondera, ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos.* Sicut enim plumis in altum volant aues, atq: mediantibus pennis alta conſcendunt: ſic diuitiarum plumis ſuper cæteros ex-
Iob 21. tolluntur diuites. Vnde Iob 21. *Quare impij viuunt ſubleuati*
Pſal. 9. *ſunt, confortatiq; diuitijs?* Et Pſalm. 9. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Ideſt, dum ſuperbit diues, qui vocatur impius in ſacro eloquio, quia frequenter diuites ſunt nequiſſimi. *Incenditur pauper.* Ideſt, vritur &. affligitur, hic contra ponitur.

nitur pauper impio, ideſt, diuiti, ſicut Iſaiæ 35. *Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua.* Ideſt, diuites pro morte ſua. Coniunctio *Et.* tantum valet ac ideſt, & propter hanc rationem vocantur diuites Leones, quia ſuperbi & feroces ſunt Pſal. 33. *Diuites eguerunt atq; eſurierunt.* Diuus Hieronymus legit, Leones indiguerunt, & eſurierunt, ſimiliter habetur in Hebræo. Pauperes vero ſunt humiles, & manſueti, quia paupertas hominem humiliat, & mitem reddit, vnde Zachariæ 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam.* D. Mattheus capite 21. citans hunc locum Prophetæ dicit. *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinam.* Ecce quomodo ſunt idem pauper, & manſuetus, atque humilis, & ſimiliter pro eodem reputantur diues, & Leo, impius, & diues. Et de Ozia etiam dicitur 2. Paralip. 26. *Sed cum roboratus eſſet eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum.*

Iſaiæ 53. Pſalmo.33. D.Hierony. Zachariæ 9. Matth. 21. 2.Paral.26.

Gimel. ☞ *Sed et lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis, ſicut ſtruthio in deſerto.*

LAmiæ ſunt animalia habentia figuram fœminarum eleganti forma præditæ earumq; infima pars in anguẽ deſinit, vel habent pedes equinos, à laniando dictæ, quia filios ſuos laniant, atq; lacerant. De his Iſaiæ 34. *Ibi cubabit lamia, & inuenit ſibi requiem.* Et iuxta Ariſtotilem aquatile, animal eſt carthilaginoſum in lib. 5. de hiſtor. Anim. cap. 5. de hac non eſt hic ſermo, ſed de altera terreſtri iuxta Albertum Magnum, quæ erumpit de Siluis, & magno impetu arbores truncat, & cum hominibus pugnã cõmitit, quæ in regione Chaldeæ verſantur. Senſus ergo vatis eſt, fœminæ Hieroſolimitanæ immaniores fuere his truculẽtis feris, quia iſte feræ nutriũt catulos ſuos, ſed mulieres Hieruſalem filios relinquebant humi iacentes, cum non poſſent illis lac miniſtrare. In Hebræo eſt, Drachones nudauerunt

Iſaiæ 34. Ariſt. lib. 5. de hiſto. animal. cap. 5.

mammas. Habent enim thecas,& operimentũ,quo illas operiunt, vt exponit hic Vatab. 70. Interpr. legunt, dracones, similiter & Sanctus Theodoret. crudeliores fuere draconibus,qui alunt catulos suos. Alij exponunt serpẽtes nudauerunt mammas. Simachus vertit, Sirenes, quæ in cautos nautas patula aure transeuntes mortiferis cantibus pelliciunt, & pellectos consopiunt, & consopitos demergunt & demersos deuorant. Tales sunt hæretici.

Vatablus. *70.* *Theodoret.* *Simachus.*

☞ *Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.*

SEnsus est, ita pauci remansere in Hierusalem, vt sint similes struthionibus solitarijs per desertum errãtibus. Est enim struthio auis magna,de qua vesci prohibitum fuit Iudæis Leuitici 11.& Deuteronom.14.est nimis agrestis,quæ reperitur in vastis eremi solitudinibus, de eius propietatibus lege Nicolaum Lyranum hic, sic de Babylone vastata dicitur Isaiæ 34. *Erit cubile draconum, & pascua struthionum.* Et Hieremiæ 50. *Et redigetur ad maximam solitudinem & habitabunt ibi struthiones.* Et Iob 30. vt suam solitudinem, & miseriam declaret dicit *Socius fui struthionum.* Hæc auis ab Hebræis (datlaanah) appellatur,ab vlulatu sic dicta, nam(laanah) vlulare significat, non incubat sua oua, sed arenæ calore fota, solisque radijs maturescunt. Non illa fouet visu, vt putant aliqui, id autem facit, nam ferè implumis cum sit, calorem ouis concedere nequit, & est adeò magna, & grauis, vt ouis impedimento sit. Et cum pulli cogantur statim cibum, querere, & fame præmantur, grauissimos edunt vlulatus. Et ad hoc allusit micheas cap. 1. *Faciam luctum quasi struthionum.* Idest, mei gemitus nullus miserebitur, sicut nec pullorum struthionum quis miseretur, hæc auis quamuis alas habet, non potest in altum volare, propter corporis magnitudinem, & grauitatem. De qua Iob capite 39. *Penna struthionis similis est pennæ herodij, & accipitris.* Et est struthio Camelum,

Leuit. 11. *Deuter. 14.* *Lyra.* *Hierem.50.* *Iob 30.* *Mich. 1.* *Iob 39.*

Camelum, qui pennis suis exultat, vt habetur in Hebræo, quoniam pulcherrimæ sunt, adeô, vt illis galeæ militum exornari soleant. Sensus est, struthio habet alas sicut miluus seu accipiter, non tamen potest volare, & est auis stultissima, vt refert Plinius lib. 10. cap. 1. habet pedes, & vngulas ceruinis similes, bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga cōtra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcunq; deuorat sine aliquo delectu, mira est in ea stolliditas, si collum fructice occultauerit latere se putat, oua eius in prætio sunt propter amplitudinem. Dicit Iob. 39. de illa. *Quando derelinquit in terra oua sua, forsitam in puluere calefacies ea? Obliuiscetur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint sui, priuauit enim eam Deus sapientia, & non dedit illi intelligentiam, &c.* Sed calore arenæ pulli postea excluduntur, quod à nulla fit aue, sed Deus sua prouidentia de illis ouis, & pullis curat, & sic non nascuntur struthiones nisi in terris calidissimis, vbi arenæ est copia, vt in Africa, est ergo tam inops consilij, vt non animaduertat oua sua nullo defendente perire posse. Et ita duratur ad filios suos. Hoc est, nullam de illis agit curam, ac si illos non peperisset, & dicit Iob. *Frustra laborauit nullo timore cogente.* Idest, frustra peperit eos, cum tam temere nullo timore compulsa eos deserat. In hoc est similitudo, quòd sicut struthio non curat de filijs fouendis, sic mulieres Hierosolimitanæ fame compulsæ proprios deserebant fœtus, oblitæ maternæ dilectionis, & naturalis pietatis. Aliqui exponunt sic. Filia populi mei tradita est hosti crudeli, simili cuculis in deserto, qui scilicet pullos suos fame necant, Draconibus deteriores.

Plin. lib. 10. cap. 1.

Iob. 39.

Nicolaus Lyranus exponit. *Crudelis facta est.* Idest, crudelior struthionibus, positiuum pro comparatiuo, sicut Psal. 17. *Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine.* Idest, melius, & Ecclesiasti. 20. *Quàm bonum est arguere, quàm irasci.* Idest, melius est peccatorem mansuetis verbis

Lyranus.

Psalm. 17.

Ecl. siast. 20.

Da cor perfectum filio meo Salomoni, vt custodiat mandata tua, & testimonia, & cæremonias, & ædificet domum. Vbi nota, quòd prius petit bona animæ, quæ verè bona sunt, & in 2. loco bona corporis, domum videlicet opulentam, & Genes. 25. *Abraham cuncta quæ possederat dedit Isaac, & filijs concubinarum largitus est munera.* Et 2. Paralipomen. 21. *Iosaphat pater suus dedit eis multa munera argenti, & auri, & pensationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda. Regnum vero tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus.* Iacob vltra communem sortem tribuum, prædium dedit Ioseph filio suo Genes. 48. & Iob 42 hæreditatem tribus filijs inter septem fratres dimisit. Thobias, cum mori se putaret filiū cum schedula obligatoria misit ad Gabelū, vt ab eo pecuniā olim cōmodatā reciperet, hæc omnia facit amor ille à natura insitus in paternis visceribus erga filios.

Geneſ. 25. — 2. Paral. 21. — Geneſ. 48. — Iob 42.

Daleth. ☞ *Adhæsit lingua lactentis ad palatum in siti, parbuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

Osea 9. CArebant matres lacte Oseæ 9. *Da eis Domine vbera arentia.* Et quia carebant cibo, qui in lac conuertebatur arere vbera. Ostendit vates ex quo capite manauerit puerorū perditio, perière siti, quia matres carebāt lacte, fame quia petiere panē, & nō erat, & si forte fortuna aliquæ matres habebāt panē, carebāt virib⁹ ad frangendū. Crudelis passio est cū quis siti vexatur, & præ ariditate animā exhalat, adeò terribilis rabies est, vt sitiens nullo modo quiescat. Vnde Sapi. 11. *Sitierūt, & inuocauerunt te, et data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.* Requiē vocat sedationē sitis, quā præbet aqua, quia nō finit sitis homines quiescere. Sitis est rabies crudelis, sed fames dolor prolix⁹, sitis verò lōgè maior afflictio est, quod declarat velocitas ceruorū cū à venatorib⁹ infectati fugiūt, obuios arborū ramos, et nemorū frōdes dentibus lacerāt, transiliūtq; per saxa, & mōtiū cacumina, sed si sitiūt eorū eneruantur vires, atq; clamorib⁹ venatorū, & canū latratibus, atq; scopletarū sonitu territi, pedem

Sapient. 11.

dem non possunt mouere, at si contigerit in fonte aquarum peruenire bibentes refrigerãtur, quãtasq; denuo recuperant vires, & à venatorũ laqueis, & canũ incursu ociores euro cerui se explicãt, extincta enim siti omnis lassitudo, & timiditas aufertur, quæ omnia lympharũ abũdãtia præbet. Cũ exercit⁹ Darij Regis debellatus esset ab Atheniẽsibus, fugit Dari⁹ per inuios mõtes, & siti fatigatus peruenit ad paludẽ, vbi aqua illa putrida, mixta erat occisorũ sanguine, iacebãtq; in ea mortuorũ innumera cadauera, pronus in terra ex ea bibit vsq; ad satietatẽ, iuramẽtoq; firmauit in Chorinti regalib⁹ palatijs nõ fuisse tã dulcia meri pocula, & aquarũ calices iucũdiores, quã illa aqua, quæ poti⁹ erat sanguis. Sic refert Cicer. lib. 1. Tuscu. quæst. versus finẽ. Elian⁹ de varia hist. lib. 12. cap. 40. de Xerxe refert, in loco deserto sitijsse, inuẽt⁹ est quidã qui paululũ aquæ putridæ illi oferret, bibit Xerxes, & eum qui dederat in benefactorum numero collocauit. Opprefus popul⁹ Israel clamat Numer. 20. *Cumq; indigeret populus aqua, conuenerunt aduersus Moysen, & Aarõ, versi in seditionem dixerũt, vtinã periissemus inter fratres nostros coram Dño.* maluerant mori repẽte cum Dathan, & Abirõ (quos terra viuẽtes deglutiuit; vel cũ exploratorib⁹, qui detraxerãt terræ promisionis. *Qui mortui repẽtẽ sũt in cõspectu Dñi.* Num. 14. *Iosue verò, & Caleb vixerunt*) quàm sitim pati. Nume. etiã 21. animaduersione digna sunt carmina, quæ cecinit populus inuenta aqua, apparuit puteus super quo locut⁹ est Dñs ad Moysen: tunc cecinit Israel carmẽ istud. *Ascendat pute⁹, poteus quem foderunt Principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis.* Canticũ istud cantatũ fuit in choreis pro beneficio accepto aquarum, *Ascendat puteus,* Idest, augeatur, & crescat aqua quæ scaturit ex fonte. Puteus pro fonte vsurpatur. Ioa. 4. *Puteus altus est.* Et antea fõs Iacob dict⁹. Quem puteũ foderũt Moyses, & duces multitudinis, vt adaquaretur popul⁹, baculis suis, fuit enim miraculũ nõ humani operis industria, vt ad percusionẽ scipionum, quos nobiles ad itineris leuamẽ portabãt, seu quod Hispanẽ dicimus

Cicer. lib. 1. Tusc. quæst.
Elian. de varia historia.
Numer. 20.
Numer. 14. & 21.

pulus etiam plangitur, qui simul perijt cum Rege, & ex hac historia manu ducimur ad mortem Christi recogitandam, cuius figuram bonus ille Rex, qui pro populo suo ocubuit, gessit. Hæc Isidorus Clarius adnotauit.

Isidor. Clar.

☞ *Quomodo obscuratum est aurum.*

AB Hac admiratione incipit quomodo fiat, vt optimi perierint, nam tres filij Regis postea capti sunt, quod præuidebat Propheta, nam Ioachaz captus, in Ægyptū ductus est; Ioachim in Hierusalē perijt, Sedechias quoq; excoculatus in Babylone obijt. Chaldeus interpræs ad literam exponit, de templo Hierosolimitano auro, & gemmis ornato, quod per Chaldeos fuit exustum. Et 3. Reg. 6. habetur, quòd ipsum templum erat tectum auro, & lapidibus præciosis: vel per aurum intelligit Principes, lapides verò sanctuarij vocat sacerdotes, qui dispersi vagabātur per plateas, & vias, cum carerent templo vbi asistere solebant: vel per lapides sanctuarij intelligit lapides templi perpolitos, quos latomi nimis elaboratos fecerant, dispersi erant, vt lapides rudes, cum euersum esset templum, & combustum. Pagninus legit, occultatum est aurum. Idest, non splendescit sicut antea, fuluus enim auri color, igne denigratus fuerat.

Chaldeus. *3. Reg. 6.* *Pagninus.*

Mutatus est color optimus. Sanctes Pagninus legit, mutauit se aurum, idest, color auri mutatus est, quia spoliatum est auro templum, cum rapuerint Chaldei eius thesauros. 70. Interpræt. legunt, quomodo obscurabitur aurum, mutabitur argentum bonum, effusi sunt omnes lapides sancti ab initio omnium viarum. Idem est sensus, forte in principio cuiuslibet viæ erant aliqui lapides præciosiores cœteris ad viarum ornatum: vel gloria Hierosolimorum, nomen, magnificentia, & amplitudo, ad abiectionem, & opprobium redacta est, vel quomodo ille Rex Iosias electus, vt optimum aurum, mortuus est? Et successerūt in Regno filij eius scelerastissimi. *Dispersi sunt lapides sanctuarij.* D. Hieronym. de lapidibus pratiosis vestis summi sacerdotis exponit, sed à militibus

Pagninus. *70.* *D. Hieron.*

bus minime in terra relinquerentur, neq; ab ipsis Iudæis aui- dis auri, & gemmarum.

Aurum in facris literis, aliquando sumitur pro sapientia, vt Psal. 71. *Viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ*. Ideft, magi, & sapientes Arabiæ adorabunt ipsum Christum, & offerent ei aurum. Sic exponit D. Augustin. super hoc Psalmo. Sumitur etiã pro gloria, & amplitudine Regni, sicut Hierem. 51. *Calix aureus, Babylon in manu Domini*. Vbi vates prophetat destructione Babylonis per Persas, & dicit, sicut qui effundit vas, quod habet in manu, sic Deus destruet Persas diuites atq; opulentos. Aurum sumitur pro cœlo sereno, & rubicundo, Iob. 37. *Ab aquilone aurum venit*. Ideft, serenitas, quia Sol nitidissimus tanquam aurum fulget, & sæpe Boream conspicimus fugare nubes. Aurum etiam sumitur pro diuinitate, Canticor. 5. caput eius aurum optimum, loquitur sponsa de Christo Domino, & dicit quod est Deus: quod declarat D. Paulus. 1. ad Corint. 11. *Caput Christi Deus*. Et Apocal. 21. *Plateas ciuitatis aurum mundum*. Ideft, amplitudo gloriæ, qua fruentur beati erit diuinitas, quæ auro comparatur.

Psalm. 71.
D. August.
Hierem. 51.
Iob. 37.
Canticor. 5.
1. ad Cor. 11.
Apocal. 21.

Caput sumitur in facro eloquio, pro principatu, & imperio. Genes. 3. *Ipsa conteret caput tuum*. Aliquando pro Rege. 1. Reg. 15. *Cum esses paruulus in oculis tuis, caput Israel constitui te*. Aliquando pro marito, & sponso, ad Ephes. 5. *Caput mulieris est vir*. Omnibus his modis sumitur ad Ephes. 4. *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*. Ideft, sponsum, Principem, & Regem, & principatum tenentem. Etiam sumitur pro principio, vt ad Heb. 10. *In capite libri scriptum est de me*. Ideft, in principio libri Psalmorum in Psal. 1. *Beatus vir*. In Hebræo habetur, in volumine libri scriptum est de me, nam Psal. 36. dicitur. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi*. Et Isaiæ. 51. *Filij tui proiecti sunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata*. Ideft, in principio viarum, sic in nostro vate. *In capite omnium platearum*. Ideft, in principio, in initio, & introitu platearum.

Genes. 3.
1. Reg. 15.
Ad Ephes. 5.
& 4.
Ad Heb. 10.
Psalm. 1.
Psalm. 39.
Isaiæ. 51.

Filij

Beth. *Filij Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli?*

PRimus sensus est, tres filij Iosiæ omnes Reges, reputati sunt in vasa testea, hoc est, despecti, vt homines ex infima plebe. Qui gemmis, & auro incedebant ornati, nunc pauperes abiecti, & pannosi. Sic exponit Nicolaus Lyranus, & vocantur filij Sion, quia educati in arce Sion, vbi erat domus regia. Incliti vocantur quantum ad genus, & regiam stirpem: vel incliti, idest, pretiosi. *Amicti auro primo.* Hoc est, stimati plusquam aurum primum, quod est preciosius. Vel amicti auro primo, quia vestibus auro, & gemmis contextis induebantur. *Reputati sunt in vasa testea.* Idest, abiecti sicut fragmenta vasis testacei, quæ proiiciuntur in locum immundum, & iuxta aliorum sententiam hi tres filij Iosiæ, Ioacham, Ioachim, & Sedechias, qui fuere Reges, vt constat ex 4. Regum 24. Vocantur lapides sanctuarij, propter obdurationem in malo, & fuere dispersi, quia Ioacham victus, ductus est in Ægyptum, vbi mortuus fuit. Ioachim interfectus, & proiectus extra portas Hierusalem. Sedechias verò exoculatus in Babylone interijt, & ideo dicit: Mutatus est color optimus auri, quia ex bonis parentibus nascuntur filij impij, & è contra, vel quia status Iosiæ Regis mutatus fuit ex bono in malum, & de his filijs Iosiæ captis, est mirabilis locus ad literam Ezechielis capite 17. iuxta expositionem Diui Gregorij lib. 31. Moralium cap. 33. *Aquila grandis.* Idest, Nabuchodonosor Rex. *Magnarum alarum.* Idest, immensi exercitus, sicut Isaiæ 8. *Erit extensio alarum tuarum ò Emanuel implens latitudinẽ terræ tuæ.* Idest, multitudo tui exercitus operiet terram. *Longo membrorum ductu.* Quia diuturno tempore obsedit Hierosolymam. *Plena plumis.* Idest, plurimis diuitijs. *Venit ad Libanum.* Idest, templum. *Tulit medulam Cedri.* Idest, Regem, & Regni nobilitatem deiecit. *Et summitatem frondium euulsit.* Idest,

Lyra.
4. Reg. 24.
Ezechiel 17.
D. Gre. lib. 31. Moraliũ cap. 33.
Isaia 8.

Ideſt, tenerrimam regum prolem, & regiam ſtirpem à regni ſui culmine captiuando ſuſtulit, tenerrimũ germẽ, quod Hiſpanè dicimus (los cohollos y pimpollos del arbol.) *Filij Sion incliti.* Ideſt, opulentiſsimi magnates, optimo auro ornati, ſolent enim regni magnates, duces, marchiones, & comites collũ torque aurea, et monilibus ornare, ſic Danielis 5. promiſit Balthaſar Danieli, ſi ſolutionẽ ſcripturæ inuenirét. *Purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in Regno meo Princeps eris.* Et infra dicitur. *Circundata eſt torques aurea collo eius, & prædicatum eſt Deo quod haberet poteſtatem tertius in Regno.* Et Geneſ. 41. Pharao circumpoſuit collo Ioſeph torquem auream, cum cõſtituit Regni Ægypti præſidem. Filij igitur Sion incliti, ideſt, multa familia glorioſsi, & eximia authoritate præditi opulentiaq; præſtantes. Sic Geneſ. 31. *Tulit Iacob, quæ fuerunt patris noſtri, & illius facultate ditatus factus eſt inclitus.* Ideſt, diues opulentus, & cæteris honorabilior. Et 1. Paralipomenon 4. *Fuit Iabes inclitus præ fratribus ſuis.* Ideſt, ditior & honorabilior.

Daniel. 5. *Geneſ. 41.* *Geneſ. 31.* *1. Parali.*

☞ *Amicti auro primo.*

PAgninus legit, auro puro, ideſt, auro obrrizo, ex Ophir, de quo 2. Reg. 9. & 2. Parrlipom. 8. Vel auro primo, ideſt, præcipuo ſine pulueris, vel eſcoriæ admixtione, quod Hiſpanè dicim' (oro de veintiquatro quilates ſin mezcla de liga) primus, ideſt, præcipuus. Sic vſurpatur 1. ad Thimot. 1. *Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Ideſt, præcipuus, quia non fuit primus peccator Paulus, ſed Adam primus parens, & alij multi ante ipſum Paulum, & Marci 6. *Herodes fecit cœnam principibus, & tribunis, & primis Galileæ.* Ideſt, præcipuis, & ſic in Græco eſt, primoribus, & Marci capite 9. *Siquis vult primus eſſe, erit omnium nouiſsimus.* Ideſt, qui vult eſſe præcipuus, inter alios. Et primo Regum 22. *Reſpondens autem Doeg Idumeus, qui aſiſtebat, & erat primus inter ſeruos Saul.*

Pagninus. *2. Reg. 9.* *2. Parali. 8.* *1. ad Thi. 1.* *Mar. 6. et 9.* *1. Reg. 22.*

 Ideſt,

Ideſt, præcipuus. Iſti ergo auro præcipuo, & puriori amicti reputati ſunt in nihilũ, in vaſa teſta. Ideſt, ſupra modũ deſ-
D. Thomas. pecti. D. Thom. exponit. *Amicti auro primo.* Ideſt, optimo,
Iſaiæ 30. vt vaſa figuli ſunt cõtriti. Iſaiæ 30. *Conterentur cõtritione perualida, & non remanebit de fragmentis eius teſta, in qua portetur*
70. *igniculus de incendio.* Aduertenda tamen eſt valdè hic 70. Interpræt. translatio, quæ ſic habet, incliti eleuati in auro. Ideſt, quacunq; re præcioſſa præcioſiores ſuper ipſum aurum eleuati, ideſt, eſtimati magis quàm aurum. Ex iſta verſione colliges quo pacto diuitiæ eleuant ipſos diuites, illicoq;
Ezech. 28. ſuperbiunt, atq; præ cœteris extollũtur. Vnde Ezech. 28. dicitur. *Adquiſiſti aurum, & argentum in theſauris tuis. Multiplicaſti tibi fortitudinem, & elauatum eſt cor tuum in robore tuo.*
1. ad Tim. 6. D. Paulus 1. ad Thimoteum 6. *Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum.* Incerta via ſunt diuitiæ ad conſequendam beatitudinem, ideo dicit Apoſtolus, ne in incerto ſperemus, certa autem via eſt paupertas. Propterea Iob amiſſa omni ſubſtantia gratias
Iob. 1. egit Deo dicens capite 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Et non legitur gratias Deo egiſſe, cum diues eſſet, licet il-
Matth. 5. las Deo retulerit. Chriſtus Dominus etiam dixit Matth.
Eccleſ. 6. 5. *Beati pauperes quoniam veſtrum eſt regnum Dei.* Et Eccleſiaſtes 6. *Quid amplius habet ſapiens à ſtulto? Et quid pauper niſi, vt pergat illuc vbi eſt vita?* Ecce quàm certa eſt via paupertatis ad beatitudinem comparandam, cum patientia coniungitur illi. Et de Rege Iſrael conſtituendo dicitur
Deuter. 17. Deuteronom. 17. *Non habebit argenti, & auri immenſa pondera, ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos.* Sicut enim plumis in altum volant aues, atq; mediantibus pennis alta conſcendunt: ſic diuitiarum plumis ſuper cæteros extolluntur diuites. Vnde Iob 21. *Quare impij viuunt ſubleuati*
Iob 21.
Pſal. 9. *ſunt, confortatiq; diuitijs?* Et Pſalm. 9. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Ideſt, dum ſuperbit diues, qui vocatur impius in ſacro eloquio, quia frequenter diuites ſunt nequiſſimi. *Incenditur pauper.* Ideſt, vritur & affligitur, hic contra ponitur.

nitur pauper impio, idest, diuiti, sicut Isaiæ 53. *Dabit impios* *Isaiæ 53.*
pro sepultura, & diuites pro morte sua. Idest, diuites pro morte sua. Coniunctio *Et.* tantum valet ac idest, & propter hanc rationem vocantur diuites Leones, quia superbi & feroces sunt Psal. 33. *Diuites eguerunt atq; esurierunt.* Diuus *Psalmo.33.* Hieronymus legit, Leones indiguerunt, & esurierunt, similiter habetur in Hebræo. *D.Hierony.* Pauperes vero sunt humiles, & mansueti, quia paupertas hominem humiliat, & mitem reddit, vnde Zachariæ 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iustus,* *Zachariæ 9.* *& saluator ipse pauper, & ascendens super asinam.* D. Mattheus *Matth. 21.* capite 21. citans hunc locum Prophetæ dicit. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam.* Ecce quomodo sunt idem pauper, & mansuetus, atque humilis, & similiter pro eodem reputantur diues, & Leo, impius, & diues. Et de Ozia etiam dicitur 2. Paralip. 26. *Sed cum roboratus esset eleuatum est cor eius in interitum suum.* *2.Paral.26.*

Gimel. ☞ *Sed et lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos, filia populi mei crudelis, sicut struthio in deserto.*

Lamiæ sunt animalia habentia figuram fœminarum eleganti forma præditæ earumq; infima pars in anguẽ desinit, vel habent pedes equinos, à laniando dictæ, quia filios suos laniant, atq; lacerant. De his Isaiæ 34. *Ibi cubabit* *Isaiæ 34.* *lamia, & inuenit sibi requiem.* Et iuxta Aristotilem aquatile, *Arist.lib.5.* animal est carthilaginosum in lib. 5. de histor. Anim. cap. 5. *de histo.animal. cap.5.* de hac non est hic sermo, sed de altera terrestri iuxta Albertum Magnum, quæ erumpit de Siluis, & magno impetu arbores truncat, & cum hominibus pugnã cõmitit, quæ in regione Chaldeæ versantur. Sensus ergo vatis est, fœminæ Hierosolimitanæ immaniores fuere his truculẽtis feris, quia istę feræ nutriũt catulos suos, sed mulieres Hierusalem filios relinquebant humi iacentes, cum non possent illis lac ministrare. In Hebræo est, Drachones nudauerunt

mammas. Habent enim thecas, & operimentũ, quo illas operiunt, vt exponit hic Vatab. 70. Interpr. legunt, dracones, similiter & Sanctus Theodoret. crudeliores fuere draconibus, qui alunt catulos suos. Alij exponunt serpẽtes nudauerunt mammas. Simachus vertit, Sirenes, quæ in cautos nautas patula aure transeuntes mortiferis cantibus pelliciunt, & pellectos consopiunt, & consopitos demergunt & demersos deuorant. Tales sunt hæretici.

Vatablus. *70.* *Theodoret.* *Simachus.*

☞ *Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.*

Sensus est, ita pauci remansere in Hierusalem, vt sint similes struthionibus solitarijs per desertum errãtibus. Est enim struthio auis magna, de qua vesci prohibitum fuit Iudæis Leuitici 11. & Deuteronom. 14. est nimis agrestis, quæ reperitur in vastis eremi solitudinibus, de eius propietatibus lege Nicolaum Lyranum hic, sic de Babylone vastata dicitur Isaiæ 34. *Erit cubile draconum, & pascua struthionum.* Et Hieremiæ 50. *Et redigetur ad maximam solitudinem & habitabunt ibi struthiones.* Et Iob 30. vt suam solitudinem, & miseriam declaret dicit. *Socius fui struthionum.* Hæc auis ab Hebræis (datlaanah) appellatur, ab vlulatu sic dicta, nam (laanah) vlulare significat, non incubat sua oua, sed arenæ calore fota, solisque radijs maturescunt. Non illa fouet visu, vt putant aliqui, id autem facit, nam ferè implumis cum sit, calorem ouis concedere nequit, & est adeò magna, & grauis, vt ouis impedimento sit. Et cum pulli cogantur statim cibum, querere, & fame præmantur, grauissimos edunt vlulatus. Et ad hoc allusit micheas cap. 1. *Faciam luctum quasi struthionum.* Idest, mei gemitus nullus miserebitur, sicut nec pullorum struthionum quis miseretur, hæc auis quamuis alas habet, non potest in altum volare, propter corporis magnitudinem, & grauitatem. De qua Iob capite 39. *Penna struthionis similis est pennæ herodij, & accipitris.* Et est struthio Camelum,

Leuit. 11. *Deuter. 14.* *Lyra.* *Hierem. 50.* *Iob 30.* *Mich. 1.* *Iob 39.*

Camelum, qui pennis suis exultat, vt habetur in Hæbreo, quoniam pulcherrimæ sunt, adeò, vt illis galeæ militum exornari soleant. Sensus est, struthio habet alas sicut miluus seu accipiter, non tamen potest volare, & est auis stultissima, vt refert Plinius lib. 10. cap. 1. habet pedes, & vngulas ceruinis similes, bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga cōtra insequentes pedibus ingerit. Concoquit quæcumq; deuorat sine aliquo delectu, mira est in ea stolliditas, si collum fructice occultauerit latere se putat, oua eius in prætio sunt propter amplitudinem. Dicit Iob. 30. de illa. *Quando derelinquit in terra oua sua, forsitam in puluere calefacies ea? Obliuiscetur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint sui, priuauit enim eam Deus sapientia, & non dedit illi intelligentiam, &c.* Sed calore arenæ pulli postea excluduntur, quod à nulla fit aue, sed Deus sua prouidentia de illis ouis, & pullis curat, & sic non nascuntur struthiones nisi in terris calidissimis, vbi arenæ est copia, vt in Africa, est ergo tam inops consilij, vt non animaduertat oua sua nullo defendente perire posse. Et ita duratur ad filios suos. Hoc est, nullam de illis agit curam, ac si illos non peperisset, & dicit Iob. *Frustra laborauit nullo timore cogente.* Idest, frustra peperit eos, cum tam temere nullo timore compulsa eos deserat. In hoc est similitudo, quòd sicut struthio non curat de filijs fouendis, sic mulieres Hierosolimitanæ fame compulsæ proprios deserebant fœtus, oblitæ maternæ dilectionis, & naturalis pietatis. Aliqui exponunt sic. Filia populi mei traddita est hosti crudeli, simili cuculis in deserto, qui scilicet pullos suos fame necant, Draconibus deteriores.

Plin. lib. 10. cap. 1.

Iob. 30.

Nicolaus Lyranus exponit. *Crudelis facta est.* Idest, crudelior struthionibus, positiuum pro comparatiuo, sicut Psal. 17. *Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine.* Idest, melius, & Ecclesiasti. 20. *Quàm bonum est arguere, quàm irasci.* Idest, melius est peccatorem mansuetis verbis

Lyranus. Psalm. 17. Eclesias. 20.

conuincere de suo crimine, vt corrigatur, quàm verbis iratis, & conuitiosis carpere, tunc enim non emendatur, sed potius irritatur.

Loco horum verborũ. *Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.* 70. Interpræt. legunt, filiæ populi mei in incurabile, quasi struthio. Sensus est, nullus de Hierusalem curam gesit, sicut struthio non curat de ouis. D. Theodoretus legit, filiæ populi mei deuenerunt ad id, quod est insanabile sicut struthio in deserto, idest, plaga Hierusalem fuit insanabilis, solum à Deo potest inuenire medelam, sicuti oua, & pulli struthionum à nullo fouétur, nisi à solo Deo, à quo proteguntur oua, & pulli excluduntur, atq; nutriũtur. Sunt qui putant hoc, quod ait: *Filia populi mei crudelis* Impletum esse cum matres coxerunt filios suos in obsidione, vt cibarentur. Potuit etiam appellari crudelis, quia maluit extrema quæq; pati, quàm se tradere Regi Babylonis, sicut hortabatur Propheta. Negauere mulieres Hierosolimitanæ naturalem erga filios amorem, quem nunquam ferocia animalia amittunt. De quo videndus est D. Gregor. Nazianzen. epist. ad Nicobolum, patrem Nicoboli, & est fol. 798. Vbi agit de naturali omnium animantium erga prolẽ amore, aues dicit, strident super nidum volãtes, pullos suos defendẽtes. Bos pro iuuenca sua, Canis pro teneris catulis, & aues pro pullis suis, accerrimum certamẽ suscipiunt; Aper incredibili furore inflãmatur, horrescunt iuuæ, ardent oculi, dentes sese inuicem acuẽtes vaporem ædunt, spuma gennas obrruit, dum proli suæ opem ferre, vel mortem opetere contendunt; Vespæ rupibus insidentes si quem propr'us conspexerint, etiam teneræ suæ soboli, nil molliuntur, protinus è petris se effundunt, consertoq; exercitu circa eum bõbilant, transeuntemq; acerrimis aculeis incessunt. Etiam hæc vis amoris in mari constat, nam Delphinus piscium Rex, vt de eo fertur, si quãdo Cœtum quendam teneræ, atq; imbecili suæ proli adnantem perspexerit, confestim eam gennis spansis, rursum accipere, cibiq; cuiusdam instar, ne piscibus

70. *Theodoret.* *Greg. Naz. epist. ad Nicobolum.*

piſcibus prædæ ſit in fauces admittit, nec mirabilem illam peneq; incredibilem ſarcinam prius egerere, quam valetiſſimi Cœti minas effugere, tunc autem leni illo enixu defungi, ac prolem euomere. Idem dicit D. Ambroſius lib. 5. Exameron cap. 3. de Delphino, & cœtis. Sunt ergo officia parentum erga liberos, educatio, nutritio, tuitio, donec adoleuerint, & hoc a natura cunctis animantibus inditum eſt, vt filios ſuos diligant, foueant, nutriant. Beſtiæ por ſuo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant, nullos caſus, & impetus formident: catulus leoninus in lucem mortuus editur, verum ad flatum patris vitam recipit. Læena fœta dimicans pro catulis, oculorum aciem in terram defigit, ne venabula paueſcat. Plin. lib. 8. cap. 16. dicit, Canis Marinus ſi ſtrepitum ſentiat catellos ſuos, in ſinu occultat proprio, ac viciſſim eos educit. Balenas etiam referunt imminente tempeſtate ſuos vitulos vtero, vt tutiori hoſpitio ac placido ſinu receptare; donec fiat tranquillitas. *Habet foueam Ericius, & enutrit catullos, & fouet.* Iſaiæ. 34. vacæ illæ, quibus 1. Reg. 6. impoſitum eſt plauſtrum nouum, & arca teſtamenti magno vitulorum ſuorum deſiderio tenebantur, cum mugientes pergebant: at vero filiæ Hieruſalem calamitatibus oppræſſæ affectus naturalis oblitæ, ſuorum filiorum curam negauere, vt videas quam extrema fuerit calamitas. Notum eſt, quanto amore Adamus Abelem fuerit proſecutus; Iacob, Ioſephum, & Beniamin; Dauid, Abſalonem; Berſabe, Salomonem; Anna, Samuelem; altera Anna, Thobiam; & Rebeca, Iacob. Geneſ. 27. Vide quæ excogitauerit, vt filius Iacob benedictionem ab Iſaac acciperet abſente Eſau, & cum illa primogenituram. *Induit Rebeca filium ſuum Iacob veſtibus Eſau valde bonis, hædorumq; pelliculas circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Imo, & meretricula coram Salomone cum æmula litigans filium ſuum liberat à morte. 3. Reg. 3. Tandem Iacob extremos trahens ſpiritus ſingulos filiorum ſuorũ benedixit benedictionibus proprijs, & 1. Paral. 29. Dauid pro filio Salomone orabat dicẽs.

D. Amb. li. 5. Exem. c. 3.
Plin. lib. 8. cap. 16.
Iſaiæ. 34.
1. Reg. 6.
Geneſ. 27.
3. Reg. 3.
1. Paral. 29.

Da cor perfectum filio meo Salomoni, vt custodiat mandata tua, &
Genes. 25. *testimonia, & caeremonias, & aedificet domum.* Vbi nota, quod
prius petit bona animae, quae vere bona sunt, & in 2. loco bo
na corporis, domum videlicet opulentam, & Genes. 25. *A-*
braham cuncta quae possederat dedit Isaac, & filijs concubinarum
2. Paral. 21. *largitus est munera.* Et 2. Paralipomen. 21. *Iosaphat pater suus*
dedit eis multa munera argenti, & auri, & pensationes cum ciui-
tatibus munitissimis in Iuda. Regnum vero tradidit Ioram, eo
quod esset primogenitus. Iacob vltra communem sortem tri
Genes. 48. buum, praedium dedit Ioseph filio suo Genes. 48. & Iob 42.
Iob 42. haereditatem tribus filijs inter septem fratres dimisit. Tho-
bias, cum mori se putaret filiũ cum schedula obligatoria mi
sit ad Gabelũ, vt ab eo pecuniã olim cõmodatã reciperet,
haec omnia facit amor ille à natura insitus in paternis visce
ribus erga filios.

Daleth. ☞ *Adhaesit lingua lactentis ad palatum in siti, par*
buli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

Osee 9. CArebant matres lacte Oseae 9. *Da eis Domine vbera are-*
tia. Et quia carebant cibo, qui in lac conuertebatur a-
ruere vbera. Ostendit vates ex quo capite manauerit puero
rũ perditio, periere siti, quia matres carebãt lacte, fame quia
petiere panẽ, & nõ erat, & si forte fortuna aliquae matres ha
bebãt panẽ, carebãt virib⁹ ad frangendũ. Crudelis passio est
cũ quis siti vexatur, & prae auiditate animã exhalat, adeò ter
Sapient. 11. ribilis rabies est, vt sitiens nullo modo quiescat. Vnde Sapi.
11. *Sitierũt, & inuocauerunt te, et data est illis aqua de petra al-*
tissima, & requies sitis de lapide duro. Requiẽ vocat sedationẽ
sitis, quã praebet aqua, quia nõ finit sitis homines quiescere.
Sitis est rabies crudelis, sed fames dolor prolix⁹, sitis verò lõ
gè maior afflictio est, quod declarat velocitas ceruorũ cũ à
venatorib⁹ infestati fugiũt, obuios arborũ ramos, et nemorũ
frõdes dentibus lacerãt, transiliũtq; per saxa, & mõtiũ cacu
mina, sed si sitiũt eorũ eneruantur vires, atq; clamorib⁹ ve-
natorũ, & caniũ latratibus, atq; scopletarũ sonitu territi, pe-
dem

dem non possunt mouere, at si contigerit in fontē aquarum peruenire bibentes refrigerātur, quātasq; denuo recuperant vires, & à venatorū laqueis, & canū incursu ociores euro cerui se explicāt, extincta enim siti omnis lassitudo, & timidi tas aufertur, quæ omnia limpharū abūdātia præbet. Cū exer citꝰ Darij Regis debellatus esset ab Atheniēsibus, fugit Dariꝰ per inuios mōtes, & siti fatigatus peruenit ad paludē, vbi aqua illa putrida, mixta erat occisorū sanguine, iacebātq; in ea mortuorū innumera cadauera, pronus in terra ex ea bibit vsq; ad satietatē, iuramētoq; firmauit in Chorinti regalibꝰ palatijs nō fuisse tā dulcia meri pocula, & aquarū calices iucūdiores, quā illa aqua, quæ potiꝰ erat sanguis. Sic refert Cicer. lib. 1. Tuscu. quæst. versus finē. Elianꝰ de varia hist. lib. 12. cap. 40. de Xerxe refert, in loco deserto sitijsse, inuētꝰ est quidā qui paululū aquæ putridæ illi oferret, bibit Xerxes, & eum qui dederat in benefactorum numero collocauit. Oppresus populꝰ Israel clamat Numer. 20. *Cumq; indigeret populus aqua, conuenerunt aduersus Moysen, & Aarō, versi in seditionem dixerūt, vtinā perijssemus inter fratres nostros coram Dño.* maluerant mori repētè cum Datham, & Abirō (quos terra viuētes deglutiuit; vel cū exploratoribꝰ, qui detraxerāt terræ promisionis. *Qui mortui repētè sūt in cōspectu Dñi.* Num. 14. *Iosue verò, & Caleb vixerunt*) quàm sitim pati. Nume. etiā 21. animaduersione digna sunt carmina, quæ cecinit populus inuenta aqua, apparuit puteus super quo locutꝰ est Dñs ad Moysen: tunc cecinit Israel carmē istud. *Ascendat puteꝰ, puteus quem foderunt Principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis.* Canticū istud cantatū fuit in choreis pro beneficio accepto aquarum, *Ascendat puteus,* Idest, augeatur, & crescat aqua quæ scaturit ex fonte. Puteus pro fonte vsurpatur. Ioa. 4. *Puteus altus est.* Et antea fōs Iacob dictꝰ. Quem puteū foderūt Moyses, & duces multitudinis, vt adaquaretur populꝰ, baculis suis, fuit enim miraculū nō humani operis industria, vt ad percusionē scipionum, quos nobiles ad itineris leuamē portabāt, seu quod Hispanē

Cicer. lib. 1. Tusc. quæst. *Elian. de varia historia.* *Numer. 20.* *Numer. 14. & 21.*

dicim⁹(las ginetas de los capitanes)emergeretur pute⁹aquæ
Et clementissimus Dominus pro nobis voluit sitire, & poculum aquæ à Samaritide petijt in meridiæ,ita vt nō solum
Ioan. 4. esuriret,sed etiam pro nobis sitiret.Ioan.4. & Psal.61.dice-
Psalm.61. bat Dauid.*Cucurri in siti.* Suple ad fontes aquarū,quia aquæ
Iudith.7. desiderium currere facit ad fontes quærendos. Describitur miseria ciuium Bethuliæ. Iudith.7.qui in obsidione positi ab Holoferne,aquarum carebant cisternis, & cum vitæ discrimine ægrediebantur ad fontes non longè distantes à muris. *Ex quibus videbantur furtim haurire aquam ad refocilandum potius quàm ad potandum.* Tales sunt huius mundi honores,& carnis voluptates, quæ non extingunt sitim, sed au-
Iudicū. 15. gent,solumq; labia attingunt, sed nō refrigerant. Sitis San-
Iudith. 11. sonem victorem de Philisteis fecit gemere.Iudicum.15. & dixit. *En siti morior incidamq; in manus incircuncisorum.* Et Iudith. 11. *Insuper fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ inter*
Isaiæ. 36. *mortuos computantur. Deniq; hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum.* Et Isaiæ. 36. populus oppres-
Hierem. 48. sus præ faucium ariditate,compellitur bibere vrinam: vide quid faciat sitis, quæ est malorum cumulus. Vnde Hierem. 48. *Sede in siti habitatio filiæ Dibon.* Idest,in summa rerū paupertate,& miseria,quia cum deficit aqua,& pluuia de cœlo
Hierem. 2. omnes terræ fructus deficiūt. *Sede in siti.* Idest,omnibus rebus ad victum necessarijs carebis, & Hierem. 2. vt terreat Propheta Iudæos, & à via Ægypti arceat, ne eorum petant auxilium derelicto Domino,dicit. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.* Quia in illis desertis vastissimis quæ à Hierusalem vsq; ad Ægyptum erant, maxima erat aquarum penuria, & eodem capite miratur Dominus quòd à populo isto derelinquatur,cum sit fons peremnis aquarū, qui ab omnibus apetitur. *Me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cysternas, cysternas disipatas, quæ non valent continere aquas.* Est figura Anadiplosis,quæ est repetitio eiusdem verbi, quod Hispanè dicimus (hizieron algibes, y que algibes? Rotos que se sale toda el agua) aqua enim omnibus

bus est gratissima maximè sitientibus. Quare ergo huic populo, cũ sim ego limpidissimus aquarum fons nõ fui gratus

☞ *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

IDest, non erat qui impertiretur cibum. Hoc est frangere panem in sacris literis, alijs præbere cibos, vt comedant, nam qui esurit benè potest manibus frãgere panem ad comedẽdum. Ita Isaiæ. 58. *Frange esurienti panem tuum.* Actor. 2. *Erant quotidie perdurantes in templo, & frangentes per domos panem, sumebant cibum cum exultatione.* Idest, distribuebant per domos panem, quia pluribus panem integrum largiebantur Apostoli: & quòd panis summatur pro cibo ex hoc loco constat, quia quod prius appellauerat panem, statim vocat cibum. Et Lucæ. 24. *Cognouerunt eum infractione panis.* Idest, cibi distributione, solebat enim Dominus in mensa singulis distribuere cibos, quod ex vehementi erga suos amore faciebat, vt faciunt parentes cum filijs, quos vnicè diligunt. In hac ergo distributione cognouerunt discipuli Dominũ, licet Alexander Alensis 3. par. suæ Summæ, quæst. 22. membro 2. art. 1. ad finem dicat, quod cognouerunt eum infractione panis propter modum suum frangendi panem, quem viderunt in Domino. Frangebat panem speciali modo, manus enim Christi habebant hanc virtutem frangendi, qui a sua fractio erat veluti cultelli incisio. Idem dicunt Nicolaus Lyranus, & Caietanus super hunc locum. Aliquando etiam vt notauit D. Chrisost. hom. 7. super Acta Apostolorum, fractio panis significat tenuitatẽ victus, atq; frugalitatem, sicut Actor. 2. *Frangebant per singulas domos panem, simul accipiebant cibum in exultatione.* Panem dicens, videtur mihi ieiunium hoc loco significare, & austeram vitam, simul enim accipiebant alimentum, non delitias. *Et non erat qui frangeret eis.* Sed sibi potius, quàm filijs frangebant matres famelicæ. *Paruuli petierunt panem.* Nota quòd paruulus in scriptura sacra, aliquando sumitur pro pueris teneræ

Isaiæ. 58.
Actor. 2.
Lucæ. 24.
Alex. Alẽs.
Lyranus.
Caietanus.
D. Chrisost.
Actor. 2.

teneræ ætatis, vt in hoc loco; aliquando pro contemptibi-
1. Reg. 15. li, & despecto, vt 1. Reg. 15. *Cum esses paruulus in oculis tuis*
Et Hieremiæ 49. *Paruulum dedi te in gentibus*. Idest, contem-
Abdiæ 1. ptibilem, & Abdiæ 1. *Paruulum dedi te in gentibus*. Et statim
declarat quid intellixerit per paruulum dicens. *Contemptibi-
lis tu es valde*.

☞ *Et non erat qui frangeret eis.*

ANimaduertendum est, ex hoc loco, quòd non dicit Propheta defuisse panem, sed defecisse, qui tribueret frequenter enim contingit esse frumenti copiam in celarijs diuitum, sed deest misericordia, & voluntas elargiēdi pauperibus, quia diuites auari sunt, qui abscondunt triticum. Sunt isti velut formicæ, quæ in æstate abscondunt frumen-
Leuit. 22. ti grana in foraminibus terræ. Leuitici 22. præcipiebat Dominus ne illi sacrificaretur *Animal claudum, maculosum, aut*
70. *fractum, aut cicatricem habens non oferes*. 70. Interprætes le-
Isichius. gunt, si formiculosum non offeres. Isichius in Leuiticum, sic exponit, si formicæ habet proprietates non offeres. Formica reptat per terram, & abscondit grana sub illa, sic isti auari nihil aliud faciunt, quàm fructus terræ aurum, & argentum abscondere, ne eis alij vtantur, cū contrarium de-
Eccles. 11. berent facere, sicut monet Sapiens Ecclesiastes 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas*. Hoc verbo docet, vt diuitijs non aliter vtamur, quàm aqua: cum opus habes, vteris aqua, quod reliquum fontis, aut fluuij est, finis ad alios trāsire, sic vtendum est diuitijs, necessaria capere debemus, re-
Ioan. Ferus. liqua pauperibus erogare. Sic exponit Ioannes Ferus in Ec-
Isaiæ 58. clesiasten. Isaiæ etiam 58. *Frange esurienti panem tuum*. Idest, si solum vnus tibi superfuerit panis, dimidium illius porrige pauperi, non substantiam vniuersam poscit, sed partem panis, ne sit tibi molestum ei sucurrere. *Egenos vagosq́ induc in domum tuam*. In Hebræo solum est in domum, respondet vates tacitæ obiectioni: poterat quis dicere, careo domo propria, in qua hospitium tribuam peregri-
nis,

nis, ad hoc dicit Propheta, licet non habeas domũ propriã, sed cõductitiam in illa poteris recipere peregrinos. Et Prouerb. 11. *Qui abscondit frumentum maledicetur in populis, benedictio super caput vendentium.* Et Lucæ. 11. *Quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* In Græco est, ea quæ insunt date pauperibus, vt rectè annotauit Nicolaus Zegerus in annotationibus super nouũ testamentũ, idest, facultates, quæ adhærent cordibus vestris, & diuitiæ, quæ vobis dominantur, pauperibus erogate, ita vt inordinatũ pecuniæ affectum radicitus à vobis euelatis. Sunt autem isti diuites auari ad instar spongiæ, quæ omnem liquorẽ in se exhaurit, sed statim compressa euacuatur: ita diuites quantò citius implentur huius vitæ bonis, repentè ab eis priuantur, sicq; impletur prouerbium vetus, malè parta, malè dilabuntur. De misericordibus dicit Isaias cap. 58. *Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.* Idest, si de prompseris animam; hoc est, tota misericordiæ viscera patefeceris, & affatim supeditaueris inopi, omnia, quibus indiget: calamitatũ tuarũ nubila dissoluẽtur, & ipsa laborũ caligo resplendebit, vt meridies: hoc est, in maximã prosperitatem conuertetur. Primo animaduerte, proceritatẽ arborũ, amœnitatem, & fertilitatem horti irrigui, atq; pulchritudinem: ita homines erga alios misericordes, omnibus sunt grati; qui enim tribuit, & miseretur, iucundus est omnibus. Fertur de quodam, qui emerat agrum valdè frugiferum, quòd ex eo non septo, neq; vallis murato, tam dominus agri, quàm pleriq; alij saturaretur, & postquàm in possessionẽ auari deuenisset, & eũ muro cõmuniisset nõ nisi illi viro sufficiẽtes fruges afferebat, & Dominus fundi cõsulens oraculum, tale audiuit respõsum. Vni seruit ager tibi, nũc cur tãta requiris? Et huc forte facit quod sequitur in Propheta. *Et implebit splẽdoribus animã tuã, & eris quasi fons aquarũ cuius non deficiẽt aquæ*: quib⁹ verbis significatur tales semper habituros bona,

Prouerb. 11.
Lucæ. 11.
Nicol. Zeg.
Isaiæ. 58.

ex quibus posſint miſericordes eſſe conferre enim eleemoſinam pauperibus eſt, ſemen impinguiſsimam terram pro-propitio cœlo proiicere, qui autem parcè ſeminat parcè; & metet, ſic exponit ſuper hunc locum Iſaiæ. Franciſcus Foreirus, & Prouerb. cap. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt aliena, & in egeſtate ſunt.* Hoc quoq; conſidera quod ſi quis aquas fontis muro includat, non emanant aquæ, ſed furtim aliò ſe ſe prorrumpunt, id tibi continget, ſi ſeruare volueris bona temporalia, qua parte neſcis, amittes. Putei quò magis exhauriuntur, tantò magis aquarum multitudine abundant; quòd prouidet ipſa natura per ſecretos terræ meatus, aquarũ curſus miniſtrans. Et in maternis vberibus idem, apparet, quò plus pueri vbera matrum ſugunt, ipſa natura conuertit ſanguinem in lac, & maiorem præſtat lactis copiam: ſic dicit Clemens Alexandrinus cõtingit miſericordibus, quanto magis diſtribuunt propria bona, plus affluũt diuitijs. Et Eccleſiaſtes. 11. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, & poſt multũ tempus inuenies illũ.* Panis in aquarum fluenta proiectus amittitur, & nullius videtur vtilitatis, niſi vt piſciũ ſit eſca, ſed panis eleemoſinæ licet videatur amitti, quia non ſtatim ſentis incrementum opum, ſed poſt multum temporis in alio ſæculo tuæ eleemoſinæ recipies præmium. Per trãſeuntes aquas intelligit ſapiens pauperes, vel quia eorum facies madidæ ſunt lachrymis, vel quia in certis vagantur ſedibus, neq; in vllo loco quieſcunt, ſed in cõtinuo motu ſunt, ſicut aquæ, quæ currunt in preceps. Vel aquas vocat, quia ab omnibus agitantur, & concutiuntur, ſicut aquæ à ventis mouẽtur, ſic ſine aliquorũ præſidio ſunt pauperes, ſicuti aquæ; que ventorum incurſibus ſunt expoſitæ, vel ſuper tranſeuntes aquas, ideſt, da hominibus, qui ad mare amarũ mortis properant, vt fluuiorũ aquæ tendunt ad mare, vel ſuper tranſeuntes aquas, ideſt, ſuper terram irriguam. Tãgitur his verbis (dicit Gloſſa Interlinealis) eleemoſinæ fructus, qui erit cum magno fœnore, ſicuti eſt ſementis facta in terra irrigua, vel tranſeuntes aquas, ideſt, da cum lachrymis,

Foreirus. *Prouerb. 11.* *Clem. Alex.* *Locus Eccleſiaſte. 11. declaratur.* *Gloſ. Interl.*

chrymis, & misericordiæ affectu, ita vt doleas de pauperis miseria, sic exponit Olimpiodorus, vel vt exponit Ioannes Arboreus, non solum sucurre pauperi degenti in terris, sed etiam transfretãti aquas, & magno cum labore Occeanum nauiganti, quia non solum elargienda est eleemosina vicinis, & propinquis, sed etiam distantibus: licet sit per mare nauigãdum, subsidium est mittendum egenis. Pagninus legit, mitte panem tuum etiam ignotis, ac si proiiceres super aquas; quia aquæ dilabuntur, & amplius oculis non conspiciuntur; sic pauper præterit, amplius non videndus, vt per hoc intelligatur non sperandam esse retributionem à paupere, sed à Deo. In Hebræo est, mitte panem tuum super facies aquarum, idest, per naues quæ sulcant superficiẽ aquarum mittenda est eleemosina, etiam transmarinis, & non solum præsentibus, & quemadmodum nauigijs asportantur merces, & ad portum perueniunt securum, sic diuitiæ pauperibus distributæ in tranquillum beatitudinis portum à pauperibus asportantur vbi præmium est repositum diuitibus, qui eas pauperibus elargiti sunt. Sic Isaiæ. 32. *Beati qui seminatis super omnes aquas*. Idest, super omnes pauperes absq; vllo discrimine, quia erit cum magno fœnore, sicut sementis facta in terra irrigua. Lyranus exponit super transeuntes aquas, idest, peregrinos euntes in suam patriam sicut aquæ fluunt ad mare, quod est commune hospitiũ omnium fluuiorum, vbi quiescunt, & nota quod dicit. *Panem tuum*. Non alienum, quia eleemosina, non est eroganda ex furtim sublatis, hæc enim proprijs Dominis sunt restituenda, sed tribuenda est ex proprijs bonis, proprioq; labore cõparatis. *Et post multum tempus inuenies illum*. In Hebræo est, in multitudine dierum inuenies, idest, in vita æterna inuenies præmium, quæ vocatur multitudo dierum ad differentiam huius vitæ, quæ paucis absoluitur diebus. Sic exponit Caietanus. Et addit sapiẽs. *Da partem septem, nec non, & octo*. Idest, da partem septem indigentibus, & etiam octo, non præscribas numerum in elargienda eleemosina, dicens, septẽ pauperibus

Olimpiodor. *Ioan. Arb.* *Pagninus.* *Isaiæ. 32.* *Lyra.* *Caietanus.*

peribus dabo, & non octo, ſed da ſine termino, quod Hiſ-
Micheæ 7. panè dicimus (da, mas y mas) ſicut Micheæ 7. *Suſcitabo ſuper eos paſtores ſeptem, & octo optimates.* Ideſt, quampluri-
mos dabo vobis paſtores, qui vos paſcant. Quibuſcumq; er-
go pauperibus tribue eleemoſynam abūdanter. Fortaſſe fa-
miliare erat Iudæis tunc, paſcere ſeptem pauperes ob reue-
rentiam diuinarum actionum, quæ ſeptem diebus deſcri-
buntur à Moyſe ſuputato ſabbatho quietis: ſicut modo cō-
ſueuerunt multi Chriſtianorum duodecim pauperes veſti-
re, & eis cibum præſtare in memoriam duodecim Apoſto-
lorum in feria 5. cœnæ Domini. Vel per ſeptem hebdo-
madæ dies non ceſes eleemoſynam præbere, neq; fatigeris,
& defeſſus ceſes tribuere, ſed incipe à die feriæ 2. quæ Hiſ-
panè dicitur (lunes) præbere eleemoſynam, & ſic fac per
ſingulos dies. *Quia neſcis* (dicit Sapiens) *quid futurum ſit mali ſuper terram.* Ideſt, rerum viciſitudines ignoras, ſi nunc di-
ues coceris poſtea pauper eleemoſynam petere ab illo pau
pere cui tu tribuiſti aſem, vel quadrantem, ſicuti contingit
Lucæ 16. auaro diuiti Lucæ 16. poſtea petijt aquæ guttā à Lazaro, qui
mendicabat ab illo micas panis. *Si repletæ fuerint nubes imbrem ſuper terram effundent.* Ideſt, imitare nubes, quæ cum
plenæ fuerint aquam ſuper terram effundunt, pluunt ſuper
illam: ſic tu cum diuitijs plenus fueris largiter communica
pauperibus, quia *Vbi ceciderit lignum ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, ibi erit.* Lignum ſumitur pro arbore, ſiue fruc-
tu arboris, ideſt, quemadmodum vbi cumq; eſt fructus ar-
boris, non deſſunt, qui colligant, & ibi manet fructus, vt
à tranſeuntibus decerpatur: ſic vbicumq; fuerit collocata
noſtra eleemoſyna, ipſius præmium repoſitum manet, vt
nobis conferatur, nunquamq; deficient pauperes, qui co-
medant. Et quemadmodum fluuij loca vacua terræ prius
replent, quàm vlterius progrediantur: ſic diuites pauperes
vacuos omni ſubſidio vitæ debēt replere panibus, veſtibus,
omnibuſq; ad vitam neceſſarijs, ſiquidem non deerunt
Marci 14. pauperes, vt Chriſtus dixit Marci 14. *Nam ſemper pauperes habebitis*

habetis vobiscum, me autem non semper. De sedula, & forti muliere dicitur Prouerb. 31. *De fructu manuum suarum plantauit vineam, sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Cananeo.* Sed ne videretur auara, & rei familiaris auceda nimis auida, tales enim mulieres solēt esse erga pauperes valdē parcæ, & parū vel nihil egenis largiuntur, addit Salomō. *Manū suā aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes.* In Hebr. est, plures manus extēdit ad pauperes, in laudē hui⁹ mulieris ponitur, quòd nō solū suis manib⁹ sed alienis, vt daret egētib⁹ laborabat. Vel more Hebræo geminauit sesū verbis diuersis, & magnā voluit ostēdere liberalitatē crebrasq; eleemosynas. Dū manū extēdit inopi, & plures man⁹ porrigit ad egenos, quasi dicat, nō solū ipsa aperit manū pauperibus, sed etiā per man⁹ suorū seruorū mittit egenis subsidiū, quos ipsa nō potest adire, suorū ministerio iuuat, & pascit. Vel nō solū vna manu, sed ambabus eleemosynā tribuit, & vellet plures manus habere, vt plurib⁹ pauperibus simul daret, nō cōtenta duabus, quas à natura accepit. Vel quod Hispanè dicim⁹ (no se daua manos a dar limosna) fruct⁹ autē eleemosynæ habetur illis verbis, Prouer. 14. *Iustitia eleuat gētē.* Idest, misericordia, quia iustum est necessitatem patientibus subuenire. Sic Matth. 16. *Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Idest, eleemosynam, addit Sapiens. *Miseros facit populos peccatū.* In Hebræo est, sed misericordia est populis peccatū, idest, sacrificiū, pro peccato eleemosyna est, opera misericordiæ acceptātur à Deo tāquàm hostia pro peccatis. Lucæ 11. *Date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt vobis.* Et 1. ad Thim. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe nō sublimē sapere, sed facilè tribuere, thesaurizare sibi bonum fundamentum in futurum, vt apprehendant vitam.* Haimo exponit, idest, thesaurizare, vbi est bonum, & firmum fundamentum, hoc autem fiet, si pauperibus sucurramus, habebimus firmum domicilium in futuro sæculo, & sic aprehendemus veram vitam: in Græco est, æternam vitam. D. Augst. ser. 5. de verbis Dñi dicit, quòd hæc est falsa vita. Psalm. 51. dicit Dauid.

Prouerb. 31.

Prouer. 14.

Matth. 16.

Lucæ 11.

1. ad Thi. 6.

Haimo.

D. Aug. ser. 5.

Ego autē sicut oliua fructifera in misericordia Dei speraui. Ideſt, ſicut oliua, quæ hyeme, & æſtate viret, & pro fructu habet oleū: ita ego, qui fructū miſericordiæ habeo, in miſericordia

Iſaiæ. 58. Dei ſperabo duratura in æternū, quia Iſaiæ. 58. dicitur. *Frāge eſurieti panē tuū, egenos vagoſq; induc in domū tuā.* Et inter alia Dei promiſſa, hæc ſūt miſericordi. *Gloria Dñi colliget te*, ideſt, cū Dñs ſuæ iuſtitiæ falce meſſuerit homines, & è vita migrare fecerit in manibus te portabit, & ad ſuā euehet gloriā. De

Pſal. 48. impio autē dicitur Pſal. 48. *Non dabit Deo placationē, & pretiū redemptionis animæ ſuæ.* Ideſt, nō dabit eleemoſynas, quibus redimat animā, atq; ipſa peccata ſoluātur (vt inquit Daniel Nabuchodonoſori. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Sic ex-

D. Auguſt. ponit D. Auguſt. ſuper hūc Pſalmū vocatur etiam placatio eleemoſyna, quia ira Dei eleemoſynis placatur Ecleſiaſti.

Eccleſiaſ. 23 23. loquitur ſapiēs de periuris, & blaſphemis, & ſtatim dicit. *Etenim à miſericordibus hæc omnia auferētur, & in delictis nō volutabūt*, ſeu *non volutabuntur*. O ingens miſericordiū præuilegiū, pollicetur enim illis Dominus, quòd non perſeuerabūt in peccatis, & vitijs, & non inuoluentur in eis, vt dicit textus Græcus, ſed eruet illos Deus à ſuis criminibus, ne diſcedant è vita in peccato lætali. Optimū ſacrificiū eſt pro deli-

Eccleſiaſ. 35. ctis eleemoſyna. Ecleſiaſti. 35. *Qui facit miſericordiā, offert ſa-*

Ad Heb. 13. *crificium.* Et ad Heb. 13. *Beneficientiæ, & cōmunionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* Ecce eleemoſynam vocat Apoſtolus hoſtiam. Qui miſericordiā in alios exercet,

2. ad Cor. 9. immenſas Deo debent reddere grates. Sicut 2. ad Corint. 9. dixerat Apoſtolus. *Qui parcè ſeminat parcè, & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet.* Vbi manifeſtè agit Apoſtolus de eleemoſyna, & ſtatim dicit. *Gratias*

Bruno. *ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.* Bruno expōnit de dono eleemoſynæ, propter quod homo laudis hoſtias Deo debet offerre, vocat autē Apoſtolus eleemoſynā donū inenarrabile, quia tot ſunt bona, quæ miſericordibus Deus elargitur, quòd non poſſit ea lingua humana numerare. Propterea ait

Prouerb. 5. ſapiēs Prou. 5. *Bibe aquā de cyſterna tua*: ideſt, tuis fruere bonis, ſed.

sed si aliqua superfuerint, diuide pauperibus, & hoc est quod sequitur. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide.* Solet enim in plateaȓu angulis cubare, egeni, & cõgregari, vt ibi eleemosynam exposcat ab emẽtibus cibaria. Sic exponit Ioã. Arbor. in Prouerbia: tenetur diues pauperi erogare eleemosynã. De Astiages imperatoris Cyri pedagogo refert Xenophõ in vita Cyri, cũ esset adolescens causam ei misit Astiages iudicãdã, & fuit omniũ prima, quæ erat; quidã homo minimæ staturæ indutus erat lõga, & talari veste, & alter proceræ staturæ vestitus erat veste angusta, & parua, quæ corp' eius nõ operiebat, & sublimis staturæ spoliabat hominẽ minimæ, vel cogebat, vt scinderet vestẽ, ad se operiẽdũ, cũ lis esset inter ambos de hoc exorta Cyrus absoluit ab instantia hominem sublimis staturæ dicẽs; siquidem hic paruus nõ dedit illi de veste, quæ terrã verrebat, cũ illa non indigeret, dimittatur liber, qui eam abstulit: sic diues eroget pauperibus bona, quibus nõ indiget, egẽtiq; impertiatur vestimenta, quæ illi superfunt; innumeræ peccatorũ pœnæ, hic soluũtur eleemosynis. Vnde Eclesi. 20. *Est qui multa redimat modico prætio.* Veste, & cibo quẽ pauperi distribuis, purgatorij pœnas hic minuis. *Et est restitnẽs ea septuplũ.* Idest, amplissimã recipies à Deo mercedẽ tuæ eleemosynæ. D. Chrisost. hom. 2. in cap. 1. epist. ad Philip. adducit historiã diuitis auari, & Lazari, & dicit, audiãt ista diuites, imo nõ diuites, sed in misericordes, nõ ideò punitus hic est, quia diues, sed quia sinẽ misericordia fuit, potest enim fieri, vt qui diues est pariter, & misericors omne bonũ cõsequatur, & propterea auarus cũ cruciatur inflãmis nõ videt in sinu Abrahæ aliũ pauperẽ, sed solũ Lazarum, vt euidenter cognosceret ideò fuisse dãnatũ, quia immisericors, & crudelis fuit cũ mẽdico Lazaro. Auarus negat humanitatẽ visceraq; misericordiæ à se repellit, ideo Eclesi. 10. *Auaro nihil est scelestius, hic enim animam suã venalẽ habet, quoniã in vita sua proiecit intima sua.* Et nõ mirum quod auarus vendat suam animam, siquidem Iudas vẽdidit Deum, & hominem Iesum Christum, & taliter se-

Arboreus.
Xenopon. in vita Cyri.
Ecclesi. 20.
D. Chrisost. hom. 2. in c. 1. epistol. ad Philip.
Eclesiast. 10.

gerunt ergà egenos auari, ac si non haberent humana viscera, sed ferina: & propterea proditor Iudas suspensus crepuit medius, in signum quòd auari à se repellunt misericordiæ viscera, & vt hanc diuitis crudelitatem canes arguerent ipsius medici Lazari vlcera lingebant suis linguis, medicamen adhibentes vulneribus Lazari, ita vt in illo ve-
2.Petri 2. rificaretur illud 2. Petri 2. *Et habuit vesaniæ suæ correptionem subiugale animal.* Quod dicit Diuus Petrus de Ariolo Balaam. Notandum etiam hic est, quod cum diues aua-
Lucæ 12. rus in vita ad epulandum, animam suam inuitat *Anima mea comede, & bibe, & requiesce.* Videte ingenium auarorum, cum aliquem ad epulas inuitant, est eos, quos sciūt non pransuros: anima non comedit, neque bibit, sed corpus, & auarus inuitat animam, cuius isti non sunt cibi, & dicit. *Quiesce.* Vbi nulla est quies, ipsi volunt quieti indulgere. Et propterea audiuit. *Stulte hac nocte re-*
Theop.in Lucā, cap. 12. *petent animam tuam à te.* Vbi ait Theophilatus, obserua item verbum repetent. Angeli enim, sicut crudeles tributorum exactores, & terribiles tuam repetent animam, te etiam inuito, vt pote propter vitæ præsentis amorem in modicum obluctante. Nam à iusto nō repetitur anima sed ille gaudens, & exultans commendat eam Deo patri spirituum, neque mortem egrè fert corpore enim amictus est, vt onere, quod leuiter deponit. Peccator vero qui animam carni subdit, corpori nimium affectus, etiam illam fecit carnem, indiuulsam eam habere vult, id circo dicitur ab eo repetita, sicut ab inobedienti quodam debitore, qui traditur crudelibus exactoribus. Et dicitur. *Hac nocte.* Quia erat in nocte cupiditatis diuitiarum, & ab illa obtenebrabatur. Dixit autem illi Deus. *Et quæ parasti cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est diues in Deum.* Idest, similiter continget diuiti crudeli, & in pauperes inhumano, qui Deo non fidit, nec pauperi erogat. *Qui non est diues in Deum.* Idest, beneficus erga pauperes, qui
Matth. 25 Dei repræsentant personam in terra. Sic Matthæi 25.

Quod

Quod vni ex minimis fecistis mihi fecistis. Curam enim peculiarem gerit Deus pauperum, iuxta illud 1. Reg. 2. *Domini sunt cardines terræ.* Chaldea Paraphrasis legit, Domini sunt pauperes terræ. Sunt enim pauperes, velut terræ fundamēta, quos Deus seruat, & ideo de hominum auaritia merito dolebat, Ezechiel capite 22. *Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti.* Iusti uero valde misericordes sunt. Vnde Psalm. 149. *Exultabunt sancti in gloria.* In Hebræo est, exultabunt misericordes, & sic legit Sanctes Pagninus. Et Micheæ 7. *Periit sanctus de terra.* Pagninus legit, periit misericors. Iusti enim begnini sunt. Vnde Prouerb. 12. *Nouit iustus animas iumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia.* Psalm. etiam 111. Misericordiæ fructus describitur. *Iucundus homo qui miseretur, & cōmodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.* Suauis, & gratus Deo, & hominibus est, qui dat aliis cū spe præmii æterni. Disponit res suas, opera, & facta ad iudicium, hæc enim misericordiæ opera sunt, velut sermones, quibus deffendet se in iudicio, ait Diuus Augustinus. Sūpta metaphora ab æconomo, qui ordinat librum, vt rationem reddat suo Domino. Iste talis in æternum non commouebitur, non separabitur à Deo, & ita *Ab auditione mala non timebit.* Quando dicet Christus Dominus. *Ite maledicti.* Inter alia Sodomitarum crimina, hoc à Propheta narratur. Ezechielis capite 16. propter quæ igne cœlesti fuere adusti. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ocium, saturitas panis, & manum pauperi non porrigebant.* Quasi diceret vates, si haberent charitatem cum pauperibus, Dominus supplicium differret. Et ita Genesis 13. dicitur de illis. *Homines autem Sodomitæ erant pessimi, & peccatores coram Domino.* Chaldeus Paraphrastes legit. *Viri autem Sodomitæ iniqui erant, cum suo mammona, & pessimi in corporibus suis coram Domino nimis.* Idest, suis opibus abutebantur. Maximum vero præmium pollicetur Dominus facientibus eleemosynam. 1. ad Cor. 6. ait Apostolus.

1. Reg. 2. *Ezechiel 22.* *Psal. 149.* *Michea 7.* *Pagninus.* *Prouerb. 12* *Psal. 111.* *D. August.* *Matth. 25.* *Ezechiel 16* *Genes. 13* *Chaldeus.* *1. ad Cor.*

De collectis autem, quæ fiunt in Sanctis, sicut ordinaui, in Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite per vnam Sabbathi, vnusquisq; vestrum apud se seponat recondens : quod ei bene placuerit. D. Chrisostomus sermone de collatione in Sanctos dicit, quare nō dixit colligat, sed recondens se ponat? Nisi, vt aduerterent illos sumptus, quos cum pauperibus faciebant reconditos, & repositos esse in cœlis, vt indeficiētē thesaurū apud Deū credāt, qui præmia largiter distribuit. Videmus hanc naturalem propensionem esse aquæ decurrentis, & fluuiorum, qui fluunt super terræ faciem, vt non progrediantur vlterius, nisi prius terræ concaua, & humiles valles impleant aquis, & cum illos repleuerint, irrigant alias terræ partes: sic tu vacuos pauperes, ne prætereas, sed prius reple bonis; & tunc poteris quò volueris viam dirigere. 2. ad Corint. 8. *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat.* De viro iusto dicit Dauid Psal. 111. *Beatus vir qui timet Dominum in mandatis eius volet nimis, potens in terra erit semen eius.* D. Prosper exponit de eleemosyna, quæ vocatur semen. 1. ad Corint. 9. *Qui parcè seminat parcè, & metet.* Propter abundantem messem mercedis æternæ, quæ expectat iustos, & misericordes. Et dicit, quòd eleemosyna iusti magna, & copiosa est. In laudem vero eleemosynæ dicitur Prouerb. 21. *Qui sequitur iustitiam, & misericordiam inueniet vitam, iustitiam, & gloriam.* Prouerb. 15. *Per misericordiam, & fidem purgantur peccata.* D. Hieronym. epist. ad Nepotianum dicit, non memini me legisse male mortuum esse, qui libenter opera misericordiæ exercuit: habet enim multos intercessores, & impossibile est multorū orationes non exaudiri. Vnde Prouerb. 14. *Qui autem miseretur pauperis beatus erit.* Et Eclesiasti. 29. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit, ab omni malo.* Notandum est verbum ab omni malo, & dicit conclude, quasi dicat, licet ipse non petat, tu prebæ in abscondito. Eleemosyna habet orationis vim, & ita pro ipso elargiente illam, orat. *Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum pugnabit.* Idest, vincet omnia armo-

Marginalia: *D. Chrisost. serm. de collat. in Sanctos.* — *2. ad Cor. 8.* — *Psalm. 111.* — *D. Prosper.* — *1. ad Cor. 9.* — *Prouerb. 21.* — *Proue. b. 15.* — *D. Hierony. epist. ad Nepotianum.* — *Prouerb. 14.* — *Eclesiast. 29.*

rum.

rum genera offensiua, & deffensiua: non poterit tibi nocere inimicus licet scuto, & lancea ense, & scopleta armatus contra te veniat. De cura adhibēda pauperum est optimus locus ad Galat.2. *Iacobus, & Cephas, & Ioannes dexteras mihi, & Barnabæ dederunt societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fui, hoc ipsum facere.* Quanuis D. Petrus caput erat Ecclesiæ ponitur hic prius. D. Iacobus, quia erat Episcopus Hierosolimitanus: Hierosolimis autem hæc gesta sunt. Vbi nota quod Apostoli diuiserunt inter se gētes, quibus Euangelizaturi erant, Petrus, Iacobus, & Ioannes suscepere munus prædicandi Iudæis, & D. Paulus cum Barnaba prædicādi gentibus; sed curam alendi pauperes non diuiserunt, omnes simul hoc munus exequuntur; omnes enim vna debemus pauperes sustētare; quod vnico verbo adnotauit Ecumenius, prædicatione (inquit) diuisi, pauperes habemus indiuisos. Hi vero pauperes erant, qui à suis contribulibus incredulis, bonorum direptionem propter fidem in Christum passi erant. Discant Ecclesiæ præpositi, in quo debeant studium adhibere operamq; nauare ad sanctorum Apostolorum imitationem, in pauperibus alendis; non in ædificandis superbis domibus, & instituendis primogenituris, vt sui consanguinei ditescant, & ad maiores euehantur honores. Pauperes debent pasci suis redditibus, & vestiri. Animam suam, hoc est vitam, debet bonus pastor dare pro ouibus. Ioan.10. sed quomodo dabit vitam, qui non porrigit panes, vestes aut numos? Animaduertant quid fecerit Christus Dominus. Ioan.6. in monte aperit oculos, & videt in valle turbam famelicam, & dicit discipulis. *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Et distribuit illis abundanter. Sic qui in dignitatis culmine fuerit constitutus egenorum non obliuiscatur; aperiat oculos, & marsupium, vt eorum subueniat inopiæ.

Ad Galat.2. *Ecumen.* *Ioan. 10.* *Ioan. 6.*

Daleth. ☞ *Qui vescebantur voluptuose interierunt*

in vijs, qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora.

SEnsus est, qui exquisitis epulis, & delicatis cibis quondam vtebantur, in medijs compitis, & plateis fame perierunt. Vtebantur Iudæi quando erant liberi dapibus prætiosis, & vestibus splendidis induebantur, & his orbati, duriorem consuetudinem egrè ferentes in vijs interierunt.

Isaiæ 51. Quod prædixerat Isaias capite 51. *Duo sunt, quæ occurrerunt tibi, quis contristabitur super te? Vastitas, & contritio, & fames, & gladius.* Famen appellauit prius vastitatem, quia omnia vastat: & gladium contritionem, nam gladio cōterũtur hostes. Et sic ait vates præ fame. *Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata.* Idest, sub dio cadauera filiorum tuorũ, qui animã exhalauare præ famevulnerib' cōfossi, sicut bestia irretita, venatoris, et canũ dentibus exposita. Et qui purpura, & bisso induebantur amplexati sunt stercora, idest, viles cibos edebant. Quia *Anima esurienti etiam amara dulcia videntur.*

Iob 6. Iob 6. & è contrario

Prouerb. 27. qui satiatus est contemnit cibos. Vnde Prouerb. 27. *Anima saturata calcabit fauum.*

Secundus sensus, qui vescebantur voluptuosè, idest, qui vẽtri indulgebant. *Amplexati sunt stercora.* Idest, vescebantur

D. Thomas. pro cibo stercora. Et ita exponit D. Thomas, sic 4 Reg. 6.

4. Reg. 6. venundabatur in Samaria caput asini 80. argenteis. *Et quarta pars stercoris columbarum quinq; argenteis.* Et vt notauit

Petr. Comest. hîc Petrus Comestor in historia scholastica. Tradunt quidam nomine stercoris, dici vesiculam columbæ, in qua reperiebantur grana de foris allata imo & glandes sæpe reperiuntur in columbis, tempore hyemis, præcipuè in illis, quæ Hispanè vocantur (palomas torcazes) Sed Albertus Magnus in cap. 9. Oseæ dicit, quòd stercore colũbarum vtebatur Iudæi pro sale, vt dicit Iosephus, stercus enim columbarum propter caliditatem, & siccitatẽ fortiter aquæ cōmixtum decoctum salẽ reddit & ideo tãti æstimabatur

batur in Samariæ obsidione,quia sale carebant Samaritani. 70. Interpræt. legunt, comedentes delicias interierunt in vijs, similiter legit Theodoretus,qui vescebantur delicatis, interierunt in compitis. Idem est sensus, qui erăt Epicurei, & Sardanapali, fame consumpti sunt.De his gulosis dicit Arist.quòd gulosus debebat habere Ciconiæ guttur, cuius collum est longũ,quia solũ in gutture,sentitur cibisuauitas. De Philoxeno erixio, qui erat magnus helluo refert Arist. 3.Ethicorum,quòd postulauit à Dijs darent ei collũ longius quàm est Gruis collum, vt gustus in cibis esset diuturnior. Ex hoc loco notandum venit infælicem exitum habuisse istos, qui opulentas mensas,& dulces habebant cibos; fame perire in publicis itineribus : quapropter fugienda sũt,lauta conuiuia, & multitudo ciborum vitanda, parcè est comedendum, quia optimum cibi condimentum est fames; & maxima sequuntur detrimenta, tã animæ, quàm corpori, ex diuersitate,& multitudine dapũ.Exod.32.*Sedit populus mã ducare, & bibere, & surexerunt ludere.* Vbi animaduertẽdũ est, hos non notari,quia comederunt,sed quia sederũt ad mãducandũ, ideo surexere ad idolatrandũ,qui enim nil aliud curãt nisi,vt ventrẽ expleãt,& cutẽ nitidã habeant, & pingues carnes,à Deo recedũt& cũ se illis obtulerit ocasio,pro escis Deũ negabunt, & pro lenticularũ cibo primogeniturã cœlestem,vt profanus Esau vendẽt. & dixit Iosue Moysi. *Vocem cantantium ego audio.* Idest, vocem ebriorum, qui vino æstuãtes,vt ebrij canũt.Vox enim erat ebriorũ adorãtiũ vitulũ laudare illũ,& dicere quòd eduxit eos de Ægyptiaca seruitute. & quod ludere significat hoc loco idolatrari, cõstat ex 1.ad Cor.10.*Neq; idolatræ efficiamur sicut quidã ex ipsis,sicut scriptũ est,sedit popul⁹ mãducare,et bibere,et surexerũt ludere.* Et Thob.3.dixit Ana.*Nũquã cũ ludẽtib⁹ miscui me.* Idest,idolatris & Gẽ. 21.*Cũ vidisset Sara filiũ Agar Ægyptiæ ludẽtẽ cũ Isaac.* Idest,ad idola adorãda instigãtẽ.Et Neem.9.*Comederũt,et satu rati sunt,impinguati, & abũdauerũt delicijs in bonitate tua magna prouocauerunt autem te ad iracundiam.* Et Prouerbiorum. 23.

Noli

Marginal notes: 70. — *Theodoret.* — *Arist.* 3.*Ethicorum.* — *Exod.* 32. — 1.*ad Cor.* 10 — *Tobiæ* 3. — *Genes.* 21. — *Neemiæ.* 9. — *Prouerb.* 23

Noli esse in conuiuijs potatorum, neq; in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Et Iudas in sua Canonica. *Hi sunt in conuiuijs suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes.* Solebant pij viri in primitiua Ecclesia zelo charitatis incensi munera ad pauperes refocillandos mittere. Et sæpe celebrabātur cōuiuia, quæ vocabantur charitates, & dilectiones; hi ergo inter hæc conuiuia maculæ sunt, quia crapulæ indulgent, & ventri, & semetipsos pascunt, cum inter honesta charitatis, & frugalitatis exempla, temperātiam suo conuictu docere deberent, insigniorem fœditatem, & luxuriam ostendunt. Isti voraces, vt corui, qui carnibus non saturantur, vt in plurimum cum egenis sunt crudeles, quod constat in diuite auaro Lucæ. 16. *Qui epulabatur quotidiè splendidè, & induebatur bisso, & purpura mendicus autem Lazarus iacebat ad iannam eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa, & nemo illi dabat.* Ecce causam quare mendico non dabatur nec mica panis, quia omnia consumebat diues in epulis, & corporis sui delicijs, & splendentibus vestibus. Et Amos. 6. *Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & non compatiebantur super contritione Ioseph.* Ecce quomodo se cum pauperibus gerunt diuites, qui indulgebant ventri, non sunt miserti pauperum, qui intelliguntur nomine Ioseph, & nomē proprium pro apellatiuo sumitur, Ioseph pro quo vis paupere, quia valde afflictus fuit Ioseph cum in cisternam fuit missus, atq; Ægyptijs venditus in seruum. Aludit vates ad historiā Ioseph, cum eo vendito, fratres eius sederunt, & comederunt cum letitia, postquam illum in cisternam miserunt: sic comedunt diuites, & epulantur ieiunantibus egenis. Iob. 1. vescentibus filijs Iob in domo primogeniti, domus cecidit super eos, atq; interfecit. Propterea monet Paulus ad Roman. 13. *Carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Caro enim peribit. Iuxta illud Paul. 1. ad Corint. 6.

Iudas in Canonica. — *Lucæ. 16.* — *Amos. 6.* — *Genes. 37.* — *Iob. 1.* — *Ad Rom. 13.* — *1. ad Cor. 6.*

Esca

Esca ventri, & venter escis Deus autem, & hunc, & has destruet. Ecumenius sic explicat, escas hoc loco vocat Apostolus inexplebilem edendi auiditatem, ventrē vero gastrimargiam, seu gulositatem, non ipsum ventrem. Vel, vt exponit Photius, per escas alimentum, & per ventrem receptaculum ciborum, sed hæc in resurrectione erunt otiosa, & inutilia; Deo nos ad incorruptionem transferete, vt neq; cibo opus sit, neq; ad ciborum receptionem venter præparetur. Non oportet igitur de his, quæ futura sunt inutilia, nimis solicitos esse, & Deus liberabit nos ab edacitate, & gastrimargia. Et Psalm. 140. exulabat Dauid in terra Philistinorum, & ad eorum inuitabatur conuiuia, & orat Deum, dicens. *Cum hominibus operantibus iniquitatem non comunicabo cum electis eorum.* D. Hieronym. legit, neq; comedere in delicijs eorum. Sanctes Pagninus, non comedam cibum voluptatum eorum. Sensus est, non comunicabo cum electis cibis eorum; quòd si aliquando ad conuiuium eorum fuerim inuitatus. *Adhuc oratio mea in beneplacitis eorum.* Orabo Deum, vt eruat me ab escis, in quibus ipsi bene placent sibi; quia erant lege prohibitæ. Vel à detractionibus, quæ comittuntur in conuiuio eorum, in quibus ipsi delectabantur, & appellat Regius Psaltes hos homines ventri deditos operantes iniquitatē, quia mille comittunt crimina huiuscemodi viri. Et sic legit Sanctes Pagninus oratio mea est, vt eruat me à malis eorum. Et ideo in conuiuijs Domini præsentia indigemus, ne peccemus: sicuti Apostolis edentibus apparuit Marci. 16. & Amos. 4. *Audite verbum hoc vacæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, quæ dicitis Dominis vestris afferte, & bibemus:* Inuehitur Propheta in opulentas mulieres Sion, quæ voraces erant, & nil aliud curabant quam opiparas habere mentas plenas dapibus, & prætiosis vinis. Vocat eas vacas pingues, audite verbum Domini, quæ non aratis, sed in montibus pascitis, & propterea ferociores, quam si in vallibus. Vxores magnatum per vacas intelligit luxui deditas. *Quæ dicitis*

Ecumenius. *Photius.* *Psalm. 140.* *D. Hierony.* *Pagninus.* *Pagninus.* *Marci. 16.* *Amos. 4.*

Dominis:

Dominis vestris. Ideſt, veſtris viris imperatis cum potius deberetis, vt Dominis obedire. *Afferte, & bibemus*. Putant iſtæ quòd omnia eis licent, quia in vtero geſtant, & filios alunt, & non dicunt quere, ſed affer, quod eſt ſignum maioris imperij; illico noſtrum exple deſiderium, & affer, ſiue per fas, ſiue per nefas, & nō petunt neceſſaria, ſed ſuperflua ad potandum. *Affer, & bibemus*. Et loquuntur de futuro, in quo ſignatur aſiduitas in bibendo, volunt ſemper habere prætioſa vina. Chaldeus Paraphraſtes legit, Regna, & ſpoliabimus; impellunt viros ſuos ad ambiendum honores, atq; magiſtratus, vt cum Regni potentia aliena diripiant, & ipſis dona præſtentur. *Et leuabunt vos in contis*. Ecce ſupplicium, quod illis minatur. Ideſt, vectibus portabimini ſicut vacarū carnes; in Hebreo eſt (baſinoth) quæ dictio etiā ſignificat ſcuta. Et ſenſus eſt, leuabūt vos in ſcutis, & ſic tranſtulit Aquila; & ſenſus eſt vincent vos, & afferent pro ſtematibus vos victos, depictos in ſuis ſcutis. *Et reliquias veſtras in ollis feruentibus*. Ideſt, minores carnis partes in ollis coquentur. Quibus verbis ſignificat vates mulieres occidendas eſſe, & dilaniandas à militibus. In Hebræo eſt, aufferet vos in frigoribus, & nouiſsima veſtra in ollis, ſiue lebetibus piſcium. Senſus eſt, in nauigijs piſcatorum ducemini in captiuitatem. Et ſic dicit. *Et proiiciemini in Arnon*. Qui locus longe diſtabat à Hieruſalem. Vel vos vacæ eratis pingues confidentes in monte Samariæ ſub temperatiſsimo cœlo, bibentes vina præcioſa, ſed nunc ducemini ad Borealem Regionem, cum maximo labore, & frigore per itinera. Pinguibus enim carnibus valde contrarium eſt frigus; & ſic tenues, & ſqualidæ eritis, & poſt tam ingentem itineris laborem deſiderabitis ſaturari ollis piſcium, cibo viliſsimo, quomodocūq; in aqua elixis. Quod Hiſpanè dicitur (vueſtro paradero ſerà en ollas de peſcado) talis erat cibus Iſraelitarum cum in Ægypto ſeruiebant; vt conſtat Numeror. 11. *Recordamur piſcium, quos comedebamus*. Propterea vxor cum filijs vēdi iubetur à Rege, quia ſuis ſumptibus virum depauperauerant.

Chaldeus. *Aquila.* *Numer.* 11.

Et

Et addit vates. *Per aperturas exibitis.* Iam non comitatæ cateruis, sed solæ non per portam domus, vel vrbis, sed per aperturas murorum fugiẽtes milites, & eritis tam languidæ, & tenues effectæ in obsidione, vt positis per murorũ aperturas, & rimulas exire. *Vna contra alteram.* Idest, singulæ, per singulas partes. In Hebræo est, vnaquæq; è regione sui, vt per diuersas exeant partes, & non sit spes iterum se videndi. Propterea monet sapiens Ecclesiasti. 37. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam in multis enim escis infirmitas: propter crapulã multi obierunt, qui autem abstinens est adiiciet vitam.* Notandũ est verbũ, non te effundas, quod propriũ est aquæ, cũ effunditur, non colligitur, perditur, à terra absorbetur, ne ergo totus sis cibis, & poculis intentus, quod Hispanè dicimus (no se te salga el anima tras la comida.) Sic Dñs in mensa discipulorũ euanuit fracto pane. Lucæ. 24. añte omniũ oculos versandũ semper erat supliciũ, quod cõtigit Balthasari sedenti in conuiuio. Daniel. 5. de quo etiam Isaias cap. 21. dicit. *Pone mensam contemplare in specula, comedentes, & bibentes surgite Principes, & arripite clipeum.* Haimo sic exponit ô Babylon para Balthasari filio Euilmerodach, nepoti Nabuchodonosor mensam. Contemplare bene, quæ in pariete exarata sunt. Perfice scilicet, vt illius Regnum tradatur Medis, & Persis, atq; in plures diuidatur. Scriptũ est in pariete mane thecel phares; & diligẽter, velut is, qui à specula prospicit cõsiderate quid post cõuiuiũ in quo scortis, & concubinis, in vasis Domini propinat eueniet ei. Vel est ironia, veluti ludibrio, & iocosè agẽs vates ait. *Pone mensam.* Vaca si lubet ô Balthasar delicijs suauiter cœna, epulare. Vos etiam Babylonij Principes agite in delicijs, miseriæ iam vobis ingruunt, contemplamini speculam, arrigite oculos in scripturam parieti adscriptam. Surgite à mẽsis in quibus deliciamini, arripite gladios si forte grasantes hostes propulsare, poteritis. Balthasaris verba sunt ad Principes conuiuas. Abite in speculã, & aduertite, quæ nã est hæc, quam formidam⁹ hostiũ tẽpestas? Sed quid videre

Matth. 18.
Eclesiaſ. 37.
Lucæ. 24.
Daniel. 5.
Iſaiæ. 21.
Haimo.

videre poterunt temulēti, & ebrij, qui huc, & illuc cadunt, & mouentur, vt ebrij, quo animo, aut prudentia poterunt contra hostes pugnare? In Hebræo est, vngite clipeos; dicit speculator aduentant hostes, ô vos, qui epulatis in mensa Regis sedentes surgite, & à rubigine tergite clipeos, vt splēdidiores reddantur, & sic terreātur aduersarij; quomodo securi sedetis? *Vidi enim currum asini, & currum Cameli.* Idest, currus, qui vehebantur asinis, & Camelis, in quibus erant præparamenta belli faciendi. Similiter nobis contemplanda sunt diuina iudicia, quæ comedentibus, & bibētibus hominibus de cœlo superuenere, & man⁹ vindex, iudicis sententiam contra potatores scribens. Illa enim nocte occisus

Daniel. 5. fuit Balthasar, vt habetur Daniel. 5. in opinione vulgi illi reputantur Principes, & magnates, qui habent splendidas, & lautas mensas diuersis dapibus refertas, sed in Dei extimatione illi sunt magni, qui ieiunant, & frugaliter viuunt. Sic

Lucæ, 1. Lucæ. 1. dicitur de Ioanne Baptista. *Erit enim magnus coram Domino; vinum, & siceram non bibet.* Ecce quid fecerit magnum coram Domino, Ioannem Baptistam, non comedere,

Matth. 11. neq; bibere, ieiunare. *Venit Ioannes, neq; manducans, neq; bibens. Magnus.* Idest, Deo valde familiaris, & ab eo dile-

4. Reg. 5. ctus. Sic 4. Reg. 5. dicitur de Naaman. *Erat magnus coram Domino suo.* Idest, vnice dilectus, & nimis coniunctus. Sed

Genes. 3. dæmon contrarium dixit Euæ. *Scit enim Deus quod in die, qua*

Chaldeus. *comederitis eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Chaldaica Paraphrasis legit, eritis sicut Principes, scientes bonum, & malum. Hoc nititur dæmon huius sæculi magnatibus persuadere, quòd erunt sicut Principes, si lautas habuerint mensas, & comederint, & biberint vsq; ad nauseam.

☞ *Qui nutriebātur in croceis amplexati sunt stercora.*

Lyra. Rabi Salom. SEnsus est iuxta Nicolaum Lyranum, & Rabi Salomonem, qui nutriebantur in vestibus prætiosis, & pulchris, vel vt in Hebræo est, in scarleto, amplexati sunt stercora.

In

In Hebræo eſt, fimos. Dormierunt in ſtramentis, quod Hiſpanè dicimus (los que ſe criaron en cobijas de grana ſe van à dormir à los pajares.) Et qui inter aulæa, & tapetes rari prætij ſplendidè agebant, & fouebantur, captiuitatis miſeria præſsi inter ſtercora, ideſt, vilisſima loca habitare cogebantur; in tantam deuenere miſeriam, ſicut illi de quibus Iob. 24. *Quibus non eſt opertimentum in frigore, quos imbres montium rigant, & non habentes velamen lapides amplexantur.* Ideſt, à prædonibus ſpoliati, in antris terræq; cauernis ſe abdunt, vt à cœli iniurijs quomodocunq; protegantur. In Græco eſt, qui nutriebantur in coccis, ſeu coccineis. Vt adnotat Honcala lib. Stauricon cap. 10. & ſic legit S. Theodoret. In Hebræo eſt (hale tolath.) Ideſt, ſuper vermiculum. Et ſic legit Sanctes Pagninus, qui alebantur ſuper coccinum. Ideſt, in coccino vermiculo. Et notandum eſt ex Plinio lib. 10. naturalis hiſtoriæ cap. 39. & 41. quòd veſtes ſplendidæ, & ad delitias comparatæ, regalemq; oſtentantes luxum, ſolebant bis tingi, prius cocci grano, deinde purpuræ ſucco, quas tirias dixere purpuras. Et talis veſtis fuit qua indutus fuit Chriſtus Dominus in paſsione. Matth. 27. vbi dicitur hanc chlamydē fuiſſe *Coccineam*. Sed D. Marcus cap. 15. dicit fuiſſe indutum. *Purpura*. Et videtur eſſe inter eos contradictio, quia diuerſi colores ſunt purpura, & coccinū, ad quod reſpondet D. Auguſtin. lib. de Concordia Euangeliſtarum, quòd milites putauere veſtem illam coccineā eſſe purpuram Regiam. Beda, dicit non eſſe aliquam cōtradictionem; nam iuxta Origenem vnius ſunt naturæ coccus, & purpura; ſed hoc non placet, nam coccum eſt granum herbæ rubentis, quæ naſcitur in terra, vt in Epora oppido Cordubæ, quod Hiſpanè appellatur (Montoro) naſcitur in annis ſiccis in humi repentibus virgultis Hiſpanè (coſcojas) granum rubrum, quo purpureæ veſtes tinguntur. Et Hiſpanè vocatur (grana en poluo.) Purpura vero à qua purpurea veſtis, piſcis eſt habens in faucibus florem illum tingendis veſtibus expetitum. Quare dicitur ad horum textuum cōciliationem.

Iob. 24.
Honcala lib. Staur. c. 10.
Pagninus.
Plin. lib. 10. c. 39. & 41.
Cōciliantur Matthe⁹, & Marcus.
D. Auguſt.
Beda.
Origenes.

Ex

ex illo loco Plinij citato, quòd chlamis illa Christi Domini erat bis tincta, vt de vestibus magnatum dicit ibi Plinius & miscebatur coccus cum purpura ita, vt vestis illa esset duplici colore, grano scilicet herbæ rubentis, & purpura tincta, & puluere cocci, & piscis sanguine, quem habet in fauce. Et sic nulla est contradictio: nam D. Matthæus appellat coccineam, & D. Marcus purpuream illam veste̅, alia, atque alia appellatione denotantes. Ita vt D. Marcus mentionem faciat coloris rubei, qui fit ex flore piscis, qui vocatur purpura. D. vero Matthæus pulueris grani cocci-

Exod. 25. & 26. nei, & expræsere Euangelistæ misterium. Exod. 25. & 26. Præsignatum, vbi ad tabernaculi ornamentum coccum bis tinctum inferri præcipiebatur, quod tabernaculu̅ Christi corpus figurabat: & sacerdos, qui Christi figuram gerebat iubebatur indui superhumerali, ex iacintho, & cocco

Exod. 28. co bis tincto. Exod. 28. & hoc ibi sæpe repetitur, in Hebræo est, (tholahath sani) idest, vermiculo, & cocco (Tola) vermiculum significat, vt constat Isaiæ 14. & Exod. 16. & Psalm. 21. & vtrumque sensum declarauit Isaias

Isaiæ 1. capite 1. dicens. *Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, sicut nix dealbabuntur.* In Hebræo est, pro cocco (Sani) *Et si fuerint rubra vt vermiculus, quasi lana alba erunt.* In Hebræo est (tolath) idest, vermiculus. Ex hoc loco constat vermiculu̅ plus habere, quàm coccum, quia vermiculus est genus purpuræ nigricantis rosæ, splendore sublucens: sed coccinum est color rubicundus magis clarus. Periti linguæ Hebreæ tradunt, vermiculum esse carmesinum colorem, qui declinat magis in nigrum, seu fuscum: & iste carmesinus color est purpura, vnde vestem quàm D. Marcus purpuream vocauit. D. Matthæus appellauit coccineam. In Hebræo est (magil sani) idest, chlamidem secundatam, idest, colore vermiculo, & cocco bis tinctam (con cochinilla) (sani) enim venit à verbo (sana) quod est secundare, & duplicare.

Prouerb. 31 Vnde Prouerbiorum vltimo. *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.* In Hebræo est (sani) idest, coccineis, ipsa, & sui domestici

domestici vestiti erant coccino, vbi(sani) ponitur pro cocco bis tincto, sicut in hoc loco nostri vatis, è conuerso ponitur coccineis. *Qui nutriebantur in croceis*. Idest, coccineis, nam in Græco est cocco. In Hebræo, super vermiculum (haletolath) vermiculum significat, vnde vermiculus sumitur pro cocco, & coccus pro vermiculo, quia vestes his duobus coloribus tingebantur. Vel aliquo tertio colore, qui ex his duobus conficiebatur, & sic vnum pro altero vsurpatum videmus in Euãgelistis, cum de veste agũt, qua induerunt Christum Dominum milites, illudentes ei tanquam Regi, nam purpuræ, & cocci colores rubri sunt, & ideo vnum pro altero vsurpant Euangelistæ. Sic Canticorum cap. 1. *Labia tua sicut vitta coccinea*. Inter fucos, quibus vestes tinguntur inficiunturq́, Plinius coccum enumerat adeò, vt esset dicatum paludamentis imperatoris, & hic color fuit in summo prætio habitus tam apud gentes, quàm etiam apud Hebræos, & inter omnes colores, qui adhibebantur diuino cultui primas obtinuit color coccineus. Vt Exod. cap. 28. constat. Iosue 7. est similis locus. *Furatus fuit Achan pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq́, auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstulit*. In Hebræo est, paludamentum Babylonicum. Sanctes Pagninus legit, pallium Babylonicum. Verbum Hebræum (addereth sinar) quod ibi ponitur significat pallium magnificum, vel tapetem magni prætij, seu Babylonicam vestem; Babylon enim (sinhar) dicitur in Hebræo: sic Zachariæ cap. 5. *In terram Sennaar asportata fuit amphora*. Idest, in Babylonem, quæ Genes. 10. terra Sennaar appellatur. Babylonicæ autem vestes ob mirum artificium in pretio erant, vt antiquissimi scriptores memoriæ prodiderunt. Vt Plutarchus in vita Catonis. Paludamentum vero Procerum fuisse præsertim in expeditionem exeuntium attestatur Iuuenalis cum de parum verecunda fœmina sic loquitur. *Cumq́ paludatis ducibus præsente marito, Ipsa loqui recta facie*. Et Ionæ 3. Rex Niniue abiecit

Cant. 1.

Iosue 7.

Pagninus.

Zachariæ 5.

Genes. 10.

Plutarchus.

Iuuenalis.

Iosue 3.

abiecit

Abiecit vestimentum suum. In Hebræo est (addereth) noster autem interpræs Latinus optimè transtulit vestimentum,
70. & 70. Interpræt. abstulit stolam suam, pro Babylonico pallio, quod habetur in Hebræo, nam Persarum finitimarumq; gentium luxum eo colore se ostentare solitos constat ex
Naum.2. Naum capite 2. *Clipeus fortium ignitus, viri exercitus eius in coccineis.* Vestis autem coccineæ nomine chlamydem intelligit, quæ vestis militaris erat pallio penè aduersa
Plautus. multo tamen breuior, atq; strictior. Opus est, inquit, Plautus ad ornatum militis, chlamyde, machera, & pesato. Iullius Pollux inter apparatus militares recenset chlamydem. Vestes autem coccineas, nominans Propheta vult significare equites Babylonicos, non ex agricolis, vel ipsa fece vulgi fore eligendos, sed ex nobilitate maximè illustri, id quod coccinea vestis indicat, quia viri vrbani, & nobiles aptiores sunt ad congrediendum, quàm agricolæ, & rustici, qui ferendis laboribus sunt aptiores. Sed isti non stimulantur gloriæ, ac nominis cupiditate, sicuti nobiles, quibus semper cognata est cupiditas gloriæ, & res magnificas aggrediuntur, satis ergo ostendit apparatus ipse coccineus, equites Babylonicos non ex tenuibus, neq; vulgaribus colligendos, sed ex nobilitate ipsa, vt maiori animo Niniuitas agrederentur. Constat etiam has vestes militares coccineas in vsu fuisse apud Babylonicos, & finitimas
Plutarchus. nationes, quia vt refert Plutarchus in vita Alexandri, captis ab illo Susis inuenta illic fuere quinquaginta millia
D. Thomas. pondo, siue talenta purpuræ hermionicæ. D. Thomas, &
Dionisius. Dionisius hæc verba amplexari sunt stercora, ad cibum referunt non ad cubationem, sed prior sensus germanior est cum prius dicat. *Qui nutriebantur in croceis.*

Super hæc vatis verba, animaduerte lector infelicē exitū, quem habuere illi, qui nutriebantur in croceis, qui purpura vestiebantur: debitas exoluerunt pœnas, inter paleas nocte dormierunt in stabulis, & fimo. Finis illius diuitis epulonis, qui induebatur bisso, & purpura; fuit gehenna ignis.

Lucæ.16.pelliceas vestes fecit Deus primis parentibus non sericas, neq; arte laboratas. Genes.3.& vt parceret populo, qui adorauerat vitulum præcipit, vt deponat ornatū. Exod. 33. *Vt sciam quid faciam tibi.* Germania non recipit huiusmodi fucos, tota Gallia abominatur, Italia non satis approbat; sola nostra Hispania in hanc deuenit miseriam ne dicam amentiam diaboli, vt etiam viri barbam canam, imo potius griseam,& cæsariem, huiusmodi fucis rubeam, ac nigram efficiant. Et Sophon.1. dicit Dominus. *Visitabo super eos, qui induti sunt veste peregrina.* Idest, discoloribus, & variegatis vestibus auro, gemmisq; contextis. Et Matth.27. In veste coccinea illusus est Christus Dominus à militibus in probis: & similiter illuditur modo ab his, qui solum corpus ornare curant. Iudicum. 5. dictum est de Sisara. *Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam.* Faxit Deus, ne his vestibus induti in corpore, animas traddant Sathanæ. Quando feretrum serico est ornatū operimēto, signum est intus esse cadauer: sic cum animæ vehiculum, quod est corpus prætiosis ornaturvestibus, plerunq; anima intus est peccatis lætalibus mortua. Ezechiel. 16. *Et vestiui te discoloribus, & calceaui te iacintho, & cinxi te bisso, & indui te subtilibus.* Et infra dicit. *Ornata es auro, & argento, & vestita es bisso, & polimito, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti.* Et propterea bene Ezechielis. capite.23. dicitur *Denudabit te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.* D. Gregorius ait, si vestium cultus sumptuosus peccatum non esset, nequaquam sermo diuinus signantius exprimeret, diuitem purpura, & bisso indutum apud inferos torqueri. Et sapiens Eclesiasti. cap. 11. *In vestitu, ne glorieris vnquam.* Hæ prætiosæ vestes potius ad Deum pertinent, qui indutus est lumine, sicut vestimento. Et ita Iob cap. 40. dicit. *Si habes brachium, sicut Deus, speciosis induere vestibus.* Et de profano Esau dicit Scriptura. Genes.27. quòd habuerit prætiosas vestes, nam Rebeca induit Iacob. *Vestibus Esau valde bonis.* Vt à patre benediceretur, quibus carebat Iacob iustus.

Lucæ. 16. *Genes. 3.* *Exod. 33.* *Sophon. 1.* *Matth.27.* *Iudicum. 5.* *Ezech. 16.* *Ezechi 23.* *Eclesiast. 11.* *D. Gregor.* *Iob. 40.* *Genes. 27.*

profanus vero Esau curabat de ornatu corporis. De Sanctis dicit D. Paulus ad Hebræos 11. quod *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis*. Et vestis Ioannis Baptistæ, erat de pilis Camelorum. Matth. 3. D. Chrisost. homilia 84. in Ioannem exponens illa verba capitis 19. *Erat vestis desuper contexta per totum*. Dicit, mihi videtur, vt vestimentorum, quibus vtebatur Dominus vilitatem ostenderet, hæc dixerit, nam quemadmodum Christus Dominus in omnibus alijs, ita in veste, vili speciem præferebat modestiæ. Et 1. ad Corint. 12. *Quæ inhonesta sunt membra, abundantiorem honestatem habent, honesta autem nullius egent*. Quanto ergo speciosiorem ornatum queris, tanto membrum turpius te ostendis. Et Genes. 6. dicitur. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ*. In Hebræo est (toboth) quod non modo speciosas fœminas sed ornatas, & bene formatas significat. Vbi vides causam tam efrenatæ libidinis fuisse earũ non solum speciem, sed nimium ornatum. De hac materia egimus cap. 1. in illis verbis. *Virgines eius squallidæ*. Vide te Isaiæ 3. quot supplicia minatur Propheta fœminis Hierosolimitanis, propter superfluum ornatum: & inter alia hoc ponit. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit*. Sanctes Pagninus legit, nates earum nudabit. Idest, pudenda, tanta laborabunt vestium penuria, vt vix pudenda tegere possint. Illæ igitur fœminæ, quæ nimis ornatæ alliciebant ad se iuuenes, postea spoliatæ vestibus, sicut vilia mancipia erant, & illi, qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Et quia fœminæ se ornant, vt viris placeant, ait Isaias. *Pulcherrimi viri tui gladio cadent*. Et sic frustra vos ornatis.

Ad Heb. 11
Matth. 3.
D. Chris. ho mi. 84. in Ioan.
1. ad Cor. 12
Genes. 6.
Isaiæ 3.
Pagninus.

Van. ☞ *Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.*

Primus

PRIMVS sensus, loquitur vates de culpa populi Israelitici, propter quam est in captiuitatem ductus, quam dicit esse, maiorem peccato Sodomorum, iuxta illud Ezechielis 16. *Quia non fecit soror tua Sodoma, sicut tu fecisti.* Quoniam idolatria in illo populo, & iniuriæ pauperibus irrogatæ, erant maius peccatum, quantum ad aliquid, turpitudine illa nefanda. Et sic dicitur in Ezechielis loco citato. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ saturitas panis, & abundantia, & manus pauperi non porrigebant.* Et Chaldaica Paraphrasis, Genes. 13. vbi dicitur. *Viri Sodomitæ erant peccatores coram Domino.* Legit, viri Sodomitæ erant iniqui cum suo mammona, & pessimi in corporibus suis coram Domino nimis: & secundū hanc expositionem intelligitur quod hic dicit vates. *Non ceperunt in ea manus.* Idest, manus indigentium, & egenorum non receperunt eleemosynam à diuitibus, & sic exponit Dionisius Cartusianus. Quod autē Sodoma fuerit subuersa in momento, constat ex capite 19. Genes. S. Thom. dicit, quòd maior fuit Israelitarū culpa, propter ingratitudinem, & sanctorum prophanationē: sic etiam explicat Paschasius Ratpertus, & probatur Ezechielis 16. *Iustificata est Sodoma soror tua ex te.* Glosa Inter. interpraetatur, maius fuisse peccatum Hierosolimitanorū, quàm Sodomitarū, quia Sodoma peccauit sine noticia Dei, & legis diuinæ cognitione, & huic expositioni consonat Chaldeus interpres, quia Israelitæ habuere prophetas, qui eos arguebāt sed in Sodomis non fuere prophetæ, qui eos retraherent ab impijs conatibus, obiurgationibus. Nicolaus Lyranus dicit, quòd idolatria cum sit peccatum directe contra Deum, & eius cultum grauius est, quàm Sodomia. D. Hieronimus ait. Maius peccatum fuisse, peccatum Hierusalem quam Sodomæ, quia Sodomitæ legem naturalem tantum transgressi sunt, Israelitæ vero naturalem, & legem diuinā scriptam.

Ezechiel 16. Genes. 13. Dionisius. S. Thomas. Paschasius. Ezechiel 16. Interlineal. Chaldeus. Lyra. D. Hierony.

Septuaginta Interp. legunt, magnificata est iniquitas filiæ populi mei, super iniquitates Sodomorum. Idem est sensus. *70.*

Secundus ſenſus, qui germanior eſt, vt iniquitas ſumatur hic pro pœna debita peccato; nam verbū Hebræum, quod hic ponitur (hauon) non ſolum ſcelus, & iniquitatem ſignificat, ſed pœnam, qua ſcelerati puniuntur. Et in hoc ſen-
Geneſ. 15. ſu vſurpatum fuit à Moyſe illud Geneſ. 15. *Non dum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorū.* Ideſt, tempus quo eorum crimina ſunt punienda. Ita hic *Maior effecta eſt iniquitas.* Ideſt, pœna vaſtitatis Hieruſalem, ſubuerſione Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in pūcto. *Et non ceperunt in ea manus.* Suple militum, non obſederunt Sodomam militum caſtra, nec contra eam ſunt caſtrametati, & ſic leuius fuit Sodomitarum ſupplicium, cum longa obſidione non fuerint excarnificati; quandoquidem manus humanæ non fuere adhibitæ, ſed in temporis momēto fuere ſubuerſi per manus Angelicas. Et hoc eſt quod ait. *Non ceperunt.* Ideſt, afflixerunt in ea
Pagninus. manus; & ſic legit Sanctes Pagninus, & maior effecta eſt iniquitas populi mei pœna peccati Sedon, quæ ſubuerſa eſt repente. Sumitur vero iniquitas in ſacro eloquio pro pœna debita iniquitati, quia eſt illi proxima; & ſic ſequitur pœna culpam; ſicut vmbra corpus, eſt culpæ indiuiduus comes pœna. Ideo pro eodem vſurpatur culpa tàm pro delicto,
Geneſ. 4. quàm pro ſupplicio illi debito. Vnde Geneſ. 4. *Si bene egeris recipies ſi autem male peccatum tuum in foribus adeſt.* Ideſt, tui ſceleris pœna feſtinabit contra te, tanquam ſatelles diuinæ iuſtitiæ; & tanquam ianitor ad domus tuæ limen cuba-
Ad Rom. 7. bit. Sic ad Roman. 7. *Non quod ego volo operor, ſed quod inhabitat in me peccatum.* Ideſt, concupiſcentia, quæ in me manſit ex peccati originalis contagio, quæ eſt peccati fomes, &
Geneſ. 4. eius effectus. Et Geneſ. 4. dixit Cain. *Maior eſt iniquitas mea*
Pagninus. *quàm, vt veniam merear.* Sanctes Pagninus legit, maior eſt punitio mea quàm, vt feram. Et ſic Cain agit de pœna dicens. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ; & à facie tua abſcondar,*
Olcaſter. *& ero profugus, & vagus.* Et ſimiliter explicat Hieronymus ad Oleaſtro, & late probat hic ſummi iniquitatem, pro pœ-
2. Reg. 12. na. Et 2. Reg. 12. *Tranſtulit Dominus peccatum tuum à te.* Ideſt, pœnam,

pœnam, & supplicium in filium tuum, & sic mortuus fuit filius natus ex adulterio. Et Threnor. 5. *Patres nostri peccauerunt, & non sunt; & nos iniquitates eorum portamus.* Idest, pœnas suis culpis debitas exoluimus. Et Hierem. 51. *Post annum auditio, & iniquitas in terra.* Idest, vastitas, & destructio. Et Ezechiel. 21. *Auffer cidarim tolle coronam iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam.* Idest, destructionem, sic legit Sanctes Pagninus, destruam coronam; subuersionem, subuersionem, subuersionem ponam eam. Et Sapient. 1. *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.* Idest, non solum deseret hominem duplicis cordis, & bifrontem, sed fugiet ab illo. *Et corripietur à superueniente iniquitate.* Idest, talis fictus illico punietur graui supplicio. Et Numer. 23. *Scitote quia peccatum vestrum inueniet vos.* Idest, pœna peccati vestri. Et Isaiæ. 53. *Posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum.* Sanctes Pagninus legit, Dominus ad eum peruenire fecit pœnam omnium nostrum. Maior ergo effecta est punitio Hierusalem quàm Sodomæ, quæ Angelorum ministerio in fauillam redacta est cœlesti igne; Hierusalē vero diuturna obsidione fuit vallata. Manus autem militum non ceperunt eius spolia, cum omnes supelectilles sint cōbustæ. Aliquid autem leuaminis est in pœnis cito ab eis liberari, siue morte, vel auxilio aliorum. Et sic Iob de fœlicitate impiorum dicit. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt.* Idest, ad sepulchrum. Et Psal. 72. *Non est firmamentum in plaga eorum.* In Hebræo est, non sunt ligamina in morte eorum, idest, nullis morbis, quasi vinculis ad mortem trahuntur. Sanctes Pagninus legit, non sunt ligamēta in morte eorum. Idest, debita ob quæ debitor creditori obligatur. *Neq; firmamentum in plaga eorum.* Idest, non est firma plaga eorum non multum durat, &c. *Quæ subuersa est in momento.* 70. Interpræt. legūt, quæ subuersa est quasi solicitudo. Idest, taliter est euersa, quasi Deus de eius subuersione fuisset solicitus, & in ea solum intentus. *Et non ce perunt in ea manus.* Idest, nullus adhibuit adiutrices manus Hierosolimitanis.

Threnor. 5. *Hierem. 51.* *Ezech. 21.* *Pagninus.* *Sapient. 1.* *Numer. 23.* *Isaiæ. 53.* *Pagninus.* *Iob. 21.* *Psalm. 72.* *Pagninus.* 70.

vel; *Non ceperunt in ea manus.* Suple hostium; hostes nō sunt castrametati contra Hierusalem, & sic legit Sanctes Pagninus, non sunt castrametata cōtra eam castra. 70. Interpret. legunt, non laborauerunt in ea manus. Suple militum, multum enim laborant milites pugnando. Sodomam autem Angeli euerterunt igne.

Pagninus. *70.*

Manus hic sumitur pro exercitu, & copijs militaribus, vt Psal. 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Idest, huius sæculi Reges non inuenere opem in suis exercitibus, imo ipsos milites non inuenerunt, sicuti contigit Senacherib cum mane surexit neque vnum militem ex centum, & octo ginta millibus superstitem inuenit, omnes occiderat Angelus. 4. Regum 19. & Actorum 12. *Misit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia.* Idest, cohortem militum. Ratio vero propter quam manus sumitur pro militari copia, ea mihi inter alias esse videtur, quia sicut in corpore humano manus sunt instrumēta quibus homo se deffendit, & offendit, vnde Ecclesiastes 12. vocantur domus custodes. *Commouebuntur custodes domus, nutabunt viri fortissimi.* Tremunt enim manus in senibus: ita milites sunt regni custodes, & qui hostes occidunt. In manibus sunt vires; similiter in militibus. Manibus pugnamus, & milites pro nobis pugnant, & manibus bona accipimus: sic etiam milites manibus rapiunt spolia, imo videntur omnes nil aliud esse, quàm manus ad rapinam exercendam, manibus enim, quæ volumus rapimus.

Psalm. 75. *4. Reg. 19.* *Actor. 12.* *Eccles. 12.*

Secundus sensus, non ceperunt in ea manus hostiū, captiuos, quia omnes igne fuere succensi, at vero misera Hierusalem, diuturna fuit obsidione vexata, & ciues spoliati. Chaldeus legit, non descenderunt in ea prophetæ ad prophetandum, qui eam reducerent ad pœnitentiam, quod ingens supplicium est. Iniquitas aliquādo sumitur pro idolis, quia maxima est iniquitas contra Deum, cultum illi debitum idolis exhibere; ita Oseæ 10. *Propter duas iniquitates*

Chaldeus. *Osee 10.*

suas

suas corripientur. Ideſt, propter duos vitulos, quos adorabāt in Dan, & Bethel, decem tribus vaſtabuntur.

Zain. ☞ *Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphiro pulchriores.*

Senſus eſt, quod erant pulcherrimi, albi, & rubicundi, vt nix albi, lucidi vt lac, rubicundi vt ebur, quod eſt antiquum, quod declinat in rubeum colorem, ſic Cant. 5. hæc duo coniunguntur. *Venter eius eburneus diſtinctus Saphiris.* Cant. 5.
Ideſt, Sponſi venter candidus eſt velut ebur. Dixerat prius *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Et dicit eſſe album, vt ebur, & quia dixerat eſſe rubicundum addit eſſe diſtinctum Saphiris eius ventrem; Saphirus enim rubicundus eſt ſecundum Rabbi Abraham, & Aben ezra in ſuis Cōmētarijs. Et ſic Heremias dicit, fuiſſe Nazareos rubicundiores ebore, & Saphiro pulchriores. Saphiri colorem expoſuit Moyſes Exod. 24. *Et viderunt ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & ſicut cœlum cum ſerenum eſt.* Et Saphirus ſolis radijs percuſſus emittit ſplēdorem. D. Iſidorus lib. 16. capite 9. dicit Saphirus cœruleus eſt, & cum purpura habens pulueres aureos ſparſos. Optimus inuenitur apud Medos, & iuxta D. Iſidorum lib. 16. capite 5. ebur à Barro, ideſt, Elephanto dictum. Horatius. *Quid tibi vis mulier nigris digniſſima Barris.* Et notandum eſt, quod eſt quoddam genus eboris foſſile, vt Theophraſtus, & Plinius affirmāt lib. 8. cap. 3. iſtud autem ebur inuenitur candido, & nigro colore; cōpertaq; aliquando oſſa ex terra genita, & lapides oſſeos, dicit Plinius loco citato: ſed in hoc loco noſtri vatis ſignificatur ſelectiſsimum ebur, vt eſt illud, quod ex Elephantorum dentibus fit, quod fuit ſemper in magna æſtimatione, & Elephantorum dentes ſecabantur, vt ligna ebore incruſtarentur. Vnde Pſalmo 44. *Mirrha, & gutta, & caſia à domibus eburneis.* Elephanti dens eſt,

Exod. 24. D. Iſid. lib. 16. cap. 9. D. Iſid. lib. 16. cap. 5. Horatius. Plin. lib. 8. cap. 3. Pſalm. 44.

& quia vates non de vulgaribus domibus, sed de magnificis, & splendidis loquitur alij legunt è palatijs eburneis, alij è templis eburneis. D. Hieronym. ad Principiam virginem legit, de templo dentium, eo quòd ebur nil aliud sit quàm dens Elephanti. Fuit autem hæc materia laudatissima inter gentes quòd esset apta Deorum simulachris. Inter Reges Salomon eboris materia abundauit, adeò vt thronum fecerit eburneum. 2. Paralip. 9. & 3. Reg. 5. 6. & 7. & Ezech. 27. agitur de eburnea domo; & ab Amos eboris luxuries taxatur cap. 3. & 6. *Et peribunt domus eburneæ.* Saphiri autem tanti fuere olim estimati, vt magno Deo consecrarentur. Refert autem cœli colorem inter cœteros lapillos, & gemmas. Et vt notauit Leuinius Lelius medicus Ciriceus. lib. Similitudinum, & parabolarum, quæ in Blbijs ex herbis, atq; arboribus desumitur dilucida explicatio cap. 21. ebur stringendi, spissandiq; est naturæ, quòcirca pectines, qui ex hoc conficiuntur capillorum defluuium prohibent, & caput confortant. Quoniam autem eximij sit candoris præsertim vbi dentes primum ex Elephantis mandibulis eximuntur: ideo Sponsa in describendo Sponsi corpore, Cant. 5. Ventrem illi eburneum atribuit, propter candorem, & puritatem; Saphiris distinctum, quo castitatem designat, ea enim gemma castos comendat. Sponsæ vero collum turri eburneæ assimilatur; quòd candidum sit, firmum, & erectum nec obstipo capite progrediatur. Hieremias autem Nazareos Deo consecratos ebori comparat, quod vetustate rubescit. Sic enim deplorat illos ita deformes, vt agnosci nequirent. *Candidiores Nazarei eius niue, &c. denigrata est facies eorum super carbones.* Ex quo conijce in quam calamitatem erant deiecti, hæc ille. In Hebræo, rubicundiores colore plusquam gemmæ rubeæ, quod Hispanè dicimus (Rubi.) D. Thomas sic exponit, quod sit hiperbolica locutio vatis, ad declarandam Nazareorum pulchritudinem, qui pexam comam, & nitidam faciem habebant. Nicolaus Lyranus sic exponit, dicuntur Nazarei niue candidiores, quia induebantur vestibus

D. Hierony. — *2. Paral. 9.* — *3. Reg. 5. 6. & 7.* — *Ezech. 27.* — *Leuin. Lel. lib. Similit. cap. 21.* — *Cant. 5.* — *D. Thomas.* — *Lyranus.*

bus lineis valde albis, & illud nitidiores lacte. Repetitio est ad denotandam maximam albedinem. *Rubicundiores ebore antiquo.* In Hebræo est, auro rubicundiores, & Saphiro pulchriores, denotatur pulchritudo vestium sacerdotaliũ. Sanctes Pagninus legit, rubicundiores fuerunt aspectu, quàm gemmæ, & niue mundiores. Idest, rubicundi erant corpore propter gemmas rubicundas, quibus ornabantur. Saphiro pulchriores. Sanctes Pagninus legit, Saphiro est excisio eorum. Idest, ita erant puri, & mundi ac si essent ex Saphiro excisio eorum. Vel ac si essent excisi ex Saphiro ob miram eorum puritatem. 70. Interpræt. legunt, super lapide Saphiro succisio eorum, quòd Hispanè dicimus (como labrados de Saphiro.) *Pagninus.* *70.*

Notandum est, quòd nomen Nazareus, seu dictio Hebraica Nazer, diuersis literis scripta Hebraicè, diuersa significat, scripta enim per (zain) in medio significat sanctum, & separatum; & tribui solet alijs à Christo. Vnde Iudicum. 13. dicitur de Sansone. *Quia Nazareus Dei erit puer iste ab vtero.* Scripta vero per literam (tsare) seu (tzadick) significat florem, & plantam nouellam, siue germen. Et secundum hoc significatum peculiariter tribuitur Christo, vt cõstat Isaiæ. 11. *Egredietur virga de radice Iese, & flos de radice eius ascendet.* Et quamuis vtrumq; significatum optime conueniat Christo Domino, nã ipsum fore sanctum omnes scripturæ proclamant, vt Daniel. 9. *Cum venerit sanctus sanctorum cesabit vnctio.* Germen autem flos, aut tenera planta appellatur recte, eoquod sine corruptione de Maria Virgine natus est, sicut flos de terra, quòdq; nullam habens peccati vetustatem omni semper virtute floruerit. Quamuis igitur, hæc ita sint est tamen verisimilius quòd Christus Dominus dicatur in scripturis Nazareus iuxta peculiarem hanc, & secundam significationem, quàm iuxta illam primam, & cõmunem rationem. Ratio quæ me mouet est nam præter quam; quòd eruditi Hebræorum teste D. Hieronym. putant hoc dictum Matth. 2. *Quoniam Nazareus vocabitur.* Desumptum *Iudicum. 3.* *Isaiæ. 11.* *Daniel. 9.* *D. Hierony.* *Matth. 2.*

Isaia. 11. sumptū ex illo Isaiæ. 11. præter hoc video, quòd apud Græcos non eodem modo, scribitur nomen Nazareus, cum tribuitur Christo; atq; cum tribuitur, legalibus Nazareis; nam cum illis tribuitur scribitur Nazareus per literam, A, vt cōstat hoc loco nostri vatis, quando vero tribuitur Christo scribitur per, O, in medio hoc modo (Nazoreos.) Et id cōs-
Matth. 2. tat ex loco Matth. 2. Nazareus vocabitur. Et Ioan. 19. cum
Ioan. 19. & 18. dicitur in titulo crucis erat scriptum. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Et id ipsum videre licet Ioan. 18. & Lucæ. 18. &
Lucæ. 18. Matth. 26. & Actor. 2. Marcus vero Romæ Euangelium
Matth. 26. scribens Latinos imitatus Christum vocat Nazarinon. Hoc
Actor. 2. est Nazareum per, A, in medio.

Beth. ☞ *Denigrata est facies eorū super carbones, & non sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.*

NAzarei tempore voti maximè fuere abstinentes vnde maciem contrahere solebant. Verum tanta erat terræ benedictio, atq; vbertas vt lauti, & nitidi viderentur: sed in depopulatione vrbis, pallidi, & nigri erant, quasi qui in camino seruiunt, plusquàm carbones fuligine erant nigri, vel
70. plusquam ipsa nigredo. 70. Interpræt. legunt, obscurauit super fuligine species, non sunt cogniti in vijs, quod Hispanè dicimus (negros como el hollin, secos como vn palo) præ fame, & laborum multitudine obnubilata erat eorum facies, ita vt in locis publicis non cognoscerentur, & sic ab alijs vulgaribus non distinguebantur, sed implebatur in illis
Isaiæ. 24. vaticinium Isaiæ cap. 24. *Et erit, sicut populus sic Sacerdos.*
Iob. 30. Similis locus est Iob. 30. *Mærens incedebam sine furore.* Chaldeus, & Hebræus interpres legunt niger incedebam sine
Cantic. 1. sole, quasi diceret, si Spōsa dicebat. *Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me Sol.* Non fugiebat Solē: at ego sine Sole niger sum, quia tristitia, & plagæ, & ægritudo carnē [illegible]ant, & nigram cutem reddunt, quod statim exponit dicens,

dicens. *Cutis mea denigrata est super me.* Adhæsit cutis eorum ossibus. Idest, pellis, quod Hispanè dicimus. (El pellejo pegado al gueso.) Sic Iob. 19. *Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Quod Hispanè dicimus (estoy en los guesos.) Et hoc est, quòd dicit noster vates. *Aruit, & facta est quasi lignum.* Idest, sicut lignum aridum absq; succo, & virore. Sic Nazarei languidi sine viribus, & corporis venustate erant. Iob. 19.

De Nazareorum consecratione, agitur Numeror. cap. 6. & animaduertendum est, quòd Nazareus in sacris literis sumitur pro separato, quia Nazarei separabantur ad Dei cultum, in sua consecratione. Sic Genes. 49. antequam essent Nazarei, vocatur Ioseph Nazareus. *Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei, inter fratres suos.* Idest, in capite separati, & inter fratres suos pulcherrimi, & ita Paraphrastes Chaldeus, pro Nazareo vertit separatus. Et Deuteronom. 33. eadem verba habentur. Et animaduertendum est, quòd D. Matthæus cap. 2. loquens de Christo ait. *Sicut scriptum est in Prophetis, quoniam Nazareus vocabitur.* Apellabatur autem Christus Dominus Nazareus propter patriam Nazareth, in qua fuit educatus. Secundo propter nominis ethimologiam, quia floridus interpretatur Nazareus. Et Isaiæ. 11. appellatur Christus Dominus flos. *Egredietur virga de radice Iese; & flos de radice eius ascendet.* Sed dices, non inuenitur in aliquo prophetarum, vbi Christus Dominus appelletur Nazareus, quomodo dicit Euangelista, sicut scriptum est in Prophetis? Isidorus Clarus, & Hilarion Genuensis super hoc loco dicunt, quòd Propheta in sacra Scriptura sumitur pro Doctore, & legis interprete. Et ita sumitur hic. *Sicut scriptum est in Prophetis.* Hoc est, in Doctoribus legem exponentibus, à quibus erat declaratum, Christum Dominum vocandum Nazareum. Ita Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis.* Idest, à falsis Doctoribus, & interpretibus sacræ Genes. 49. Chaldeus. Deuter. 33. Matth. 2. Isaiæ. 11. Isidor. Clar. Hilar. Gen. Matth. 7.

Scripturæ.

1. ad Cor. 14 Scripturæ. Et 1. ad Corint. 14. ***Qui prophetat ædificat Eccleſiam.*** Ideſt, qui concionatur, & interpretatur diuinā Scripturam; & infra dicit Apoſtolus. ***Vollo autem vos loqui linguis, magis autem prophetare, nam maior eſt, qui prophetat quàm qui loquitur linguis.*** Ideſt, præſtantius donum habet, qui interpretatur Scripturam, quàm qui loquitur linguis diuerſis, & infra. ***Prophetæ autem duo, vel tres dicant, & cæteri diiudicent.***

D. Cyr. li. 3. in Iſaiam. Ideſt, Doctores, ſeu concionatores loquantur. Et ſic exponit D. Cyrillus lib. 3. in Iſaiam. Illud Iſaiæ. 29. ***Claudet oculos veſtros, Prophetas, & Principes veſtros; eueniet autem iſtud Prophetæ, & Principi.*** *Iſaiæ. 29.* Ideſt, præfecto, & Sacerdoti; nominauerunt enim Prophetas, qui ſanctorum prophetarum Prophetias ſumma contentione indagabātur. Erantq; apud Iudæos, quidam legis ſpecie tenus ſtudioſi præceptores, & Doctores; quemadmodum certe Gamaliel, de quo multus apud eos vagabatur ſermo. Hæc D. Cyrillus.

Paul. Burg. Paulus Burgenſis in additione 2. ſuper cap. 2. D. Matth. dicit deſumptum ex illo Pſal. 131. ***Super ipſum autem eſflorebit ſanctificatio mea.*** *Lyra.* Lyranus tenet deſumptum ex illo Iſaiæ. 11. ***Et flos de radice eius aſcendet.*** Seu Nazareus. *Rupertus.* *Ioā. Soarez.* Rupertus Abbas, & Ioannes Soarez in Matthæum dicunt, aluſiſſe Euangeliſtam ad illud Geneſ. 49. ***Fiant in capite Nazarei.*** *Claudius.* *D. Chriſoſt.* Claudius in Matthæum, & D. Chriſoſtomus hom. 3. ex Matthæo in vigilia Epiphaniæ, *Eucherius.* & Eucherius lib. 3. in Geneſim, & *Leo Caſtrēſ.* Leo Caſtrēſis ſuper Iſaiæ. 11. & *Hieronym. à Rua.* Hieronymus de Rua in ſuis quæſtionibus quotlibeticis tenent deſumptum eſſe teſtimonium ex illo Iudicum. 13. vbi dicitur Sanſon Nazareus. *Alb. Magn.* Albertus Magnus dicit, deſumptum eſſe ex illo Iſaiæ. 11. ***Flos de radice eius aſcendet.*** Vbi Gloſſa dicit, quòd ibi. 70. habent, & Nazareus vocabitur. *D. Thomas.* D. Thomas dicit, quòd Nazareus interpretatur ſanctus. *Daniel. 9.* Et Daniel. 9. Chriſtus appellatur. ***Sanctus ſanctorum.*** Vel floridus, vt Iſaiæ. 11. ***Flos de radice eius aſcendet.*** *Ganeius.* Idem dicit Ioannes Ganeius, nam appellatur etiam germen *Zachar. 9.* Zachariæ. 6. & Iſaiæ. 4. Et ſic dictus ab educatione, quæ in Nazareth, fuit, Nazareus. ***In Prophetis.*** Ideſt, in Pro-

pheta

pheta frequens enim est in scriptura, vnum numerum pro alio ponere. Nicolaus Zegerus, & Michael Palacios in cap. 11. Isaiæ. dicũt Nazareum sanctum interpretari, & id cognominis passim Mesiæ tribuunt arcanæ literæ, atq; ob id in genere dictum putant per Prophetas. Caietanus hic notaui. *Veniens habitabit in Nazareth*. Quòd Nasaret debet scribi non per.z.sed per.s.quia in Hebræo scribitur per.s. Et ita legit Pagninus, habitauit in ciuitate Nasareth; & Nazareus cum.z. Et sic habet Pagninus, quia Nazareus vocabitur, quia Nazareus est nomen religiositatis à separatione dictum. Vnde Nazarei tanquam segregati Deo. Nasareus autem nomen est Patrium à Patria ciuitate Nasareth: deriuatur, à flore seu germine, seu stirpe. Vnde Christus appellatus Nazareus in Prophetis, & quia nullum nominauit: sensum magis expressit; Christus enim est prænunciatus à Prophetis germen, & flos totius sanctitatis. Theophilatus dicit, quòd per Iudæorum negligentiam multi libri desiderantur, & ob continuas captiuitates, & fortasis absq; Scriptura hoc dicebatur apud Iudæos. Nazareus autem significat sanctificatus, & quia Sãctus Christus, rectè dicitur Nazareus. Sãctus enim Israelis à multis Prophetis vocatur Dominus. Idem dicit D. Chrisostomus, non est querendum ex quo vate sit desumptum testimonium, cum potuerit esse ex aliquo libro, qui vel Iudæorũ ignauia, vel temporum iniuria perierit, quomodo multa perijsse constat. Hãc sententiam sequitur Mathias Bredembachius super Matthæũ, & Dionisius Cartusianus. Vel dixit in genere per Prophetas nam (Nazir.) Hebræis sanctus, vel consecratus. dicitur iuxta 70. & passim Christus Sanctus dicitur præcipuè. Daniel. 9. Dionisius Cartusianus dicit Nazareum à Patria sic dictum, quia educatus in Nazareth, vel quia Isaiæ. 11. In Hebræo est, & Nazareth ascendet in illis verbis. *Flos de radice eius ascendet*. Sed iuxta D. Hieronymum. In Hebræo non habetur Nazareth, sed germen, & ita legit Pagninus. Christianus tamen Drutmarus super Matthæum, dicit

Zegerus.
Mich. Pala.
Caietanus.
Pagninus.
Theophil.
D. Chrisost.
Bredemb.
Dionisius.
Isaiæ. 11.
D. Hierony.
Pagninus.
Drutmarus.

cit Isaiæ. 11. esse in Hebræo Nazareus ascendet.

Vltimo dico Christum Dominum non fuisse de ordine Nazareorum, nec eorum ritus seruasse, vt latè probat frater
Alf. de Mēdoça. Alfonsus de Mendoça quæstione. 5. positiua; adfuit enim Christus Dominus mortuis, & tetigit illos reuocando ad
Matth. 9. vitam, vt Lucæ 7. & Matth. 9. & non legitur quòd à vino
Ioan. 2. abstinuerit imò Ioan. 2. adfuit nuptijs, aquamq; in vinum conuertit: & similiter non legitur, quòd non totonderit Barbam, quæ omnia prohibita erant Nazareis. Et iuxta Christianum Drutmarum, est differentia inter Nazareum, & Nazarenum, nam Nazareus à religione dicitur, & Nazarenus à loco.

Thet. *Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame, quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.*

MElius fuit gladio peremptis, quia cito moriuntur, sed
70. qui fame, prolixa morte deficiunt. 70. degunt, boni fuerunt interfecti gladio, magis quàm interfecti fame. *Consumpti ab sterilitate terræ.* Idest, propter terræ sterilitatem, in qua punitus fuit homo propter peccatum. Vnde Genesis 3. *Maledicta terra in opere tuo.* Idest, propter opus tuum, peccatum videlicet, quod hominis opus est. Et peccata hic
Aquila. maledicuntur, sed non terris colendi opus. Aquila legit, ma-
Theodocion. ledicta humus propter te. Theodotion maledicta Adama in transgressione tua, idest, sterilis effecta. Et etiam nostro vate. *Consumpti ab sterilitate terræ.* 70. (enim) abierunt
70. confossi à frugibus agrorum. Idest, tanquam vulnerati iaculo letali cadebant propter defectum frugum agri. Vel qui agrestes herbas comederunt, vt Psalm. 108. *Caro mea*
Psal. 108. *immutata est propter oleum.* Idest, propter defectum olei.
Paginus. Pagninus in hoc loco nostri vatis legit, quia isti fluxerunt perfossi, propter defectum fructuum agrorum: & sic est in Hebræo, idest, plurimum profluuio laborantes, & dissenteria obierunt.

obierunt. Vbi notã magnam esse famis calamitatem, quia est prolixa mors. Vnde Iudith 7. dixere ciues Bethuliæ. *Contestamur hodie cœlum, & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundũ peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatẽ in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.* Et idem poterant dicere de fame. *Isti extabuerunt.* Id est, defecere diu afflicti, sicu Leui. 26. promittebat illi Dñs abundantiã, si in lege eius ambulasset. *Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrũ in saturitate.* Sed propter eorũ scelera terræ sterilitate punit, vt Amos 4. dicitur. *Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui, pars vna compluta est, & pars super quam non plui aruit.* Cum primum aurora gelidos rores remittit perfundit vellus, non terram, aut terram si voluerit, non vellus, Iudicum 6. & potest huic benefacere, non illi, idq; sine iniuria alicuius, quia nemini debitor existit: sicut cum Ægyptij morte primogenitorum fulgure, & tenebris affligebantur, tunc Hebræi maxima luce perfruebantur. Ex terræ autem sterilitate sequitur fames, quam passi sunt Hierosolimitani, vt illis prædixerat Isaias cap. 22. *Interfecti tui nõ interfecti gladio, nec mortui tui, mortui in bello.* Quia fame periere. Vnde in obsidione Romanorum Iudæi detrahebant coria scutorum, & calceos tritos, & viles paleas ad mandendum præ fame, vt refert Egesipus lib. 5. de excidio vrbis cap. 49.

Iudith 7. Leuit. 26. Amos 4. Iudicum 6. Isaiæ 22. Egesip. lib. 5. cap. 49.

Iod, ☞ Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

EMphasim habent hæc verba non manibus alienis, sed proprijs coxerunt filios suos, & non quæcumq; matres sed valdè piæ, & benignæ deuorabant filiorum carnes, horribile dictu, famis rabies amorem naturalem superauit. Solet autẽ clemẽtia, atq; amoris teneritudo præcordijs insidere,

Nn

D. Basilius. re, & matrum visceribus. Vnde D. Basilius homil. 21. in aliquot Scripturæ locos dicit, mulier tenerum animal est, cui conditor naturæ teneriorem naturam dedit, vt paruulos benignius, & humanius educaret. Si enim mulier austerior fuisset nunquam plorantem infantem, vlnis ac pectore foueret; nunquam proprij cibi oblita vbera sitienti, tanta patientia præberet, vt inquam puer probè nutriatur, mulieris natura dulcior, & humanior creata est. De hac *Ezechiel. 5.* matrum crudelitate dicitur Ezechiel. 5. *Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos, & faciam iudicia in te.* Idest, de te sumam vindictam. Et *Deuter. 28.* Deuter. 28. *Obsideberis intra portas tuas, & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus, tenera mulier, & delicata in videbit viro suo, qui cubat in sinu eius super filij, & filiæ carnibus, & illuuie secundinarum, quæ egrediuntur de medio fæminum eius, & super liberis, quia eadem hora nati sunt comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam.* In ob- *Eusеb. lib. 3. cap. 6.* sidione Hierusalem hoc contigit, vt scribunt Eusebius lib. 3. Historiæ Scholasticæ cap. 6. & Iosephus lib. 7. de Bello *Iosep. lib. 7. cap. 8.* Iudaico cap. 8. Et Egesipus lib. 5. de Excidio vrbis cap. 40. Mulier ex plebe trãs Iordanẽ ex vico vatezobra, Maria no- *Egesip. lib. 5. cap. 40.* mine, filia Eleazari, (vicus ille, idem est quòd domus Hysopi) mulier hæc; genere, & diuitijs nobilis fugit Hierosolimã fames ei medullis, & visceribus irrepsit occidit filiũ, & coctum medium comedit, & reliquum seruauit, & seditiosis obtulit, comedite nam ego comedi, dixit, & tremẽtes exierunt, & quilibet horrebat ciuitatis audita fama; ac si quisq; tale facinus commisisset. Egesipus dicit, fuisse regionis Pe- *Baruch. 2.* reæ, quæ trans Iordanem iacet. Hoc dixerat Baruch cap. 2. *Vt manducaret homo carnem filij sui, & carnem filiæ suæ.* Sed ali- *Oseæ. 9.* ter fecit Ephraim. Oseæ. 9. *Ephraim educet ad interfectorem fi- Alb. Magn.* *lios suos.* Albertus Magnus exponit, supple præ inædia famis educet de ciuitate filios suos ad interfectorem potius volẽs eos interfici quàm fame tabescere.

Compleuit

Caph. ☞ *Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ, succendit ignem in Siō, & deuorauit fundamenta eius.*

EXtremum de nobis sumpsit supplicium per manus militum, arcem Siō infflamauere milites, sicut qui effundit aquam, effudit iram. Naum. 1. *Vlciscens Dominus in hostes suos, irascens ipse inimicis suis.* Et Hierem. 4. *Plangite, & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à vobis.* Et cap. 23. *Non reuertetur furor Domini vsq; dum compleat cogitationes cordis sui.* Et Ezechiel. 20. *Et implerem iram meam in eis, in deserto.* Sed nunc compleuit furorem suum vastato templo. Vnde Zachariæ. 11. *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis Cedros tuas vlula Abies, quia cecidit Cedrus.* Mons Libani, non habebat portas, & sic loquitur vates de templo cuius tecta erant ex Cedris Libani, quæ exustæ fuere, & præcepit Dominus, vt templi ianuæ aperiantur hostibus. Et ita aliquibus annis ante aduentum Titi Sacerdotes nocte claudebant portas templi, & manè apertas reperiebant, vt testantur Eusebius, Iosephus, & Egesipus lib. 5. cap. 44. & Petrus Galatinus lib. 4. de Arcanis cap. 8. exponens hunc Zachariæ locum. Imo quadraginta annis antequàm domus Domini destructa esset, extinguebatur lumen vespertinum, & lingua splendoris rubescebat, vt sanguis. Ezechiel. etiam 5. de indignatione Dei agitur. *Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor.* Idest, vindicabor sicut Isaiæ. 1. *Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis.* Qui vindicantur solent lætari. Ita Eclesiasti. 25. *Homo qui iucundatur viuens in filijs suis, & videns subuersionem inimicorum suorum.*

Naum. 1. Hierem. 4. Hierem. 23. Ezech. 20. Zachar. 11. Eusebius. Iosephus. Egesip. li. 5. cap. 44. Gal. lib. 4. c. 8. Ezech. 5. Isaiæ. 1. Eclesiast. 25.

☞ *Et deuorauit fundamenta eius.*

Idest, ita ignis deuorauit lapides fundamentorum ac si essent

sent stipula. Denotatur vis ignis, qui lapides fundament
Isaiæ 5. redegit in cineres. Sic Isaiæ capite 5. *Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor ignis exurit, sic radix eorum quasi fauilla.* Omnia præsidia ignis adusit. Et ille Dominus, qui Hieremiæ 5. capite dicebat. *Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere.* Vel vt legunt
70. 70. relinquite bases eius, quia Domini sunt, nunc fundamenta sacrilegæ vrbis in fauillam redegit.

Lamech. ☞ *Non crediderunt Reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis, & inimicus per portas Hierusalem.*

PRimus sensus, Reges potentissimi Hierusalē, non crediderunt, quòd hostes possent intrare in suā vrbē, cū Deū haberent protectorē, quantò magis destruere, sic exponit
D. Thomas. D. Thom. Secundus sensus, vt per Reges terræ intelligātur totius orbis Reges, & nō solū Palesthinæ impossibile illis videbatur Hierusalē, sic ab hostib⁹ subuertēdā, videbatur enim inexpunabilis, tā propter templū vbi Deus colebatur, quàm propter sitū, erat enim montibus circūuallata, & sita in mō-
70. tibus. *Quòd hostis ingrederetur.* 70. Interp. legunt, tribulās, quia inimicus tribulationē infligit. Quanuis Reges terræ, hoc non crediderunt de Hierusalē, venit à Deo tēpus euersionis
Isaiæ 25. eius. Sic de Tyri vastitate, ait Isaias cap. 25. *Ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum, quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam?* Quasi dicat, nullus: vbi notandum est, vix credere huius sæculi potentes aduersam eis euenturam fortunam, & malum eos inuasurum, & sibi persuadent Dei
Isaiæ 28. flagellum eos non percussurum, & ita Isaiæ 28. dicebant. *Flagellum inundans cum transierit non veniet super nos.* Et sic de aliorum vastitate dubitant, sed postea cum capitis periculo coguntur credere omnipotentis manū omnes posse
Iob 21. percutere. Vnde Iob 21. *Quoties lucerna impiorum extinguetur.* Idest, eorum prosperitas deficiet. *Et superueniet eis inundatio,*

datio, & dolores diuidet furoris sui. Ideſt, pœnas proportionatas ſuis criminibus retribuet Deus. *Et erunt ſicut paleæ ante faciem venti, Deus ſeruauit filijs ſuis dolorem patris, & cum reddiderit tunc ſciet.* Ideſt, cum impius pater exoluerit has pœnas, quas vix euenturas credebat, tunc experietur Dei omnipotentiam, & iuſtitiam. Et ait Iob. *Videbunt oculi eius interfectionem ſuam.* Sic Lucæ 16. epulo dicebat. *Pater Abraham, rogo te, vt mittas Lazarum in domum patris mei habeo enim quinq; fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in locum tormentorum.* Viuis enim non credebant, quia erant diuites. Et Apocalyp. 18. dicit Apoſtolus de Babylone. *Quia in corde ſuo dicit ſedeo regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo, ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur.* Secundo nota. quòd ex hac falſa perſuaſione quam ſæculi diuites, & magnates habent ſequitur, quòd ſubito compræhendit illos diuina iuſtitia, cum ipſi viuant in maxima ſecuritate. Sic Iſaiæ 30. *Quoniam ſubito dum non ſperatur veniet contritio eius.* Et Hie rem. 6. *Repente veniet ſuper vos vaſtator.* Et ſupra dixerat. *Tribulatio appræhendit nos, dolores ſicut parturientis.* Sicut partus anguſtiæ apræhendunt mulieres grauidas cum magis ſecuræ ſunt, ſiue dormientes, ſeu epulantes: ſic diuina vltio compræhendit impios. Vnde Iſaiæ 47. *Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet ſuper te miſeria repente, quam neſcies.*

Lucæ 16.

Apocal. 18.

Iſaiæ 30.

Iſaiæ 47.

Mem ☞ *Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.*

A Signat vates cauſam vaſtitatis, & ruinæ Hieruſalem, quæ fuit peccata Pſeudoprophetarum, & Sacerdotū crudelium, qui veros Dei præcones occidebant, vt contigit tempore iniqui Regis Manaſes. 4. Reg. 24. & propter 4. Reg. 24

 hanc

eidebant, quos noster vates hic deplorat. *In spiritu iudicij.* Quantum ad æquitatem pœnæ. *Et spiritu ardoris.* Ideſt, tribulationis. *Spiritu.* Ideſt, vento, quo purgatur triticum in area à paleis, & quiſquilijs.

In medio eius. Notat eos de perpetratis homicidijs coram omnibus, non in abſcondito: & hoc importat verbum *In*
Pagninus. *medio eius.* Licet Pagninus legat in interiori, & propter hanc rationem illos celerius puniuit. Vnde Ezechielis
Ezechiel 6. capite 16. *Accidit poſt omnem malitiam tuam, væ, væ tibi ædificaſti tibi lupanar.* Multa crimina illius adoleſcentulæ recenſuerat vates; ſed cum dixit domum publicam ad peccandum conſtruxiſſe, illam defle duplici væ, quia
Ezechiel 24. publicè peccantibus terribilis inſtat vltio. Et Ezechiel 24. *Væ ciuitati ſanguinum &c. ſanguis enim eius in medio eius ſuper limpidiſſimam petram effudit illum, non effudit illum ſuper terrã, vt poſit operiri puluere.* Ideſt, manifeſtæ fuere homicidia. Et hinc ſecutum fuit. *Vt ſuperinducerem indignationem meam, & vindictà vlciſcerer.* Sic Magdalena de publicitate malæ
Lucæ 7. vitæ arguitur illis verbis. *In ciuitate peccatrix.* De iſto ſan-
Iſaiæ 1. guinario Iudæorum animo dixerat Iſaias cap. 1. *Iuſtitia ha-*
70. *bitauit in ea nunc autem homicidæ.* 70. Interp. legunt, iuſtitia dormiuit, ſeu pernoctauit in ea. Quia in hoc maxime apparet, ſi iuſtitia rectè adminiſtratur in aliqua vrbe, ſi prætores vigilant, ſi in noctibus, neq; furta, neq; homicidia committuntur, manè, luce clarius apparet ſi eſt in ciuitate rectus iudex. *Iuſtitia ergo olim habitauit in ea, nunc autem homicidæ.*
4. Reg. 21. 4. Regum 21. increpat Dominus Reges aliquot Iſraelis, vt ſanguinarios, & ſæpe Scriptura ſacra inſinuat Iudæos truces, & ſæuos fuiſſe, illis præcipue verbis. *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt.* Per rubedinem coccini, & vermiculi crudelitas, & tyrannis ſceleſtorum hominum, quorum pedes ſunt veloces ad effundẽdum ſanguinẽ ſignificatur: quod genus peccatorũ in illo populo frequens erat. Erant namq; Reges, & Principes, & pleriq; alij

immanes, & truces, vt Saul, qui tyrannicè in Nobe sacerdotes Domini trucidauit. 1. Reg. 22. & dicitur de Manasse, *1. Reg. 22.*
fuit illi tanta sitis effundendi sanguinem inoxium, vt refertur 4. Reg. 21. vt non cessauerit. *Donec impleret Hierusalem, vsque ad os.* *4. Reg. 21.*
Et Genes. 4. vocatur homicidium sanguis. *Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* *Genes. 4.*
Et Psalm. 50. *Libera me de sanguinibus.* *Psalm. 50.*
Idest, à cœdis Vriæ supplicio. Si ergo vestra peccata fuerint tàm atrocia, vt sanguinis effusionem expostulent, quia ipsa fuere sanguinolenta aliorum cæde; si pœnitentiã egeritis hoc lixiuio mũdabũtur, & mundi, & albi, vt lana alba, imo, vt nix euadetis. Peccatũ hic sumitur pro peccatore cõmittẽte peccatũ, quia peccator à peccatorũ maculis abluitur, nõ autẽ ipsa peccata quæ delẽtur per remissionẽ & gratiæ infusionem.

Ex his nostri vatis verbis animaduertere oportet, quã graue scel⁹, & detestabile crimẽ sit homicidiũ, siquidẽ superbæ vrbis excidij, et miserãdæ calamitatis, hæc assignatur causa, effusio sãguinis inoxij. Cane pei⁹, & angue à tali scelere est fugiẽdũ, quod nũquã Deus inultũ reliquit, nec patitur homicidas diu viuere super terrã, sed repente de medio tollit primus homicida fuit Cain, imo fratricida Gen. 4. maledictus *Genes. 4.*
fuit à Deo; & hæc fuit 1. pœna; omnes enim odiũt homicidã eiũ; maledicũt, vt generis humani osori. 2. pœna inopia, & ideo dixit ei De⁹. *Cũ operat⁹ fueris terrã nõ dabit fruct⁹.* Tertia pœna est maleuolẽtia, ideo dicitur *Eris profug⁹ et vag⁹.* Quilibet ab illo cauet, ne occidatur, & ipse diffidit de venia, et sic dixit Cain. *Maior est iniquitas mea.* Et vltimo, morbo castigatur. *Et ideo posuit Dñs signũ in Cain.* Idest, tremorẽ horribilẽ mẽbrorũ, quo fuit punit⁹. Et sic dicit text⁹. *Egress⁹ Cain à facie Dñi, habitauit profugus in terra ad oriẽtalẽ plagã Edẽ.* In Hebr. est, in terra (nod) quæ vox significat mobilẽ, & trepidum, tremens enim fuit Cain, & sic legit Pagninus. Habitauit in *Pagninus.*
terra (nod) idest, in terra tremoris, hoc est, trepidans, fuit enim Cain hac plaga diuinit⁹ afflict⁹, vt tremore cõcuteretur & stabilis nõ esset, et sicut brachia, et omnia mẽbra monit

ad ocidēdū fratrem, iustū fuit, vt eadem nō quiescerent, sed continuo tremore nutarent, quo tremore fraternæ cœdis admoneretur. Et ita locus in quo habitauit à deformi illo tremore nomē accepit. Sic refert Lucanus de Cesaris militibus victo Pompeio. Victorum manus agitari cœperunt, & prælia quædam figurabant membrorum motus. Et sic ait Lucanus lib. 7. Pharsalicorum.

Lucan. li. 7. Pharsalic.

Quos agitat væsana quies, somniq; furentes
Thesalicam miseri, versant in pectore pugnam.
Inuigilat cunctis sæuumq; scelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manus absente mouentur.

Genes. 9. Pœna homicidarum mors est, vt habetur Genes. 9. *Qui effuderit sanguinem humanum effundetur sanguis illius; ad imaginem quipe Dei factus est homo.* Et ipsa ratio naturalis dictat, tales dignos esse morte, quod cognouit ipse Cain in se ipsum sententiam proferens. *Omnis qui inuenerit me interficiet me.* Similiter Rebeca Gen. 27. cū dixit Esau. *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob.* Dixit ipsa. *Cur vtroq; orbabor filio in vno die?* Quia iudicabat occisorem esse interficiendum.

Genes. 27.

Prouerb. 28. Vnde Prouerb. 28. *Hominem, qui calumniatur animæ sanguinem, si vsq; ad lacum fugerit nemo sustinet.* Idest, qui iniuste effudit sanguinem, in quo est sedes animæ, idest, vita consistit, talis homicida est adeò hominibus odibilis, vt *Si fugerit vsq; ad lacum.* Idest, se occultare voluerit in sepulchris, vel in aliqua profunda fouea. *Nemo sustinet eum.* Idest, defendet, vel opitulabitur ei, licet sit ad mortem damnatus. Vel licet fugiat ad lacum, idest, ad suspendium, vel perditionis baratrum, sicut Iudas, qui laqueo interijt. Nemo sustinet eum. Idest, remoratur, aut detinet; sic legitur in Hebræo, ne teneat eum: idest, non meretur detineri, idest, nulla ex se est commiseratione dignus, quia homicidæ debetur mors. Et qui gladio percutit, gladio peribit; & naturaliter homines homicidam abhorrent, tanquam humani generis hostem. Genes. 9. prohibetur essus carnis cum sanguine. *Carnem cum sanguine non comedes.* Misticam huius prohibitionis

Genes. 9.

bitionis

bitionis sententiam arbritor esse, quia abhorrentes sanguinem, cauerent omnino ab homicidio. Vnde nõ inepte quidam asserunt non esse permissionis exceptionem, sed præceptum, homicidium non comittendum, dixerat enim, *Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis*. Carnem cum sanguine appellat hominem, quoniam anima illius quodammodo in sanguine est. Refert Berosus lib. 1. de tẽporibus quòd ante diluuium manducabant homines carnes humanas, & procurabant mulierum abortus, in eduliumq; præparabant. Ipse etiam interfectus expostulat vindictam, & sanguis eius clamat, sicut sanguis Abel Genes. 4. clamabat contra Cain. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* In Hebræo est (damin.) Idest, sanguinum in plurali, vel quia multis ictibus Abel ab illo fuit confossus, & cruor fluebat per multa vulnera, ex quo maior fratris in fratrem arguitur sœuitia, cui non satis fuerat semel percussisse. Vel per sanguines intelligẽ nõ solum Abel occissum, sed etiam posteros ab eo prògignendos, si non ante diem suum, fuisset ille peremptus, & proinde eius næce interclusus, gigni, nasciq; prohibitos. Clamat igitur sanguis Abel de terra quasi diceret, manifestum est crimen, non poteris celare, aut minuere, non est opus accusatore, præsertim cum ego, quem nullum latet secretum, huius sceleris sim testis, & Iudex. In libello cuius titulus est Problemata Aristotelis, & Auerrois, & Alexandri, impressus Ludugni anno 1573. Problemate. 112. quæritur quare interfectus interfectore præsente sanguinescit? Et responsio est, quòd hoc videtur opus diuinum non naturale, quia sanguis clamat ad vindictam cõtra interfectorem, sed tamen si esset aliqua naturalis causa, maximè esset ista, quòd perpetrator huius sceleris recolẽs maximè dolet pœnitentia ductus, & sic maximè æstuat propter fortem imaginationem, quã de eo habet, sic quòd omnes spiritus eius ebulliunt, & ita ad instrumẽta vissus accedũt, & inde exeũt per radios visuales oculorum vsq; ad facta scilicet vulnera,

Beros. lib. 1. de Tempor.

Genes. 4.

Lib. Problemat. problemate. 112.

quæ

quæ si recentia fuerint statim sanguinem emittunt. Secundo hoc fit cum iuuamine aeris inspirati, sic quod talis aer, spiratur per vulnus educens sanguinem. Et simile est de oculo mestruoso vbi postea macula apparet, dummodo per eum speculum est infectum; sed alij dicunt, quod hoc fit à natura cómuni ad manifestádum homicidium. Verum tamen est, quòd inter Plobemata Aristotelis inter opera eius non reperitur hoc. Grauitas huius sceleris colligitur ex pœ

Genes. 4. na inflicta Caino: Genes. 4. cũ Deus omnipotens non maledixerit Adamo puniens eius peccatum, maledixit Caino sicut serpenti. *Maledictus eris super terram.* Vt pote serpentis semen maledicitur, diaboli enim inuidia mors intrauit in

Sapient. 2. mundum. Sapient. 2. & Ioan. 8. *Ille homicida fuit ab initio.*

Ioan. 8. Quia ergo Cain imitator fuit serpentis occidendo fratrem, pari maledictione punitur, sicut ipse dæmon in serpente.

Genes. 4. Item grauitas huius sceleris denotatur illis verbis. Genes. 4. *Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Si sanguis effu-

D. Aug. lib. 1. de Mirab. Script. c. 3. Alcuinus in quæst. super Genesim. sus Abel per quem effectus est martyr (vt dicit D. August. lib. 1. de Mirabilibus Scipturæ cap. 3. vbi dicit quòd martyrij coronam sanguinis effusione promeruit, qui virgo martyr, & Sacerdos esse non dubitatur. Et idem tenet Alcuinus siue Albinus in quæstionibus super Genesim, vbi dicit, quòd propterea appellatur Abel in Euangelio iustus. Mat-

Matth. 23. th. 23. *A sanguine iusti Abel:* quia tria maxime præconia iustitiæ in eo esse leguntur, virginitas, sacerdotium, & martyrium, in quibus primus Christi figuram gessit, qui fuit virgo, Sacerdos, & martyr) & hic sanguis clamat contra Cain; quanto magis clamabit sanguis interfecti, qui in pec-

Deuter. 21. cato lætali decesit, & damnatus fuit? Ex illo etiam Deuteron. 21. huius peccati atrocitas manifestè colligitur: *Quando inuentum fuerit cadauer hominis occisi, & ignorabitur cædis reus; seniores propinquioris ciuitatis, tollant vitulam de armento,*

D. Thom. 1. 2. q. 105. art. 2. ad 12. arg. *quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducant eam ad vallem asperam atq; saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementa recepit, & cædēt in ea ceruices vitulæ.* D. Thom. 1. 2. quæst. 105. art. 2.

art. 2. ad 12. argum. ait, hoc fiebat ad terrorem, in detestationem homicidij. Per occisionem enim vitulæ, quæ est animal vtile, & forte præcipuè antequam laboret sub iugo significabatur, quòd quicunq; homicida quanuis esset vtilis, & fortis occidendus erat, & morte crudeli, quod ceruicis concisio significabat, & quòd tanquam vilis, & abiectus à consortio hominum excludendus erat, quod significabatur per hoc, quòd vitula occissa in loco aspero, & inculto, relinquebatur in putredinem conuertenda. Vel, vt ait Rabi Moyses, quòd locus in quo occidebatur vitula remanebat incultus, & ideò in aspero loco iubebatur occidi in petrosis, ne damnificarentur homines ablata terra apta ad sementem faciendam. Iosue etiam 20. capite præcipitur manere homicidam, qui imprudens percusit socium in ciuitatibus refugij vsq; ad mortem summi Sacerdotis. Et hoc ne immaturo percusoris aspectu propinquorum hominis occisi animus violetur, sed ipsorum animi dolor interea tempore ipso sanetur. Et ad hanc legem respicere videbantur iudices Areopagitæ, cum imprudentem, neq; sceleratum homicidam annuo exilio damnabant, nimirum tam immanis res apud omnes homines semper habitum est homicidium: vt etiam ij, qui imprudentes, insciente sq; id fecissent; tamen certis piaculis opus habere sunt existimati. Neq; id mirum, cum hominem perimere, sit ipsam quodammodo rerum vniuersitatem, atq; ipsum Deum violare, ad cuius imaginem homo creatus est. Hoc est enim illud Genes. 9. *Sanguinem enim animarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis, quicunq; effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei creatus est homo.* Redditio causæ est, quare sit magnum piaculum hominem occidere, quia imaginem Dei destruit, qui hominem interficit, cum sit ad Dei imaginem factus, sicut Regi irrogaret iniuriā, qui eius destrueret imaginem,

Rabi Moys.

Iosue. 20.

Genes. 9.

Et in Hebræo habetur(Baadam.)Ideſt,qui effuderit ſanguinem in homine. Et eſt ſenſus qui alium occiderit quanuis nō effundat ſanguinem illius,ſed laqueo ſuffocet, vel fuſte, aut enſe næcet. Vel in homine, ideſt,per hominem,hoc eſt eſt,vtatur alterius hominis induſtria,vel viribus,vt occidat, vel iubendo, aut perſuadendo : quia ad imaginem Dei factus eſt homo. Intellige etiam,quo ad corpus,quia actiones quas manibus,vel pedibus,vel alijs corporis membris perficimus Deo attribuuntur licet ſit incorporeus. *In ipſo enim*

Actor.7. *viuimus, mouemur, & ſumus.* Actor. 7. Et audiant hæc verba homicidæ quanti faciat Deus vitam hominis,vt non ſolum ab homine, ſed etiam à beſtia ſanguinem requirat: quòd ſi beſtias rationis expertes puniet quāto maiori ſupplicio puniet Deus homines rationis compotes? Ita adnotauit hic

Hugo de Sācto Victore, & Oleaſter. Hugo de Sancto Victore in anotationibus elucidatorijs ſuper Geneſim. Et etiam Hieronymus ab Oleaſtro. Præcipi-

Ioſue.20. tur etiam Ioſue. 20. quòd vſq; ad mortem Pontificis ſummi maneret incluſus homicida intra muros vrbis aſili,vt immanitas homicidij declaretur; quaſi homicida,vt impurus, & humano ſanguine pollutus, intra aſilum tanquam intra latebras occultari tantiſper debeat, neq; inter alios homines liberum efferre caput poſsit,dum ſuperſtes is eſt, qui in terris Diuinæ Maieſtatis perſonam quodammodo ad vmbrat, & Republicæ ſtatum tuetur, maximè enim offenditur eius maieſtas tali delicto, & reuerentia illi debetur, vt non exeat liber homicida,illo viuēte. Quæ cauſa aſignatur

Numer.35. Numer. 35. *Qui vnctus eſt oleo ſancto.* Quaſi diceret,vſq; dum in viuis manet ille Pontifex in quo ipſa Dei maieſtas eſt violata, per illud facinus, quod interea dum ille pro Deo fungebatur ſummo Sacerdocio eſt patratum: non appareat inter gentes homicida, & vt tranquilletur interea animus vindicis dum non videt eum, qui facinus fecit. Pendet vero ipſius in patriam redditus, ex morte eius viri, qui cum cœteros mortales omnes,dignitate præcellat, atq; ab omnibus Iſraelitis ſummè ametur. Contentaneum eius acerbo

caſu

casu sedari dolorem, quem vindex cognati sui cœdem conceperat: quippe sic comparatum est hominum ingenium, vt quisquis habet infortunium, si par, aut maius alteri accidisse viderit, minus doleat de suo. Sic notauit Andreas Masius in Iosue. Cain etiam exilio multatur ab illaq; terra repellitur vbi sanguinem fraternum effuderat. *Vagus eris super terram.* Cum indecens esset, vt vlterius hominem illum nefarium terra sustineret, quæ de ipsius manu sanguinem fratris susceperat. Narrat Suetonius tranquillus in vita Cesaris cap. 89. quòd occisores Cesaris, neq; trienio quisquam amplius superuixit, neq; sua morte defunctus est, damnati omnes, alius alio casu perijt, pars naufragio, pars prælio, nōnulli se ipsos eodē illo pugione, quo Cesarem violauerant, interemerunt. Propterea Dauid Psal. 50. dicebat. *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.* Vbi petit maximo conatu, liberari à pœna homicidij, culpa enim iam illi erat remissa. Sic exponit Vatablus, sic etiam exponit Hamerus Genes. 9. super illa verba. *Excepto quod carnem, cum sanguine non comedetis. Libera me de sanguinibus.* Idest, ab vltione sanguinis Vriæ, & aliorum quos morti destinaui. Proditum est literis à Romanæ historiæ scriptoribus Catilinam cum sacrilegum statueret nefas contra Rempublicam, humano sanguine teste, fœdus cum sceleris sui conscijs percussisse. Hic enim pateris in mensa circunlatus, & gustatus cœdē omnium crudelissimam, vrbis Romæ incendium auspicatus erat. Fuit Vriæ homicidium grauius peccatum cœteris, quæ commisit Dauid, & propterea plus timebat pœnam debitam suæ culpæ, quasi diceret scio Domine, quod sanguis Vriæ effussus meo imperio, clamat contra me de terra cœlorumq; culmina penetrat, eius clamor: queso Domine, ne respicias mei sceleris grauitatem. Libera me de pœna, quæ tali crimini à te est taxata. Forsitàn cogitabat Dauid, & merito, quòd quicunq; illi occurreret eum erat occisurus. Sicut Genes. 4. arbitratus est Cain. Tristis quidem res est, fuisse homicidam, sicut onus graue, quod super humeros portatur

Andr. Mas. *Genes. 4.* *Suetonius.* *Psal. 50.* *Vatablus.* *Hamerus.* *Genes. 4.*

D. Chrysost. tom. 5. portatur grauat. Vnde D. Chrisostomus tomo 5. Sermone quod Deum laudemus fide formata, dicit, & viuentem Abel, nihil est. Cain veritus; mortuum ergo pertimesce, cum terro hunc esses in vasurus, nihil trepidasti, formidine tamen sanguine perfuso perpetua capiere: hunc cum inhumanis ageret tibi, vel morigerum haud tolerasti, mortui ergò acerbior erit humus inte dominatus. Hæc D. Chrisostom. Nescio quo pacto possit homicida letari, edere, deambulare, dulcemq; capere somnum. 1. Reg. 25. dixit Abigail Dauidi volenti occidere Nabal, vt eum a nece mariti arceret. *Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis Domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium.* Talis enim conscientiæ remorsus, & timor nunquam in medijs epulis sinit interfectorem plene letari. Si occideris. *Erit tibi in singultum.* Hoc est, flendum tibi erit, & de tali facto pœnitendum. Sic exponit Angelonius. Refert Plutarchus lib. de sera numinis vindicta, de quodam adolescente Pausanias nomine, qui postquam vi oppreserat puellam nomine Cleonicem Constantinopoli, interfecit eam, cuius vmbra insequebatur, atq; terrebat adolescentem, quocumq; pergebat, eiq; dicebat, adsis iudicio mala res, iniuria valde est. Supple quam mihi intulisti, cito in iudicio aderis scelestissime. Merito igitur postulat Dauid. *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.* Quæ geminatio verborum vehementem petentis affectum signat. Cupiebat enim valde Dauid a tali crimine eripi à Deo salutari suo. Et sic Dauid Theodoretus exponit de cœde Vriæ; libera me. Similiter Euthimius, & Campensis, & Bredenbachius, & Genebrardus, & Flaminius, & Iansenius, & Chaldeus Paraphrastes legit, de iudicio interfectionis libera me. 70. Interpretes legunt, libera me de sanguinibus. Et notauit Caietanus, & ante eum, Nicolaus Lyranus. Ideo dixisse Prophetam in plurali. *Libera me de sanguinibus.* Quia non solum Dauid fuit reus sanguinis Vriæ, sed etiam vitæ aliorum militum, & ducum, qui iuxta muros vrbis ocubuere in illo conflictu, vt

1. Reg. 25.

Angelonius

Plutarchus. lib. de sera numinis vindicta.

Theodoret.

Euthimius.

Campensis.

Bredenbach.

Genebrard.

Chaldeus.

Caietanus.

Lyranus.

vt constat ex 2. Reg. 11. *Direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos de muro desuper mortuiq; sunt de seruis Regis, quin etiam seruus tuus Vrias Hetheus mortuus est.* Et similiter adnotauit Isidorus Clarius, à sanguine Vriæ, & aliorum, quos morti destinauerat postulat erui, & ratione assignat quare debeat liberari, quia est Deus Saluator, & sicut liberasti me, à culpa libera etiam à pœna. Sciebat Dauid viros sanguinum nō dimidiare dies suos. Psal. 54. hoc est, immatura rapi morte, & nullū peccatum, inultum relinqui, & præcipue homicidij. Apud Athenienses, cum aliquis alium occidebat, & manus iudicum euadebat, ad caput mausoli occisi, figebatur lācea erecta cum spiculo ferreo, & titulus scriptus erat, nihil in vltum: quasi dicerent, ferrum paratum est nil aliud deest, nisi manus vindicis, qui ferro transfigat viscera homicidæ. Grauitas huius paccati constat ex 3. Reg. 15. vbi de Dauid dicitur. *Fecit rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethei.* Idest, facto, & homicidio contra Vriā cōmisso. Constat autem peccasse Dauidē cum populū contra Domini præceptum numerauit 2. Reg. 24. & ita ipse dixit. *Peccaui valdè in hoc facto sed precor Domine, vt transferas iniquitatē serui tui.* Hæc duo loca inter se repugnantia, ita cōciliantur, quòd tā graue crimē est homicidiū corā Deo, vt alia Dauidis peccata silētio inuoluātur, valdè enim offenditur Deus peccatis cōtra proximū cōmissis, & sic taliū facit mētionē, cœtera vero silet, quæ sunt cōtra suā maiestatē patrata. Iudas etiā in sua Canonica de cōtētione Michaelis cū dæmone agit, super sepultura Moysis, & dicit. *Michael Archāgelus cum diabolo disputans altercaretur de corpore Moysis, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit imperet tibi Deus Sathā.* Et notāt Raphael Maffeus super epistolam Iudæ, & Ecumenius ibidem non ferebat dæmon, quòd sepeliretur Moyses, sed accusationem afferebat propter cædem Ægyptij. Quasi Moyses ipsius esset, & propterea non permitebat, vt ille honorificam consequeretur sepulturam, quia Exod. 2.

2. Reg. 11. Caietanus. Lyra. Isid. Clarius. Psal. 54. 3. Reg. 15. 2. Reg. 24. Iud. in Cano. Ecumenius. Rap. Map. Exod. 2.

homicida fuerat. Exodi etiam 20. capite dicitur. *Si leuaueris cultrum tuum super altare polluetur*. Quasi diceret Deus, ita deteſtor homicidium, vt immundum ſit altare, quod tetigerit gladius, quo victimæ cæduntur, homineſq; occiduntur; non ſolum homicidam at Dominus, ſed gladium, quo tale crimen cõmititur exſecror. Sic notauit Petrus Comeſtor ſuper hoc loco in hiſtoria Scholaſtica. Sed iam quilibet audet humanum fundere ſanguinem.

Pet. Comeſt.

Sapient. 14. Vt dicitur Sapientiæ. 14. *Sed alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contriſtat, & omnia commiſta ſunt: ſanguis, homicidium, & furtum, fictio, corruptio, & infidelitas, &c. Animarum inquinatio, & natiuitatis immutatio, ſanguinis effuſio, Dei immemoratio.* Ideſt, obliuio Dei, & ſuorum beneficiorum. Animaduerte peccatorum catalogum, quem ponit ſapiens poſt homicidij crimen, à tali radice tales pullulant rami. Concilium Tiburienſe, anno 895. celebratum cap. 55. & 56. diffiniuit, quòd ſiquis ſponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſu Eccleſiæ arceatur, & nihil manducet illis quadraginta diebus præter ſolum panem, & ſalem, & bibat puram aquam, nudis pedibus incedat, lineis non vtatur veſtibus, & nullo vehiculo vtatur, nulli fœminæ, nec vxori miſceatur, nullam communionem cum alijs Chriſtianis habere permittatur, & poſt illos quadraginta dies per vnum annum integrũ ab introitu Eccleſiæ ſuſpendatur: & abſtineat à carne, caſeo, vino, exceptis Dominicis, & feſtis diebus ſecundo, & tertio anno ſimili modo pœniteat, dempto quòd quintam, & tertiã feriam, ac Sabbathum redimere poterit denario, ne ieiunio obligetur. Quarto anno, quinto, ſexto, & ſeptimo hoc modo ieiunet, vt ſingulis annis tres habeat quadrageſsimas, vnam ante Paſcha, alteram circa feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, alterã ritè Natiuitatẽ Saluatoris, his ſeptẽ annis ritè cõpletis reconciliatus ſacris altaribus, ac ſanctæ cõmunioni reſtitutus: perfectam abſoluet pœnitentiã. His pœnis occiſores puniebantur, vt à tam nefario crimine homines caueant.

Conc. Tibur.

Super

Super illa verba. *Propter peccata prophetarum eius*. Animaduertendum est, quòd hæc vox Propheta. Varias sortitur acceptiones in sacris literis, sumitur pro amico Dei. Vt Genes. 20. *Orabit pro te, quia Propheta est*. Idest, meus amicus est Abraham. Significat etiam sacræ Scripturæ interpretẽ. Vt Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos sapientes, & Prophetas*. Idest, verbi Dei interpretes. Et ad Ephes. 4. *Quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas*. Et 1. ad Corint. 14. *Emulamini spiritualia magis autem, vt prophetetis*. Idest, vt exponatis alijs verbum Dei. Et ita adnotauit D. Hieronym. ad Ephes. 4. Vnde 1. ad Timot. 1. *Hoc præceptum commendo tibi secundum præcedentes prophetias*. Idest, tota mente Scripturarum interpretationibus incumbe, vt antea solebas. Et cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam*. Idest, ideò largitus est tibi Deus Scripturarum intelligentiam, vt alios erudias. Per sumitur ibi pro, propter. Et Numer. 11. *Vtinam omnes prophetent*. Idest, doceant. Et Prouerb. 29. *Cum defecerit prophetia dissipabitur populus*. Idest, cum defecerit, qui verbum Dei annunciet, ruina erit populi. Item prophetissa est nomen honoris Isaiæ. 8. *Et accessi ad prophetissam*. Idest, ad Virginem. Vocat vates B. Mariam prophetissam, quæ prophetico afflata spiritu elocuta est, dicens. *Exultabit spiritus meus in Deo salutari meo, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Lucæ. 1. Sic exponit D. Basilius super Isaiam. Vocatur etiam prophetissa, quia cœteris creaturis præstantior, & honorabilior. Etiam Propheta idem est, quòd sapiens, seu poeta. Vt ad Titum. 1. *Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces*. Fuit Pindarus Poeta, qui hæc de Cretensibus scripsit. Prophetare sumitur etiam pro desipere, & delirare. Vt 1. Reg. 18. *Inuasit spiritus Dei malus Saul*. Idest, valdè malus. *Et prophetabat in medio domus suæ*. Idest, delirabat. Et cap. 19. *Spoliauit se vestimentis suis, & prophetauit*. Idest, delirauit, quod explicat Chaldaica Paraphrasis, quæ legit, desipiuit. Quia vaticinantes videbantur delirare. Similiter est intelligendum illud, quod

Genes. 20.
Matth. 23.
Ad Eph. 4.
1. ad Cor. 14.
1. ad Tim. 1. & 4.
Numer. 11.
Prouer. 29.
Isaiæ. 8.
D. Basilius.
Lucæ. 1.
D. Basilius
Ad Tit. 1.
1. Reg. 18.
Et cap. 19.
Chaldeus.

quod eodem capite dicitur, quòd lictores, missi à Saule. *Prophetare cœperunt.* Idest, delirare.

Vltimo prophetare sumitur pro eo quod est, edere mira-
Ecclesiast.49 cula, vt Ecclesiast. 49. *Ossa Ioseph visitata sunt, & post mor-*
& 48. *tem prophetarunt.* Idest, edidere miracula. Et Ecclesiast.48.
de Eliseo dicitur. *Mortuum prophetauit corpus eius.* Idest, fe-
4.Reg.13. cit miraculum suscitando mortuum. Nam Hebræis prophetare est, diuina dicere, vel facere, quia est mirabile futura prædicere. Sicut facere miracula.

Num. ☞ *Errauerunt cœci in plateis, polluti sunt sanguine, cumq; non possent intrare tenuerunt lascinias suas.*

SEnsus est, cœci erant, & vt tales palpabant parietes, & offendebant pedes eorum in cadaueribus, quibus vrbis plateæ plenæ erant, & quia contaminabantur Sacerdotes tangendo corpora mortua, leuabant lascinias suas, atq; vestium fimbrias, vt vel sic possent per vicos ambulare, absq; eoquod polluerentur: & licet hoc facerent, polluebantur occissorum sanguine. Et dicebant *Recedite, recedite, pollutum nolite tangere.* Quocumq; se vertebant conculcabant mor-
Hierem.6. tuorũ cadauera. Hoc prophetauerat Hieremias cap.6. *Propterea ego dabo in populum istũm ruinas, & ruent in eis patres, & filij simul, vicinus, & proxim⁹ peribũt.* Dare ruinas est perniciẽ, & mortẽ adducere. Quod patres, & filij cadẽt mortui in do
Psal.109. mibus, & cõpitis. Sic Psal.109. *Implebit ruinas.* Idest, cadaue-
Prouerb. 26. ribus, sic legit Sanctes Pagn. & Prou. 26. *Os lubricum operatur ruinas.* Idest, vir linguosus causa est mortis plurimorum. Ezechiel 21. *Hic est gladius occisionis magnæ, & multiplicat in eis ruinas.* Idest, cadauera occisorum, quibus obstruuntur viæ suntq; dimicantibus impedimentum.

70. ☞ *Errauerunt cœci in plateis.*

Septuag. Interpræt. legunt, cõmoti sunt vigiles eius in vijs. Idest,

Ideſt, cuſtodes vrbis à præſidijs fugerunt metu hoſtium, & huc atq; illuc diſcurrebant per ciuitatem neſcientes quid facerent. Sic Canticor. 3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem.* Ecce quomodo vigiles, cuſtodes appellantur. In Hebræo eſt, mouerunt ſe cœci in plateis, polluerunt ſe in ſanguine, vt non poſſent, qui voluiſſent contingere veſtimenta eorum. Ratio autem propter quam, qui volebant non poterant tangere eorum veſtimenta, hæc erat, quia leuauerunt laſcinias, & vt cœci mouebantur in plateis nullo loco quieſcentes. Vel ipſi cœci aberrantes in plateis polluti ſunt ſanguine vulneratorum, taliter, vt dedignarentur approximantes veſtimenta eorum contingere, & dicebant diſcedite à nobis, quia polluti eſtis ſanguine. *Cumq; non poſſent intrare.* Subaudi in templum, quia veſtes ſanguine erāt maculatæ. Vel cum non poſſent in plateis intrare propter magnam mortuorum congeriem. *Tenuerunt laſcinias ſuas.* 70. Interpræt. legunt, tetigerunt veſtimenta ſua, ſupple ad leuandum, ne polluerentur, nam qui leuat veſtimenta manibus tangit. Cant. 3. 70.

Ex noſtri vatis verbis expende diuini iudicij æquitatem. Par pari hîc refert impijs. Verſu præcedēti dixit Propheta de homicidijs, quæ patrauare ciues Hieroſolimitani. *Effundentes ſanguinem iuſtorum in medio platearum.* Modo deſcribit Dei vindictam, quam de ipſis ſumpſit in eiſdem plateis, vbi cœci errauere polluti cruore ciuium interemptorum: ita vt nil aliud calcarent, quàm corpora ſuorum conciuiū occiſa. Plena erat ciuitas cadaueribus. Meritiſsima fuit hæc pœna, & commenſuratum ſuppliciū ſuorum delictorum, quod prophetauerat Iſaias cap. 29. *Væ Ariel, Ariel ciuitas, quā expugnauit Dauid, addita eſt annus, ad annum: ſolemnitates eius euolutæ ſunt, & circunuallabo Ariel, & erit triſtis, & mærens: & erit mihi quaſi Ariel.* Vbi eſt notandum Ariel, eſſe nomē Hebræū, idē ſignificans quòd Leo fortis. Vnde altare holocauſtorū appellatū eſt Ariel, quia ſanguine victimarū madidum erat perinde ac Leo fortis diſcerpens animalia, & effudens Iſaiæ. 29.

Chaldeus. eorum ſanguinem,quaſi madet. Vnde verſio Chaldaica legit; væ altari altari. Vel appellatur altare Ariel. Hoc eſt, Leo, quia manè, & veſperè in templo occidebantur animalia. Solet enim Leo manè, & veſperè animalia capere, *Ezech. 43.* & trucidare. Ita Ezechiel. 43. vocatur altare Ariel. *Ipſe autem Ariel quatuor cubitorum.* Et inde per Sinedochem dictum eſt totum templum Hieroſolimitanum Ariel, qua totum à parte intelligimus. Tertio dicta eſt hoc nomine vniuerſa ciuitas Hieroſolimitana per Sinedochem. Vnde ſenſus eſt, væ, inquam, ciuitas Hieruſalem, templum, ſeu altare, in ſe continens, quam bello, & armis cepit Dauid, in qua com-*2.Reg.5.* plebitur quod hiſtoria illa. 2. Reg. 5. ſignificat. In qua cæcos, & claudos deleuit odientes animam Dauid. Sic Chriſtus Dominus cœcos Iudæos deleuit, qui eius odiebant ani-*Ioan. 9.* mam, poſtquam à patre accepit Regnum. Vnde Ioan. 9. dixit. *In iudicium ego veni in mundum, vt qui non vident videant,* *70.* *& qui vident cæci fiant.* 70. Interpræt. legunt, væ ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid. Verbum Hebræum (chana) caſtrametari, & expugnare, & bello capere ſignificat. O *Numer. 23.* vrbs Hieroſolima Ariel, quæ Leo Dei olim dicebaris. Numeror. 23. *Ecce populus, vt Leæna conſurgit.* Prædixit Balaam. *Et quaſi Leo erigetur, non accubabit donec deuoret, & occiſſorum ſanguinem bibat.* Quomodo nunc tua culpa vaſtaberis, & implebitur in te typus hiſtoriæ Dauidis cum olim omnes nationes Dei auxilio lacerabas, in quas incides calamitates, quia à Deo receſiſti. Ariel, & Leo idem ſunt, vt *2.Reg.23.* 2. Reg. 23. dicitur de Banaia. *Ipſe percuſit duos Leones Moab.* *Pagninus.* In Hebræo eſt, duos Ariel. Pagninus legit, ipſe percuſit duos fortes, vt Leones in Moab. Vel loquitur vates contra Sacerdotes, quibus erat cura altaris. Qui primas in Hieroſolima tenetis tam vos, quàm populus, & altare, magno dolore afficiemini, quia iam ſolemnitates euolutæ ſunt. *Additus eſt annus ad annum.* Eſt præteritum pro futuro per Enalagem temporis, quæ eſt figura, qua vnum tempus per aliud accipitur, quaſi diceret elabetur, annus poſt annum. Ideſt,

poſt

post paucos annos, solemnitates euoluentur. Hoc est, post aliquot festa euoluta vastaberis, & sacra veteris legis excidentur, & repudiabuntur. Loquitur vates de futuris tanquam de præteritis, propter certitudinem. *Additus est annus ad annum.* Idest, vos nil aliud curatis quàm coaceruare diuitias,& opes in annos plurimos, vt carius vendatis frumēta,vt habetur Amos. 7. 70. Interpræt, legunt,loco illorum verborum. *Solemnitates eius euolutæ sunt.* Comedetis, cum Moab. Idest, excludemini à Dei templo. Sicut Moabitæ. Deuter. 13. & 2. Esdræ 3. vos illorum historia adumbrabat: vel exulabitis à patria, & captiui cum Moabitis comedetis. *Et circumuallabo Ariel.* More Hebræo,*Et*, reddundat per Pleonasmum: quasi diceret, obsidebo ciuitatem Hierosolimitanam coacto Chaldeorum exercitu; vel hoc impletum fuit in obsidione Romanorum. Lucæ. 19. *Et circundabunt te inimici tui vallo. Et erit Ariel tristis, & mærens.* Idest, ciuitas ab hostibus obsessa maximo afficietur mœrore. Ideo contra me rebellans hæc vrbs. *Erit mihi quasi Ariel.* Idest, erit quasi altare holocaustorum madens victimarum sanguine. Replebitur ciuitas cedibus, & cadaueribus, iugulatorum in ipsa vrbe, & populis Hierosolimæ circunfusis. Vel Sacerdotes, qui capita sunt, & cedebant hostias erunt, vt Ariel. Lusit vates in nomine, per figuram Paranomasiam, quæ Latinè cognominatio dicitur, quasi dicat, Leo in me fuit Leo. Hispanè aliquis amicus meus appellatur cognomento Leon,& ex amico fit inimicus; & maximas mihi irrogat iniurias, dico cum allusione (iugando el vocablo, no veys como Leon se me à buelto Leon.) Sic ergo ciuitas, quæ antea erat Leo Dei, nunc aduersum me Deum suum facta est Leo. Iudæi enim contra Christum Dominum, & eius sponsam Ecclesiam Catholicam, vt Leones rugientes suas vires, & opes consumpsere. Eodem tropo vtitur Hierem.cap.12. *Facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in silua, dedit contra me vocem suam.* Quæ nam fuere ille voces? Nisi illæ. *Crucifige, crucifige.* Ioan. 19. *Ideo odiui eam.* Propter quod hunc

Amos. 7. 70.

2. Esdræ. 3.

Lucæ. 19.

Hierem. 12.

Ioan. 19.

hunc Ariel sanguinolentum odio prosecutus sum. De hoc
Lact. lib. 4. cap. 20. legite Lactancium Firmianum lib. 4. diuinarum institutionum capite 20. Ecce ergo festos dies abolitos, sicut
Oseæ. 2. prædictum erat. Oseæ capite 2. *Et cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, Neomeniam, & sabbathum eius.* Ecce quales dedit pœnas impia ciuitas quia sanguinem iustorum fudit, imo Christi Domini; iustum fuit, vt sanguis ciuium effunderetur in ea, vt quæ occidebat occidatur. Vn-
Matth. 23. de Matth. 23. dixit illis Dominus. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine iusti Abel, vsq; ad sanguinem Zachariæ.* Sanguinem Abel non effunderunt Iudæi, sed Cain, qui tamen sanguis requisitus fuit ab eis, & in eis vltus quia in ipsis demum ea crudelitas, qua effusus fuit plene maturuerat, & consumata fuerat, dignaq; euaserat, quæ luculenta illa, & memorabili vltione vindicaretur: nam illi patrum impietatem plene impleuerant, mali enim vniuersi vnum corpus existunt, caput habentes Sathanam, diciturq; inter ipsos retribui illis vltio, quæ à posteris eorum primum sumitur. Vel forte horũ duorũ Dominus meminit, quia de eorum sanguine vltionem, scriptura aperte testatur. De Za-
2. Para. 24. charia enim legitur 2. Paralip. 24. *Videat Dominus, & requi-*
Genes. 4. *rat.* Et de Abel Genes. 4. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Et sic cognita vindictæ petitione, quam horum duorum sanguis expostulabat terrerentur Iudæi, et pœniterent, & dicit ipsos luituros pœnas homicidij Abel, & Zachariæ, vt denotet Iudæos, hoc peccatum à suis maioribus hæreditasse, atq; ab eis frequenter fuisse cõmisum. Vnus etiam fuit sacerdos, alter secularis, vnus in agro, alter in tẽplo occisus, vt denotet Iudæos nullius status viris iustis pepercisse, neq; locis sacris detulisse honorẽ, vt vel sic arceretur ab homicidijs. ita in tẽplo lapides sustulere Iudæi cõtra Chri-
Plin. lib. 34 stum Dominum. Ioan. 8. Iustum igitur est, vt qui proximũ
Val. Max. lib. 9. lædit lædatur & ipse. Aserunt Plinius lib. 34. & Valerius Maximus lib. 9. & Ioannes Stobeus Sermone 24. de vituperio
Stob. ser. 24. tyrannidis. Et Ouidius lib. 1. de Arte Amandi, de Perillo.

Fabro

Fabro Ferrario Athenienſi in Sicilia, fuit in eo crudele ingenium, & vt Phalaris gratiam compararet, æneum bouem excogitauit, quo miſeri homines incluſi ſubiectis ignibus longo cruciatu torquerentur, vt tortoris vox bouis mugitum imitaretur, hauriretq́, tyrannus magnam è tali ſomno voluptatem: facto autem inſtrumento fuit Phalaris in alijs rebus iniquus in hoc autem æquitatem ſeruans, quòd Perillus primus in boue clauderetur, vbi primus experiretur in ſe tormentum, quod in alios excogitauerat. Lex enim æquior nulla eſt, quàm nęcis artificem arte perire ſua, dicit Ouidius. Item in Ægypto, nouem annis non pluit, regnabat tunc Buſiris tyrannus, cui dixit Traſius: ſi effuderis ſanguinem alicuius aduenæ immolans eum Ioui ſtatim pluet, cui Buſiris reſpondit. Tu es hoſpes, & tu fies Iouis hoſtia primus, & Ægypto tu dabis, hoſpes aquam;eumque Ioui ſacrificauit. Et Sapientiæ 11. dicitur. *Quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſupernacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam. Vt ſcirent quia per quæ peccat quis, per hæc torquetur.* Vnde Rabanus ait dignum fuit, vt qui creaturam pro creatore venerabantur, pœnam ſuſtinerent à creatura, vnde opem querebant, & per ea, quæ peccabant punirentur. Sic Goliath occiſus fuit gladio, quo volebat occidere Dauid 1. Regum 17. & Aman ſuſpenſus in patibulo, quod parauerat Mardocheo Eſther capite 7. & diues epulo in lingua cruciabatur, in qua fuerat voluptuoſè deliciatus. Et Ezechielis capite 35. *Cum ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te.* Et Apocalypſis capite 12. *Qui in captiuitatem duxerit in captiuitatem ibit, & qui gladio occiderit, opportet eum gladio occidi.* Et capite 22. *Qui nocet noceat adhuc.* Sanctes Pagninus legit, qui iniuria afficit, iniuria afficiatur. Et Iſaiæ capite 28. *Væ, qui prædaris non ne ipſe prædaberis?* Et Prouerbior. cap. 11. *Qui inebriat ipſe quoq; inebriabitur.* Et 1. Reg. 15.

Ouid. lib. 1. de arte Am.
Sapient. 11.
Rabanus.
1. Reg. 17.
Eſther. 7.
Ezechiel 35.
Apoc. 12. et 22.
Iſaiæ 38.
Prouer. 11.
1. Reg. 15.

Trucidatus est Agag Rex, & dictum est illi. *Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis, inter mulieres erit*
Habacuc. 2. *mater tua.* Et Habacuc. 2. *Tu spoliasti gentes multas, spoliabunt*
Iob. 24. *te omnes, qui reliqui fuerint de populis Israel.* Et Iob. 24. *Obliuiscatur eius misericordia.* In Græco est, reddantur ei, quæ fecit. Idest, nullus illius misereatur, sicut ipse nullius etiam
1. Mach. 9. pauperis misertus fuit. Et 1. Machab. 9. dicitur de Antiocho. *Apprehendit eum dirus dolor viscerum, & amara internorum tormenta, & quidem satis iustè, quippe qui multis, & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera.* Ecce quomodo punitur in præcordijs, qui aliorum viscera rupit. Et iudices falsi, qui Susanam cõdemnauere, vt lapidaretur, lapidati sunt.
Daniel. 13. Daniel. 13. Et 2. Paralip. 16. Hanani Propheta reppræhen-
2. Paral. 16. dit Regem Asa, quia iniit fœdus cum Benadab Rege Siriæ. *Iratusq; Asa aduersus videntem iusit illum mitti in neruum.* Et dicit textus. *Egrotauit etiam Asa anno trigeßimo Regni sui dolore pedum vehementißimo.* Ligauit pedes Prophetæ compedibus,
Genes. 37. & propterea dolore pedum, & podagra percutitur. Et Genes. 37. Narratur ostendisse fratres Ioseph tunicam sanguine hædi tinctam, patri suo Iacob dicentes. *Vide vtrum tunica filij tui sit?* Scidit vestimenta sua Iacob, & luxit eum tempore multo. Tunica fecit Iacob lachrymari, & vehementi
Genes. 27. dolore affecit; & eã puto fuisse causam, quia vestibus Esau valde bonis indutus fuit, vt consequeretur à patre primogenituram cum benedictione. *Pelliculasq; hædorum circundedit manibus.* Qui ergo vestibus fratris sui simulauit personã, & benedictionem obtinuit, & causa fuit, vt Esau flens diceret. *Iustè vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me altera vice.* Modo vestis Ioseph eum torquet, & qui pellibus hœdorum manus tegit; tunica sanguine hœdi tincta,
Genes. 44. dolore afficitur. Et Genes. 44. Iudas dixit Iosepho. *Manebo itaq; seruus tuus pro puero tuo in ministerium Domini mei, vt puer ascendat cum fratribus suis, non enim possum reddire ad patrem*
Eucherius. *absente puero.* Notauit hic Eucherius, qualiter cognatas alijs, atq; alijs peccatis pœnas exactissimus, Iudas acommodat.
Nam

Nam quid obſecro hoc iuſtitiæ ordine pulchrius? Nempe hic Iudas, qui ſemet nunc ſeruituti addicit, eſt ille ipſe cuius conſilio in ſeruum venundatus eſt Ioſeph: ſic enim dixit fratribus ſuis. *Ecce Iſmaelitæ tranſeunt venite, & venundetur.* Igitur, & in hac ſimilitudine doli, quam Ioſeph agit laus eſt viri glorioſi, quia per occaſionem argenti ſui conſultorem venditionis ſuæ in hanc neceſitatem compulit, vt optaret ſeruus fieri, & captiuus in carcere manere, & qui argenteos diuiſit in marſupia fratrum ex Ioſeph venditione, modo pro argenteo ſcipho vinctus maneret. Exod. etiam cap. 9. *Ingredientur ranæ domum tuam, & in cubiculum lectuli tui.* Præceperat Pharao maſculos Hebræorum ſuffocari, fœminas vero reſeruari non compaſionis, ſed laſciuiæ cauſa; vt ergo qui peccauerat in lectulo in eodem torqueretur, vt ſecundum menſuram delicti eſſet plagarum modus, ranis in lecto percutitur. Et Hierem. 30. *Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vaſtant vaſtabuntur, & cunctos prædatores tuos dabo in prædam, &c.* Comedere, & deuorare pro deuaſtare, & perdere ſumitur, &c. Ita Matth. 15. Phariſæi, qui Apoſtolos carpebant, vt tranſgreſſores traditionum, à Domino arguuntur, vt violatores legis diuinæ.

Exod. 9. Hierem. 30. Matth. 15.

Samech. ☞ Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe ſunt, & commoti, dixerunt inter gentes non addet vltra, vt habitet in eis.

PRimus ſenſus ipſi cœci, & inquinati alios vt immundos, à ſe arcebant, & à veſtium ſuarum contactu. Res quidem ridicula, quòd polluti alios iudicarent, vt ſordidos, & à ſe reppellerent. Sic Ezechiel. 16. *Dabo te in animas Paleſthinorū, qui erubeſcunt in via tua.* Paleſthini Idolatræ verecundabantur de Iſraelitarum Idololatria ac ſi ipſi eſſent ſanctiores, non erubeſcebant de ſuis ſceleribus, & pudebant

Ezech. 16.

bant de alienis, quod est ingenium hominum, sceleratorum. Sic Isaiæ 23. *Erubesce Sidon ait mare.* Ipsum Sidoniorum equor redarguebat Sidonem propter mercimonia, quæ exercebantur in nauibus, & plures negotiationes, & ipsum mare non afficiebatur pudore, cum viam inter medios fluctus nautis præberet, vt suas merces asportarent Sidonij in suum littus.

Isaiæ 23.

Polluti sunt sanguine. Sanctes Pagninus vertit, polluerunt se sanguine, vt non possent, qui voluissent contingere vestimenta eorum. 70. Interpræt. legunt, recedite ab immunditijs vocate eos, recedite non tangatis. Idem est sensus cũ nostra vulgata.

Pagninus. 70.

Secundus sensus, illi qui sibi videbantur iusti, cæci, qui errabant in plateis exoculati, à nefarijs Sacerdotibus, & Prophetis percussi, polluti sunt sanguine aliorum iustorum occissorum, quia cum carerent visu figebant in sanguine pedes. *Cumq́; non possent intrare.* Idest, rectè incedere, tenuerunt lascinias suas, idest, vestimentorum oras apræhenderunt, vt facilius exire possent de locis sanguine pollutis, & ipsi videntes Pseudoprophetæ, arcebant cæteros à vestium contactu dicentes, recedite polluti, nolite tangere nos, ne simul vobiscum coinquinemur.

☞ *Iurgati quippe sunt, & commoti.*

IDest, non solum opere, sed verbis illos conuiciabantur vnde iurgia, & seditiones oriebantur inter eos. Sic exponit Lyra. Quæ intestina bella, & ciuiles discordiæ manifestum suæ ruinæ signum erant. Vt habetur Isaiæ 3. *Tumultuabitur puer contra Senem, & ignobilis contra nobilem.* Et quid boni poterat expectari in tali republica, nisi miserabilis subuersio? Et repentinus casus? Et ita addit vates. *Ruit enim Hierusalem, & Israel concidit.* Et Isaiæ 9. *Vnusquisq́; carnem brachij sui comedet Ephrain contra Manasem, & Manases contra Ephrain.* Sic etiam refert Iosephus. Seditiosos plures fuisse in Hierusalem, qui vi armorum alios cogebant, ne traderentur

Lyra. Isaiæ 3. Isaiæ 9.

rentur Tito, & Romanis, & sic miserabiliter perierie. Vnde Oseæ. 10. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt*. Cor vbi primum diuiditur licet minima sit diuisio, moritur homo: ita dicit vates, nunc interibunt, illico peribunt si diuisiones, & rixæ sunt inter eos. *Et commoti*. Ideſt, inſtabiles fuere in fide, & etiam vagi, & expulſi à ſua patria huc, & illuc agitati. *Oseæ. 10.*

Tertius ſenſus, qui eſt Theodoreti, quæ ex Græco legit, polluti ſunt in ſanguine eo quòd ipſi non poſſent, proiecti ſunt cum ſuis veſtimentis; ideſt, fames vrgebat, vt proicerentur, ſed hoſtes, qui obſidebant, prohibebant ne ſepelirentur; canes vero proiectos aſumebant, & hoſtes dicebant recedite ab immundis. Vocabant nos immundos, recedite dicentes ab eis. *Iurgati quippe ſunt, & commoti*. Ideſt, diuina ope deſtituti, vel inquinati. Vel iurgati quippe ſunt, & commoti. Ideſt, hoſtes irridebant, & irati contra Sacerdotes falſos obiurgabant: ſic exponit Dioniſius. Quia propter eorum peccata, & falſas prophetias ille populus obſeſus erat, & in crudele mittebatur exilium. Et ita dicit. *Commoti dixerunt inter gentes non addet vltra, vt inhabitet in eis*. Ideſt, ita commoti dicebant hoſtes, nō habitabit amplius Deus inter illos, neq; illis fauebit, vt in ſuam reducat patriam. Vel inter ſe iurgati ſunt, & diſceptabant dicentes nō fauebit eis Deus amplius, varia erant inter eos placita. Sed non deſperet peccator de venia quamuis inimici dæmones incitent ad diffidentiam, quia *Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, ſicut nix dealbabuntur*. Et Eccleſiſti. 22. *Ad amicum ſi produxeris gladium non deſperes, eſt enim regreſſus ad amicum, ſi aperuerit os triſte non timeas eſt enim concordatio, excepto conuitio, & improperio, & ſuperbia, & miſterij reuelatione, & plaga doloſa, in his omnibus effugiet amicus*. Sed verus hominum amator Deus, etiam ſi in his omnibus eum læſerimus, reconciliari nobiſcum non renuit. *Theodoret.* *Dioniſius.* *Iſaiæ. 1.* *Eccleſ. 22.*

Septuaginta Interpræetes legunt, quia ſuccenſi ſunt, & commoti, dicite in gentibus non addent habitare. Suple iterum. *70.*

iterum in suam patriam non reddibunt, quia commoti imo amoti sunt, & separati ab illa; & succensa est ipsorum ciuitas, non erunt vltra suæ terræ incolæ. Hæc verba dicebant sui hostes, gentiles videlicet, aserebant actum esse de Iudæorum gente, neq; vltra esse colligendos, vt ibi habitarent, vel *Iurgati sunt*. In Hebræo est, contentiosi fuere contra

Deuter. 13. Dominum. Ita Deuter. 31. *Semper contentiosè egistis contra Dominum.*

Phe. ☞ *Facies Domini diuisit eos non addet, vt respiciat eos, facies Sacerdotum non erubuerunt, neq; senum miserti sunt.*

Pagninus. Sensus est, ira Dei separauit eos, & ita legit Pagninus, ira Domini diuisit eos proiecitq; inter gentes, quia ira in

70. facie relucet. 70. Interpræt. legunt, facies Domini pars eorum non addet respicere eos. Facies Domini pars eorum,

Psalm. 10. idest, iram Domini hæreditabunt. Sicut Psal. 10. *Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphuris, pars calicis eorum*. Idest, pro parte hæreditatis gehennæ ignibus tradetur. Diuisit illos ira

Genes. 11. Dei, sicut in principio mundi diuisit aquas ab aquis. Et Genes. 11. Iratus valdè Dominus contra turris Babylonicæ structores, diuisit illos, & in varias mundi partes dispersit. Solent irati auertere faciem ab illis, quibus irascuntur, & pro supplicio, si amicitia erant coniuncti separare; sic ciues Hierusalem in diuersas orbis regiones dispersi fuere. Ita

Genes. 49. Genes. 49. Simeon, & Leui appellantur fratres. *Simeon, & Leui fratres*. Quia ad malum cospirauere vno animo, & Sichimitas occiderunt, & dicitur. *Maledictus furor eorum, quia pertinax, diuidam eos in Iacob, & dispergam in Israel.* Supplicium illorum, qui ad malum conuenere est diuisio, & separatio.

Adrian. Finus lib. 3. c. 24. *Facies Domini diuisit eos*. Idest, à natali solo separauit. Adrianus Finus lib. 3. flagelli cõtra Iudæos cap. 24. dicit, hæc verba de Iudæis verificari post mortem Christi, nam in captiuitate Babylonica respexit eos Deus in suam patriam post

70.

70. annos reducens; sed post mortem suam non respexit eos; ita, vt amplius non reuerterentur in Hierusalem, sed vagi sunt in nationibus, & impletur illud Psal. 58. *Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos.* Idest, Iudæos. *Ne forte obliuiscantur populi mei.* Idest, ne Christiani obliuiscantur, quomodo ipsi Iudæi Christum occiderunt. *Disperge illos in virtute tua:* Vt sic dispersi, sit continuò in memoria passio Christi. *Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum.* Idest, verbis illis crucifige, crucifige. Valde peccauere; & ita exponitur ab Adriano Fino lib. 6. cap. 47. illud Amos. 2. *Super tribus sceleribus Iuda, & super quartum non conuertam eum.* Chaldaica Paraphrasis legit, non transferam, quod optimè quadrat. Primum scelus Israelitici populi fuit venditio Ioseph. Genes. 37. Secundum adoratio vituli. Exod. 32. Tertium occisio prophetarum, vel vt aliqui dicunt, negatio Dauid. 3. Reg. 12. cum populus dixit. *Quæ nobis pars in Dauid?* Quartum venditio Christi, & sic reddit rationem vates ob quam non conuertentur, dicens. *Eoquod vendiderit pro argento iustum.* Idest, Christum Dominum, qui antonomaticè vocatur iustus; & hoc fuit quartum scelus, propter quod Iudæi per orbē sparsi fuere, nec habent spem reddeundi in patriā, cum dicat Propheta. *Non conuertam eum.* Seu transferam ab illa dispersione, quia Christum occiderunt. Et Samuel Hebræus in epistola ad Isaac hoc fatetur, dicens; valdè timeo quòd hæc, quæ dicta sunt testimonia prophetarum, de illo iusto, qui fuit venditus pro argento intelligantur. Et quòd hæc patiantur Iudæi propter Christi mortem, fatetur Rabi Moyses Ægyptius in libro Iudicum ordinariorum, titulo de Regibus cap. 11. *Et pauperem pro calciamentis.* Idest, pro vili prætio quale est triginta argenteorum.

Psalm. 58.
Adrian. Finus lib. 6. c. 47.
Amos. 2.
Chaldeus.
Genes. 37.
Exod. 32.
3. Reg. 12.
Samuel Hebræ⁹ epist. ad Isaac.
Rabi Moys. Ægypt. in li. Iudicum.

Potest etiam exponi. *Facies Domini diuisit eos.* Idest, Messias, quia contra eum peccauerunt. Vocatur Messias facies Dei, vt latè probat Petrus Galatinus lib. 3. de Arcanis cap. 12. Malachiæ. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Galatinus ex Hebræo legit viam faciei

Petr. Galat.
Malach. 3.

faciei meæ: & sic Chaldeus legit, & emundabit viam ante
Isaia 63. me, & Isaias cap. 63. *Et factus est eis Saluator in omni tribulatione eorum non est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos in dilectione sua.* In Hebræo est, in omni tribulatione eorum, ei fuit afflictio. Idest, tam impensè amauit Deus Iudæos, vt eorum diuexationes ei molestiam inferrent, & Angelus magni consilij, qui est facies Dei, verbum videlicet patris, eos redemit. Licet etiam intelligatur de Angelo, qui percusit centum octoginta millia peditum exercitus Senacherib, vel qui antecedebat eos per desertum.

2. ad Thes. 1. Facies hic sumitur pro ira, vt 2. ad Thesalonic. 1. de impijs ait Apostolus. *Qui pœnas dabunt in æternum à facie Domi-*
D. Chrisost. *ni, & gloria virtutis.* D. Chrisostomus exponit à facie Domini. Idest, à præsentia Domini, ita vt non sit multo negotio opus ad perdendum impios, quos sola pessundabit Domini præsentia. Vel à facie, idest, à furore. Nam (phanim) pluraliter faciem significat Hebræis, & quia in facie cognoscitur ira, & indignatio hominis, ideo vultus, & facies
Psal. 20. quandoq; Hebræis significat furorem, & iram, & Psalm. 20. *Pones illos, vt clibanum ignis, in tempore vultus sui.* In Hebræo est (phanequa) idest, in tempore furoris tui, & Psal. 50. *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Idest, indignationem, & furorem (phanequa) est in Hebræo, pro quo Caldaicè
Osea 7. habetur (apheque) idest, furorem, & Oseæ 7. *Humiliabitur*
Iob 41. *superbia Ephraim in facie eius.* Idest, in ira Dei. Iob. 41. *Quis*
Psal. 33. *resistere potuit vultui meo?* Idest, iræ meæ, & Psalm. 33. *Vultus autem Domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum* (panim) Hebraicum verbum, modo vultus
Genes. 16. modo facies interpræatur his locis, & Genes. 16. *A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.* Idest, ab ira, & furore Saræ.
Leuit. 20. Et Leuitic. 20. *Ponam faciem meam super hominem illum.* Idest, furorem. Facies igitur Domini diuisit eos, idest, ira Dei separauit iniquos à iustis, vt sic acriùs puniret. Similiter in fine mūdi, puniet Deus peccatores in die iudicij facta prius separatione inter hedos, & agnos, bonos à malis sequestrabit.

bit, triticum à paleis diuidet, combureta; paleas ardenti igne, triticum vero in horreum congregabit. Vnde illa erit tristis, & miserabilis diuisio. De hac loquitur Isaias cap. 28. *Sicut enim in monte diuisionum stabit Dominus, sic in valle, quæ est in Gabaon irascetur.* Idest, sicut contigit in monte diuisionum; impositum est nomen monti à rei euentu. Nam, vt habetur 2. Reg. 5. *Venit Dauid in Balpharasim, & percusit eos ibi, & dixit, diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Pugnauitq; Dominus ante Dauid percutiens eos grandine.* Et sicut in valle Gabaon Iosue cap. 10. Lapidibus grandinis magnis deleuit hostes: sic terribilis apparebit impijs, diuidens, eos à iustis in vltimo mundi die. Vnde Eclesiasti. 18. *Memento iræ in die consumationis, & tempus retributionis in conuersione faciei.* Idest, cum Christus Dominus faciem letam conuertet ad sanctos daturus præmia: sed conuertet vultum iratum contra malos, eos condemnans. In Græco est, in conuersione vultus. Idest, toruum, & asperum se ostendet malis: sicut columna illa Exod. 14. Ægyptijs erat tenebrosa ex illa parte, qua illos respiciebat, sed ex parte, qua respiciebat Israelitas, illos illuminabat, quia erat lucida. Hieremiæ etiam 15. dicit. *Dispergam eos ventilabro in portis terræ.* Vnde Matth. 3. *Cuius ventilabrum in manu sua est, & purgabit aream suam.* Et Ioelis. 3. *Populi, populi in valle concisionis, quia iuxta est dies Domini.* In Hebræo est, in valle triturationis; verbum enim Hebræum (charuz.) Hic positum concisionem, & triturationem, significat, seu (harutz) significat aurum, & concisionem, quia in illo iudicij die aurum conflabitur in conflatorio diuini examinis, & iusti diuidentur, ab impiorum scoria. Vel sensus est, omnes populi in vnum locum conuenient, vt trituratione, vel tribula diuini iudicij diffiniti, & concisi, sententiæq; breuis iudicentur, nam his tantum verbis sententia proferetur. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* 70. Interpræt. legunt, in valle iuris, seu iudicij, vbi ius vnius

Isaiæ. 28.
2. Reg. 5.
Iosue. 10.
Eccles. 18.
Exod. 14.
Hierem. 15.
Matth. 3.
Ioelis. 3.
Matth. 25.
70.

cuiusq; determinabitur, & decidetur, quod Hispanè dicimus (el valle do estaran con Dios à derecho.) Et subdit Propheta loco citato. *Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & monebuntur cœli, & terra, & Dominus spes populi sui.* Quemadmodum rugitus Leonis proprijs catulis spes est, cœteris vero animantibus terrori, & pauori magno: sic Christus Dominus terrebit impios, dicens. *Ite maledicti*, iustis verò filijs per gratiam maximum solatium præstabit dulci voce. *Venite benedicti Patris mei.* D. Augustinus sermone. 100. de Tempore tomo 10. adducit ad hoc propositum illud Numeror. 16. de Aaron, qui thuribulo accepto stetit inter viuos, & mortuos, quod figuram fuisse dicit summi Sacerdotis Christi Domini secundum ordinem Melchisedec, qui stabit in futuro iudicio medius Iudex viuorum, & mortuorum, idest, inter mortuos in peccato, & viuos, hoc est, iustos vitæ gratiæ viuentes. Et tunc fortè medius viuorum, & mortuorum stare dicendus est, cum statuet hædos à sinistris, & oues à dextris. Et dicet iis, qui à dextris sunt. *Venite benedicti*. Et ijs qui à sinistris. *Ite in ignem æternum.* Et Psalm. 49. *Arguam te, & statuam te contra faciem tuam.* Chaldaica Paraphrasis legit, has operationes malas operatus es; ego vero expectaui conuersionem tuam, existimasti permansurum te in æternum pacificum? Arguam te in hoc mundo, & ordinabo gehennam in mundo futuro coram te. Et Micheæ. 2. *Congregatione congregabo te Iacob totum in vnum conducam reliquias Israel pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum tumultuabuntur à multitudine hominum.* Per Iacob vniuersæ mundi gentes intelliguntur, quæ ante tribunal Christi congregabuntur. Vt habetur Matth. 25. *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Et præ multitudine puluerem excitabunt, & tumultum facient, sicut multa pecora in vno ouili congregata. Et congregabuntur sicut pecus, quia potentes, & fortes sæculi imbecilles erunt sicut oues coram pastore. Vnde Ezechielis. 34. *Ecce ego iudico*

Matth. 25. *D. Aug. ser. 100.* *Numer. 16.* *Matth. 25.* *Psalm. 49.* *Chaldeus.* *Michea. 2.* *Matth. 25.* *Ezech. 34.*

iudico inter pecus, & pecus dicit Dominus. Ponam illum quasi gregem in ouili. In Hebræo est, ponam illum veluti pecus (bosrah) quæ ciuitas est Idumeæ, vbi multæ congregantur oues. Vnde Isaiæ. 34. *Victima Domini in bosra, & interfectio magna in terra Edon.* Idest, multi interficientur in Bosra; sicut multæ ibi mactabantur oues, quia illarum erat ibi copia. *Ascendit enim pandens iter ante eos.* Idest, Iudex viuorum, & mortuorum Christus Dominus ascendet in cœlum peracto iudicio, quem sequetur sanctorum exercitus. *Diuident, & transibunt portam.* Idest, facta prius diuisione inter bonos, & malos per Angelos, vt dicitur Matthæi. 13. *Exibunt Angeli, & separabūt malos de medio iustorum.* Transibunt beati per cœli portam: sed tamen Rex eorum Christus prius ingredietur sternens viam. *Et erit in capite eorum.* Hoc est excelsior eis super eorum capita, vt dux, & caput sedens à destris Dei. Marci. 16.

Isaiæ. 34.

Matth. 13.

Marci. 16.

☞ *Non addet vt respiciat eos.*

IDEST, Vt eorum misereatur, quia Deus nostri statim miseretur, si nostram considerat miseriam; ita Iob. 9. *Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides?* Idest, homo videt, & irridet, aut delectatur aliorum visa miseria, sed tu Domine ad miserendum respicis, & ad impertiendum innumera bona. Ioan. 9. *Præteriens vidit cæcum à Natiuitate.* Et præstitit visum. Psal. 66. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis illuminet vultum suum super nos.* Nam vt misereatur, respicit nos, & vultus illuminatur quoties mitigata ira, fauor & gratia reddeunt fronte iam exhilarata. Sic Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Vultus enim quoties Deo tribuitur ferè in malam partem vsurpatur pro ira vt Psalm. 33. *Vultus autem Domini super facientes mala.* Cum ergo illuminatur vultus, fauore prosequitur nos. Sic Iob. 29. *Lux vultus mei non cadebat in terram, cum ridebam ad eos non credebant.* Idest, risus, & hilaritas vultus mei apud illos pondus, & momentum

Iob. 9.

Ioan. 9.

Psalm. 66.

Psalm. 4.

Psalm. 33.

Iob. 29.

Ezechiel. 7. habuit, & magno prætio habebatur. Et Ezechiel. 7. *Auertam faciem meam ab eis.* Ideſt, non miſerebor. Magnanimorum Principum eſt viſa aliorum miſeria compati. Ægyptij
Geneſ. 47. clamabant ad Ioſeph. Geneſ. 47. *Quare morimur coram te?* Et infra. *Cur ergo moriemur te vidente?* Ideo inter Perſas operie-
Eſther. 7. batur vultus damnati ad mortem. Eſther. 7. *Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.* Videlicet Amam, & ſuſpenderunt eum, ne ſi à Rege videretur, miſericordia Rex flecteretur. Ita continget damnatis prolata ſententia à Chriſto Domino terra aperta eos deglutiet.

☞ *Facies Sacerdotum non erubuerunt, nec ſenum miſerti ſunt.*

PRimus ſenſus eſt, agit vates de Chaldeis, qui non reuerebantur Sacerdotes, neq; ſenes, quod etiam prædixit
Baruch. 4. Baruch cap. 4. *Adduxit gentem de longinquo ſuper illos; gentem ſuperbam alterius linguæ, qui non ſunt reueriti ſenem, neq; puero-*
Deuter. 28. *rum miſerti ſunt.* Et Moyſes Deuter. 28. idem prædixit. *Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo in ſimilitudinē Aquilæ volantis, gentem procaciſſimam, quæ non defferat ſeni, nec*
70. *miſereatur paruuli.* Septuaginta Interpræt. legunt, faciem Sacerdotum non acceperunt, ſuple honore; vel, vt eis
Pagninus. parcerent. Et ſic legit Pagninus, faciebus Sacerdotum non pepercerunt, ſed illos iniuria afficiebant, ſicut homines de media plebe, atq; occidebant. In Hebræo eſt, pro *Erubuerunt.* (Naſa) quod ſignificat leuare. Et ſic ſenſus erit, non leuauerunt facies Sacerdotum. Ideſt, non ho-
4. *Reg.* 25. norauere. Sic 4. Regum 25. *Subleuauit Rex Babylonis caput Ioachim Regis Iuda.* Ideſt, illi fauit eumq; honore affecit.

Secundus ſenſus, quòd loquitur vates de ipſis Iudæis in Hieruſalē degētibus, qui Sacerdotibus, & ſenibus non deſſerebant honorē, quapropter Deus illos puniuit, & ira ſua diſperſit, quia contempſere Sacerdotes, qui licet ſint iniqui non

non sunt contemnendi. Supra dixerat vates, hostes ingressos fuisse Hierusalem propter peccata Sacerdotum, & nihilominus modo dicit, ideo vastatum fuisse populum, quia non exhibuit his Sacerdotibus reuerentiam. Debent enim coli valdè propter excellsam eorum dignitatem. Et quia faciem Domini non honorauit Israeliticus populus in Sacerdotibus, qui sunt velut facies Domini, vt porequi eius ministri sunt; propterea pari pœna illos percutit facies Domini, quæ cuncta incommutabiliter iudicat, & cum tranquilitate, vt habetur Sapient. 12. *Dispersit eos.* Vt pœna correspondeat culpæ, illi qui non reuerentur Sacerdotes, qui sunt, vt facies Dei, ipsa Dei facies plectitur eos. Ita Ioelis 3. *Velociter reddam vicissitudinem super caput vestrum, filios Iuda vendidistis filijs Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus suis. Ecce ego vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt vos Sabæis genti longinquæ.* Qui à sua Patria longe facit captiuos, ipse capietur, & in terras longinquas in seruum venundabitur; similiter qui faciem Dei in Sacerdotibus non veneratur, ipsos facies Dei puniet. Maximus tamé; debetur honor Dei Sacerdotibus, & qui illos pro nihilo ducunt à Domino grauiter punientur. Sic Deuteron. 33. *Percute dorsa inimicorum eius.* Idest, hostium Leui (dicit Moyses.) *Qui oderunt eum non consurgant.* Ita euenit clerum dehonestantibus, mala peribunt morte, & ab inimicis vincentur, nunquam leuabunt caput, de tribu enim Leui erant Sacerdotes veteris legis, & si ita puniebantur, qui illos oderant, quo sunt digni supplicio, qui legis gratiæ Sacerdotes contemnunt, & persequuntur? Salomon. 3. Reg. 2. reueritus est dignitatem Sacerdocij in Abiathar. *Vade ad Anathoth in agrum tuum, & quidem vir sanguinis es, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam Domini coram Dauid patre meo.* Vide causam remissionis delicti, vel procrastinationis supplicij. Item notandum est; quod Matth. 5. dixerat Christus. *Siquis percusserit te in dextera maxilla præbe ei alteram.*

Sapient. 12.

Ioel. 3.

Deuter. 33.

3. Reg. 2.

Matth. 5.

Quare igitur in sua passione, cum impius seruus Pontificis dedit ei alapam, dicens; sic respondes Pontifici? Non præbuit alteram maxillam, sicut docuerat, sed potius respondit.

D. Ciprian. epist. 18. *Si malè locutus sum testimonium perhibe de malo?* Respondet D. Ciprianus epist. 18. ad Cornelium de hæreticis sic. Et cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo Sacerdotis, cumq; ei dixisset, sic respondes Pontifici? Aduersus Pontificem Dominus, nihil contumeliosè dixit; nec quicquam de Sacerdotis honore detraxit, sed innocētiam suam magis adserens, & ostendens inquit, si malè locutus sum exprorba de malo, si autem benè quid me cedis? Hoc facto Dominus omnibus voluit satisfacere, ne aliquis putaret detraxisse Sacerdotis honori, cum audirent circumstātes verba serui, eum arguentis de irreuerētia, cum Sacerdote. Huic iniustæ accusationi satisfecit, aserens se non locutum fuisse malè, & propterea non vertit aliam maxillam, vt in ea percuteretur, sicut ipse docuerat. Vide quantum honorem deferat Sacerdoti impio Christus Dominus, qui est ipsa iustitia, & sanctificatio nostra. Et propter maximam reuerentiam, quā debemus exhibere Sacerdotibus. In sacro eloquio illi, qui maiori præ cæteris digni sunt honore, vocantur Sacerdotes; ex quo innotescit germanus sensus loci difficilis.

2. Reg. 8. 2. Reg. cap. 8. vbi de filijs Dauid, dicitur. *Filij autem Dauid erant Sacerdotes.* Compertum est, Dauid, & filios eius fuisse de tribu Iuda, sed Sacerdotes erant de tribu Leuitica. Quomodo ergo dicit Sacer textus de filijs Dauid quòd erāt Sacerdotes? Respondetur quod sensus est, filij Dauid erant

70. Primates, & Principes. Et sic legunt. 70. Interpræt. & Pag-

Pagninus. ninus, filij Dauid erant Principes; ita honorabantur, sicut

1. Paral. 8. Sacerdotes. Et ita 1. Paralip. 18. dicitur. *Filij Dauid primi ad manum Regis.* Dictio enim Hebræa (kohem.) Licet plerun-

Genes. 41. q; Sacerdotem, interdum Principem significat. Ita Genes. 41. *Dedit illi vxorem Asenet filiam Putifaris Sacerdotis Heliopolis.* Aliqui Hebræorum traddunt hunc Putifarem non Sa-

Osea. 6. cerdotem, sed Dominum ciuitatis Solis fuisse. Et Oseæ. 6.

Galaad

Galaad ciuitas operantium Idolum supplantata sanguine, & quasi fauces virorum latronum particeps Sacerdotum in via interficientium. Notat Lyranus, quod in Hebræo habetur, societas Sacerdotum. Pagninus legit, collegium Sacerdotum. Lyra exponit, idest, maiorum; eo modo loquendi, quo 2. Reg. 8. dicitur. *Filij autem Dauid erant Sacerdotes.* Similiter Exod. 19. *Et vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale.* Idest, in Regnum insigne, & celebre. Nam vox Sacerdos quandoq; in Scriptura dignitatem solum, & non officium significat. In Hebræo habetur eritis in Regnum Sacerdotum, idest, ita opulentum, & honorificum ex peculiari cura Dei, ac si integraretur Sacerdotibus. Mos enim erat, vt Sacerdotibus ex erario publico prouideretur honorabiliter, vt ipsi Iudæi viderunt in Ægypto obseruari. Erit ergo diuinum regimen erga vos tale, vt melius non possit desiderari. Sic exponit Caietanus. Et Iob. 12. *Qui ducit Sacerdotes inglorios, & optimates supplantat.* Vox Hebræa (cohanin) non modo Sacerdotes, sed Principes significat; sicut 2. Reg. 8. vulgatus transtulit. *Filij Dauid erant Sacerdotes.* Et 1. Paralip. 18. legit. *Erant Principes.* Quia vox Hebræa vtrumq; significat. Secundus sensus. *Filij Dauid erant Sacerdotes.* Idest, cum Sacerdotibus modulabantur carmina, & sacros hymnos, quos eorū pater Dauid cōposuerat. Vel erant Sacerdotes, idest, ministri pacis, qui pacem faciebant inter Regem, & suos subditos, sicut Sacerdotes; quorum munus est pacem inter Deum, & homines facere. Vel erant Sacerdotes, idest, ita æstimati, & in magno prætio habiti ac si essent Sacerdotes, quia olim maior exhibebatur honor Sacerdotibus quàm magnatibus, & sic, vt hæc reuerentia explicaretur appellabantur Sacerdotes. Vltimus sensus filij Dauid erant Sacerdotes. Idest, optimi, vitæ inculpatæ, moribus Sanctis imbuti, quia Sacerdotes immaculatam debent agere vitam. De hac reuerentia Sacerdotibus debita, agitur Sapient. 18. de Aaron Sacerdote, cum se opposuit iræ Dei sæuienti in castris. *Et orans restitit iræ diuinæ, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos*

Lyra. *Pagninus.* *2. Reg. 8.* *Exod. 19.* *Caietanus.* *Iob. 12.* *2. Reg. 8.* *1. Paral. 18.* *Sapient. 18.*

ducebat viam, in veste enim poderis, quam habebat totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta. His autem cessit, qui extermin:bat, & hæc extimuit. Ideſt, veſtibus Sacerdotalibus, ipſiq; Sacerdoti Aaron Angelus percutiens detulit honorem, concludendo enſem in vagina, & ſic ira extincta fuit. Leuitic. etiam
Leuit. 14. cap. 14. *At ille præcipiet, vt efferantur vniuersa de domo.* In Hebræo eſt, & præcipiet Sacerdos: & ſequitur in textu. *Et purgabunt domum antequàm ingrediatur Sacerdos.* Scilicet ad videndum an domus ſit leproſa: quia Sacerdos ingreſſurus eſt leproſi domum, præcipitur, vt mundetur domus, quia reuerentia exhibenda eſt Sacerdoti, &
Eccleſ. 7. incongruum eſt, vt intret domum immundam. Eccleſiaſtici. etiam capite 7. *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes.* Nota quòd vbi primum egit ſapiens de honore, qui debetur Deo exhiberi, illicò præcipitur vt Sacerdotes honorificentur, ac ſi apertius diceret Sapiens, in hoc apparet euidenter, quòd Deo defferas honorem, ſi eius Sacerdotes honore affeceris. Et addit Sapiens. *Purga te cum brachijs.* Ideſt, cum ſacrificijs. Nam animalis brachium, quod offerebatur erat Sacerdotis. Satisfacito igitur pro delictis hoſtias offerens, ne verbo
2. Paral. 24 tenus, ſed opere etiam ſacerdotes colas. 2. Paralipomen. 24. dicitur de Ioiada Sacerdote ſanctiſsimo. *Mortuus eſt cum eſſet centum, & triginta annorum, ſepelieruntq́, eum in ciuitate Dauid cum Regibus eoquòd feciſſet bonum cum Iſrael &c.* Optimus enim Sacerdos, non ſolum in vita honorari debet, ſed etiam in morte debetur ei ſepultura regalis.
Oſeæ 14. Ad hoc propoſitum eſt locus, Oſeæ capite 4. *Populus tuus, ſicut hi qui contradicunt Sacerdoti, & corrues hodie.* Nota diuinam indignationem: eos qui non honorant Sa-
Exod. 32. cerdotes renuit vocare populum ſuum. Sicut Exod. 32. dixit Dominus Moyſi. *Peccauit populus tuus.* Cum idolatrauere, & vitulum adorauere, dedignatur enim Idolatras pro ſuo peculio habere. Aduerbium ſicut, hoc loco non importat

importat similitudinem, sed identitatem, & est sensus tam iniquus est hic populus, sicut ille, qui renuit habere veritatis doctorem, & suis resistit Sacerdotibus. Sic Psalm. 125. *Facti sumus sicut consolati.* Idest, verè consolati, & Oseæ capite 5. *Facti sunt, sicut assumentes terminum.* Idest, alienas posesiones rapuerunt. Et valdè irascitur Deus contra suos sacerdotes, despicientes, vt nolit tales suum appellare populum, & ipsorum certa est ruina, nam dicit. *Corrues hodie.* Idest, citissimè peribis, instat iam interitus horum. Nicanor primus cecidit in prælio. 1. Machabeor. 7. cum innumerabili exercitu, quia Dei Sacerdotes subsanauit, *Ascendit Nicanor in montem Sion, & exierunt de Sacerdotibus populi salutare eum in pace, & demonstrare ei holocaustomata, quæ offerebantur pro Rege, & irridens spreuit eos, & polluit, & locutus est superbè, & iurauit cum ira dicens, nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas. Succendam domum istam. Et cum manus conserere, vterq; exercitus vellet orauit Iudas, contere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & sciant cæteri, quia malè locutus est contra sancta tua, & commiserunt exercitus prælium, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio, & ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis, nec vnus.* Et Deutero. 17. præcipitur quòd suspendatur, qui mandatis Sacerdotis non obtemperauit. Et ideo Sapiens monet. Ecclesiastic. capite 4. *Præsbitero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.* Quasi dicat Sapiens; sufficit humiliare caput in signum reuerentiæ principibus, & Regibus, & magnatibus, sed Sacerdoti non solum caput est humiliandum, sed ipsa anima, & te ipsum totum debes humiliare, atq; sub pedibus deiicere. Et hæc est, vt opinor ratio, propter quam Diuus Paulus ad Hebræos capite 7. Loquens de Melchisedech dicit, fuisse. *Sine patre, & sine matre.* Qui tunc Sacerdos Dei altissimi. Quia non ratione nobilitatis parentum, neq; propter illustrem sanguinem, & maiorum præclara facta exhibedus

Psal.125.
Oseæ 5.
1. Mach. 7.
Deuter. 17.
Eccles.4.
Ad Heb. 7.

est honor Sacerdoti, sed solum Sacerdos Dei est. Hæc enim dignitas sufficit ad illustrandum Sacerdotem; ita, vt ab omnibus in honore habeatur: siquidem præstatiori fulget dignitate quàm Regia. Vnde Eclesiasti. 7. *In tota anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius sanctifica; in omni virtute tua dilige Deum, qui te fecit, & ministros eius non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes.* Iubetur Deũ timeri, diligi, & honorari, & iubentur Sacerdotes sanctificari, idest, vt sanctos haberi. Et secundo non derelinqui, ne illis necessaria desint, & demum honorari, vt qui sacra tangunt velut sacri sunt venerandi. Confirmat hæc illud Isaiæ. 24. *In illa die visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super Reges terræ, qui sunt super terram.* Idest, visitabit super Sacerdotes, qui sicut Angeli Dei in cœlo, ita ipsi in templo Domino assistunt atq; ministrant. Nam ingredi in militiam est peculiari tropo fungi ministerio Ecclesiastico. Numer. 4. *A triginta annis, & supra, vsq; ad quinquagesimum annum omnium, qui ingrediuntur, vt stent, & ministrent in tabernaculo fœderis.* Sanctes Pagninus legit, omnem ingredientem ad militiam, vt faciant opus in tabernaculo Ecclesiæ. Cœlum hic sumitur pro templo. Vt Deuter. 26. *Respice de sanctuario tuo, & excelso cœlorum habitaculo.* Visitabit ergo super Sacerdotes in cœlo existẽtes hoc est, in templo, & super Reges in terra. Vide quantũ excellat dignitas Sacerdotalis Regiam, illi enim in excelso habitãt; Reges verò super terram, illi similes Angelis dicuntur, isti homines mortales. Et quia Propheta in secundo loco agit de Regibus, clarum videtur, quòd in primo loquatur de Sacerdotibus, qui in cœlo existere propter sublimem dignitatem, asserit vates; Reges verò super terram reptare. Ita notauit, & benè Franciscus Foreirus super Isaiam. Et videte quantum emolumentũ acrescat Reipublicæ propter Sacerdotes Dei, ex illo 2. Paralip. 13. Res Abias gesit bellum contra Ieroboam, & eius exercitum octoginta millium militum. Ipse autem solum cum quadraginta millibus pugnabat, & vicit; quia antequam manus

Eclesiasti. 7. / Isaiæ. 24. / Numer. 4. / Pagninus. / Deuter. 26. / Foreirus. / 2. Paral. 13.

manus conferērent, dixit. *In exercitu nostro Deus est dux, & Sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos.* Non dixit sunt mecū strenui milites sicut reuera erant, sed Deus est nobiscum, & eius Sacerdotes, qui buccinis clangentes vos terrebunt, & ita contigit. Et vbi primum Dei meminit, statim mentionem fecit Sacerdotum, quia Deum placant, ideoq; honorandi sunt. Genes. etiam 14. dixit Rex Sodomorum Abrahæ. *Da mihi animas cætera tolle tibi.* Sic loquitur Rex Sodomorum Patriarchæ, honoris gratia non per imperium, nam egressus est in occursum eius, postquam reuersus est à cede Chodorlahomor. Vide quantum prosit Sacerdoti deferre, quia Abraham decimas obtulerat Melchisedec Sacerdoti Dei altissimi, cum reuertebatur de præda meruit à Rege honorari, quia Sacerdoti Dei honorem detulit, cui bonorum suorum partem in decimis tribuens, omnia belli spolia posidendi ius integrum offertur. Secus contigit Sedechiæ Regi, qui faciem Hieremiæ contempsit, qui etiam Sacerdos Dei erat, id circo cadens in manus Nabuchodonosor luminibus priuatus, in carcerem mittitur. Et 1. Reg. 28. humi Phitonisa prostrata dixit visso Samuele. *Deos video ascendentes.* Et hoc reuerentiæ causa: quanta maiori ratione nos debemus reuereri nouæ legis Sacerdotes, & benè nobis erit, sicut dixit Michas Iudicum. 17. *Nunc scio, quòd benefaciet mihi Dominus, habenti Leuitici generis Sacerdotem.* Multa enim bona plebi præstat Deus propter suos Sacerdotes. Mirabile est, quod refert Egesipus lib. 5. cap. 45. Sacerdotes in templo æstu finitimi incendij siti peribant, puer in templo rogauit vnum de militibus Romanis potum sibi dare; miseratus pueri ætatem, & necessitatem porrexit illico; bibit paruulus, & rapuit aquæ vas, vt Sacerdotibus administraret, voluit sequi, sed non potuit comppræhendere, suoq; periculo Sacerdotum sitim leuauit: & miles miratus est magis affectum pueri, qui in illa ætate, & vrbis excidio, quid deberetur reuerentiæ Sacerdotibus expressum reliquit. Sed timendum nobis est terribile Dei iudicium, quod

Genes. 14.

2. *Paral.* 36.

1. *Reg.* 28.

Iudicum 17.

Egesip. lib. 5. *cap.* 45.

D.Hierony. Ezech. 44. quod contra malos sui altaris exercebit ministros. D. Hieronymus super Ezechielis caput 44. Super illis verbis. *Victimam pro delicto, & pro peccato ipsi comedent.* Ait, grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant: letemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum, non est tāti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de excelsis corruisse, neq; enim solum pro nostris delictis reddemus rationem, sed pro omnibus quibus abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute soliciti. *D. August. epist. 148.* Et D. Augstinus epistola 148. ad Valerium Episcopum dicit, tempore suæ ordinationis largiter fleuisse. Tanquam, & antea periculosissimum iudicarem, hoc ministerium, & hinc erant lachrymæ illæ, quas me effundere in ciuitate ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerterunt, & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt. Et paulò ante hæc verba dicit, nihil est in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, & laboriosius, & periculosius Episcopi, aut præsbiteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem sit iste modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici, & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum: nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, sed arbitror Dominum meū propterea, sic me emendare voluisse, quòd multorum peccata nautarum, antequàm expertus essem quid illic agitur, quasi melior, & doctior repræhendere audebam: itaq; postquam missus sum in medium, tunc sentire cœpi temeritates repræhensionum mearum. Quanquam, & antea periculosissimum iudicarem, hoc ministerium. Animaduerda sunt, hæc sancti patris Augustini verba, & considerent Sacerdotes qualiter debeant Deo seruire, propter tam sublime munus. Et in eadem epistola nihil apud Deum mi-

serius

ferius, tristius, atq; damnabilius Episcopi, aut præsbiteri officio si perfunctoriè, idest, negligenter, res agatur. Vnde Daniells capite 3. *Benedicite Sacerdotes Domini Domino, benedicite serui Domini Domino*. Vbi primum dixit Daniel. *Benedicite Sacerdotes*. Statim dixit *Benedicite serui Domini Domino*. Sacerdotibus enim maximè competit esse Dei seruos.

☞ *Neque senum misereri.*

AEtas senilis hoc expostulat, vt illis reuerentia exhibeatur, & pietatem cum illis exerceamus. Vnde Eclesiast. 3. *Coram seniore humilia animam tuam*. Et cap. 6. *In multitudine seniorum prudentum sta*. Et cap. 8. *Ne spernas hominem in senectute sua, etenim ex nobis senescunt*. Et capite 32. *Noli verbosus esse in multitudine seniorum*. Et capite 7. *Ne despicias narrationem seniorum sapientiorum*. Senum quoq; honos apud Lacedemonios locum fecit prouerbio, vbi tam honestum senectutis domicilium, vt in sola spartia senescere expediret: authores sunt in laconicis Plutarchus. Valerius de verecundia. Iustinus lib. 3. de his extat Canon 83. Concilij Carthaginensis quarti, pauperes, & senes ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt. Ouidius lib. 5. Fastorum ait. *Magna fuit capitis quondam reuerentia Cani. In quæ suo prætio, ruga senilis erat*. Et Iuuenalis Satyra 13. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum. Si Iuuenis vetulo, non assurexerat &c. Barbato cuicumq; puer*. Tam venerabile erat præcedere quatuor annis. Et tandem Sapientiæ capite 2. dixerunt impij. *Non parcamus viduæ, nec veterani vereamur canos multi temporis*. Et Isaiæ capite 3. *Aufferet Dominus à Hierusalem virum bellatorem iudicem, & prophetam, & senem Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu*. Et, pro idest, idest, honorabilem vultu, ecce quo pacto senem appellat vates Principem, & honorabilem, qui enim alijs præsunt decet, vt sint senes,

Ecclesi. 3. & 6. et 8. et 32 et 7.

Plutarchus.
Valerius.
Iusti. lib. 3.
Ouid. lib. 5. Fastor.
Iuuen. Saty. 13.

Sapient. 2.

Isaia. 3.

referc

Vale. lib. 2. refert Valerius Maximus, lib. 2. de Institutis antiquis, quòd olim apud Romanos iuuentus senectuti, ita cumulatum, & circunspectum honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium patres comunes essent: nam senes, inquit, quos volebant Iuuenes vocabant ad sibi obsequendum, quibus etiam resistere minime licebat, quamuis illis

Daniel 13. non atinerent. Danielis 13. dicitur, quòd crimen falso impositum Susanæ fuit. *Et credidit eis multitudo quasi senibus, & iudicibus populi.* Quasi diceret vates, si non essent illi senes, & iudices simul, non adhiberetur eis fides, cum esset Susana fœmina boni nominis apud populum; senibus enim fides adhibita fuit.

Aim. ☞ *Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium vanum, cum respiceremus atenti ad gentem, quæ saluare nos non poterat.*

Sensus est, cum libertate frueremur, neq; ab hostibus obsidebamur, & à nostro non decideramus honore, & vrbs non erat capta, sed in nostro eramus vigore. Caligauerunt oculi nostri aspicientes ad gentem Ægyptiacam, quæ metu Chaldeorum nobis opem ferre non est ausa, ipsaq; experientia nos docebat non valuisse liberare nos. Auxilium sperare ab alio, quàm à Deo vanum est: vnde Psal.

Psal. 120. 120. *Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.* Idest, ad montana Iudeæ oculos atollo, si fortè aliquod præsidium ab eis mihi veniat, aut aliqua ex parte: & depræhendi, quòd à solo Deo venire potest. Vtitur correptione vates. *Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum, & terram.* Quasi diceret vanè ab hominibus auxilium spero cum à solo Deo adiutorium mihi sit, *Qui fecit cœlum, & terram.* Ipse opem præstare potest. Decepti fuere Hierosolimitani, qui auxiliares copias, sperabant à finitimis regnis. *Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri.* Cum eos leuaremus ad Ægyptios frustrati nostra fuimus spe, quia ad Deum non cōfugimus.

fugimus. *Cum respiceremus atenti.* Ideſt, expectaremus ab Ægyptijs iuuamen. Vnde Sanctes Pagninus legit, huc vſq́, nobis defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, in expectatione noſtra, quia expectauimus gentem, videlicet Ægyptiacam, quæ nos de cæpit, quia Ægyptus fuit ſepulchrorum eorum, qui ad eum confugere; vt teſtatur Oſeas capite 9. *Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos.* Eſt præteritum pro futuro profecti ſunt à vaſtitate, ideſt, proficiſcentur fugientes vaſtitatem, Chaldeis, & Aſirijs præmentibus, captoſq́, vinciri cupientibus: fugient tunc Iudei ad Ægyptum, vt ſic liberentur ab hoſtium manibus. *Sed Ægyptus congregabit eos.* Sicut rete congregat piſces, vt capti intereant: excipiet eos Ægyptus, vt à Nabuchodonoſor occidantur. *Et Memphis ſepeliet eos.* Quæ eſt Ægypti Metropolis, & eſt ante Alexandriam, ſepulturam præbebit, nam ibi fuere humati. Ezechielis cap. 29. *Fuiſti baculus arundineus domui Iſrael, cum aprehenderunt te manu, & confractus es. Et laceraſti humerum eorum.* Et Oſeæ capite 5. *Vidit Ephrain languorem ſuum, & Iudas vinculum ſuum.* Ideſt, imminere captiuitatem, & ſine viribus eſſe ad reſiſtendum hoſtibus. *Et miſſit ad Regem vltorem, & ipſe non poterit ſanare vos.* Ideſt, miſiit ad Aſur, qui eos de inimicis vlciſci ſolebat, ſed non potuit modo: vel ad Regem vltorem, qui non præſtitit auxilium, ſed potius de ipſis ſumpſit vindictam. Capite etiam 8. deſcribitur hoc ipſum. *Quia ipſi aſcenderunt ad Aſirios, onager ſolitarius ſibi Ephrain.* Ideſt, domus Iſrael aſcendit, vt Aſirijs fœderaretur, ſed auxilium à Deo, neq́, ab Aſur recepit, ſed ſolitarius ſicut Onager, qui non eſt animal ſociabile manſit, qui per deſerta ſolus vagatur: & ſic defecere oculi Iſraelitarũ, hoc eſt, eorum vehemens deſiderio, atq́, anxietas nimia fruſtratra fuit, licet intentis oculis opem ſperarent. Sic Pſal. 118. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando conſolaberis me.* Deplorantur Iudæi Iſaiæ 30. ad Ægyptum fugientes, *Qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meũ non*

Oſeæ 9. Ezechiel 26. Oſeæ 5. Oſeæ 8. Pſal. 118. Iſaiæ 30.

non interrogastis. Hoc est, Hieremiã. Prophetæ enim os Domini appellantur, quia per eos misteriorum arcana Deus prædicit. Et infra dicit. *Onus iumentorum austri in terra tribulationis, & angustiæ portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum Camelorum thesauros suos, ad populum, qui eis prodesse non poterit, Ægytus enim frustra, & vanè auxiliabitur.* Ægyptus australem respiciebat plagam, & ita hic indicatur male actum iri cum iumentis Iudæorum deferentibus munera in Ægyptum, conciliandi sibi amicitiam Regis, gratia: nam Leo, & Leena, & vipera, & regulus, cum sint virulenta animalia, et sit magna eorum copia in Ægypti vasta solitudine, hæc iumenta erant vastatura: & vocat iumenta Austri, nam à Hierosolimis iter facientia in Ægyptum vergebant in Austrum, et hæc erat terra tribulationis nam Iudæis curantibus auxilia Ægyptiaca infæliciter cessit, & hoc est quod ait Ægyptus vanè auxiliabitur &c.

☞ *Defecerunt oculi nostri ad auxilium vanum.*

NOta quod solent afflicti oculos leuare ad eos, qui possunt liberare illos, & ita aspectus, & spes pro eodem vsurpantur in sacro eloquio, quia qui sperant facies illorũ intentis oculis contemplantur, in quibus fiduciam repositam habent. Vnde Isaiæ 20. *Et confundentur ab Ethiopia spe sua.* Sanctes Pagninus legit, ab Ethiopia aspectu suo, & illicò dicit. *Ab Ægypto gloria sua, & dicet habitator insulæ.* Id dest, Iudæi obsessi ab Asirijs, & Chaldeis, quasi insula, quæ à marinis aquis cingitur, & vndarum fluctibus concutitur. *Haeccine erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Asiriorum?* Sanctes Pagninus legit, ecce talis est aspectus noster, quo confugimus pro auxilio: & est phrasis Hispana (no tengo a quien boluer cabeça) Isaiæ capite 22. *Non suspexistis ad eum, qui fecerat eum.* Idest, in me non sperastis, & Hieremiæ. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Caro pro homine, & brachium pro fortitudine vsurpatur. Sic

Isaiæ 20. *Pagninus.* *Pagninus.* *Isaiæ 22.* *Hierem. 17.*

Lucæ

Lucæ 1. *Fecit potentiam in brachio suo.* Et sic sensus est, maledictus, qui in hominum fortitudine, & auxilio spem suã collocat. *Erit enim sicut mirica in deserto, & non videbit cum venerit bonum.* Tantum abest, vt eo fruatur, vt neque oculis bonum aspiciet.

Sadec. ☞ *Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.*

PRimus sensus, qui est D. Thomæ, & Dionisij, tanta erat nostra imbecillitas, vt pedibus nostris stare nõ valeremus, sed cũ deficeret virtus, præ fame, vbiq; offendebant pedes nostri. Secundus sensus. *Lubricauerunt pedes nostri.* In sanguine mortuorum, nam sanguis fluebat, vt torrens per uicos, & compita Hierusalem, ita vt cum fugã capere curaremus, viæ erant lubricæ, vulneratorum sanguine madidæ. Vel inimici vestigijs nostris insidiabuntur, ita vt non ambularemus securi in plateis nostris, & sic præ timore lubricauerunt, quia timidi non audent figere pedem, sed festinanter incedunt. Et nota verbum in itinere platearum, idest, in tutissimis vrbis locis, quales esse solent plateæ pedes nostri labebantur, ita vt impleretur in nobis illud Psalm. 34. *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum* Et Hieremiæ 24. *Id circo erit via illorum, quasi lubricum.* 70. Interprætes legunt, venati sunt paruos nostros, ne irent in plateis nostris. Quod potest referri ad ingressum hostium in vrbem, qui capiebant pueros in itinere platearum. Solent enim pueri ad plateas mitti ad emendum cibos, vel vt portent ad domum. Pagninus legit, venati sunt gresus nostros, completi sunt dies nostri appropinquauit finis noster. Hæc verborum repetitio emphasim habet, & mortis imminentis timorem continent. Sicut Ezechielis 7. *Venit finis, finis venit super quatuor plagas terræ, completi sunt dies nostri.* Est phrasis Hispana.

D. Thomas. Dionisius.

Psal. 34. Hierem. 24. 70.

Pagninus.

Ezechiel 7.

Q q (cumplidos

Thdoret. (cumplidos son nuestros dias.) D. Theodoretus hic dicit, iste sermo ostendit Deum vti mensura, atq; statera; tùm longanimiter agere, tùm punire: cum enim videt nos sua patientia abuti infligit pœnam, vt peccato finem imponat.

☞ *Appropinquauit finis noster.*

SEptuaginta Interpræt. legunt, appropinquauit tempus nostrum. Et idem est tempus hic quod vltimum tempus, & extrema dies, sicut Ioan. 7. *Tempus meum non dum aduenit.* Et Matth. 26. *Tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* Idest, summa dies instat meæ mortis. Dicit igitur vates tempus à Deo præfixum meæ punitionis, venit sic Dionisius.

Ioan. 7. *Matth. 26.* *Dionisius.*

Coph. ☞ *Velociores fuerunt inimici nostri aquilis cœli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.*

HOC Fuit aliud incõmodum; cum nobis esset fugiendum viæ erant lubricæ, & ad ruinam paratissimæ. Et non solum hoc malum nobis contigit, sed cum hij qui fugiunt, soleant ad montes confugere, quia solent esse inacce-ssi hostibus. Vnde Matth. 24. dixit Christus Dominus. *Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.* Et in montibus difficile curritur, sed inimici nostri ociores fuere Aquilis cœli, & sic ab illis illico capiebamur; & quia Aquilæ sunt visus perspicacissimi non potuimus hostibus latere, nam in montium cauernis abditi inueniebamur: omnia suis lustrabant oculis, etiam deserta penetrabant. D. Thomas dicit, quòd tangit vates historiam de qua cap. vltimo sui vaticinij legit, cum Chaldei compræhenderunt Sedechiam fugiẽtem per viam solitudinis. Et dicit D. Thom. hic, quòd hæc est locutio hyperbolica; sicut Habac. 1. *Volabunt quasi Aquila festinans ad comedendum.* Vbi loquitur de Chaldeis, non poterant ergo fugere ab eis obsessi intra muros vrbis, cum ipsi inimici mõtes.

Matth. 24. *D. Thomas.* *Habacuc. 1.*

tes occupabant, vbi fore tutos ipsi putabant. Et hostium velocitatem cōparat vates Aquilarum volatibus, quia Aquila velocior est cœteris auibus. Vnde Apocal. 12. *Datæ sunt mulieri alæ duæ Aquilæ, vt volaret in desertum locum.* Sicq; à draconis faucibus liberaretur. Hoc supplicium Deuteron. 28. prophetauerat Moyses. *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu.* Sic Isaiæ. 46. *Vocans ab Oriente auem.* Turbam auium feralium velocissimam, exercitū videlicet Persarum, & Medorum cum duce Cyro. *Aquilis cœli.* Idest, aeris, sicut Psal. 148. *Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen Domini.* Idest, quæ super aera sunt, in media enim aeris regione congelantur nubes. Et Genes. 1. *Diuisit aquas, ab aquis, quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum, vocauitq; Deus firmamentum cœlum.* Et Matth. 6. *Considerate volucres cœli.* Idest, aeris. Et Psal. 8. *Volucres cœli, & pisces maris.* Vel vocat Aquilas cœli, quia sic in sublime atolluntur Aquilæ cum volant, vt cœlum pertingere videantur. Vnde Iob. 39. *Ad præceptum tuum eleuabitur Aquila.* De hac Babyloniorum pernicitate agit Oseas cap. 8. *In gutture tuo sit tuba, quasi Aquila super domum Domini.* Suple hostis Nabuchodonosor veniet, & præcipitur vati vocem atollere, & vt sonet quasi tuba, vt omnes audiant venire Nabuchodonosor ad perdendum Hierusalem, ea velocitate, qua Aquila volat. Et ita appellatur Nabuchodonosor. Ezech. 17. *Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medulam Cedri.* Idest, venit ad templum, quod appellabatur Libanus. Zachar. 11. *Aperi Libane portas tuas.* Et spoliauit bonis incolas Hierusalem. Et Ioel. 2. *Veniet dies Domini quasi mane expansum super montes, populus multus, & fortis.* Idest, ea celeritate, qua se diffūdit matutina lux super mōtes veniet inopinater, & subito Dei plaga huic populo per Chaldeos infligenda.

Apocal. 12. Deuter. 28. Isaiæ. 46. Psalm. 148. Genes. 1. Matth. 6. Psalm. 8. Iob. 39. Oseæ. 8. Ezech. 17. Zachar. 11. Ioel. 2.

In deserto insidiati sunt nobis. Cū fugiebamus per desertum nobis parabāt Chaldei insidias, & capiebamur; vnde Ezech. 7. *Qui in agro est gladio morietur.* Ea pollebant agilitate, atq; Ezechiel. 7.

industria nostri hostes, quòd nullibi securi eramus, sed vbicumq; pergebamus nos insequebantur, siue in vrbe siue extra vrbem, siue in vallibus, siue in montibus, vel in desertis locis, & tandem illorum eramus præda. Vnde Oseæ 5. *Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.* Idest, illicò vastabuntur ab Afirijs, & Chaldæis, & sua amittent prædia, quæ funiculo eis diuissa fuere. Per singulos menses hostis veniet cūctaq; eorum bona diripiet. De hac velocitate Romanorum vastantium Hierusalem loquitur Dominus Math. 24. *Vbi fuerit corpus congregabuntur, & Aquilæ.* In Græco est cadauer, hoc est, vbicumq; fuerit cadauer Iudæi occisi, festinabūt milites Romani, vt spolia detrahāt: qui vocantur Aquilæ, quia pro signo in suis vexillis Aquilas gestabāt, vt testatur Lucanus lib. 1. Pharsali: *Signa pares Aquilas, & pila minantia pilis.* Vel vocantur Aquilæ seu vultures, referēte D. Hieron. transmaria dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari, & narrat Auerroes, quòd tantus fætor post destructionem Troiæ cadauerum exhalauit, quòd fætori tracti vultures à quingentis miliaribus occurrerunt ad cadauera. Semper expilatus fuit hìc Hebræorum populus à velocissimis hostibus, quia celeriter contra Deum peccabant. Vnde Psalm. 105. *Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt. & obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius.* Cito fecerunt suple. Hoc, quod sequitur. *Obliti sunt operum eius.* Ita exponit Casiodorus quasi summa celeritate mutati sunt à credulitate, & laude, vt murmurarent. Et sic Sanctes Pagninus legit, festinauerunt, obliti sunt operum eius. Idest, festinauerunt ad obliuionem beneficiorum, quæ à Deo receperant. Fuere igitur nō solum veloces, vt Aquilæ nostri hostes, sed etiam oculatissimi, & acutissimi visus, vt sunt Aquilæ, ita vt latere nequaquam potuerimus.

Oseæ 5. — *Matth. 24.* — *Lucanus.* — *Auerroes.* — *Psal. 105.* — *Casiodorus.* — *Pagninus.*

Res. & Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est

in peccatis nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.

SVper huius loci expositione variant Doctores, variaq; tradunt interpretamenta, D. Hieronymus hîc dicit, diuersi authores diuersa dicunt. Quidam exponunt de Iosia, alij de Sedechia, alij de Christo. Et nullam harum expositionum reiicit. Sed lib. 2. aduersus Pelagianos cap. 9. de Rege Iosia ad literam intelligit, cuius verba sunt, de ipso Iosia Hieremias loquitur Threnorum. 4. Quamquam hoc plerique secundum Anagogem de Domino Saluatore intelligant. Spiritus faciei nostræ Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus. Paraphrasis Chaldaica intelligit etiam de Iosia Rege, qui fuit occisus sub cuius imperio populus cogitabat quòd degeret in pace. Similiter exponunt Vatablus, & Isidorus Clarius, sed Iosias captus, & occissus ab hostibus frustrauit eos spe sua. Aliqui etiam Neoterici de Iosia exponunt, vt fuere Magister frater Dominicus de Guzman Ordinis Prædicatorum Salmanticæ. Dum threnos interpretaretur, qui sic exponit. *Spiritus oris nostri Christus Dominus.* Idest, Rex, & dux noster Iosias captus est, quem vates appellat spiritum oris, quia illius Reipublicæ conseruatio pédebat ab illo, vt vita ab spiritu, quo respiramus. Qui in peccatis populi mortuus est, idest, propter peccata populi abstulit Deus optimũ Principẽ; quod solet Deus plerũq; facere, vt Osex. 10. *Quia nunc dicent non est Rex nobis.* Idest, tũc dicẽt eo anno, quo à Salmãsar, Rex Oseas fuit captus, non est Rex, qui nos tueatur, cũ sit occissus; & asignat causam huius næcis, dicẽs. *Non enim timuimus Dñm.* Ac si diceret populus, propterea amisimus Regẽ, qui nos defendere debebat, quia nõ timuimus Deũ verũ Regẽ. Et D. Hieronym. lib. 2. cõtra Pelagianos dicit, puto quòd sermonibus Dei per quélibet non aquicuisse peccatum sit, vnde de Iosia dicitur. 4. Reg. 23. *Non aquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei.* Et sic propter

D. Hier. lib. 2. contra Pelagian. c. 9.

Chaldeus.

Vatablus.

Isidor. Clar.

Frat. Dominicus de Guzman.

Oseæ. 10.

D. Hier. lib. 2. cõtra Pelagianos.

2. Reg. 23.

 sua

sua etiam peccata perijt Iosias in bello, sed sicut principium ruinæ illius Regni fuit Iosiæ mors, capti in retibus inimicorum; ita exordium maioris mali contra Iudæorum gentem fuit occisio Christi Domini, qui est vita, & halitus noster. Et Petrus à Figueiro, Lusitanus comodius de Iosia intellgi aserit, & carpit Dionisium Cartusianum, qui aliter exponentes Iudaizantes appellat. Et doctissimus Magister meus frater Alfonsus Gudiel, Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini in suis commentarijs manu scriptis exponit de Iosia. Composuit Hieremias lamentationes propter Iosiam, qui fuit interfectus à Necao Rege Ægypti in bello, vt constat 2. Paralip. 35. & in præcedentibus capitibus non plorauerat vates eius mortem, sed vastitatem ciuium, ideo hic agit de Rege. Et sensus est, *Christus Dominus*. Idest, Iosias in Regem vnctus. Reges enim Israel hoc nomine appellabantur, vt constat de Saule, primo Rege à Samuele inuncto; ita dicebat Dauid 2. Reg. 24. *Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini*. Et infra. *Non mittam manum meam in Christum Domini*. Quód autem Reges Israel vocarentur in Iudæorum gente hoc nomine Christus, adnotauit Christianus Drutmarus in Matthæum. Super illa verba capitis primi. *Liber generationis Iesu Christi*. Vbi sic dicit, vocati autem sunt in Iudæorum gente hoc nomine Sacerdotes, & Reges, quia ipsi vngebantur de chrismate, quando eligebantur, vnde, & propter ipsos dicitur in Psalmis. *Nolite tangere Christos meos*. Et sicut in Romanorum Regno omnes vocati sunt Cesares, & Augusti, à Iulio, & Octauiano, qui primi sic vocati sunt; ita illi omnes Reges, Christi vocabantur. Ita etiam adnotauit D. Clemens lib. 1. recognitionum ad Iacobum fratrem Domini fol. 10. & 12. & 2. Reg. 23. *Dixit vir cui constitutum est de Christo Domino*. In Hebræo est, dixit vir leuatus super Christum Dei Iacob. Idest, Christus exaltatus, & vnctus à Deo super alios; ita adnotauit Hugo in annotationibus super libros Regum: & exponit de Dauid, quem ipse Deus.

Petrus à Figueiro.
Magist. Gudiel.
2. Paral. 35.
2. Reg. 24.
Christ. Drutmarus super Matthæum.
D. Clemens lib. 1. recognitionum.
2. Reg. 23.
Hugo de Sancto Victore.

Iacob

Iacob exaltauit, vt esset alijs superior. Sensus ergo est iuxta hos Neotericos. *Christus.* Idest, vnctus Rex Iosias. *Spiritus oris nostri.* Quia in ipso erat vita nostra constituta. Occissus est propter peccata nostra; & cum illo occubuit nostra spes, quia erat optimus Rex. Alij vero, intelligunt de Iechonia, qui multa bona præstitit Hieremiæ, fuitq; à militibus captus, & putabant ciues sub eius protectione vitam meliorem in seruitute acturos: si forte ab hostibus caperentur. D. etiam Thomas hic dicit, quòd potest exponi locus de Rege Iosia, qui appellatur spiritus oris, quia in angustijs populus, eius fauore respirabat, flatus noster erat. Et sicut illius mors principium fuit nostræ vastitatis, & propter scelera populi fuit occissus: sic non Christus Domini, sed ipse Christus Dominus propter nostra scelera occissus fuit, & inde maior Iudæorum ruina secuta fuit, ita Panigarola. Sed melius intelliguntur verba ista de Christo Iesu Domino nostro: ipse enim vulneratus est propter peccata nostra (ait hic D. Thomas) quàm de Iosia, vel Sedechia, qui interfecti fuere propter peccata populi. Hic sensus D. Thomæ magis arridet, quòd exponatur ad literam hic locus de Iesu Domino nostro (quamuis de Iosia etiam possit ad literam exponi, ita vt sit duplex huius loci sensus literalis) qui mortuus est. *In peccatis nostris.* Idest, propter peccata nostra. In, pro, propter. Sumitur in sacro eloquio, vt ad Ephes. 4. *Donantes inuicem, sicut Deus in Christo.* Idest, propter Christum nobis donauit, & ibidem. *Ego vinctus in Domino.* Idest, propter Dominum. Et 1. ad Timot. 4. *In hoc laboramus, & maledicimur.* Idest, propter hoc laboramus. Et 1. ad Corint. 15. *Scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.* Idest, propter Dominum. Et Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo.* Idest, propter opus tuum; hoc est, peccatum. Sic exponit Adrianus Finus lib. 2. sui flagelli, peccata hic maledicuntur, sed non ruris colendi actus. Aquila legit, maledicta terra propter te. Theodocion, maledicta Adama in trăsgreßione tua. In Hebræo est, maledicta terra propter te. Hæc diuersitas

D. Thomas. *Panigarola.* *D. Thomas.* *Ad Ephes. 4.* *1. ad Tim. 4.* *1. ad Cor. 15.* *Genes. 3.* *Adria. Fin. lib. 2.* *Aquila.* *Theodocion.*

accidit ob variam lectionem vnius vocis (abob),& (abor) quia litera R, apud Hebræos magnam habet in figura similitudinem cum litera B, (abob) autē significat opus,&(abor) significat propter, & vtraq; lectio vera est. Sic notauit Ambrosius Catherinus in expositione super quinq; capita Genesis. Peccatum vero opus ipsius hominis merito appellatur, quia ab ipso homine est, & non à Deo. Isaiæ etiam 50. *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in scelcribus vestris dimisi matrē vestram.* Idest, propter scelera vestra &c. & quòd hìc locus sit intelligendus ad literam de Christo Domino tenent Nicolaus Lyranus, & Sanctus Theodoretus, hic cōtra Iudæos aliter exponentes inuehitur. Sic etiam explicāt Paschasius Ratpertus, & Paulus Burgensis, & Dionisius Cartusianus, & Glosa Interlinealis, & Petrus Galatinus lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 10. & Porchetus 1. parte victoriæ contra Iudæos cap. 16. vbi sic legunt, Christus Terragramaton captus est in retibus, seu corruptionibus nostris. Sic etiam habetur in Hebræo, in retibus, idest, in perditione eorum. Sanctes Pagninus legit spiritus narium nostrarum Christus Dominus. Et sic ex Hebræo potest legi in genitiuo Christus Domini. Captus est in foueis eorum in cuius diximus vmbra viuemus inter gentes. In foueis, supple quas foderunt hostes fuit capt' *Cui diximus.* Idest, de quo diximus, quòd tranquillam duceremus in eius societate vitam inter gentes, supple inimicas. Dionisius Alexandrinus in responsionibus ad quæstiones Pauli Samosateni habet, in calumnijs nostris. 70. Interpretes legunt, spiritus faciei nostræ Christus Dominus captus est in corruptionibus nostris, cui diximus in vmbra eius viuemus in gentibus. Peccata vocantur corruptiones, ita de impijs dicitur Psalm. 13. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Sanctes Pagninus legit, omnes declinauerunt simul fetuerunt. Et Genes. capite 6. *Corrupta est autem terra coram Deo repleta est iniquitate, idest, homines habitantes in terra.* Et Ecclesiastici capite 8.

Amb. Cath. / Isaiæ. 50. / Theodoret. / Paschasius. / Burgensis. / Dionisius. / Interlinealis / Pet. Galat. / Porchetus. / Pagninus. / Dion. Ale. / 70. / Psal. 13. / Pagninus. / Genes. 6. / Eccles. 8.

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neq; improperes ei, memento quòd omnes in corruptione sumus. Idest, quia omnes peccatores sumus. Aquila legit, spiritus narium, Simachus, spiratio narium, amici enim Dei semper Christum spirant, ob oculos ipsum habentes. De Christo Domino etiam exponit Fratrer Alphonsus de Mendoça quæstione 6. quotlibetica positiua inter Sanctos. D. Bonauentura super threnos, & D.Ciprianus super Simbolum Apostolorũ & D. Agust. lib. 18. de ciuitate Dei cap. 33. Origenes homilia 8. in Iosue, & lib. 2. Periarchon cap. 6. & homilia 3. in Cantica, & Eusebius lib. 4. demonstrationis Euangelicæ. D. Bernardus sermone 1. de Aduentu, & sermone 3. de Ascensione. Ireneus lib. 3. aduersus hereses cap. 11. vbi dicit, est enim Saluator quidem, quoniam filius, & verbum Dei, salutare autem, quoniam spiritus, spiritus enim inquit faciei nostræ Christus Dominus, salus autẽ, quia caro, verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Et D. Augustinus tomo 4. lib. 2. de Incarnatione verbi ad finem, sic legit, spiritus oris nostri ChristusDominus, cui diximus, quòd in vmbra eius viuemus in gẽtibus, pro eo enim quòd vmbra corporis nostri inseperabilis est, à corpore, & inclinati corporis motus ac gestus suscipit, & gerit, puto eũ animæ Christi opus, ac motum, qui inseparabiliter in hærebat pro nutu eius, ac voluntate cuncta perpetrabat; ostendere volentem, vmbram Christi Domini, hanc vocasse, in qua vmbra nos viuemus in gentibus. In huius namq; Asumptionis Sacramento gentes viuunt. Diuus Ambrosius sermone 15. super Psalm. 118. Vbi de Christo Domino dôcet intelligenda esse, hæc verba, sic legit, spiritus ante faciem nostram Christus Dominus comprehensus est in interitu nostro, sub cuius umbra diximus viuemus inter gentes. Quid hoc manifestius, quando , & nomen expressum est , & comprahensio inter manus persequentium perfidorum , est declarata. Et vmbra viuificans, & gratia gentibus conferenda descripta est. Rabi

Aquila.
Simachus.
Mend. q. 6.
D. Bonauen.
Ciprianus.
Origenes.
Eusebius.
D. Bernard.
Ireneus.
D. Aug. to. 4. de Incar. verbi.
D. Ambro. sup. Psal. 118

Rabi Sam. bi etiam Samuel in lib. de Aduentu Mesiæ; sic legit, Messias Deus captus est in peccatis nostris. Sic etiam exponit *Adria. Fin. lib. 3. flagelli cap. 24.* Adrianus Finus Ferrariensis lib. 3. flagelli contra Iudæos cap. 24. quia in Hebræo est, nomen quatuor literarum, scilicet (iohd) (vau) (hæ) quod Deo tantum conuenit. Et sic sensus est, *Christus Dominus*. Iesus verus homo, & verus Deus. *Spiritus oris nostri.* Idest, nos viuificans in respiratione suæ gratiæ. *Captus est in peccatis nostris.* Idest, Iudæis traditus propter peccata nostra delenda. Item vrget ad explicandum hæc verba de Christo Domino. Primum, quia Iosias non fuit captus à Rege Ægypti, sed vulneratus, & occisus in campo Magedon à Necao Rege Ægypti, & mortuum portauerunt serui eius in Hierusalem. Secundo quomodo dicebant Iudæi sub vmbra illius vitam acturos in gentibus, cum iste Rex mortuus fuerit? Sed ad hoc responderi potest. *Cui diximus.* Idest, de quo dicere solebamus, feliciter sub vmbra eius vbicumq; locorum esse contigerit, omnia nobis euentura. Alij autem intelligunt de Sedechia, sed non stat cum veritate ista expositio. Nam hic loquitur de Rege pio, & iusto vates, Sedechias autem fuit impius. Et vltimo quia isti Reges nō propter peccata populi, sed propter sua mortui sunt, nam Iosias peccauit non obediendo Prophetæ Domini, qui illi præcepit ne exiret in prælium, vt habetur in libro Esdre. Similiter Sedechias frangendo iuramentum Regi Babylonis, sic notat Adrianus Finus. Insuper quia in Hebræo habetur, loco illius verbi. *Christus Dominus.* Nomen tetragramaton, quod non dicitur de puro *Lyranus.* homine. Vel Mesiah Iehoua, quod nomen soli Deo con- *Petr. Galat.* uenit, vt notauere Nicolaus Lyranus hic, & Petrus Galati- *Porchetus.* nus, Porchetus, & Adrian. Finus. Appellatur autem Chris- *Adria. Fin.* tus Dominus. *Spiritus oris.* Quia in ipso viuimus, vt habetur *Actor. 17.* Actorum cap. 17. Et quia ipse inspirauit in faciem homi- *Genes. 2.* nis spiraculum vitæ. Genes. 2. insuflauit Apostolis. *Et dedit* *Ioan. 20.* *eis Spiritum Sanctum.* Ioan. 20. Vmbra hic idem est, quòd protectio, & est phrasis Hispana (hazele fulano sombra.) Idest,

Ideſt, fauet. Sic ſumitur Geneſ. 19. *Ingreßi ſunt ſub vmbra culminis mei.* Ideſt, ſub protectione. Et Lucæ. 1. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Ideſt, te proteget à concupiſcentiæ æſtu. Et Iſaiæ. 49. *In vmbra manus ſuæ protexit me.* Et Pſalm. 56. *In vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſeat iniquitas.* Ideſt, iniqui, abſtractum pro concreto, ideſt, donec pereant iniqui abeantq́; hominum conatus, & ſtudia, in te ſperabo. Et Numer. 14. *Receſit præſidium ab eis.* Vt notauit Oleaſter. In Hebræo eſt, receſit vmbra eorum. Ideſt, omne robur. Et Cantic. 2. *Sub vmbra illius, quem deſiderabam ſedi.* Ideſt, protectione. Et Iſaiæ. 30. *Et ſperant in vmbra Ægypti.* Ideſt, fauore, qui appellatur à vate vmbra, quia vanus, ſicut vmbra, quæ non habet corpus, ſed fit à corpore. Et cap. 16. *Pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie, abſconde fugientes.* Ideſt, populo meo fugienti ab Aſirijs, & Chaldeis exhibe benignam protectionem, vt eos quaſi in nocte abſcondas, in ipſo tribulationis æſtu, à furore hoſtium; id ſignificat. *In meridie.* Iuxta Haimonem. Aduerte etiam quod frater Franciſcus Panigarola Epiſcopus Aſtenſis, non ſolum ad literam de Ioſia intelligit hunc locum, ſed etiam de Chriſto Domino. Sed quæres quis ſit ordo, & contextus literæ, vt agens vates de vaſtitate Hieruſalem, & Babylonica ſeruitute, agat etiam de morte Chriſti? D. Theodoretus dicit hic quòd iſtam prophetiam inſeruit hic Propheta, vt doceret Iudæos tunc conſecuturos veniam, & beneficium reuocationis adepturos, licet authorem vitæ eſſent occiſuri. Et in hoc magnificatur Dei bonitas, qui tam beneficus eſt, & ſuauis, vt in libertatem aſſeruerit Iſraelitas, quorum poſteri poſtea eum crucifixere. Si autem loquatur vates de extremo excidio per Titum, & Veſpaſianum. Manifeſtus eſt cõtextus. Quaſi diceret, ne conquæramini de hac calamitate, quam nunc in Babylone ſuſtinetis; altera durior, & longior reſtat, quæ vobis continget ſub Tito, & Veſpaſiano, quia veſtrum Meſsiam Deum, & hominem morti tradidiſtis. Vnde Iſaiæ. 53. *Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua.*

Geneſ. 19.
Lucæ. 1.
Iſaiæ. 49.
Pſalm. 56.
Numer. 14.
Canticor. 2.
Iſaiæ. 30.
Iſaiæ. 16.
Haimo.
Panigarola.
D. Theodor.
Iſaiæ. 53.

sua. Ideſt, tradet Deus morti impios, qui Chriſtum iniurijs affecere, id quod Romana manu factum fuit, ſub Tito, & Veſpaſiano, & diuites magnates, & proceres, cum quibus Pilatum computo, qui mortem Domino inferentes fuere cauſa ſepulchri, hos perdet Deus, atq; delebit.

De hac Chriſti Domini morte plures extant prophetiæ in ſacra Scriptura. Sed nota ex Hieronymo ab Oleaſtro ſuper Geneſim cap. 2. quod nomen Dei Iehoua, eſt ineffabile, & deducitur à radice (haua) quæ ſignificat euentum malum, & triſtem contritionis, & tormenti, vt animaduertit Pagninus ex mente Rabi Dauid in theſauro linguæ ſanctæ, quaſi inſinuetur nomine ipſo futurum, quòd Deus ipſe tormentum, & contritionem perpeſſurus eſſet, & Exod. 6. *Nomen meum Adonai non manifeſtaui eis.* In Hebræo eſt Iehoua, ideſt, triſtem contritum, & pauperem qualem me oſtendi in nouo teſtamento, non me manifeſtaui illis, ſed diuitem, & potentem, & Deuteronom. 32. *Deum qui te genuit dereliquiſti.* Omnes periti linguæ Hebreæ dicunt, verti poſſe Deum, qui te genuit debilitaſti. Nam vox Hebrea (teſi) quæ poſita eſt pro dereliquiſti ſignificat petram, vel fortem, vel, rupem, & eſt pulchra antitheſis, ideſt, deum fortiſsimum, & rupem robuſtiſsimam in tuum refugium reddidiſti debilem, & afflictum. & Pſalm. 77. *Sanctum Iſrael exacerbauerunt.* In Hebræo eſt, (hitui) quod propriè ſignificat crucifixerunt, vel limitauerunt, ſignauerunt, circumſcripſerunt eius mageſtatem, & potentiam affigentes ligno. Sic notauit Genebrardus ſuper Pſalmos. Campenſis legit, ludibrio habuere. Sic Matth. 20. *Tradetur gentibus ad illudendum.* Et Galatinus lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 14. adducit illud Iſaiæ 53. *Vidimus eum quaſi leproſum, & percuſum à Deo.* Notat in Hebræo haberi: percuſſum Deũ, vt ſit admiratione maxima dignum, quòd Deus ſit vulneratus, & percuſſus ab hominibus, & cruci affixus, & Deuteronom. 32. *Percutiam, & ego ſanabo ego occidam, & ego viuere faciam.* Armachanus lib. de quæſtionibus Armenorum.

Oleaſter. *Pagninus.* *Rabi Dauid* *Exod. 6.* *Deuter. 32.* *Pſal. 77.* *Genebrard.* *Campenſis.* *Matth. 20.* *Galat. lib. 8. cap. 14.* *Iſaiæ. 53.* *Deuter. 32.* *Armachan.*

norum. Dicit se à quodã Hebræo peritissimo accepisse, in Hebræo esse passiue, ego occidar, & percutiar, insuper asserebat, ita scriptum esse in libro legis Mosaicæ, scripto propria manu Esdræ, qui Bononiæ in domo fratrum Prædicatorum seruabatur, ego occidar, & viuam, percutiar, & sanabor, quia ipse Dominus vitæ, & mortis propria virtute de tumulo surrexit. Sic refert Ioannes Gerson, sermone 36. in die Paschæ, & Danielis 9. *Rursus ædificabitur platea in angustia temporis.* Idest, Hierusalem, quæ appellatur platea ob eius amplitudinem: in angustia temporis dicit, propter finitimas nationes, quæ Iudæos premebant in vrbis instauratione. *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est.* In Hebræo est (veenloi) & non ei, idest, non erit ei, quod perfidi Iudæi existimabant, videlicet quòd crucifixus ocumbat, & postea non resurgat: nã tertia die surrexit. 70. Interp. legunt, non erit iudicium in eo. Suple obseruatum, peruerterunt iudicium, non fuit æqua iudicis Pilati sententia, sed iniqua, quia innocentem damnauit, neq; datus fuit ei deffensionis locus. Sed *De angustia, & de iudicio sublatus est.* Subito festinanter de horto vbi fuit ligatus ad patibulum crucis ductus est, quindecim horarum spatio occissus. 70. Interpræt. legunt, in humilitate iudicium eius sublatum est. D. Cirillus exponit, quia enim illis visus est contemptibilis quispiam, & valde demissus. Facillimum calculum seu iudicium in eum protulere. Solent iudices impij egenos facile condemnare diuitum vero causas maturo consilio pensare. Et sic sensus est prophetæ, quod Hispanè dicimus (de puro tenerle en poco no le guardaron su justicia) et addit Daniel. *Non erit eius populus qui eū negaturus est.* Non ei, est in Hebræo, & sic legit Sanctes pag. Adria. Fin. lib. 5. sui flagelli cap. 5. Sic exponit, Angelus denotare voluit, quòd suæ pasionis hora Christus neminem habuit, qui vt à morte liberaretur perfecto animo curaret, quia omnes relicto eo fugerunt. Vel non ei, suple erit solacium. Et sic dixit in cruce. *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti*

Gerson serm. 36.

70.

Isaiæ. 53.

D. Cirillus. Lib. 4. in Isaiam.

Pagninus. Adrian. Finus lib. 5. c. 5.

Matth. 27.

ti me. Et Psalm. 68. *Consolantem me quesiui, & non inueni.* Sed loco solacij. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea po-*
Exod. 12. *tauerunt me aceto.* Fuit enim ille agnus lactucis agrestibus comestus Exod. 12. & ipse potatus aceto, & postea myrrha,
Ioan. 19. & aloe corpus eius fuit inunctum, & non in parua quantitate. *Sed venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum.* Quæ omnia denotabant ingentem amari-
Cant. 1. tudinis copiam, qua Christus Dñs fuit affectus. Qua propter *Myrrhæ fasciculus.* Appellatur Cāt. 1. Viuus enim, et mortuus felle, aceto, myrrha, & aloe, vndiq; fuit vallat⁹, quæ omnia amaritudinē calicis suæ passionis manifeste denotant.

Ex verbis huius textus. *Spiritus oris nostri.* Et ex illis. *Cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.* Idest, inter Genti-
Ad Rom. 3. les. Sicut ad Rom. 3. *An Iudæorum Deus? Non ne, & gentium?* Aperte colligitur, quale esse debeat munus optimi Regis, & pastoris, qualis fuit Christus Dominus, spiritum esse oris. Quod Hispanè dicimus (el aliento y resuello de sus vassallos.) Auxilium Principis debet esse, velut spiritus oris, & halitus quo lasati respiramus, & recreamur: sub eius vmbra debent quiescere subditi sicuti sub arbore frondosa. Vnde
Ezech. 28. Ezechiel. 28. de Rege Tyri dicitur. *Tu Cherub extentus, & protegens perdidi te, ò Cherub protegens.* Rex enim pater, & protector suorum debet esse, propter sapientiam, qua pollere debet, qui regit; vocatur Cherub. Alludit vates ad Cherubim habētem alas extentas supra arcam in sanctuario. Similiter Rex suæ protectionis debet extendere alas, erga suos subditos. *In medio lapidum ignitorum ambulasti.* His verbis denotatur in Regibus pietatem debere esse Sacerdotum, quia in rationali Sacerdotis duodecim lapides præciosi, qui numerantur, hoc capite ponebantur. Fuit namq; principio Regnum Sacerdotio coniunctum, vt in Moyse, licet quantum
Oseæ. 4. ad sacrificia peragenda postea diuissum fuerit. Item Oseæ. 4. *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.* Idest, qui vr-
Canticor. 5. bis erant custodes fuere vastitatis causa, sicut Canticor. 5. *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem percusserunt, & vulnerauerunt*

vulnerauerunt me, & tulerunt pallium meum. Sicut fecere latrones cum homine descendente à Hierusalem in Ierico. *Qui spoliauerunt eū, & plagis impositis abierunt.* Lucæ.10. sæpe contingit, vt iustitiæ ministri sint latrones, sicut tempore sponsæ. Sed Psal.46. dicitur quales debeant esse Principes. *Quoniam dij fortes terræ eleuati sunt.* In Hebræo est, dij scuta terræ, vehementer eleuati sunt. Et sic legit D. Hieronym. Idest, potentes, & magnates, qui sunt iudices terræ, debent esse ipsius populi terræ scuta, & clypeus. Ideo Reges vngebantur olim sicut Sacerdotes, quia oleum simbolum peculiare Regum est: sicut luctatorum; cum Regibus veluti in palestra, continua debeat esse lucta aduersus suorū populorum hostes, pro eorum tutela. Hoc portendit corona quæ capita Regum cingit: Rex enim vallum, & murus subditorum debet esse. Vnde in sacro eloquio, qui alteri patrocinatur, dicitur eum vallare. Sic Iob. 1. *None tu vallasti eum.* Sanctes Pagninus legit non ne tu sæpem posuisti circa eum. Idest, sæpiuisti, muniuisti, protectio fuisti. In Græco est, sepsisti. Idest, quemadmodum vinea sæpibus vallatur tu munisti Iob. Et Psal. 31. *Sperantem in Domino misericordia circundabit.* Victoribus etiam corona imponebatur, quia suum liberauerant populum. Et 1.Reg.25. dixere serui Nabal de militibus Dauidis. *Pro muro erant nobis.* Sic corona Regis, seu diadema vocatur in Hebræo vallum, seu murus, vt constat ex primo, & secundo capite Esther, quia vallat, & circundat caput. Item Esther.2. dicitur de Asuero, cum duxit vxorem pulcherrimam Esther. *Dedit cunctis populis requiem.* Quod optimi Principis est signum, cum ipse amplexibus vxoris fruebatur, requiem suis præstitit, & dona largitus est. Et Isaiæ. 32. describuntur optimi Principis conditiones illis verbis. *Erit vir, sicut qui absconditur à vento, & cœlat se à tempestate, & sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta.* In Hebræo est, erit vir quasi latibulum à vento; & quasi absconsio ab imbre. Oportet, vt sit quasi saxum ingens in deserto sub cuius vmbra abscondant se viatores à solis

Lucæ. 10.
Psalm.46.
D. Hierony.
Iob. 1.
Pagninus.
Psalm. 31.
1.Reg.25.
Esther.1. & 2.
Esther.2.
Isaiæ.32.

solis ardore. Et sicut fons aquarum in terra arenti, & sicut vmbraculum domus, sub quo proteguntur à turbine viatores. Loquitur vates de Christo Domino, de quo prius dixerat. *Ecce iniustitia regnabit Rex.* Tyranni vero sunt velut turbo, & validissimus ventus, & sicut tempestas grandinis segetes vastans, & arbores euellens: optimi vero magistratus latibulis, vmbræ, & riuis aquarum assimilantur, dum ius suum vnicuiq; tribuũt, & pauperibus fauent. Tales iudices parit Euangelium iustos, misericordes, pauperum amatores: sunt velut vmbra petræ prominentis, & non quæuis vmbra, sed maxima, qualem solent facere ingentes rupes: debet esse beneuolus erga subditos, & sicut pater. Vt de Eliacin dicitur Isaiæ. 22. *Erit quasi pater habitantibus Hierusalem.* Et tales debẽt esse Ecclesiæ Prælati. Iudicum. 15. *Veni nobiscum, vt habeamus te patrem, & Sacerdotem.* De Tito dicit Suetonius lib. 2. quòd tenuit, ne quem sine spe dimitteret; & cum plura polliceretur quam præstare posset, & de hoc à domesticis admoneretur, dixit non, opportere quemquam à sermone Principis tristem discedere. De Alexandro narrat Valerius Maximus lib. 5. cap. 1. cum hiemali tempore duceret exercitum, & sedens ad ignem inter suos milites aspexit quendam senem, quasi ex frigore mortuum, iussit eum in sua sede poni, & eius minister esse voluit: et ridendo ait, gloria tibi est seruitorem habere imperatorem. Propter quod à toto exercitu fuit valdè dilectus. Et Alciatus emblemate. 143. depingit Principem subditorum incolumitatem procurantem sub efigie anchoræ circunuoluto Delphino, qui teste Plinio lib. 18. tempestatem præsagit, & mari à ventis agitato, & naui, anchoram humano instinctu dirigit, vt tutius figatur; sic maximè studiosus esse debet Princeps, ne turbetur respublica tempestate bellica. De Dauide Ecclesiastici. 47. dicitur. *Quasi adeps separatus à carne sic Dauid à filijs Israel.* Adipi animalis, Dauid propter animi lenitatem, quam erga subditos habebat comparatur. Et Zachar. 4. Zorobabel dux populi, & Iosedec Sacerdos appellantur.

Isaiæ. 22. *Iudicũ. 15.* *Suet. lib. 2.* *Vale. Max. lib. 5. cap. 1.* *Alciatus.* *Plin. lib. 18.* *Eclesiast. 47.* *Zachar. 4.*

Duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori terræ. Et antea
dicti sunt. *Duæ oliuæ.* Quia Reipublicæ duces debent esse
misericordes, & lenes sicut oleum,& sicut oliua fructifera:
& ipse Dauid 2. Reg. 8.*tulit tributi frenum de manu Philistin,* 3.Reg.8.
quod quotanis soluebant Philisteis, filij Israel. Tandem,in
prælio contra vrbem Hai iubet Dominus strenuo duci,at-
q; Imperatori Iosue. *Leua clipeum, qui in manu tua est con-* Iosue 8.
tra vrbem Hai. Scutum debet dux manu portare, quod est
simbolum protectionis,nam debet se opponere pro exerci-
tu, & in eo ictus, & tela recipere, & pro tota suorũ militũ
acie pugnare, ideo describitur Iosue dux potius cum clipeo,
quàm cum hasta. Sed obstat quod dicitur Eccles.46.de Io- Eccles.46.
sue. *Consecutus est gloriam cum sustolleret manus suas, & exten-*
deret rompheas aduersus vrbes. Et Chaldeus telum, aut lan- Chaldeus.
ceam est interpretatus, nihilominus cum lancea, aut tê-
lo, simul clipeum habebat, nam summi duces cum clipeo,
afferunt secum scipionẽ, & Hispanè vocatur(baston)ẽ cõ-
tra tyranni Principes vocantur Leones, quia alios vngui-
bus dilacerant. Sic Esther 14. dixit. *Domine Rex Deorum, &* Esther. 14.
vniuersæ potestatis tribue sermonem compositum in ore meo, in
conspectu Leonis Regis. Et 2. ad Thimot. 4. *Liberatus sum de* 2.adTim.4.
ore Leonis. Idest, Neronis. Et 2. Reg. 23. *Ipse percussit duos* 2.Reg.23.
Leones Moab. In Hebræo est,duos Principes Moab, & Eze-
chielis 19. *Quare mater tua Leena? Eduxit vnum de leunculis,* Ezechiel 19
*Leo factus est, & didicit prædã capere hominemq; comedere.*Loqui
tur vates de Ioachã crudeli Principe, qui habuit cõsiliarios
truces, è contra dicitur de Christo Domino Matth.21.*Ec-* Matth. 21.
ce Rex tuus venit tibi mansuetus.

Circa nomẽ spiritus notandũ est,quòdvarias sortitur signi
ficationes in sacro eloquio, nã verbũ Hebræũ(zalia)signifi-
cat spiritum humanũ,& diuinũ,& aerẽ,& animã.sic Chris-
tus Dominus dixit. *In manus tuas commendo spiritum meum.*Id-
est, animã,& Psal. 103. *Aufferes spiritum eorũ,& desficiẽt.*Et Psal.103.
Eccles. 12. *Et spiritus reddeat ad Deum,qui dedit illum.* Ex quo
textu clare colligitur animæ rationalis in mortalitas. Eccles. 12.

Psalm.147. Aliquando sumitur spiritus pro vento. Vt Psal. 147. *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Et Prouerb. 30. *Quis continuit spiritum in manibus suis?* Idest, ventos sub suo habuit imperio? Ipse enim *Educit ventos ab extremo terræ.* Psalm. 134. & Matth. 8. *Venti, & mare obediunt ei.* Et Ioan. 3. *Spiritus vbi vult spirat.* Et Genes. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Et Psalm. 47. *In spiritu vehementi conteres naues tharsis.* Sumitur etiam pro ira. Vt Eclesiastes. 10. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris.* Idest, ne potentioris ira mouearis ad reddendum ei malum pro malo. Et 2. Paralipom. 21. *Suscitauit Dominus spiritum Philistinorum contra Ioram.* Idest, iram, & Prouerb. 29. *Totum spiritum suum profert stultus.* Idest, iram, nescit furorem cohibere. Et Genes. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine.* Idest, furor contra hominem non erit diuturnus. *Quia caro est.* Idest, imbecillis, & fragilis. Alij asserunt spiritum hic significare animam. Nam (Iadon) dictio Hebræa hîc posita deducitur á (neden.) Idest, vagina; & sic sensus est, non retinebitur spiritus meus in homine, sicut in vagina; non erit per diuturnum tempus inclusus, cum ipse carnis delicijs se tradiderit, vt iure ipsum carnem esse putaueris; sed quia ego begninus sum locum pœnitendi concedam, tempus videlicet centum, & viginti annorum, & huic sensui consonat Chaldaica Paraphrasis, quæ sic legit, spatium dabitur eis si quomodo eos pœniteat, centum ac viginti annorum, si cõuertantur. Pagninus legit, nõ erit vt in vagina spiritus meus in homine. Non exuslabo, legunt alij, idest, non omnino hominum vitam extinguam flatu iræ meæ, nam aliquod semen supertes erit, nempe familia Noe in arca. *Non permanebit.* In Hebræo est, non litigabit, idest, non disceptabo amplius vtrum hominem puniam, nec ne, decreui iam illum punire. Ego Deus, qui sum spiritus non certabo, nec litigabo amplius cum homine, qui carnalis est. Illum increpans, ne eat post suas concupiscentias, sed delebo ipsum, & (Iadon) venit à radice (dun)

[Margin: *Prouerb.30.* *Psalm.134.* *Matth.8.* *Ioan. 3.* *Genes. 1.* *Psalm.47.* *Eclesiast.10.* *2.Paral.21.* *Prouerb.29.* *Genes. 6.* *Chaldeus.* *Pagninus.*]

&

& significat iudicare, & litigare. Iob etiam 27. sumitur spiritus pro anima. *Quia donec superst halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem.* Idest, quandiu vixero. Quanuis posit sumi hic pro respiratione, & inspiratione, quæ naribus exercetur, in quibus vis animæ viuentis est. Sicut Genes. 2. *Inspirauit Deus spiraculum vitæ.* Idest, in nares per quas respiratio vitalis exercetur. Sic Psal. 118. *Os meum aperui, & atraxi spiritum.* Idest, aeré, vt respirare possem cum desiderio tuorum mandatorum, ad similitudinem hominis ad rem desideratam anhelātis, aeremq; per respirationem atrahentis. Ego mentem meam tibi aperui, auideq; tuam doctrinam ex verbis tuis imbibere concupiui. Et ad Ephes. 2. *Et vos cum essetis mortui delictis, & peccatis in quibus aliquando ambulastis secundum Principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Idest, qui degunt, & torquentur in aere isto concitato. *Aeris huius spiritus.* Idest, aeris spirati, & concitati; nam plures dæmones sunt in illa parte aeris, quæ turbinibus est subiecta, & caligine frequenter inuoluta, vbi generantur tonitrua, niues, & grandines, & fulmina, & aguntur varij ventorum turbines. Vel *Aeris spiritus.* Idest, qui est spiritus, vt relinquatur in vi substantiui; ita, vt intelligamus, non omnem aerem habere Sathanam, sed illum qui spiritus est. Hoc est, nimbosum, & frequenter ventis impulsum, qui semper spirat, & mouetur. Et ita vsurpatur in nostro vatis loco. *Spiritus oris nostri Christus Dominus.* Idest, noster anhelitus, quo veluti respirabamus fœlicemq; vitam agebamus.

Iob. 27.
Genes. 2.
Psalm. 118.
Ad Eph. 2.

Spiritus etiam sumitur pro Spiritu Sancto. Vt 1. ad Thes. 5. *Spiritum nolite extinguere.* Idest, Spiritus Sancti feruorem, & frequenter in ipsis D. Pauli epistolis, vt ad Roman. 8. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Idest, postulare facit. Et Apocalip. 2. *Qui habet aures audiendi audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.*

1. ad The. 5.
Ad Rom. 8.
Apocal. 2.

sua etiam peccata perijt Iosias in bello, sed sicut principium ruinæ illius Regni fuit Iosiæ mors, capti in retibus inimicorum; ita exordium maioris mali contra Iudæorum gentem fuit occisio Christi Domini, qui est vita, & halitus noster. Et Petrus à Figueiro, Lusitanus comodius de Iosia intellgi aserit, & carpit Dionisium Cartusianum, qui aliter exponentes Iudaizantes appellat. Et doctissimus Magister meus frater Alfonsus Gudiel, Ordinis Hæremitarum Sancti Augustini in suis commentarijs manu scriptis exponit de Iosia. Composuit Hieremias lamentationes propter Iosiam, qui fuit interfectus à Necao Rege Ægypti in bello, vt constat 2. Paralip. 35. & in præcedentibus capitibus non plorauerat vates eius mortem, sed vastitatem ciuium, ideo hic agit de Rege. Et sensus est, *Christus Dominus*. Idest, Iosias in Regem vnctus. Reges enim Israel hoc nomine appellabantur, vt constat de Saule, primo Rege à Samuele inuncto; ita dicebat Dauid 2. Reg. 24. *Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini*. Et infra. *Non mittam manum meam in Christum Domini*. Quód autem Reges Israel vocarentur in Iudæorum gente hoc nomine Christus, adnotauit Christianus Drutmarus in Matthæum. Super illa verba capitis primi. *Liber generationis Iesu Christi*. Vbi sic dicit, vocati autem sunt in Iudæorum gente hoc nomine Sacerdotes, & Reges, quia ipsi vngebantur de chrismate, quando eligebantur, vnde, & propter ipsos dicitur in Psalmis. *Nolite tangere Christos meos*. Et sicut in Romanorum Regno omnes vocati sunt Cesares, & Augusti, à Iulio, & Octauiano, qui primi sic vocati sunt; ita illi omnes Reges, Christi vocabantur. Ita etiam adnotauit D. Clemens lib. 1. recognitionum ad Iacobum fratrem Domini fol. 10. & 12. & 2. Reg. 23. *Dixit vir cui constitutum est de Christo Domino*. In Hebræo est, dixit vir leuatus super Christum Dei Iacob. Idest, Christus exaltatus, & vnctus à Deo super alios; ita adnotauit Hugo in annotationibus super libros Regum: & exponit de Dauid, quem ipse Deus.

Iacob

Petrus à Figueiro.
Magist. Gudiel.
2. *Paral.* 35.
2. *Reg.* 24.
Christ. Drutmarus super Matthæum.
D. Clemens lib. 1. recognitionum.
2. *Reg.* 23.
Hugo de Sancto Victore.

Iacob exaltauit, vt esset alijs superior. Sensus ergo est iuxta hos Neotericos. *Christus.* Idest, vnctus Rex Iosias. *Spiritus oris nostri.* Quia in ipso erat vita nostra constituta. Occissus est propter peccata nostra; & cum illo occubuit nostra spes, quia erat optimus Rex. Alij vero, intelligunt de Iechonia, qui multa bona præstitit Hieremiæ, fuitq; à militibus captus, & putabant ciues sub eius protectione vitam meliorem in seruitute acturos: si forte ab hostibus caperentur. D. etiam Thomas hic dicit, quòd potest exponi locus de Rege Iosia, qui appellatur spiritus oris, quia in angustijs populus, eius fauore respirabat, flatus noster erat. Et sicut illius mors principium fuit nostræ vastitatis, & propter scelera populi fuit occissus: sic non Christus Domini, sed ipse Christus Dominus propter nostra scelera occissus fuit, & inde maior Iudæorum ruina secuta fuit, ita Panigarola. Sed melius intelliguntur verba ista de Christo Iesu Domino nostro: ipse enim vulneratus est propter peccata nostra (ait hic D. Thomas) quàm de Iosia, vel Sedechia, qui interfecti fuere propter peccata populi. Hic sensus D. Thomæ magis arridet, quòd exponatur ad literam hic locus de Iesu Domino nostro (quanuis de Iosia etiam possit ad literam exponi, ita vt sit duplex huius loci sensus literalis) qui mortuus est. *In peccatis nostris.* Idest, propter peccata nostra. In, pro, propter. Sumitur in sacro eloquio, vt ad Ephes. 4. *Donantes inuicem, sicut Deus in Christo.* Idest, propter Christum nobis donauit, & ibidem. *Ego vinctus in Domino.* Idest, propter Dominum. Et 1. ad Timot. 4. *In hoc laboramus, & maledicimur.* Idest, propter hoc laboramus. Et 1. ad Corint. 15. *Scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.* Idest, propter Dominum. Et Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo.* Idest, propter opus tuum; hoc est, peccatum. Sic exponit Adrianus Finus lib. 2. sui flagelli, peccata hic maledicuntur, sed non ruris colendi actus. Aquila legit, maledicta terra propter te. Theodocion, maledicta Adama in trãsgreßione tua. In Hebræo est, maledicta terra propter te. Hæc diuersitas accidit

D. Thomas. *Panigarola.* *D. Thomas.* *Ad Ephes. 4.* *1. ad Tim. 4.* *1. ad Cor. 15.* *Genes. 3.* *Adria. Fin. lib. 2.* *Aquila.* *Theodocion.*

accidit ob variam lectionem vnius vocis (abob),& (abor) quia litera R, apud Hebræos magnam habet in figura similitudinem cum litera B, (abob) autē significat opus,&(abor)

Amb. Cath. significat propter, & vtraq; lectio vera est. Sic notauit Ambrosius Catherinus in expositione super quinq; capita Genesis. Peccatum vero opus ipsius hominis merito appellatur, quia ab ipso homine est, & non à Deo.

Isaiæ.50. Isaiæ etiam 50. *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in scelcribus vestris dimisi matrē vestram.* Idest, propter scelera vestra &c. & quòd hic locus sit intelligendus ad literam de Christo Domino

Theodoret. tenent Nicolaus Lyranus, & Sanctus Theodoretus, hic cōtra Iudæos aliter exponentes inuehitur. Sic etiam explicāt

Paschasius. Burgensis. Dionisius. Interlinealis Pet. Galat. Porchetus. Paschasius Ratpertus, & Paulus Burgensis, & Dionisius Cartusianus, & Glosa Interlinealis, & Petrus Galatinus lib. 8. de Arcanis Catholicæ veritatis cap.10.& Porchetus 1. parte victoriæ contra Iudæos cap.16. vbi sic legunt, Christus Tetragramaton captus est in retibus, seu corruptionibus nostris. Sic etiam habetur in Hebræo, in retibus, idest,

Pagninus. in perditione eorum. Sanctes Pagninus legit spiritus narium nostrarum Christus Dominus. Et sic ex Hebræo potest legi in genitiuo Christus Domini. Captus est in foueis eorum in cuius diximus vmbra viuemus inter gentes. In foueis, supple quas foderunt hostes fuit capt⁹ *Cui diximus.* Idest, de quo diximus, quòd tranquillam duceremus in

Dion. Ale. eius societate vitam inter gentes, supple inimicas. Dionisius Alexandrinus in responsionibus ad quæstiones Pauli Samosateni habet, in calumnijs nostris. 70. Interpretes legunt, spiritus faciei nostræ Christus Dominus captus est in corruptionibus nostris, cui diximus in vmbra eius viuemus in gentibus. Peccata vocantur corruptiones, ita de impijs dicitur Psalm. 13. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Sanctes Pagninus legit, omnes declinauerunt simul fetuerunt. Et Genes. capite 6. *Corrupta est autem terra coram Deo repleta est iniquitate, idest, homines habitantes in terra.* Et Ecclesiastici capite 8.

70.

Psal. 13. Pagninus. Genes. 6.

Eccles. 8.

Ne

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neq; improperes ei, memento quòd omnes in corruptione sumus. Idest, quia omnes peccatores sumus. Aquila legit, spiritus narium, Simachus, spiratio narium, amici enim Dei semper Christum spirant, ob oculos ipsum habentes. De Christo Domino etiam exponit Fratrer Alphonsus de Mendoça quæstione 6. quotlibetica positiua inter Sanctos. D. Bonauentura super threnos, & D. Ciprianus super Simbolum Apostolorũ & D. Aguft. lib. 18. de ciuitate Dei cap. 33. Origenes homilia 8. in Iosue, & lib. 2. Periarchon cap. 6. & homilia 3. in Cantica, & Eusebius lib. 4. demonstrationis Euangelicæ. D. Bernardus sermone 1. de Aduentu, & sermone 3. de Ascensione. Ireneus lib. 3. aduersus hereses cap. 11. vbi dicit, est enim Saluator quidem, quoniam filius, & verbum Dei, salutare autem, quoniam spiritus, spiritus enim inquit faciei nostræ Christus Dominus, salus autẽ, quia caro, verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Et D. Augustinus tomo 4. lib. 2. de Incarnatione verbi ad finem, sic legit, spiritus oris nostri ChristusDominus, cui diximus, quòd in vmbra eius viuemus in gẽtibus, pro eo enim quòd vmbra corporis nostri inseperabilis est, à corpore, & inclinati corporis motus ac gestus suscipit, & gerit, puto eũ animæ Christi opus, ac motum, qui inseparabiliter in hærebat pro nutu eius, ac voluntate cuncta perpetrabat; ostendere volentem, vmbram Christi Domini, hanc vocasse, in qua vmbra nos viuemus in gentibus. In huius namq; Asumptionis Sacramento gentes viuunt. Diuus Ambrosius sermone 15. super Psalm. 118. Vbi de Christo Domino dôcet intelligenda esse, hæc verba, sic legit, spiritus ante faciem nostram Christus Dominus comprehensus est in interitu nostro, sub cuius umbra diximus viuemus inter gentes. Quid hoc manifestius, quando ,. & nomen expressum est, & compræhensio inter manus persequentium perfidorum, est declarata. Et vmbra viuificans, & gratia gentibus conferenda descripta est. Ra-

Aquila.
Simachus.
Mend. q. 6
D. Bonauen.
Ciprianus.
Origenes.
Eusebius.
D. Bernard.
Ireneus.
D. Aug. to. 4. de Incar. verbi.
D. Ambro. sup. Psal. 118

Rabi Sam. bi etiam Samuel in lib. de Aduentu Mesiæ, sic legit, Mesias Deus captus est in peccatis nostris. Sic etiam exponit *Adria. Fin. lib. 3. flagelli cap. 24.* Adrianus Finus Ferrariensis lib. 3. flagelli contra Iudæos cap. 24. quia in Hebræo est, nomen quatuor literarum, scilicet (ioht) (vau) (hæ) quod Deo tantum conuenit. Et sic sensus est, *Christus Dominus.* Iesus verus homo, & verus Deus. *Spiritus oris nostri.* Idest, nos viuificans in respiratione suæ gratiæ. *Captus est in peccatis nostris.* Idest, Iudæis traditus propter peccata nostra delenda. Item vrget ad explicandum hæc verba de Christo Domino, Primum, quia Iosias non fuit captus à Rege Ægypti, sed vulneratus, & occisus in campo Magedon à Necao Rege Ægypti, & mortuum portauerunt serui eius in Hierusalem. Secundo quomodo dicebant Iudæi sub vmbra illius vitam acturos in gentibus, cum iste Rex mortuus fuerit? Sed ad hoc responderi potest. *Cui diximus.* Idest, de quo dicere solebamus, fœliciter sub vmbra eius vbicumq; locorum esse contigerit, omnia nobis euentura. Alij autem intelligunt de Sedechia, sed non stat cum veritate ista expositio. Nam hic loquitur de Rege pio, & iusto vates, Sedechias autem fuit impius. Et vltimo quia isti Reges nō propter peccata populi, sed propter sua mortui sunt, nam Iosias peccauit non obediendo Prophetæ Domini, qui illi præcepit ne exiret in prælium, vt habetur in libro Esdre. Similiter Sedechias frangendo iuramentum Regi Babylonis, sic notat Adrianus Finus. Insuper quia in Hebræo habetur, loco illius verbi. *Christus Dominus.* Nomen tetragramaton, quod non dicitur de puro *Lyranus.* homine. Vel Mesiah Iehoua, quod nomen soli Deo con- *Petr. Galat.* uenit, vt notauere Nicolaus Lyranus hic, & Petrus Galati- *Porchetus.* nus, Porchetus, & Adrian. Finus. Appellatur autem Chris- *Adria. Fin.* tus Dominus. *Spiritus oris.* Quia in ipso viuimus, vt habetur *Actor. 17.* Actorum cap. 17. Et quia ipse inspirauit in faciem homi- *Genes. 2.* nis spiraculum vitæ. Genes. 2. insuflauit Apostolis. *Et dedit Ioan. 20.* *eis Spiritum Sanctum.* Ioan. 20. Vmbra hic idem est, quòd protectio, & est phrasis Hispana (hazele fulano sombra.)

Idest,

Ideſt, fauet. Sic ſumitur Geneſ. 19. *Ingreßi ſunt ſub vmbra culminis mei.* Ideſt, ſub protectione. Et Lucæ. 1. *Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Ideſt, te proteget à concupiſcentiæ æſtu. Et Iſaiæ. 49. *In vmbra manus ſuæ protexit me.* Et Pſalm. 56. *In vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſeat iniquitas.* Ideſt, iniqui, abſtractum pro concreto, ideſt, donec pereant iniqui abeantq; hominum conatus, & ſtudia, in te ſperabo. Et Numer. 14. *Receſſit præſidium ab eis.* Vt notauit Oleaſter. In Hebræo eſt, receſſit vmbra eorum. Ideſt, omne robur. Et Cantic. 2. *Sub vmbra illius, quem deſiderabam ſedi.* Ideſt, protectione. Et Iſaiæ. 30. *Et ſperant in vmbra Ægypti.* Ideſt, fauore, qui appellatur à vate vmbra, quia vanus, ſicut vmbra, quæ non habet corpus, ſed fit à corpore. Et cap. 16. *Pone quaſi noctem vmbram tuam in meridie, abſconde fugientes.* Ideſt, populo meo fugienti ab Aſirijs, & Chaldeis exhibe benignam protectionem, vt eos quaſi in nocte abſcondas, in ipſo tribulationis æſtu, à furore hoſtium; id ſignificat. *In meridie.* Iuxta Haimonem. Aduerte etiam quod frater Franciſcus Panigarola Epiſcopus Aſtenſis, non ſolum ad literam de Ioſia intelligit hunc locum, ſed etiam de Chriſto Domino. Sed quæres quis ſit ordo, & contextus literæ, vt agens vates de vaſtitate Hieruſalem, & Babylonica ſeruitute, agat etiam de morte Chriſti? D. Theodoretus dicit hic quòd iſtam prophetiam inſeruit hic Propheta, vt doceret Iudæos tunc conſecuturos veniam, & beneficium reuocationis adepturos, licet authorem vitæ eſſent occiſuri. Et in hoc magnificatur Dei bonitas, qui tam beneficus eſt, & ſuauis, vt in libertatem aſeruerit Iſraelitas, quorum poſteri poſtea eum crucifixere. Si autem loquatur vates de extremo excidio per Titum, & Veſpaſianum. Manifeſtus eſt cõtextus. Quaſi diceret, ne conquæramini de hac calamitate, quam nunc in Babylone ſuſtinetis; altera durior, & longior reſtat, quæ vobis continget ſub Tito, & Veſpaſiano, quia veſtrum Meſsiam Deum, & hominem morti tradidiſtis. Vnde Iſaiæ. 53. *Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua.*

Geneſ. 19.
Lucæ. 1.
Iſaiæ. 49.
Pſalm. 56.
Numer. 14.
Canticor. 2.
Iſaiæ. 30.
Iſaiæ. 16.
Haimo.
Panigarola.
D. Theodor.
Iſaia. 53.

sua. Idest, tradet Deus morti impios, qui Christum iniuriis affecere, id quod Romana manu factum fuit, sub Tito, & Vespasiano, & diuites magnates, & proceres, cum quibus Pilatum computo, qui mortem Domino inferentes fuere causa sepulchri, hos perdet Deus, atq; delebit.

Oleaster. De hac Christi Domini morte plures extant prophetiæ in sacra Scriptura. Sed nota ex Hieronymo ab Oleastro super Genesim cap. 2. quod nomen Dei Iehoua, est inefabile, & deducitur à radice (haua) quæ significat euentum malum, & tristem contritionis, & tormenti, vt animaduertit

Pagninus. Pagninus ex mente Rabi Dauid in thesauro linguæ sanctæ,

Rabi Dauid quasi insinuetur nomine ipso futurum, quód Deus ipse tor

Exod. 6. mentum, & contritionem perpessurus esset, & Exod. 6. *Nomen meum Adonai non manifestaui eis.* In Hebræo est Iehoua, idest, tristem contritum, & pauperem qualem me ostendi in nouo testamento, non me manifestaui illis, sed

Deuter. 32. diuitem, & potentem, & Deuteronom. 32. *Deum qui te genuit dereliquisti.* Omnes periti linguæ Hebreæ dicunt, verti posse Deum, qui te genuit debilitasti. Nam vox Hebrea (tesi) quæ posita est pro dereliquisti significat petram, vel fortem, vel, rupem, & est pulchra antithesis, idest, deum fortissimum, & rupem robustissimam in tuum refugium

Psal. 77. reddidisti debilem, & aflictum. & Psalm. 77. *Sanctum Israel exacerbauerunt.* In Hebræo est, (hitui) quod proprié significat crucifixerunt, vel limitauerunt, signauerunt, circis-

Genebrard. cripserunt eius magestatem, & potentiam affigentes lig-

Campensis. no. Sic notauit Genebrardus super Psalmos. Campensis

Matth. 20. legit, ludibrio habuere. Sic Matth. 20. *Tradetur gentibus ad*

Galat. lib. 8. *illudendum.* Et Galatinus lib. 8. de Arcanis Catholicæ veri-

cap. 14. tatis cap. 14. adducit illud Isaiæ 53. *Vidimus eum quasi lepro-*

Isaiæ. 53. *sum, & percussum à Deo.* Notat in Hebræo haberi: percussum Deū, vt sit admiratione maxima dignum, quód Deus sit vulneratus, & percussus ab hominibus, & cruci affixus, &

Deuter. 32. Deuteronom. 32. *Percutiam, & ego sanabo ego occidam, & ego*

Armachan. *viuere faciam.* Armachanus lib. de quæstionibus Armenorum.

norum. Dicit se à quodã Hebræo peritissimo accepisse, in Hebræo esse passiue, ego occidar, & percutiar, insuper asserebat, ita scriptum esse in libro legis Mosaicæ, scripto propria manu Esdræ, qui Bononiæ in domo fratrum Predicatorum seruabatur, ego occidar, & viuam, percutiar, & sanabor, quia ipse Dominus vitæ, & mortis propria virtute de tumulo surexit. Sic refert Ioannes Gerson. ser- *Gerson serm.*
mone 36. in die Paschæ, & Danielis 9. *Rursus ædificabi-* *36.*
tur platea in angustia temporis. Idest, Hierusalem, quæ appellatur platea ob eius amplitudinem: in angustia temporis dicit, propter finitimas nationes, quæ Iudæos præmebant in vrbis instauratione. *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est.* In Hebræo est (veenloi) & non ei, idest, non erit ei, quod perfidi Iudæi existimabant, videlicet quòd crucifixus ocumbat, & postea non resurgat: nã tertia die surexit. 70. Interp. legunt, non erit iudicium in eo. Suple ob- *70.*
seruatum, peruerterunt iudicium, non fuit æqua iudicis Pilati sententia, sed iniqua, quia innocentem damnauit, neq; datus fuit ei deffensionis locus. Sed *De angustia, & de iudi-* *Isaiæ.53.*
cio sublatus est. Subito festinanter de horto vbi fuit ligatus ad patibulum crucis ductus est, quindecim horarum spatio occisus. 70. Interpræt. legunt, in humilitate iudicium eius sublatum est. D. Cirillus exponit, quia enim illis vi- *D. Cirillus.*
sus est contemptibilis quispiam, & valde demisus. Facilli- *Lib.4. in I-*
mum calculum seu iudicium in eum protulere. Solent iu- *saiam.*
dices impij egenos facile condemnare diuitum vero causas maturo consilio pensare. Et sic sensus est prophetæ, quod Hispanè dicimus (de puro tenerle en poco no le guardaron su justicia) et addit Daniel. *Non erit eius populus qui eũ negaturus est.* Non ei, est in Hebræo, & sic legit Sanctes pag. Adria. *Pagninus.*
Fin⁹ lib.5. sui flagelli cap.5. Sic exponit, Angelus denotare *Adrian. Fi-*
voluit, quòd suæ pasionis hora Christus neminem ha- *nus lib. 5. c.*
buit, qui vt à morte liberaretur perfecto animo curaret, quia *5.*
omnes relicto eo fugerunt. Vel non ei, suple erit solacium. Et sic dixit in cruce. *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquis-* *Matth. 27.*

ti

ti me. Et Pfalm. 68. *Consolantem me quesiui, & non inueni:* Sed loco folacij. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Fuit enim ille agnus lactucis agreftibus
Exod. 12. comeftus Exod.12.& ipfe potatus aceto,&poftea myrrha,
Ioan. 19. & aloe corpus eius fuit inunctum, & non in parua quantitate. *Sed venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum.* Quæ omnia denotabant ingentem amaritudinis copiam, qua Chriftus Dñs fuit affectus. Qua propter *Myrrhæ fasciculus.* Appellatur Cāt.1. Viuus enim,et mortuus felle,aceto,myrrha,& aloe,vndiq; fuit vallat⁹,quæ omnia amaritudinē calicis fuæ pafsionis manifefte denotant.
Cant. 1.

Ex verbis huius textus. *Spiritus oris nostri.* Et ex illis. *Cui diximus in vmbra tua viuemus in gentibus.* Ideft, inter Genti-
Ad Rom. 3. les. Sicut ad Rom.3. *An Iudæorum Deus? Non ne, & gentium?* Aperte colligitur,quale effe debeat munus optimi Regis,& paftoris,qualis fuit Chriftus Dominus, fpiritum effe oris. Quod Hifpanè dicimus (el aliento y refuello de fus vaffallos.) Auxilium Principis debet effe, velut fpiritus oris, & halitus quo lafsati refpiramus,& recreamur: fub eius vmbra debent quiefcere fubditi ficuti fub arbore frondofa. Vnde
Ezech. 28. Ezechiel.28.de Rege Tyri dicitur. *Tu Cherub extentus, & protegens perdidi te ò Cherub protegens.* Rex enim pater, & protector fuorum debet effe,propter fapientiam,qua pollere debet, qui regit; vocatur Cherub. Alludit vates ad Cherubim habētem alas extentas fupra arcam in fanctuario. Similiter Rex fuæ protectionis debet extendere alas, erga fuos fubditos. *In medio lapidum ignitorum ambulasti.* His verbis denotatur in Regibus pietatem debere effe Sacerdotum, quia in rationali Sacerdotis duodecim lapides præciofi, qui numerantur,hoc capite ponebantur. Fuit namq; principio Regnum Sacerdotio coniunctum, vt in Moyfe, licet quantum
Oseæ. 4. ad facrificia peraganda poftea diuiffum fuerit. Item Ofeæ. 4. *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.* Ideft, qui vr-
Canticor. 5. bis erant cuftodes fuere vaftitatis caufa, ficut Canticor. 5. *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem percuserunt, & vulnerauerunt*

vulnerauerunt me, & tulerunt pallium meum. Sicut fecere latrones cum homine descendente à Hierusalem in Ierico. *Qui spoliauerunt eū, & plagis impositis abierunt.* Lucæ. 10. sæpe contingit, vt iustitiæ ministri sint latrones, sicut tempore sponsæ. Sed Psal. 46. dicitur quales debeant esse Principes. *Quoniam dij fortes terræ eleuati sunt.* In Hebræo est, dij scuta terræ, vehementer eleuati sunt. Et sic legit D. Hieronym. Idest, potentes, & magnates, qui sunt iudices terræ, debent esse ipsius populi terræ scuta, & clypeus. Ideo Reges vngebantur olim sicut Sacerdotes, quia oleum simbolum peculiare Regum est: sicut luctatorum; cum Regibus veluti in palestra, continua debeat esse lucta aduersus suorū populorum hostes, pro eorum tutela. Hoc portendit corona quæ capita Regum cingit: Rex enim vallum, & murus subditorum debet esse. Vnde in sacro eloquio, qui alteri patrocinatur, dicitur eum vallare. Sic Iob. 1. *None tu vallasti eum.* Sanctes Pagninus legit non ne tu sæpem posuisti circa eum. Idest, sæpiuisti, muniuisti, protectio fuisti. In Græco est, sepsisti. Idest, quemadmodum vinca sæpibus vallatur tu munisti Iob. Et Psal. 31. *Sperantem in Domino misericordia circundabit.* Victoribus etiam corona imponebatur, quia suum liberauerant populum. Et 1. Reg. 25. dixere serui Nabal de militibus Dauidis. *Pro muro erant nobis.* Sic corona Regis, seu diadema vocatur in Hebræo vallum, seu murus, vt constat ex primo, & secundo capite Esther, quia vallat, & circundat caput. Item Esther. 2. dicitur de Asuero, cum duxit vxorem pulcherrimam Esther. *Dedit cunctis populis requiem.* Quod optimi Principis est signum, cum ipse amplexibus vxoris fruebatur, requiem suis præstitit, & dona largitus est. Et Isaiæ. 32. describuntur optimi Principis conditiones illis verbis. *Erit vir, sicut qui absconditur à vento, & cælat se à tempestate, & sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta.* In Hebræo est, erit vir quasi latibulum à vento; & quasi absconsio ab imbre. Oportet, vt sit quasi saxum ingens in deserto sub cuius vmbra abscondant se viatores à solis

Lucæ. 10.
Psalm. 46.
D. Hierony.
Iob. 1.
Pagninus.
Psalm. 31.
1. Reg. 25.
Esther. 1. & 2.
Esther. 2.
Isaiæ. 32.

Duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori terræ. Et antea dicti sunt. *Duæ oliuæ.* Quia Reipublicæ duces debent esse misericordes, & lenes sicut oleum, & sicut oliua fructifera: & ipse Dauid 2. Reg. 8. *tulit tributi frenum de manu Philistin,* quod quotannis soluebant Philisteis, filij Israel. Tandem in prælio contra vrbem Hai iubet Dominus strenuo duci, atq; Imperatori Iosue. *Leua clipeum, qui in manu tua est contra vrbem Hai.* Scutum debet dux manu portare, quod est simbolum protectionis, nam debet se opponere pro exercitu, & in eo ictus, & tela recipere, & pro tota suorũ militũ acie pugnare, ideo describitur Iosue dux potius cum clipeo, quàm cum hasta. Sed obstat quod dicitur Eccles. 46. de Iosue. *Consecutus est gloriam cum sustolleret manus suas, & extenderet rompheas aduersus vrbes.* Et Chaldeus telum, aut lanceam est interpretatus, nihilominus cum lancea, aut telo, simul clipeum habebat, nam summi duces cum clipeo, afferunt secum scipionẽ, & Hispanè vocatur (baston) ẽ contra tyranni Principes vocantur Leones, quia alios vnguibus dilacerant. Sic Esther 14. dixit. *Domine Rex Deorum, & vniuersæ potestatis tribue sermonem compositum in ore meo, in conspectu Leonis Regis.* Et 2. ad Thimot. 4. *Liberatus sum de ore Leonis.* Idest, Neronis. Et 2. Reg. 23. *Ipse percussit duos Leones Moab.* In Hebræo est, duos Principes Moab, & Ezechielis 19. *Quare mater tua Leena? Eduxit vnum de leunculis, Leo factus est, & didicit prædã capere hominemq; comedere.* Loquitur vates de Ioachã crudeli Principe, qui habuit cõsiliarios truces, ẽ contra dicitur de Christo Domino Matth. 21. *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

3. Reg. 8. — Iosue 8. — Eccles. 46. — Chaldeus. — Esther. 14. — 2. ad Tim. 4. — 2. Reg. 23. — Ezechiel 19 — Matth. 21.

Circa nomẽ spiritus notandũ est, quòd varias sortitur significationes in sacro eloquio, nã verbũ Hebræũ (zalia) significat spiritum humanũ, & diuinũ, & aerẽ, & animã. sic Christus Dominus dixit. *In manus tuas commendo spiritum meum.* Idest, animã, & Psal. 103. *Auferes spiritum eorũ, & deficiẽt.* Et Eccles. 12. *Et spiritus reddeat ad Deum, qui dedit illum.* Ex quo textu clare colligitur animæ rationalis in mortalitas.

Psal. 103. — Eccles. 12.

Psalm.147. Aliquando sumitur spiritus pro vento. Vt Psal. 147. *Fla-*
Prouerb.30. *bit spiritus eius, & fluent aquæ.* Et Prouerb. 30. *Quis continuit*
Psalm.134. *spiritum in manibus suis?* Idest, ventos sub suo habuit impe-
Matth.8. rio? Ipse enim *Educit ventos ab extremo terræ.* Psalm. 134.
Ioan. 3. & Matth. 8. *Venti, & mare obediunt ei.* Et Ioan. 3. *Spiri-*
Genes. 1. *tus vbi vult spirat.* Et Genes. 1. *Spiritus Domini ferebatur*
Psalm.47. *super aquas.* Et Psalm. 47. *In spiritu vehementi conteres na-*
Eclesiast.10. *ues tharsis.* Sumitur etiam pro ira. Vt Eclesiastes. 10. *Si spi-*
ritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne di-
miseris. Idest, ne potentioris ira mouearis ad reddendum
2.Paral.21. ei malum pro malo. Et 2. Paralipom. 21. *Suscitauit Domi-*
Prouerb.29. *nus spiritum Philistinorum contra Ioram.* Idest, iram, & Pro-
uerb. 29. *Totum spiritum suum profert stultus.* Idest, iram,
Genes. 6. nescit furorem cohibere. Et Genes. 6. *Non permanebit spi-*
ritus meus in homine. Idest, furor contra hominem non erit
diuturnus. *Quia caro est.* Idest, imbecillis, & fragilis. Alij
asserunt spiritum hic significare animam. Nam (Iadon) di-
ctio Hebræa hic posita deducitur à (neden.) Idest, vagina;
& sic sensus est, non retinebitur spiritus meus in homine,
sicut in vagina; non erit per diuturnum tempus inclusus,
cum ipse carnis delicijs se tradiderit, vt iure ipsum carnem
esse putaueris; sed quia ego begninus sum locum pœniten-
di concedam, tempus videlicet centum, & viginti anno-
Chaldeus. rum, & huic sensui consonat Chaldaica Paraphrasis, quæ
sic legit, spatium dabitur eis si quomodo eos pœniteat, cen-
Pagninus. tum ac viginti annorum, si couertantur. Pagninus legit, nõ
erit vt in vagina spiritus meus in homine. Non exuflabo, le-
gunt alij, idest, non omnino hominum vitam extinguam
flatu iræ meæ, nam aliquod semen supertes erit, nempe fa-
milia Noe in arca. *Non permanebit.* In Hebræo est, non li-
tigabit, idest, non disceptabo amplius vtrum hominem pu-
niam, nec ne, decreui iam illum punire. Ego Deus, qui sum
spiritus non certabo, nec litigabo amplius cum homine,
qui carnalis est. Illum increpans, ne eat post suas concu-
piscentias, sed delebo ipsum, & (Iadon) venit à radice (dun)

&

& significat iudicare, & litigare. Iob etiam 27. sumitur spiritus pro anima. *Quia donec superst halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem.* Idest, quandiu vixero. Quanuis possit sumi hic pro respiratione, & inspiratione, quæ naribus exercetur, in quibus vis animæ viuentis est. Sicut Genes. 2. *Inspirauit Deus spiraculum vitæ.* Idest, in nares per quas respiratio vitalis exercetur. Sic Psal. 118. *Os meum aperui, & atraxi spiritum.* Idest, aerē, vt respirare possem cum desiderio tuorum mandatorum, ad similitudinem hominis ad rem desideratam anhelātis, aeremq; per respirationem atrahentis. Ego mentem meam tibi aperui, auideq; tuam doctrinam ex verbis tuis imbibere concupiui. Et ad Ephes. 2. *Et vos cum essetis mortui delictis, & peccatis in quibus aliquando ambulastis secundum Principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Idest, qui degunt, & torquentur in aere isto concitato. *Aeris huius spiritus.* Idest, aeris spirati, & concitati; nam plures dæmones sunt in illa parte aeris, quæ turbinibus est subiecta, & caligine frequenter inuoluta, vbi generantur tonitrua, niues, & grandines, & fulmina, & aguntur varij ventorum turbines. Vel *Aeris spiritus.* Idest, qui est spiritus, vt relinquatur in vi substantiui; ita, vt intelligamus, non omnem aerem habere Sathanam, sed illum qui spiritus est. Hoc est, nimbosum, & frequenter ventis impulsum, qui semper spirat, & mouetur. Et ita vsurpatur in nostro vatis loco. *Spiritus oris nostri Christus Dominus.* Idest, noster anhelitus, quo veluti respirabamus fœlicemq; vitam agebamus.

Iob. 27.

Genes. 2.

Psalm. 118.

Ad Eph. 2.

Spiritus etiam sumitur pro Spiritu Sancto. Vt 1. ad Thes. 5. *Spiritum nolite extinguere.* Idest, Spiritus Sancti feruorem, & frequenter in ipsis D. Pauli epistolis, vt ad Roman. 8. *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Idest, postulare facit. Et Apocalip. 2. *Qui habet aures audiendi audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.*

1. ad The. 5.

Ad Rom. 8.

Apocal. 2.

Rr 2 *Gaude,*

Sim. ☞ *Gaude, & letare filia Edon, quæ habitas in terra Hus. Ad te quoq; perueniet calix inebriaberis, atq; nudaberis.*

Gauisa es de nostro excidio Idumea, sed non semper ridebis, amara enim calicis iræ diuinæ potio, tibi propinabitur, & tunc tuis spoliaberis bonis. Et per verbum inebriaberis ingens tribulationum copia denotatur, veniẽt tibi multiplicia mala, ita Psal. 136. *Memor esto Domine filiorum Edon in die Hierusalem.* Quia cum essent fratres à duobus fratribus progeniti, odium inter se diuturnum seruauere. Hus fuit primogenitus Nachor. Genes. 22. cuius hic non fit sermo, sed de terra Hus, quæ alio nomine appellatur Ausitidis, vt notat Glosa Hieremiæ 25. *Cunctis Regibus Ausitidis.* Quæ est in confinio Idumeorum, & Arabum, hæc dicit D. Thomas, hic Nicolaus Lyranus dicit, quòd ista Hus non est illa inqua natus est Iob, vt habetur cap. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Sed alia eiusdẽ nominis existens in regno Idumeæ, & ita etiã refert Dion. Sed nota quòd ista Hus, sic fuit subscripta, vel propter Hus filium Aram, de quo fit mentio Genes. 10. & hoc tenet Caietanus super Iob. 1. qui fuit ante Hus filiũ Nachor, & ante Hus ex genere Choreorũ, qui habitauerũt in monte Seir, de quo Gen. 10. *Filij Aram Hus, et Hul, et Gether.* Caiet. censet quòd est nomẽ generale toti⁹ regionis in qua multi Reges erãt, vt dicitur Hierem. 25. *Et omnibus Regibus terræ Hus.* Idumea vero videtur huius Regni Prouincia, sicut Bethica Regni Hispaniarum, & hoc magis consonat verbis nostri vatis, & hoc tenet super Iob capite 1. illis verbis. *Vir erat in terra Hus.* Et contendit. z. esse vltimam literam, & non. s. ita vt dicatur Huz, & nomen Regni esse Hus, vt constat Hierem. 25. *Et omnibus Regibus terræ Ausitidis.* Et vt notat Interlinea. Glosa in Hebræo est Hus, sic legit Sanctes Pagninus, & notat Lyra, in Hebræo esse Hus, & dicit vates, *Et reliquis Idumeæ.*

Psal. 136. Genes. 22. Hierem. 25. D. Thomas. Lyra. Dionisius. Iob 1. Caietanus. Caietanus. Hierem. 25. Hierem. 25. Interlinealis Pagninus. Lyranus.

Pagninus

Pagninus legit,& residuo Asdod, Edon, & Moab, pro Idumea legit Edō,& sita dicitur in Arabia petrea in cōfinio Idumeæ,& hoc quadrat verbis nostri vatis. *Gaude, & letare filia Edon, quæ habitas in terra Hus.* Idest, quæ extendis habitationem tuam,comprehendēs terram Hus, Hiere. enim 25. seorsum nominantur Reges terræ Hus, & Edon,vt dictum est: & Edon prouincia erat Regni Hus. Cæterū terra Hus, sita erat in Arabia, non quidē ea quæ Felix,sed ea quæ petrea dicitur. Ex quo apparet quare Iob dicatur habitasse in terra Hus, interdum vero in Idumea,& aliquando in Arabia, quæ est triplex, quædam Petrea, à Petra vrbe Regia quam Petram deserti appellat Isaias cap. 16. *Emitte agnum dominatorem terræ de petra deserti*, quæ incipit à Pelusio, & in Palesthinam terminatur, & huius Arabiæ petreæ erat Iob. Altera deserta, quæ ab occasu,Petream habet,& sinum Persicum, & à meridie fœlicem Arabiam, & à Septentrione Euphratrem. Tertia Arabia, quæ dicitur fœlix seu beata à mari rubro clauditur, ab occidente, à meridie Palesthina, cuius vrbs percelebris thurifera Saba est. De hac Strabo lib. 1. *Gaude, & letare filia Edon.* 70. Interp. legunt,filia Idumeæ:& sic inuehitur noster vates cōtra Idumeos,qui debebant diligere filios Israel, eoquòd à duobus fratribus vterinis erāt geniti scilicet à Iacob,& Esau,& Idumei odio capitali prosecuti sunt filios Israel, & valde gauisi sunt cū Chaldeis ad eorum ruinam, & propterea noster vates dicit illis. *Ad te quoq; perueniet calix.* Idest, diuinæ vltionis pœna. *Inebriaberis.* Ad plenum punieris. *Nudaberis.* Idest,spoliaberis, bonis diuitijs,& honore. Vel dicit nudaberis, quia solent ebrij nudari, æstuantes prænimio vini calore, vt Genes. 9. *Inebriatus Noe, & nudatus iacuit in tabernaculo suo.* Vel vt notauit Albinus in Genesim,nudatio femorū post ebrietatē secuta est,quia frequēter ebrietatē sequitur libido. Alia potest causa signari nuditatis,quia ebrij omnia secreta reuelāt non solum aliena,sed propria detegunt;qui suam denudant carnē,quomodo aliorum occultabunt secreta? Prouerb. 31. *Nullum*

Pagninus. *Isaie 16.* *Strabo lib. 1.* *70.* *Genes. 9.* *Alb. in Ge.* *Prouerb. 31*

70. *Nullum secretum est vbi regnat ebrietas.* 70. Interpræt. legunt,
Pagninus. nudaberis, & effundes. Sanctes Pagninus legit, inebriaberis, & eris vomens; solent ebrij euomere vinum, quod in
Isaiæ.28. abundantia biberunt. Vnde Isaiæ.28. *Absorti sunt à vino, errauerunt in ebrietate ignorauerunt iudicium; omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordium, ita vt non esset vltra locus.* De hoc vindictæ desiderio carpuntur Edonitæ cum essent orti ab
Amos. 1. vterinis fratribus, ipsi, & Israelitæ. *Super tribus sceleribus Edon, & super quartum non conuertam eum, eoquod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius; & indignationem suam seruauerit.* Notandum est, quòd misericordia in Hebræo eodem nomine appellatur, quo vterus, & vulua. (Rahom) significat matricem vterum, & misericordiam. Et
Isaiæ. 49. ita Isaiæ. 49. *Nunquid poterit mater obliuisci infantem vteri sui.* In Hebræo est (Rahon.) Hoc est infantis, quem in matrice
Psal. 110. portauit. Et Psal. 110. *Misericors, & misereator Dominus escam dedit timētibus se.* In Hebræo est, loco de misericors (Rahon) non afensu miseriæ, sed à matrice; quasi nutricius dicitur; vt supra misericordiā nō solum misericorditer, sed & maternum erga nos affectum, ipsum Deum gerere confidamus. Vocatur autem eodem vocabulo vterus, & misericordia, quia ab vtero nobiscum nascitur misericordia, & debemus aliorum compati miserijs cum omnes pronati sumus à fœminarum vtero; & in visceribus sedem habet miseri-
Ad Col. 3. cordia. Et sic ait Apostolus. *Induite vos sicut sancti, & electi viscera misericordiæ.* Omnia animantia in sua specie amicè
Plin. lib. 7. cap. 1. viuunt; vt, inquit, Plinius lib. 7. cap. 1. Leonum feritas inter se non dimicat, solus homo homini est inimicus. Et sic in textu Amos citato vbi nostra vulgata habet. *Quoniam violauit misericordiam eius.* Aliqui vertunt, violauit vterum suum. Quia Iacob, & Esau vterini fuere, & gemelli; & sic grauius erat crimen Edonitarum persequentium Israelitas posteros Iacob fratris Esau patris eorum; nam cum nati essent duo fratres vna hora, & sub eodem signo, iustum erat, vt vnicum haberent cor amicitiæ glutino coniunctum; hanc amicitiam

citiam fregit Esau, quæ in vtero fuit causata. Volens occidere Iacob, quia abstulit benedictionem eo nesciente. Et tunc appellatus est Esau, Edon. Vt constat Genes. 25. Ideft, *Genes.* 25.
rufus, seu rubeus propter edulium lenticularum croceum, obquod primogenituram vendidit;& tunc voluit eum occidere;quam inimicitiam eius posteri in longum sunt prosecuti atq; seruati, qui appellati sunt Edon, nomine paterno. Numer. 20. Et voluit posteritas Esau nomen Edon sibi *Numer.* 20.
eligere magis quàm nomen Esau, quia impij gaudent habere nomina, quæ ad contentionem, & lites mouent, quorum sola recordatio excitet iram sanguinemq; incendat. Huiuscemodi erat hoc nomen Edon, quod secum ferebat memoriam primogenituræ venditæ, & ex consequenti ortam inter fratres inimicitiam in mentem venire faciebat, quod etiam ad odium, & rixas concitabat Idumeos, ipsius Esau posteros contra Israelitas. Vbi obiter animaduertat lector, grauiores esse inimicitias inter consanguineos, quàm inter extraneos, & ita isti Idumei atrocius puniuntur, quia ad ruinã Hierusalẽ lætati sunt. Et hanc vltionẽ in ipsos prædicit hic noster vates, quæ Ezechiel. 25. fuerat vaticinata. *Ezech.* 25.
Pro eo quòd fecerunt Palesthini vindictam, & vlti se sunt toto animo interficientes, & implentes inimicitias veteres. Biberunt Iudæi amarum calicẽ iræ Dei; vt habetur Ezechiel. 23. *Ebrietate, & dolore repleberis calice mœroris, & tristitiæ, & potabis vsq; ad feces.* Hoc dicit, quia Hierusalem bibit nouissima post Samariam, & sic crassiores feces potionis hausit. *Et fragmenta eius deuorabis.* Quod est acerbius, non solum potionem amaram, sed fragmenta calicis, quæ lacerationem, & mortem adducunt bibere, sicut est lætale, vitrum contritum bibere. *Ezech.* 23.

Gaude, & lætare filia Edon. Secundus sensus est, iuxta D. Hieronym. & Isidorum Clarium, & Dionisium, quòd sumantur hæc verba ironicè, ad horam quidem lætare, quoniam tu quoq; bibes calicem furoris Domini. Eleganti, & faceta Ironia læporis plena Idumeos irridet, & dissimulanter *D. Hierony.* *Isidorus.* *Dionisius.*

vxoris Euam, eoquòd mater esset cunctorum viuentium. Vidit se Adam in laboribus constitutum, & pœna mortis mulctatum cum suis posteris, & ingenti dolore obstupefactus, vxorem suam Euam, idest, vitam ironicè appellauit, innocentia spoliatus, & morti traditus harum omniū calamitatum authorem Euam, idest, vitam amaro ioco appellauit cum nihil minus sit quàm vitæ, sed potius mortis mater. Solet enim dolor authore Plinio lib. 3. epistolarum venustos facere: pulchra quidem vitæ mater per quam omnes morimur, ipsa namq; viro suasit, vt ederet de vitæ ligno & sic omnes morti mansimus astricti. *Plin. lib. 3. epistolarum.*

☞ *Inebriaberis, & nudaberis.*

APpellauerat illam filiam Edon, prædicit illi modo nuditatem. Nam fœminæ, quæ de pulchritudine letātur, nil plus occultant quā dedecoris notā, & erubescunt valdè, si earum nuditates hominibus innotescant, & egestate, & ignominia plenæ cæterorū conspectui appareant. Naum 3. Niniuitis fœminis minatur Deus hoc supplicium. *Ecce ego ad te dicit Dominus, reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam.* Oseæ etiam capite. 2. *Ne forte spoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ.* Et Ezechielis capite 16. *Nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnes turpitudinem tuam.* *Naum 3.* *Oseæ 2.* *Ezechiel 16.*

Thau. ☞ *Completa est iniquitas tua filia Sion non addet vltra, vt transmigret te, visitabit iniquitatē tuam filia Edon, discooperuit peccata tua.*

D. Thomas dicit, quód consolatur vates Iudæos, spem libertatis aduentatis prebens. *Completa est iniquitas.* Idest, iam est purgata, implenturq; septuaginta anni captiuitatis: pœnas dedistis vestræ iniquitatis. Secundus sensus. *Completa est iniquitas tua filia Sion.* Idest, punitio, *D. Thomas.*

& pœna tuæ culpæ. Sed aduertite nō dicere vatem pœnam peccatorum Edon fuisse finitam, nam impiorum supplicium in alio sæculo non terminabitur. Sanctes Pagninus legit, completa est pœna iniquitatis tuæ filia Sion. Ita Leuit. 20. *Portabunt ambo iniquitatem suam.* Idest, sui delicti pœnam. De hac æternitate suppliciorum inferni dicitur Baruc. 4. *Sicut enim gauisa es in tua ruina, & lætata in casu tuo; sic contristabitur in sua desolatione, & amputabitur exultatio multitudinis eius, ignis enim superueniet ei ab æterno in lōgiturnis diebus, & habitabitur à dæmonijs in sempiternum.* Quasi diceret igne potest æterno comburere, ille qui æternus est.

Pagninus. *Leuit.* 20. *Baruc.* 4.

Malitia sumitur hic pro afflictione sicut notauit D. Hieronymus super Amos. 3. in illis verbis. *Si est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* 70. Interpræt. legunt, si erit malitia in vrbe, quam Dominus non fecerit. Vbi dicit malum, quod Dominus facit in ciuitate non est contrarium virtuti, sed afflictio, & cruciatus de quo legimus Matth. 6. *Sufficit diei malitia sua.* Idest, tribulatio, & angustia. Et Isaiæ. 45. *Faciens pacem, & creans malum.* Et Ionæ. 3. *Et pœnituit eum super malitia, quam locutus est vt faceret eis.* Malitia, subuersio Niniuitarum est. Et Isaiæ. 40. *Completa est malitia eius dimissa est iniquitas.* Idest, pœna captiuitatis finita, quia Dominus remisit iniquitates suas. Et Matth. 6. *Sufficit diei malitia sua.* Idest, quotidianus labor non est augendus cura crastinæ diei. Vel completa est militia eius, vt legit Pagninus. Idest, iam est finitum tempus militandi contra hostes. *Accepit de manu Domini duplicia.* Suple bona. *Pro omnibus iniquitatibus suis.* Idest, exuberantem indulgentiam, & peccatorum remissionem, quia hæc sunt vera bona; vel pro sua afflictione multa recepit bona. Et Eclesiasti. 11. *Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ multæ.* Idest, afflictio horæ mortis.

D. Hierony. sup. Amo. 3. 70. *Matth.* 6. *Isaiæ.* 45. *Ionæ.* 3. *Isaiæ.* 40. *Matth.* 6. *Pagninus.* *Eclesiast.* 11.

☞ *Non addet vltra, vt transmigret te.*

Idest, non exulabis amplius à tua Patria, completis enim septuaginta annis reuersi sunt in terram suam. *Non addet*

vltra,

vltra, vt transmigret te. Idest, transmigrare te faciet hostis Babylonicus de terra tua;vel vt exponit Nicolaus Lyranus. *Lyranus.*
Dominus non eiiciet te, de tua patria. Et illud aduerbium vltra,non significat hic in perpetuum, sed in longum tempus,nam post Babylonicam captiuitatem, & vastitatem à Chaldeis inflictam fuere Iudæi vastati à Romanis,& à suo natiuo solo expulsi, propter Christi Domini mortem. Ita sumitur Isaiæ.2. *Non exercebuntur vltra ad prælium.* Idest,per *Isaiæ. 2.*
longum tempus; & 2. Reg. 6. *Latrones non venerunt vltra in* *2.Reg.6.*
terram Israel. Idest,per diuturnum tempus. Et 1.Reg.7. *Non* *1.Reg.7. &*
addiderunt vltra Philistim venire in terram Israel. Et tamē cap. *13.*
13. dicitur, quòd mortuo Samuele venerunt.Et Genes.32. *Genes. 32.*
Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum vltra. Idest,per ali- *35. & 46.*
quod tempus, nam cap.35.& 46.appellatur Iacob. Sic notat *Gal.lib.5.c.*
Petrus Galatinus lib.5.cap.7.& Prouerb.31. *Bibant, &* *7.*
obliuiscantur ægestatis suæ,& laboris non recordentur vltra. Idest, *Prouerb.31.*
per breue illud tempus quo durat potus dulcedo.

Isidorus Clarius exponit completa est iniquitas tua, per *Isidor. Clar.*
completam iniquitatem,Iudæi intelligunt tempus Meßiæ, quando Prophetæ abolendas fore iniquitates filiæ Sion vaticinati sunt.Per illud enim quod ait non addet vltra, vt transmigret te;& quod de Edon vaticinatur,omnium gentium futuram redemptionem subindicat.Vnde ad Roman. *Ad Rom.11*
11. *Sicut scriptum est, veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob: & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum.* Impietas hic sumitur pro infidelitate propter quam,Iudæi impij, & iniqui dicuntur. Venit Christus Dominus verus Meßias ex Sion ex Iudæis, & ex Hierusalem. *De Sion exibit lex*, Micheæ. 4. *Et hoc illis testamentum.* Idest, *Michea.4.*
firma promisio, quæ in Iudæis complebitur circa finem sæculi quando Iudæi recipient Christum, & Euangelium, quod est testamentum nouum.

☞ *Completa est iniquitas tua.*

Septuaginta Interpræt. legunt, defecit iniquitas tua. Idem *70.*
est

oculis punieris. Sic Hieremiæ. 49. *Ego discooperiam Esau, reuelaui abscondita eius.* Sunt in hac vita plerumq; abscondita hominum scelera, quæ Deus aliquoties manifestat ad maiorem peccantium pudorem. Vnde Ezechiel. 16. inter alia beneficia præstita adolescentulæ hoc vnum refertur. *Eras nuda, & confusione plena, & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* Quoties sua clementia extendit super nos pallium misericordiæ, & nostra occultantur peccata. Sed cum iratus fuit contra Dauid, dixit per Natham. 2. Reg. 12. *Tu fecisti absconditè ego autem faciam verbum istud, in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis huius.* Sed in futuro sæculo omnium denudabuntur crimina. *In fine hominis denudatio operum illius.* Ecclesiasti. 11. Et continget idem, quod viatoribus, & mercatoribus, cum ad confines aliorum Regnorum perueniunt; custodes scrutantur omnes merces, & quæcunq; inuoluta sunt manifestantur, vt tributa soluant: sic cum ad aliud sæculum per mortem proficiscimur, fiet nostrorum operum stricta discusio, & arctissima reddetur à nobis ratio, vt pro delictorum grauitate sit pœnæ retributio. Et tandem in extremo iudicio omnium delicta patebunt. Iob. 20. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.* Tuncq; maximo pudore afficientur impij in illo mundi extremo die. Sicut dicitur Isaiæ. 1. *Erubescetis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis, velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua.* Solebant Israelitæ colere Idola, eisq; in hortis sacrificare; per hortos autem loca luxuriæ designat, lucos, & nemora vbi luxuriabantur Iudæi, & (Ganot.) Appellabant protecta quædam loca, varijs floribus ornata vbi sacrificabant. Erunt horti inamœni, & quercus spoliatæ frondibus. Nudabitur terra viridi herba, & relinquetur Sicca. Sic exponit D. Basilius super hoc loco, & affert similitudinem optimam, erũt, ait, quercui depositafoliorum coma asimiles, vt palam exhibeat cõspicua, quæ sub folijs delitescebant: dum

Hierem. 49.

Ezech. 16.

2. Reg. 12.

Eclesiast. 11.

Iob. 20.

Isaiæ. 1.

D. Basilius.

enim

enim compatiore foliorum coma adornata eſt, fit, vt elegantem, & peramenum præſeferat colorem, ramorum ſcabriciem obumbrantibus folijs; & paſerum niduli occultantur in arborum finibus, ſed deciduis folijs, apparent rami aridi, & quicquid folijs abſcondebatur: ſic in fine vitæ cum areſcit homo occulta manifeſtantur crimina. Et Ecleſiaſti. 1. *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum.* Græce eſt
Ecleſiaſti. 1. in ore hominum, qui habet aliud intus, aliud foris hypocrita vocabitur. *Et ne ſcandalizeris in labijs tuis.* Qui fidem, quam eius labia confitentur violat, offendit, & cadit in lege. *Adduces animæ tuæ dedecus.* Ideſt, tibi in die iudicij, tàm particularis quàm generalis, quia tunc Deus reuelabit abſconſa tua. *Et in medio Sinagogæ elidet te.* Ideſt, in medio illius congregationis vniuerſaliſq; conuentus proiiciet in voraginem inferni vbi ardebis in æternum. Faxit Deus tecta ſint atq; dimiſſa noſtra ſcelera per pœnitentiam illo die, &c.



CAPVT



ORATIO HIEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT. V.



OST MVLTIPLICIA lamenta conuertit se noster vates, ad orationis remedium præcesq; supplices ante Deũ effundit pro suæ gentis libertate, ante oculos diuinos proponẽs sui populi calamitates. Similiter orauit Propheta. Habac. cap. 3. agens de captiuitate Babylonica, & habet pro titulo, oratio Habacuc pro ignorantijs, quia ipse disputauerat cum Deo de sua prouidentia, audacter cum eo contendens cap. 1. *Quare taces conculcante impio iustiorem se?* Nũc remitti postulat, si quid peccati per ignorantiam interloquendum commisit, & ita Hebræi vocant Habacuc audacem, eoquòd ausus fuerit, cum Deo disputare super libertate Hebræorum, qui captiui detinebãtur in Babylonia. Solus Theodotion legit, oratio pro voluntarijs. Idest, pro his, qui sponte delinqunt. Rabi Salomon putat hìc Prophetam suum peccatum plangere, quasi temerè loqutus fuerit in Deum. Alij voluntarium orationem esse pro captiuitate tollẽda, quam Israel patiabatur à Chaldeis. Plérique vero censent hãc orationem esse pro ignorantijs, idest, pro illis peccatis, quæ populus captiuus commiserat, tentationibus

Habacuc. 3.

Theodotion.

Rabi Salom.

tentationibus varijs agitatus, tam per ignorantiam, quàm per infirmitatem, aliqui enim Iudæi nutauere in cultu Dei, cum sacra illorum à Babylonijs irriderentur, cum insultantes aclamarent. *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.*
Psal. 136. Psalm. 136. ergo pro ignorantijs, seu erroribus ignari populi, qui contra Dei prouidentiam locutus fuerat laboribus oppressus orat Habacuc, & idem est, *Oratio pro ignorantijs,* ac si diceret, pro ignorantibus. Et est abstratum pro concreto, illius populi, qui de diuina prouidentia conquæstus erat. Pari modo noster vates deprecatur Deum pro calamitatibus suæ gentis, vt ab eis eripiantur.

☞ *Recordare Domine quid acciderit nobis.*

70. SEptuaginta Interpræt. legunt, recordare Domine, quod factum est nobis, & est communis modus loquendi flentium suas miserias, solent enim dicere in nostro Hispano sermone (que gran mal que se me hizo) & notandum est, quòd sicut visio peccatorum sumitur in malam partem pro deliberatione ad puniendum. Vt Genes. 18. *Clamor Sodomorum accendit ad me, descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint.* Ita recordatio in Scriptura Sacra vsurpatur in bonum, vel in clementiam, & misericordiam, & sic sumitur hîc pro recordatione cum misericordia coniuncta, vt Genes. 8. *Recordatus est Dominus Noe cunctorumque animantium, & adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.* Hoc notauit D. Thomas super istud cap. Genes. 8. & Psalm. 77. *Et abundauit, vt auerteret iram suam, & recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.* Illud et, sumitur pro quia: reddit rationē vates propter quā non disperdidit eos, & non accendit omnem iram suam, imò eam auertit, quia recordatus est quòd sunt fragiles. Hæc enim recordatio semper coniuncta est cum misericordia, vt Lucæ 1. *Suscepit Israel puerum suum.* Israel est in acusatiuo, idest, seruum suum Israel liberauit, propter suam misericordiam, & ita addit. *Recordatus misericordiæ*

Genes. 8. D. Thomas. Psalm. 77. Lucæ 1.

ricordiæ suæ. Ecce quomodo cum miseretur dicit, quòd re cordatur.

☞ *Recordare Domine quid acciderit nobis.*

NON Petit noster Propheta vindictam contra hostes sui populi, solummodo amore suæ gentis motus, Dei auxilium implorat, & ita ingenti dolore, calamitosas seruitutis ærumnas, & miseram vitam corã oculis diuinis repræsentat, & vt reminiscatur infœlicis sortis suorũ ciuium exposcit. Sic Psal. 88. dicebat Dauid. *Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentiũ.* Psalm. 88. Et Psal. 73. *Vt quid Deus repulisti in finem? Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.* Psalm. 73. Non dicit Propheta memento Domine inimicorum nostrorum, vt digna factis recipiant, sed solum recordare quid nobis acciderit, non mala, quæ à natura nos comittãtur, quæ naturalia sunt, sed quæ acciderunt propter delicta commissa, & nõ solum dicit vide, quid cõtigerit, sed repetit addens. *Intuere, & respice, &c.* Iustus enim non postulat vindictam, sed iniurias sustinet forti animo. *Ferrum pertransiit anim æeius.* Dicitur de Ioseph: Psalm. 104. Cassiodorus notat, quòd alia litera habet anima eius pertrãsijt ferrum, idest, labores, & vincula, & compedes animo læto, quasi vilipendens sustinuit, quod Hispanè dicimus (passo liuianamente por todo esso.)

☞ *Intuere, & respice opprobrium nostrum.*

HÆC Verborum iteratio afflictionem, & intensionem doloris significat. Sicut Dan. 9. *Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & præces eius, ostẽde faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est, inclina Deus meus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, exaudi Domine, attẽde, & fac, ne moreris propter te metipsum.* Daniel. 9. Hæc verborũ repetitio ad Epitasym facit, qua ostẽditur vehemẽs Prophetæ affect⁹, quia ex corde desiderabat sui pôpuli liber tatẽ: similiter hic expostulat, vt respiciat opprobriũ, quod gẽs in

clyta magnis fauoribus honoratā in tātā deueneris miseriā
Eclesiast.36. seruitutis. Similis oratio est Eclesiasti.36. *Miserere nostri De⁹ omnium, & respice nos, ostende nobis lucem miserationum tuarum.* Petit sapiens à gentium oppræssione liberari. Versamur in calamitatis tenebris, fauorē tuæ lucis ostēde, & paulò inferius. *Excita furorem, effunde iram, extolle aduersarium, afflige inimicum.* Idest, tolle de mūdo, & de vita, migrare fac inimicū. De aliquo singulari tyranno loquitur, à quo populus præmebatur. *Festina tempus.* Idest, fac tēpus festinare nostri auxilij. Item nota quod solum postulat à Deo, vt videat, & cōsideret populi extremā miseriam; quia si respicit, statim mi-
Numer.6. sericordia mouetur. Numer.6. *Conuertat Dominus vultū suum*
Ruth.2. *ad te, & det tibi pacem, & misereatur tui.* Sic Ruth.2. de Noemi dicitur. *Audierat quod respexisset Dominus populum suum.* Et
Baruc.2. confestim addit. *Et dedisset eis escas.* Et Baruc.2. *Respice Domine de domo sancta tua in nos, inclina aurem, & exaudi nos, aperi*
Isaiæ.64. *oculos tuos, & vide.* Et Isaiæ.64. *Ecce respice populus tuus omnes nos ciuitas sancti tui facta est deserta Sion, & Hierusalem desolata, domus sanctificationis nostræ facta est in exustionem ignis, &c.* Petunt Prophetæ Dei misericordiam his omnibus locis, & dicūt respice; quia si respicit, statim miseretur. Respicere Dei
Exod.2. est misereri, seu auxiliari. Exod.2. *Respexit Dominus filios Is-*
Iudith.6.& 13. *rael.* Idest, misit liberatorē. Et Iudith.6. *Respice ad humilitatē nostrā.* Idest, iuua nos; & cap.13. cū caput Holofernis truncauit orās Deū dicit. *Respice in hac hora ad opera manū tuarum.*
Psalm.34. Et statim illū percussit. Et Psal.34. miratur Dauid, quomodo taceat Dñs videns suas ærumnas. *Vidisti Domine, ne sileas.*
Genes.22. Et Genes.22. *Vade in terrā visionis, & offer filiū tuum.* Vocatur mons Moria terra visionis; quia in isto mōte fecit Dñs misericordiā cū Isaac mittendo Angelū, qui teneret brachium
Zachar.9. Abrahæ, ne extēderet gladiū super collū filij sui. Zachar. etiā
70. 9. *Domini est oculus hominis.* 70. Interpræt. legūt, Dñs respicit homines. Idest, fauet, & patrocinatur eis, eorūq; miseretur.
1.Esdras.5. 1. Esdras.5. *Oculus Dei eorū factus est super senes Iudæorū, & non potuerunt inhibere eos.* Idest, nō potuerunt Iebuzæi tēpli reædificationem.

ficationẽ impedire, quia Deus fauebat Iudæis respiciẽs eos. Et Genes.44. *Dixistiq́; seruis tuis adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum.* Idest, beneuolus ero Beniamin, atq́; amanter visum in eum intendam. Et Hierem.39. *Præceperat autem Nabuchodonosor Rex Babylonis de Hieremia, Nabuzardam magistro militum dicens: tolle illum, & pones super eum oculos tuos, nihilq́; ei mali facies.* Idest, illi faue. Et Zachar.12. *Et super domum Iuda aperiam oculos meos.* Hoc est, opem eis præstabo. Et Exod.33. *Facies mea præcedet te.* Id est, meũ præsidiũ. Et Psal. 118. *Illumina faciem tuam super seruum tuum.* Quibus enim fauemus, illos benebolé, hilariq́; vultu, & facie serena, & amicabili respicimus, & animi beneuolentiam ostendimus. Verũ est tamen quod respicere Dei sumitur aliquando in malam partem, sicut Iudith.9. *Respice in castra Assyriorum.* Idest, subuerte, atq́; Habacuc.1. *Quare non respicis super iniqua agentes.* Idest, quare non punis? Et Exod. 14. *Iamq́; aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam nubis, & ignis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturq́; in profundum.*

Genes. 44.
Hierem. 39.
Zachar. 12.
Exod. 33.
Psalm. 118.
Iudith. 9.
Habacuc. 1.
Exod. 14.

☞ *Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.*

IDest, illa terra, quæ à te fuit concessa patribus nostris, & nobis hæreditario iure veniebat, data est in manibus extraneorum, quod valde durum, atq́; molestum est Dominis rerum. Sic Isaiæ.1. *Alieni coram vobis terram vestram deuorant.* Et in suppliciũ impiorũ dicitur Psal.48. *Relinquent alienis diuitias tuas.* Et Eclesiaste.6. de auaro dicitur. *Nec tribuit Deus potestatem, vt comedat ex eo, sed extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est.* Et Hierem.cap.6. hoc illis prophetauit. *Et transibunt domus eorum ad alteros agri, & vxores pariter; & extendam manus meas super habitantes terram.* Suple ad puniendum. Et cap.8. *Dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus.* Idest, inimicis de populatoribus, quia si aliter esset, nulla erat pœna; cum Genes.15. angustaretur Abra-

Isaiæ. 1.
Eclesiaste. 6.
Hierem. 6.
Et 8.
Genes. 15.

ham eòquòd nō haberet hæredem dicens. *Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absq; liberis? Et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer*. Suple erit hæres meus? *Mihi autē nō*
Micheæ 1. *dedisti semen? Et ecce vernaculus meus erit hæres meus?* Mich. 1. *Hæredem adducam tibi.* Ideſt, hæredem, hoſtem, qui tua bona
Hierem. 17. diripiat. Et cap. 17. ait Hierem. *Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras.* Promittebatur olim Iſraelitis in præmium bonorum operum iſta hæreditas terræ Paleſthinæ, vt conſ-
Isaiæ 58. tat Iſaiæ cap. 58. *Dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas, vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, os enim Domini locutum est.* Sed nunc in ſuorum peccatorum pœnam hac hæreditate ſunt ſpoliati, præ-
Matth. 21. cipuè cum dixere Matthæi 21. *Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem, & apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.* Quapropter expulſi ſunt ab hæreditate, regno, templo, & Sacerdotio. *Aufferetur à vobis Regnum*, dixit illis Chriſtus Dominus, imo ipſi contra ſe protulere ſententiam dicentes. *Malos malè perdet, & vineā suam locabit alijs agricolis.* Nam eo ipſo quòd Iudæi occiderūt Chriſtū Dominum, hæreditatē amiſſere, cū ſerui facti fuerint peccati, & deſierint eſſe filij, per gratiam, & D. Paulus
Ad Rom. 8. teſtatur ad Roman. 8. *Quod si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Domus nostra ad extraneos.* Domus Hebreæ linguæ conſuetudine familiam ſignificat. Vt
Genes. 30. Geneſ. 30. *Iustum est igitur, vt aliquando etiam prouideā domui meæ.* Ideſt, familiæ, & Pſal. 113. *In exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo barbaro.* Per domum Iacob Iſraeliticā
Isaiæ 7. gentē ſignificat. Et Iſaiæ 7. *Audite domus Dauid.* Ideſt, poſ-
Verg. lib. 1. teritas Dauid. Latini ad eundem modum loquūtur, & Verg.
Æneid. canit lib. 1. Æneid. cū domus Aſarici. Troianos intelligens à quibus Romani oriundi erant. Appellat Iacob domū ſuā non ſolū vxores cū filijs, ſed etiā poſſeſsiones, quibus illos ali
Aristot. neceſſe eſt, quod & Ariſtot. ſcribit in œconomicâ. Domus quidem

quidem partes sunt homo, & possessio. Et Prouerb.19. *Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino atuē propriè vxor prudens.* In Hebræo est, domus, & opes hæreditas patrum: quasi dicat, hæc à patre accipit homo non à Deo immediate; Deus enim hæc largitus est patri, qui filio relinquit: domus, inquam, & opes securè recipit filius à patre: cæterum prudentem vxorem solus Deus largitur; donum enim Dei est optimā sortiri vxorem. In nostro ergo vate domus rem familiarē, possessiones, & filios significat, quæ omnia translata sunt ad hostes. Prouerb.19.

☞ *Pupilli facti sumus absq; patre, matres nostræ, quasi viduæ.*

SEptuag. Interpræt. legunt, non est pater. Quod Hispanè dicimus (ya no tenemos padre.) Et hoc dicit Propheta, quia parentes occidebantur in prælio, & filij remanebant orphani, & vxores viduæ. Quod ante fleuerat Hierem. cap. 15. *Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris.* Vel pupilli facti sumus absq; te, qui pater noster est, & auertisti faciem tuam à nobis, ac si non esses pater, qui Exod. 4. dicebas olim. *Filius meus primogenitus Israel.* Et Hierem. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Et infra. *Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem?* Sed nunc repulisti nos, facti sumus, sicut filij carentes patre, qui eos defendat, ac tueatur, tu qui verus es pater, reiecisti. *Et pater futuri sæculi.* Isaiæ. 9. Nam patres carnales sunt huius sæculi patres, quia bona terræ filijs suis coacervant; sed tu alterius sæculi pater. In Hebræo est, vt notauit Adamus in hunc locum. Pater vsquē; supple, semper: tu, qui non deserebas nos in perpetuum, nunc dereliquisti. 70. Hierem. 15. Exod. 4. Hierem. 3. Isaiæ. 9. Adamus.

Animaduertēdum est, quod pater in sacra pagina, idē est quòd Rex, vt Isaiæ. 38. *Sicut, & ego hodie pater filijs notam faciet veritatem tuam.* Id est, ego Rex Ezechias Dei veritatē, & misericordiam prædicabo vobis. Ex quo loco discant Reges Isaiæ. 38.

suorum subditorum debere esse patres, & non carnifices.
4.Reg.5. 4.etiam Reg. 5. dixerunt serui, Naaman, Syro. *Pater si rem grandem præcepisset tibi.* Ideſt, dux si rem difficilem iuberet Propheta, vt sanitatem cōparares, tenebaris obedire. Etiam
Genes. 4. Pater idem est quòd inuentor alicuius rei. Vt Genes. 4. Vocatur Iubal. *Pater canentium in cythara.* Ideſt, musicæ inuentor.

☞ *Matres nostræ quasi viduæ.*

QVIA Viri absentes erant in captiuitate Babylonica, & vxores ferè quasi viduæ reputabantur, vel quasi
Hierem. 51. viduæ, quia Deus ab illis recesserat, de quo Hierem. 51. dicebatur. *Non fuit viduatus Israel, & Iuda à Domino Deo suo Domino excercituum.* Tertius sensus. *Matres nostræ quasi viduæ.* Ideſt, Sinagogæ absq; Sacerdotibus, quarum Archisynagogi sponsi dicebantur. Sicut nunc Episcopi sponsi nuncupa-
D. Thomas. tur suarum Ecclesiarum, sic exponit D. Thomas. Vnde
Isaiæ. 32. Isaiæ. 32. *Mulieres opulentæ surgite, filiæ confidentes audite vocem*
Haimo. *meam.* Haimo super hunc locum, per mulieres opulentas
Isaiæ. 50. intelligit vrbes ditiores, & Synagogas. Et Isaiæ. 50. *In sceleribus vestris dimisi matrem vestram.* Per matrem totam
Adamus. Iudæorum Synagogam intelligit vates. Sic exponit Adamus.

☞ *Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra prætio comparauimus.*

70. SEptuaginta Interpræt. legunt, aquam nostram in argento bibimus; idem est sensus cum nostra vulgata. Ideſt, in prætio argenti ab hostibus tyrannicè nos præmentibus, emebamus aquam: imo aerem nobis volebant vendere. Sic
Deuter. 4. Deuter. 4. *Aquam emptam haurietis, & bibetis.* Hoc illud Isaiæ.
Isaiæ. 30. 30. *Dabit Dominus panem arctum, & aquam breuem.* 70. Inter-
70. præt. legunt, panem tribulationis, & aquā angustam. Aqua
Pagninus. breuis, est aqua molestiæ. Pagninus legit, aquam oppræssionis, ideſt, quam solent bibere oppræssi in modica mensura,

cum

cum sunt ab inimicis in arcto positi, & vndique circumuallati, quæ solet esse in parua quantitate, & empta pluris, quàm æquum erat. Et Hispanè dicimus (dar de comer pan por onzas, y agua por medida.)

Aqua pedum in sacris literis vocatur vrina. Isaiæ. 22. est hic tropus. *Bibetis aquam pedum vestrorum.* In Hebræo est, vrinam vestram, quia in obsidione Hierosolimitani tãta aquæ penuria laborabant, vt deficientibus cisternarum aquis biberent suam vrinam. Vocatur autem vrina aqua pedum eo quòd defluit, vsq; ad pedes. Et hîc dicit noster vates quòd biberũt aquam suorum fontium prætio comparatam à suis hostibus. Qui ligna montiũ consumebant, adolendo thus, & immolando victimas Idolis. Vt dicitur Hierem. 7. *Filij colligunt ligna, &c.* Merito nunc prætio comparant ligna. *Isaiæ. 22.* *Hierem. 7.*

☞ *Ligna nostra prætio comparauimus.*

IDest, nostrorum montium ligna metu hostium non audebam⁹, scindere, sed ab inimicis illa emebamus, & ignẽ nobis vendebant, imo parum minus quàm Solem. Extrema autem miseria est carere necesarijs ad cibum parandum.

☞ *Ceruicibus nostris minabamur lassis nõ dabatur requies.*

PRoponit nostervates coram æquissimo iudice captiuorum vexationem, & Dominorum crudelitatem, veluti iumenta tractabãtur, & manu superborum ceruicibus percussi ad vexationem propellebantur, vt etiam lassati, atq; defesi crudelitate hostili, nollentes currerent, & stimulati laborem operis perferrent, collaphis in ceruicibus percussi.

Secundus sensus. *Minabamur.* Idest, minabantur inimici ceruicum percussionem, in qualibet licet leui occasione, periculum capitis hostes minabantur, & imminebat persecutio; & sic Rupertus, minabatur ceruici nostræ persecutor. 70. Interpræt. legunt, super collum nostrum perse- *Rupertus. 70.*

 cutionem

cutionem passi sumus, laborauimus, non quieuimus. Similiter legit Sanctes Pagninus, quod Hispanè dicimus (dieron nos de pescoçones)

Dionisius. Tertius sensus est Dionisij, erat vbiq; periculum captiuitatis mortis, & ceruicis præscindendæ, vel vt exponit Isidorus Clarius, durũ captiuitatis iugum nobis est impositum.

Isid. Clarius

D. Thomas. Vltimus sensus, qui est D. Thom. ligati ceruicibus nostris ducebamur per viã in ẽtorum more, vel eorũ, qui ad triremes sunt damnati, qui vna catena ferrea colligati per itinera ducuntur. Quod Hispanè dicimus (trataron nos como a bestias) sic Isaiæ 52. *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.*

Isaiæ 52.

Oseæ 11. Et Oseæ c. 11. *Ero quasi exaltans iugũ super maxillas eorũ.* Idest, auferã seruitutis iugum, & in libertatem vos asseram.

☞ *Lassis non dabatur requies.*

QVod est ingens malũ, & minime ferendũ, vrgent crudeliter tyranni suos seruos, licet multũ laborẽt videntur illis otiosi. Sic dicebat Pharao Exod. 5. *Et mensuram laterũ quam prius faciebant imponetis super eos, nec minuetis quicquam, vacant enim, & id circo vociferantur dicentes eamus, & sacrificemus Deo nostro, opprimantur operibus, & expleant ea, & non acquiescent verbis mendacibus.* Similiter Isaias c. 14. de Nabuchodonosor dicit. *Et erit cũ requiẽ tibi Deus dederit à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura.* Vide quibus epithetis declarat Propheta duram seruitutem. Ex hoc textu colliges tyrannorum esse, seruos crudeliter tractare: sed Christianorum est benignè, atq; beneuolè cum illis agere. Sic monet D. Paulus ad Ephes. 6. *Et vos Domini eadem facite illis remittentes minas scientes, quia illorum, & vester Dominus est in cœlis.* Et in epistola ad Philæmonem. *Obsecro te pro filio meo, quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem, & mihi, & tibi vtilis, quem remisi tibi, tu autem illum, vt mea viscera suscipe forsitam enim ideo discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes, iam non, vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem.* Vbi obiter

Exod. 5.

Isaiæ 14.

Ad Ephes. 6

Ad Philem.

biter animaduerte feruentem Apostoli charitatem, qui in carcere vinctus vnam epistolam scribit pro fugitiuo seruo, vt benignè excipiatur à domino suo Philemone, & Lucæ cap. 7. de Centurione dicitur, quòd habebat seruum ægrotum. *Qui illi erat pretiosus, & cum audiret de Iesu misit ad eū seniores Iudæorum rogans eum, vt veniret, & sanaret eū.* Discant domini habere curam de ægrotantibus seruis, & sanitaté illis procurare. Ecclesiast. 33. *Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem, sic eum tracta.* Sic fecit iste Centurio non expulit de domo sua, quia infirmus erat. Et Ecclesiast. 7. *Seruus sensatus sit tibi quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neq́, inopem derelinquas illum.* Et supra dixerat. *Non lædas seruum in veritate operantem.* Ne sis sicut ille Amalechita, qui dereliquit seruum suū ægrotanté in via. 1. Reg. 30. quem semimortuum, atq́, famelicum refocilauit Dauid. Rectè dixit Salomon Prouer. 12. *Viscera impiorū crudelia.* Nō sic vtendum est seruis, sicut calceis, qui vbi detriti sunt abijciuntur, nec de illis curatur amplius. Plutarc. in vita Marci erasi, cap. 2. de eo refert, quòd alebat domi, magnā seruorū turbā, & vocabat organa viua rei familiaris, eorūq́, præcipuā agebat curā. Et Aristot. lib. 8. Ethic. c. 11. dicit seruus instrumentū est animatū. Ergo quia homines nobis similes, nō sunt deserendi, sed quia fideliter nobis inseruiunt humanissimè, & liberaliter veniunt tractandi. Et sic Leui. 22 dicitur. *Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, quem autē emerit Sacerdos, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedant ex eis.* 70. Interpretes legunt, si posederit animam pecuniā emptā, hic comedet de panibus eius. Vide quàm benignè tractandi serui, vt cum domino ad mensam sedeant, atq́, de panibus Sacerdotis, hoc est, de cibis, quos vescitur Sacerdos, ipsi alantur, quod de fidelibus seruis præcipuè intelligitur. Et referuntur à Valerio Maximo lib. 6. varia exempla fidei seruorum erga dominos. Refert idem fortissimum patientiæ exemplum in seruo Marci Antonij oratoris, qui incesti reus agebatur, seruus eius, cum

Lucæ. 7. *Ecclesiastici. 33. & 7.* *1. Reg. 30.* *Prouerb. 12.* *Plutar. in vita Marci Erasi cap. 12.* *Aristo. lib. 8 Ethic. c. 11.* *Leuit. 22.* 70. *Vale. lib. 6.*

Domini crimen certò constabat, in quæstionibus ab accusatoribus vocatur, & grauissimis supplicijs excarnificatur, neque tamen vlla vox exprimi ab eo poterat, qua Domini causa læderetur. Argui fortuna merito potest, ait Valerius, quòd tam pium, & tam fortem spiritum seruili nomine inclusit, tanquã si pius, & fortis spiritus translatitia virtus in

Macrob. lib. 1. Saturnal. seruo sit. Refert Macrob. lib. 1. Saturnal. Romæ hunc morem fuisse, vt frugibus omnibus in horrea cōditis, patres familias in saturnalibus cum seruis vescerentur, quibus cum patientiam laboris incolendo rure tolerauerant. Et testimonio sunt nobis veteris legis literæ, quæ liquido significant seruos semper curæ superis fuisse, qui nesciant cauisse, ne in perpetuum seruitutem seruirent, sed exacto aliquot annorum seruitio in libertatem sese assererēt. Sed et de ser-

Genes. 39. uo Ioseph. Genes. 39. Scriptura refert postquam emit eum Putifar. *Fuitq́; Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè*

Epictetus. *agens.* Clarus erat Philosophus Epictetus, sed in seruitutem recidit, neq; tamē ob id minus charus erat superis, quod ipse Pentametro hoc versu significauit.

Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus,
Pauperie pressus, charus eram superis.

Et Anaxilaus Rheginorum tyrannus moriēs, & liberos paruos relinquens, Myscitho seruo suo commendasse contentus fuit, tutelamq́; sanctè gesit, imperiumq́; tam clementer obtinuit, vt Rhegini à seruo Rege non dedignarentur: perductis deinde in ætatem pueris, & bona, & imperium tradidit, & ipse paruo viatico sumpto profectus est, & Olympiæ cum summa tranquillitate consenuit, vt refert Macrobius loco citato. Diogenes etiam lynichus seruiuit seruitutem; sed, is ex libertate in seruitutem vēnum ierat, quem cum emere vellet Geniades Corinthius, & quid artificij nouisset per contatus foret: noui, inquit, Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Geniades responsum eiusdem miratus emit, & manumisit, filiosq́; suos ei traddens accipe, in-

Aulog. li. 2. quit, liberos meos, quibus imperes. Ita refert Aulogelius lib. 2.

lib. 2. Noctium Athicarum, & Prouerb. 17. *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres diuidet hæreditatem.* Quod in Ioseph seruo prudente factum videmus, qui inuenit gratiã corã Domino suo, à quo præpositus, in omnibus gubernabat creditam sibi domum. Quo pacto possit esse amicitia inter seruum, & Dominum videndus est Buridanus lib. 8. Ethicor. quæst. 15. in resp. ad 3. obiect. vbi respõdet ex Arist. aliqualiter posse esse iustum, & amicitiam inter seruum, & Dominum, in quantum sunt homines; quamuis enim in aliquo casu esset iustum vti seruis, tam omnino esset iniustum, & in humanum vti seruis, qui sunt homines, tanquam bestijs. Dominus ergo aspiciens ad humanitatem potest compati seruo, & indulgere ei multa, ad quæ cogeret eum, si non aspiceret ad humanitatem. Ergo in isto casu Dominus habet affectionem bonam ad seruum, in quantum homo cum ratione humanitatis indulgeat seruituti. Et è contra seruus potest refferre Dño multas grates, de hoc quod non vtitur eo quantum peius posset; & sic amicitia locum habet inter eos.

Prouerb. 17.

Burid. lib. 8. quæst. 15.

☞ *Ægypto dedimus manum, & Assyrijs vt saturaremur pane.*

HOC Est, hostibus nostris humiles, atq; supplices facti sumus, vt saturaremur; vel cum maximis inimicis nostris iniuimus fœdus, vt ministrarent nobis panem ad edendum, ita Dionisius; vel vt concederent nobis facultatem serendi suam terram ad habendum victum de renascentibus fructibus, vt sic tutaremur contra Regis Babylonici insultum. 70. Interpræt. legunt, Ægyptus dedit manum Asur, ad facietatem ipsorum; idest, dedit introitum, vt nos vexarent inimici nostri. Quòd Hispanè dicimus (hizieron liga para hartarse de nuestra sangre.)

Dionisius.

70.

Dare manum in sacris literis est inire fœdus in signum amicitiæ, & pacis: sic apud nos quando duo inter se rixati sunt, vt illos in amicitia cõciliemus, facimus, vt ad inuicem dent

4. Reg. 10. dent manus dextras. Sic 4. Reg. 10. dixit Iehu ad Ionadab. *Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo? Et ait Ionadab, est:*
Ezech. 17. *si est, inquit, da mihi manum tuam.* Et Ezechielis capite 17. *Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam.* Idest, factus est amicus Sedechias cum Rege Babylonis, & iurauit tributa soluturum, & postea fregit
Ad Galat. 2 pactum. Et ad Galatas 2. *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ so-*
1. Mach. 6. *cietatis.* Et 1. Machabeorum 6. *Nunc itaq; demus dexteras*
Prouerb. 22. *hominibus istis, & faciamus cum illis pacem.* Et Prouerbiorum 22. *Noli esse cum ijs, qui defigunt manus suas, & qui vades se of-*
Varro. *ferunt.* Idest, fiunt amici, vt pro alijs fidem præstent. Varro apud Celium Rodiginium, lib. 4. capite 3. rationem reddit huius moris, quia omnis veterum auctoritas dextræ manus virtute constaret, propterea maiorum hæc fuit salutatio, vt hac se potissimum corporum parte venerarentur.
Iob 17. Vnde Iob capite 17. *Pone me iuxta te, et cuiusuis manus pugnet contra me.* In Hebræo est, pone quæso, & decerne mihi fideiussorem apud te, nam quis est, qui tangat manum meam? Idest, vtinam Deus daret mihi dexteram manum promittens, quòd causa mea solum cum ipso agenda sit.
Plinius. Dextera, teste Plinio lib. 11. capite 45. in signum fidei porrigi solebat.

3. Esdras. 9. Item dare manum est iurare. Vt 3. Esdras cap. 9. *Et iniecerunt manus, vt expelerent vxores suas.* Idest, iurauere alienas vxores eiicere. Et Ezechielis capite 17. *Spreuit enim*
Ezechiel 17. *iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam.* Idest, iurauit amicitiam seruaturum. Eodem tropo leuare manũ est iurare. Abraham dixit. *Leuo manum meam ad Dominum*
Genes. 14. *Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quòd à filo subtegminis vsq; ad corrigiam calciamenti non accipiam de manu tua.* Idest,
Numer. 14. iuro per Deum, & Numeror. 14. *Non intrabitis terram super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem.* Idest, iuramento firmaui vobis illam daturum. Sed in nostro vate significat amicitiam conciliare, & beneuolẽtiam Ægyptiorum

tiorum ambire, vt solum pane saturarentur, quod Israelitis
improperat Dominus Oseæ capite 12. *Ephrain pascit ven-* *Oseæ 12.*
tum tota die mendacium, & vastitatem multiplicat, fœdus cum
Asirijs iniit, & oleum in Ægyptum ferebat. Idest, munera mit-
tebat Asirijs, & Ægyptijs, inter quæ oleum etiam dabat
quia erat clarissimum, & præciosissimum in terra promi-
sionis, quod in Ægypto non reperitur, sed fæculentum. *Alb. Magn.*
Ita Albertus Magnus, & Dionisius. *D. Thomas.*
Secundus sensus est D. Thom. *Ægypto dedimus manũ.* Idest, *Dionisius.*
Ægyptiorum seruituti nos exposuimus, & quasi manus li-
gandas porreximus. Hier. 50. de Babylone vastata dicitur. *Hierem. 50.*
Vbiq; dedit manum suam. Idest supplices extendit manus pos-
tulando auxilium, & seruituti se subiicens, quod Hispanè
dicimus (cruzar las manos en señal de vencidos) locabant
igitur Iudæi suas operas Ægyptijs, vt cõpararẽt cibum, quo
vescerentur, & solũ panem petebant, & sub eorũ dictione
profitebantur viuere. Sic Hispanè solemus dicere (a fulano
dimos la mano en este negocio para que lo acabasse) Idest,
dedimus plenariã potestatẽ. *Vt saturaremur pane:* dicit vates;
quo verbo eorũ denotatur fames, & miseria; solemus enim
dicere (fulano no se harta de pan) pro pane conducebamur
per totum diem ab Ægyptijs. Sic 1. Reg. 2. *Repleti prius pro* *1. Reg. 2.*
panibus se locauerunt, & famelici saturitati sunt. 70. Interpræ. *70.*
legunt, Ægyptus dedit manus Asirijs, in facietate ipsis, &
sic est tertius sensus, Asirij milites vnanimiter ad obsidio-
nem conuenerunt cum Aegyptijs, vt nos in seruitutẽ redi-
gerẽt, & spolia diuiderẽt inter se, & nostris opibus saturarẽ-
tur. Has miserias plorabat Ioel cap. 1. dicens. *A. A. A. diei,* *Ioelis 1.*
quia prope est dies Domini quasi vastitas à potente veniet. Pagn. *Pagninus.*
legit, Ahah, quod idẽ sonat, ac væ, quæ est dolẽtis interiec-
tio. Alb. Mag. dicit, quod A. nõ est litera, sed interiectio dolẽ-
tis 70. legũt, Heu, Heu, Heu diei, quod Hisp. dicimᵘˢ (ay de a-
quel dia) Hugo de Sancto Vict. in annotationibᵘˢ elucidato *Hugo de Sã-*
rijs super Ioel dicit, nõ debemᵘˢ premere silẽtio, quæ à quodã *cto Victore*
Iudæo perito accepimᵘˢ. Ter posuit A. propheta, quia tria fue *sup. Ioel.*

re Iudaici populi infortunia. Primũ, quia tẽti sunt ab Ægyptijs; secundum, quia ab Assyrijs; tertium, quia à Babylonijs. A. interiectio est plangentis, & factum miserabiliter exponentis. A. *Intrauit Israel in Ægyptum, & Iacob accola fuit in*
Psalm. 104. *terra Cham.* Psal. 104. A. *Sicut turbines ab Africo veniunt de*
Isaiæ. 21. *deserto.* Isaiæ. 21. A. *Aquila grandis magnarum alarum venit ad*
Ezech. 17. *Libanum, & tulit medullam Cedri.* Ezechiel. 17. ac si diceret. A Ægypto manum dedimus, & inde dolor. A. Et Assyrijs vt saturaremur panibus, & inde mœror. A. Repulit Dominus altare suum, & inde terror, ac si diceret. A. *Vsq, quo exal-*
Psalm. 12. *tabitur inimicus super me.* Psal. 12. A. *Tu exurgens misereberis Siõ.*
Psalm. 101. Psal. 101. A. *Nunquid in æternum proiiciet Deus?* Psal. 76. Vel
Psalm. 76. vt dicit Hugo, ter repetit. A. quia tria fuere miserrima infortunia Babylonicæ captiuitatis: templi scilicet euersio, vrbis destructio, populi, transmigratio. Sed, *Miserere Domi-*
Eclesiast. 36. *ne plebi tuæ, & ciuitati sanctificationis tuæ.* Eclesiasti. 36. &.
3. *Reg.* 8. 3. Reg. 8. *Audi hymnum, & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hanc die ac nocte.*

Quartus sensus, cum essemus in terrà deiecti, humi iacẽtes auxilium postulauimus extendentes manus ad Ægyptios, & Assyrios, vt nobis opitularentur, & in tam terribili famis præsura suppeditarent panem. Erat enim terra Ægypti nimis ferax tritici, & à tempore suorum maiorum tem-
Genes. 42. poribus famis ex ea alebantur. Sic Genes. 42. *Audiens Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs suis quare negligitis, &c.* Et etiam Romana vrbs mittebat in Ægyptum
Suet. in vita pro asportando frumento, vt refert Suetonius in vita Au-
Augusti. gusti Cæsaris. Cæsarem Ægyptum in Prouinciæ formam redegisse, & vt feraciorẽ habilioremq; annonæ vrbicæ redderet, fossas omnes in quas Nilus æstuat oblimatas longa vetustate militari ope detersisse. Fluuius ergo Nilus in toto orbe celeberrimus Ægyptum longè latèq; stagnando affatim humectat, vberemq; reddit, sine quo in sterilem, & putrem solueretur arenam; neque minus ab hominibus cuim

à bestijs

à beſtijs deſtituta in vaſtam ſolitudinem abiret. Tãdem Nilus poſt Ægypti inundationem ſeptem oſtijs in mare voluitur. Vnde Vergilius. *Vergilius.*

Qua ſeptem gemini turbant trepidi oſtia Nili.

Funguitur enim Nilus in Ægypto, vt Plinius ſcribit lib. 18. cap. 5. Coloni vice euagari incipit à ſolſticio, aut noua Luna, ac primo limite, deinde vehementius quandiu in Leone eſt, mox pigreſcit in Virginem tranſgreſſo, atq; in libra reſidet, reuocaturq; in totum intra ripas, vt tradit Herodotus, centeſsimo die, auctus eius per puteos menſuræ notis deprahenduntur. Iuſtum incrementum eſt, cubitorum ſedecim: in duodecim cubitis famem ſentit, intredecim etiam nũ eſurit, quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim ſecuritatem, ſedecim delitias. Maximum incremẽtum ad hoc æui fuit cubitorum decem, & octo Claudio Principe. Hactenus Plinius, caritatem annonæ, vel frugum terræ vbertate Nili beneficio in Ægypto contingere conſtat, & propterea Pharao. Geneſ. 41. Vidit pingues, & macilentas vacas è ripa fluminis Nili aſcendere. Cum igitur rarò contingeret in Regno Ægypti fames Hebræi cum eis fœdus inierant, vt ex ſua prouintia tempore famis, vel obſidionis prouiderentur. Videndus etiam Strabo lib. 1. fol. 82. Vbi longè latèq; de Nilo agit. *Plin. li. 18. cap. 5.* *Herodotus.* *Geneſ. 41.* *Strab. lib. 1.*

Ex hoc litteræ contextu nota, noſtrum vatem aſsignare cauſam, amicitiæ, & ſubiectionis Iudæorum cum Ægyptijs, quæ fuit, vt panibus ſaturarẽtur; verum tamen non dicitur Hieroſolimitanos fuiſſe ſaciatos, imo infra dicit hoc eodem capite. *Pellis noſtra, quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.* Tã famelici remanſimus, & aridi, inædiáq; conſumpti, vt cutis adhæreret oſsibus, coſtæq; numerari poſſent. Nequit Ægyptus ſaturitatẽ præbere hominibus, licet eius poſtulent ſubſidium, neq; mundus alimoniam præſtare ſuis amicis, vt ad horam ſaturentur, & merito hâc pœna plectuntur, vt fame, & ſiti pereant illi, qui dereliquerunt omne bonũ, quod replet in bonis deſiderium noſtrum. Quic-

quid

quid est in Ægypto huius mundi non solum non sufficit ex plere hominum auiditatem, sed neq; aliquantulum refoci-
Prouerb. 15 lare. Prouer. 15. dicit Salomon. *Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles.* Idest, qui satiare, & explere non possunt hominis appetitum, neq; huius sæculi delitiæ, & voluptates cupiditatem nostram explent.
Ezechiel 16. Vnde Ezechielis capite 16. *Et fornicata es in filijs Assiriorum eòquòd nec dum fueris expleta, nec sic satiata es, & multiplicasti fornicationem in terra cum Chaldæis, & nec sic es satiata.* Ecce quomodo voluptates huius sæculi inflant, sed non im
Apocal. 17. plent ventrem, & Apocalyp. 17. cap. est hoc mirabiliter depictum in visione illa meretricis, quæ habebat poculum aureum in manu sua. *Plenum abominatione, & immundi-*
Aret. Græc. *tia fornicationum eius.* Super quo loco notat Aretas Græcus, vas habebat in manu, vt denotet sitim inexplebilem, quam habebat bibendi ex præsentaneo veneno iniquitatum, quas perpetrabat, & nunquam peruenerat ad satietatē, sumpta metaphora abijs, qui sitiunt, qui non dimittunt vas aquæ è manibus, quousq; sitis ardorem extinguant, extincta vero siti dimittitur vas à potantibus. De illis quos
Ioan. 6. refecit Christus Dominus in deserto dicit Ioan. c. 6. *Vt autem impleti sunt, dixit discipulis colligite, quæ superauerunt frag-*
Isaiæ 2. *menta.* Et Isaiæ 2. *Repleta est terra argento, & auro, & non est finis thesaurorum eius.* Nota, quòd non dicit vates repletos fuisse habitatores terræ; quia isti nōn saturantur, licet terra repleatur auro, & gemmis. Non est finis thesauro-
Psal. 106. rum eius, & Psalm. 106. *Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Bis repetit Dominum satiare animam esurientem, vt intelligas ipsum solum posse affluenter hominum capacitatem implere. Sunt mundi amatores sicut vaccæ illæ macilentæ, quas
Genes. 41. vidit Pharao Genes. 41. quæ deuoratis, & consumptis septem vaccis pinguibus. *Nullum saturitatis dederunt vestigium.* Sed simili macie, & inædia manebant: similiter qui

qui in pascuis Ægypti huius mundi pascuntur iuxta ripas flu minis Nili turbidi, & cenosi, quanquam comedant carnes pingues, & deuorent huius mundi delitias, & honores, nullam habent saturitatem, sed, ac si nunquam illas gustassent auide perquirunt.

☞ *Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus.*

PAtres nostri peccauerunt, & non sunt, idest, perierunt Sic Hier. 31. *Rachel plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt.* Idest, quia periere. Psal. 38. *Remitte mihi, vt refrigerer prius quam abeam, & amplius non ero.* Idest, peribo. Non esse dicuntur etiā qui sunt in inferno teste. D. Hier. Ezech. 26. ita illud Esther 14. *Ne tradas Regnum tuum ijs, q ui nō sunt.* Ideo non esse dicuntur, quia Deo non viuunt, & iuxta D. Chris. hom. 1. in priorem epistol. ad Corint. non esse dicuntur, qui nihili æstimantur propter vilitatem, vt 2. ad Corint. 1. *Elegit ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Idest, contemptibilia elegit, ita illud Pauli 1. ad Cor. 8. Idolū nihil est in mundo, idest, nullius momenti, vel quid vile.

Psalm. 38. *D. Hierony.* *D. Chrisost.* *2. ad Cor. 1.* *1. ad Cor. 8.*

☞ *Patres nostri peccauerunt.*

ADdmiratiuè loquitur vates, quòd Dei suppliciū tā acer bū venerit tēpore pientissimi Regis Iosiæ, cuius merita diuinā iram placare debuissent, contra eos qui è vita migrauerant, sed cū filij corpus sit, & parentis substantiæ pars, nō mirum si in corpore puniatur tēporaliter filius, sed non in anima, quia *Omnes animæ meæ sunt* dicit Dn̄s per Ezech. & filius est aliquid patris, vt ait Arist. & ideo addit vates, & nos iniquitates eorū portamus, idest, pœnas debitas suis culpis nos exoluimus, cum Ezech. 18. dicatur. *Filius nō portabit iniquitatem patris.* Sed hoc intelligitur quò ad pœnam æternā. non verò quòad temporalem. Iniquitas sumitur hic pro pœna, & sic legit Sanctes Pagn. & nos pœnas iniquitatum eorū portamus. Sic 4. Reg. 7. *Si tacuerimus sceleris arguemur.*

Ezechiel 18. *Pagninus.*

In Hebræo est, iniquitas inueniet nos, idest, pœna iniquitatis. Et Psal. 62. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorũ.* Idest, pœnam super eorum peccata (hauon) enim iniquitatem, & pœnam iniquitatis apud Hebræos significat, & sic exponit Dionisius Cartusianus.

Psal. 69. — Dionisius.

Et nos iniquitates eorum portamus.

D. Aug. q. 8. in Iosue, et 42. su. Deu. — Hie. 7. 7. & 3. — Chaldeus.

D. August. q. 8. in Iosue, & q. 42. super Deuteronom. sic soluit hanc quæstionẽ, quòd filius portat iniquitatẽ patris aliquando, cum temporaliter punitur, præcipuè cum illos in peccatis imitatur, cum dicat Hiere. cap. 7. *Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem.* Et cap. 3. *Confusio comedit laborem patrum nostrorum.* Idest, Idolatria consumpsit substantiam patrum nostrorum, greges, & filios, quos offerebant Idolis. Chaldeus Paraphrastes legit, confusio peccatorum consumpsit laborem nostrum. *Dormiemus in confusione nostra.* Idest, in captiuitate diuturna manebimus despecti, & viles. Vocatur autẽ confusio Idolatria, quia cõfusos, reddit eos, qui spẽ collocãt in falsis diis, iuxta illud Psal. 96. *Confunda. tur omnes, qui adorant sculptilia.* Idest, confundentur videndus est. D. Thomas. 1. 2. q. 87. Artic. 8. vbi quærit si puniatur vnus pro alio? Et 2. 2. q. 108. Art. 4. & in disputatis de peccato originali Art. 8. vbi dicit quòd punitio est duplex, a'ia in corporalibus, & altera in spiritualibus in corporalibus benè potest puniri filius pro patre, quia filius pars patris est, pœna autẽ spirituali nõ potest vnus pro alio puniri. Vt docet D. Hier. episto. ad Adipũ, quia anima filij nõ est pars patris, quod manifestãt verba Isaiæ c. 14. *Præparate filios occisioni in iniquitate patrum suorũ.* Et Ecclesiast. cap. 41. *Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum asiduitas oprobrij, de patre impio queruntur filij, quia propter illum in ignominia sunt.* Et Iob capite 21. Vbi fit sermo de impio. *Seruabit filijs eius dolorem patris.* Idest, Dei opera filij erunt participes calamitatum patris, & iræ Dei in peccata parentum sæuientis, erit in perniciem filiorum. iniquitas.

D. Tho. 1. 2. q. 87. art. 8. — D. Hie. epis. ad Adipum. — Isaiæ 14. — Eccles. 41. — Iob 21.

iniquitas patrum. Et Isaiæ 65. *Ecce scriptum est coram me, non taceo, sed reddam, & retribuam eis in sinum ipsorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum.* Dicuntur filij pœnam patrum suorum recipere, non quod patres pœna careant pro suis sceleribus, & filij pro eis puniantur, sed cũ propter iniquitates patrum, & filiorum visum est Deo aliquod regnum, aut Rem publicam perdere, quia patres iam vita functi malum illud non sentiunt, filij autem illud experiuntur. Dicuntur filij pœnas scelerum paternorum luere, quia filij etiam imitantur iniquitates parentum, & dicit vates, reddenda esse mala in sinu eorum, sumpta metaphora fœminarum, quæ plurima sinu excipiunt, vel quia quæ in sinu habemus, in tuto habere putamus, vt quæ brachijs complecti, & tueri possimus. Sensus ergo est, certa erit punitio, nil decidet ex supplicijs. Hieremiæ etiam 32. *Domine Deus, qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post eos.* — *Isaia 65.* — *Hierem. 32.*

Patres nostri peccauerunt, & non sunt.

IDest, Idolatræ fuere, sic Ioan. 16. *Arguet mundum de peccato, quia non crediderunt.* Idest, de peccato infidelitatis, & Idolatriæ, & Eccles. 49. *Propter Dauid, et Ezechiã omnes Reges Israel peccatum commiserunt.* Idest, vel fuere Idolatræ, vel commercium iniere cum eis, vel non abstulerunt lucos, & excelsa, vbi Idolis immolabatur. Et cap. 47 de Ieroboã filio Nabath. *Qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephraim.* Idest, Idolatrandi. — *Ecclesi. 49. & 47.*

Ex verbis huius textus animaduerte quid coniungatur illis verbis, patres nostri peccauerunt. *Non sunt.* Idest, perierunt, exterminium enim mundi peccatum est, & fuit propter peccata carnis mundus aquis diluuij fuit deletus, & propter peccatum nefandum Sodomitæ igne extincti, & ad Rom. 6. *Stipendium peccati mors.* Et Psal. 72. *Perierunt propter iniquitatem suam.* Et Thobiæ 14. de excidio Niniue dicit. — *Ad Rom. 6.* — *Psalm. 72.* — *Thobiæ 13.*

 Nunc

Nunc ergo filij audite me, & nolite manere, hic dirigite gressus vestros, vt excatis hinc, vide o enim, quia iniquitas eius finem dabit ei. Ideſt, malicia ciuium ſuæmet ciuitati adducet vaſti-

Pſalm.33. tatem. Et Pſalm. 33. *Mors peccatorum peſſima.* Pagninus le-

Pagninus. git, interimet impium malicia. Diuus Hieronymus vertit

D.Hierony. interficiet impium malicia. Et Pſalm. 36. *Quoniam qui ma-*

Pſalm.36. *lignantur exterminabuntur.* & Iſaiæ capite 24. *Propter hoc*

Iſaiæ 24. *maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, &* cauſalis eſt, pro quia & ſic eſt ſeſus, ideo Deus vaſtauit terram, quia eius habitatores peccauere, & veluti inſanient dementes vino furoris Domini inebriati. *Et relinquen-*

Eccleſ.47. *tur homines pauci &c.* Et Eccleſiaſtici 47. *Et plurima redundauerunt peccata ipſorum, valde enim auerterunt illos à terra ſua.* Ideſt, in terras longinquas ſua peccata eos expulere.

☞ *Serui dominati ſunt noſtri, & non fuit qui redimeret de manu eorum.*

DVriſsimum ſeruitutis genus eſt, cum dominantur ſerui quia crudeliſsimè ſe gerũt cũ mãcipijs. Loquitur vates de ſeruis Babyloniorũ, qui imperabãt Hebræis. Sic exponit Dion. vel loquitur de Moabitis, & Idumeis, qui quondam Iudæis ſeruierant, & modo illis Dominabantur. In-

Prouerb.30 tolerabile malum eſt ſeruos principatum obtinere. Prouerbiorum 30. dicitur. *Per tria mouetur terra, & quartum, quod non poteſt ſuſtinere per ſeruum cum regnauerit.* In Hebr. eſt, propter tria contremuit terra, & propter quartum non poteſt ſuſtinere: terra, quæ maxima ſuper ſe ſuſtinet pôdera, tam ferri quã plũbi, quàm animaliũ, hoc vnũ nõ poteſt ſuſtinere, videlicet ſeruũ dominantẽ. Terra hic ponitur pro populo terræ; côtinens pro côtento, quẽ Deus his malis ſæpenumero caſtigat, nẽpe ſeruilis hominis imperio. Cum regnauerit is, qui vitijs ſeruit, vel re ipſa eſt ſeruus, valde affligitur prouītia illa, & cõmouetur, cogũtur homines propriũ deſerere domiciliũ, & in aliud regnũ migrãt. Verbũ Hebræũ (ragzah) à (ragaz) tremere ſignificat, ira, et pauore cõmoueri

&

& dicit sapiens commoueri terram. *Per stultum cum saturatus fuerit vino, & per odiosam mulierem, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.* Et cum non solum hæreditauerit bona, sed dominium habuerit in ea, quasi dicat, nil intolerabilius quàm ancillarum fastus, & arrogantia, si dominabus honore, & authoritate præferantur, quia sicut mundus quatuor elementis ritè dispositis constat, & qualitatum contrariarum debita temperantia seruata, rectam seruat dispositionem: sic concordia, & harmonia inter varios hominum status, & conditiones, dispensatio rerum humanarum constare debet; sunt enim quibus subesse melius est, quàm dominari idq; in vtroq; sexu. In quibus, si inuersus fuerit ordo, vt seruus dominantis honorem obtineat, & stultus sapientium gradum fuerit adeptus, & seruus Domini, & copiam rerum habeat quarum vsum ignorat, & serua seu ancilla contempta, supra hæram dignitate subleuetur; natura rerum videatur inuersa, ac si elementa suum naturalem desererent locum, atq; inter se pugnarent, & ac si terra tremeret cœteris elementis quiescentibus, cum terræ maximè proprium sit quiescere, commotis, & fluctuantibus alijs. Obliquum enim, & deuium à recta ratione est, seruos dominari liberis. Vnde Eclesiastes capite. 10. dicitur. *Vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis, vidi seruos in equis, & Principes ambulantes super terram.* Superbiunt enim serui positi in sublimi loco. Genes. 16. solo nouo conceptu, Agar Saram dominam suam despexit, *Videns se concepisse.* Ille enim fermè seruorum mos est, vt cum parum prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos limites manere: sed statim sui ordinis obliuiscantur, & in superbiam erigantur. Sic Agar visa vteri sui sarcina, non considerauit suæ conditionis vilitatem, sed inflata contempsit dominam suam, & additur in Hebræo, in oculis suis, in oculis enim superbia relucet. Vnde Isaiæ. 2. *Oculi sublimes humiliati sunt.* Ingens profectò malum est seruitus, sed longe grauius est

Eclesiast. 10.

Genes. 16.

Isaiæ. 2.

 seruis

seruis seruire. Et videmus pro fugienda seruitute mortem plures oppetere. Sed merito queres, quare cum vltimum terribilium sit mors, & vltimum malum, quod in vita potest sustineri appetunt homines præliari, potiusq; se morti exponere quàm subiici hostibus? Vt patet de Lacedemonijs, quibus dixit suus Princeps prandete, apud inferos cenaturi. Ad hoc respondetur, quod nulla est peior mors quàm iniustè morti subiici, serui enim inter mortuos reputantur; & seruire est millies mori, & præcipue in seruitute iniusta non est vna mors, sed infinitæ. Soli enim Deo seruire regnare est.

Ex hoc etiam textu colliges lector extremam huius populi miseriam, non dicit quòd habuere vnum Dominum, sed quòd plures sortiti sunt dominos. Et cum *Nemo potest*
Matth. 6. *duobus dominis seruire.* Matth. 6. quomodo poterit placere pluribus? Reipublicæ exterminium est à pluribus gubernari iudicibus, & regi Dominis. Si plures homines trahant nauim vnusquisq; in suas, & diuersas partes alius ex puppi, alter ex proa, alij ex lateribus nunquam perueniet ad portum; sed si simul trahant facile ad littus ducitur: similiter potestas in Principe vnita, optimum est regimen inter omnes. Anima magis continet corpus quàm continetur, dicit
Arist. 1. de Aristotel. 1. de Anima, & sic, vt vita conseruetur in homi-
Anima. ne, vno vinculo inter se coniungit quatuor elementorum qualitates. In cœlo est vnum primum mobile, quod omnes inferiores motus causat. Apes vnum constituunt sibi Regem, & quo magis hoc regimen inferius assimilatur cœlesti est melius, in cœlo autem vnus est Deus omnia gu-
1. ad Cor. 15. bernans. Et 1. ad Corint. 15. ait Apostolus, quod omnia Regna tradet patri filius. *Cũ tradiderit Regnum Deo, & patri, & euacuauerit omnem Principatum, & potestatem.* Idest, omnium Regum, & Ducum, & Marchionum vacabit sedes. Et tunc vnus cognoscetur ab omnibus Deus, Rex & Dominus, & hoc erit in illo fœlicissimo Resurrectionis vniuersalis statu. Tunc vnus erit Rex, ergo cum vnus gubernat præstantior

præstātior est gubernationis modus, & ideo regni eius non erit finis, quia hoc Regnum Ecclesiæ militantis transibit ad triumphantis Ecclesiæ Regnum. Hierem. cap. 51. deplorat plures dominantes in vno Regno. *Iniquitas in terra, dominator super dominatorem.* Ibi iniquitas sumitur pro vastitate. Et sic legit Sanctes Pagninus, rapacitas in terra dominator super dominatorem, idest, tyranni super tyrannum rapacitas. Hoc est, si sunt plures Domini, nil aliud curant quā rapere bona ciuium, sic Prouerb. 28. *Propter peccata terræ multi Principes eius.* Vnde Lucæ. 3. signatur populi Israelitici miseria cum à tot gubernaretur dominis. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris procurante Iudæam Pontio Pilato Tetrarcha Galileæ, Herode, &c. sub Pontificibus Anna, & Caipha.* Et Isaiæ. 26. experti iam fuerant Iudæi differentiam Monarchiæ, suauis Dei, & austeritatis Imperij mundani. Et sic dicebant. *Possederunt nos Domini absq; te, tantum in te recordemur nominis tui.* Solent serui cum à primis dominis venduntur, & in deteriorem veniunt Dominorum potestatem, primi hæri sentire iacturam, cum videant Dominos crudeliter eos tractare: sic cōtigit Iudæis; ò quā recte nobiscū agebatur dicebant, cum sub tuo viuebamus dominio nunquam tui obliuiscemur, sicut filios nos tenerrimè diligebas. 1. Machabeor. 10. *Diuisit Alexander Regnum pueris suis, & imposuerunt diademata singuli in loco suo, & multiplicata sunt mala super terram.* Hæc mala ideo fuere multiplicata, quia multi sumpsere Principatum, & fuere plures Reges Alexandro mortuo. & surrexit Antiochus radix peccati, ex ista diuisione: qui Iudæos vexauit. Cum plures propagines relinquuntur in vite putationis tempore, primo anno magna est racemorū copia, secundo verò mediocres colliguntur fructus, sed tertio pauci, & in deterius vinea mutatur, quia omnis vitis virtus in multiplicitate palmitum exhausta fuit, & sic reddūtur vites infrugiferæ: similiter contingit in Republica cum plures sunt dominantium virgæ, & iudices multi, Respublica, quæ est velut vinea consumitur, ita vt spoliata bonis in

Lucæ. 1.
Hierem. 51.
Pagninus.
Prouerb. 28.
Lucæ. 3.
Isaiæ. 26.
1. Mach. 10.

summam redigatur paupertatem. Quantum emolumentum proueniat regno ex vno solo capite, manifestum est ex illo Oseæ 1. *Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra.* Idest, crescent, & pullulabunt, multiplicabuntur quia solum ab vno Principe reguntur, eorum augebuntur facultates, & cumulabuntur opes. Et Ezechielis 37. promittitur populo Israel. *Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & adducam eos ad humum suam, & faciam eos in gentem vnam in terra, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt duæ gentes vltra, nec diuidentur amplius in duo regna.* Et Hieremiæ capite 30. *Non dominabuntur illis amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo, & Dauid Regi suo, quem suscitabo eis.* Et Ezechielis capite 34. pollicetur Dominus hoc eximium bonum suo populo. *Et suscitabo super ea pastorem vnum, qui pascat eas seruum meum Dauid, ipse pascet eas.*

Oseæ 1. *Ezechiel 37.* *Ezechiel 34.*

☞ *In animabus nostris afferebamus panem nobis, à acie gladij in deserto.*

IDest, propter gladium, quo nos insequebantur hostes in deserto fugientes, cum discrimine capitis in solitudine querebamus escas ad comedendum in ciuitate, à presentia gladij Babyloniorum. Sic exponit D. Thomas. vnde Hieremiæ 6. *Nolite exire ad agros, & in via non ambuletis quoniã gladius inimici pauor in circuitu.*

Hierem. 6.

Secundus sensus, ex nostris agris non licuit sine mortis periculo afferre fruges, quibus ventrem expleremus, timentes ab hostium insidijs in deserto. Vel vocatur ipsa Hierusalem deserta terra, quia in solitudinem erat redacta à vastantibus hostibus. Vnde Ioelis capite 2. dicitur. *Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.* Idest, sicut solitudo deserti remanet vastata.

Ioelis 2.

In, sumitur hic pro cum; cum animarũ nostrarũ periculo

D. Basi-

D. Basilius lib. de Spiritu Sāƈto cap. 25. per totum caput docet, in, sumi pro cum. Vt Psal 65. *Introibo in domum tuam in holocaustis.* Idest, cum holocaustis, & Psal. 59. *Non egredieris Deus in virtutibus nostris?* Idest, cum nostris copijs militaribus, eris dux, & antesignanus noster, & Psal. 13. *Dñs in generatione iusta est.* Idest, cum generatione iusta, & 1. Machab. 3. *Iudas abstulit gladium Apollonij, & erat pugnans in eo.* Idest, cum eo, et ad Rom. 16. *Apostoli qui ante me fuerunt in Christo.* Idest, cum Christo, aliquando, in, sumitur pro cōtra vt Lucæ 11. *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Idest. contra se diuisum, sic exponitur Matth. 12. *Omne regnum contra se diuisum.* Et Genes. 27. *In me sit maledictio ista fili mi.* Idest, contra me, & Daniel capite 13. *Rectè mentitus es in caput tuum.* Idest, contra caput tuum. Et Iob cap. 10. *Pœnæ militant in me.* Idest, contra me, & sic erit sensus. *In animabus nostris afferebamus panem.* Hoc est, contra propriam vitam agebamus, cum ex vrbe egrediebamur, ad victum querendum, quia in hostium incidebamus arma. Anima etiam sumitur hic pro vita. Vt Oseæ 9. *Sacrificia eorum quasi panis lugentium omnes qui comedunt eum contaminabuntur.* Idest, quæ in domo mortui erant per septem dies immunda erāt, sic illorum sacrificia, qui Idolis immolabant. *Quia panis eorum animæ ipsorum.* Subaudi præparatur. Idest, ad hoc offerunt panem Idolis, vt vitam alant. Anima ibi pro vita vsurpatur. Et Genes. 44. *Si puer defuerit cum anima illius ex huius anima pendeat, viderit q; eum non esse nobiscum morietur.* Idest, cum vita patris nostri ex vitā huius pueri pendeat. Et Exod. 4. *Mortui sunt enim qui querebant animam tuam.* Et Matthæi capite 2. *Defuncti sunt, qui querebant animam pueri.* Et Ioannis capite 12. *Qui amat animam suam perdet eam.* Idest, qui hic genio indulget æternam vitam perdet. Et Psalm 43. *Humiliata est in puluere anima nostra.* Idest, morti vicina. Et 1. Regum 28. dixit Phitonissa. *Posui animam meam in manibus meis.* Idest, vitam exposui periculo mortis, & Iob 2.

D. Basil. lib. de Spiritu S. cap. 25.
Psal. 65. & 59. et 13.
1. Mach. 3.
Ad Rom. 16
Lucæ 11.
Matth. 12.
Genes. 27.
Daniel. 13.
Iob. 10.
Oseæ 9.
Genes. 44.
Exod. 4.
Matth. 2.
Ioan. 12.
Psal. 43.
1. Reg. 8.
Iob. 2.

1.ad Cor.14 *Animam eius serua.* Et 1.ad Corint.14.*Quæ sine anima sunt vocem dantia.* Ideſt,ſine vita,vt ſunt cithara, & muſica inſtru-
Hierem. 12. menta. Et Hierem. 12. *Dedi dilectam animam in manus inimicorum.*Ideſt,vitam.Pſal.7. *Perſequatur inimicus animam meam.*
Pſalm.7.
Matth. 6. Ideſt,vitam.Et Matth.6.*Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ.*Ideſt,
Lucæ. 21. vitæ.Et Lucæ.21. *In patientia veſtra poſidebitis animas veſtras.*
Pſalm.48. Et Pſalm. 48. *Non dabit placationem animæ ſuæ.* Ideſt, mune-
Iob. 12. ribus nullus à morte eripietur. Iob. 12. *Quare lacero carnes meas, & animam meam porto in manibus meis.* Ideſt, vitam ex-
Deuter. 24. poſitam morti habeo.Et Deuter.24. *Non accipies loco pignoris molam inferiorem, & ſuperiorem, quia animam ſuam appoſuit*
Pſalm.23. *tibi.* Nam agitando molam vitam alit. Et Pſal. 23. *Qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.* Ideſt, qui neq; per vitam ſuam falſo iurat. Hic aſcendet in
Hierem. 5. montem Domini. Hierem. 5. *Iurauit Dominus exercituum*
Geneſ. 32. *per animam ſuam.* Ideſt, per vitam ſuam. Et Geneſ. 32. *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Ideſt,vixi, ſuperſtes fui. Admiratiue loquitur,quia comune axioma
Exod. 33. erat apud Iudæos. *Non enim videbit me homo, & viuet.* Et Io-
Ioſue. 2. ſue. 2. *Anima noſtra ſit pro vobis in mortem.* Ideſt, capitalem
Geneſ. 46. de nobis ſumite pœnam ſi vos deceperimus. Et Geneſ. 46. *Hos genuit Iacob ſedecim animas.* Ideſt,homines viuẽtes. Ani-
Ad Ro. 13. ma etiam vſurpatur pro toto homine,vt ad Roman.13.*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Ideſt, omnis ho-
Geneſ. 14. mo. Et Geneſ. 14. *Da mihi animas cœtera tolle tibi.* Ideſt, per-
Pſalm.141. ſonas. Et Pſal. 141. *Educ de cuſtodia animam meam.* Ideſt, me ipſum libera à Saule, & ab iſta ſtatione. Ab ſpelunca dicit Hebræus textus, quia abdebat ſe in ſpelunca fugiens Sau-
Prou. 27. lem. Et Prouerb.27.*Anima ſaturata calcabit fauum.* Ideſt,homo ſatiatus licet offeras ei fauum mellis non comedet. Et
Pſalm.4. Pſal. 4. *Quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montem.* Ideſt,
Eccleſiaſ. 13. mihi. Et Eccleſiaſti. 31. *Infirmitas grauis ſobriam facit animam.*
Eccleſiaſ. 10. Ideſt, hominem reddit temperatum,vel manſuetum. Eccleſiaſti.cap.10. *Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit?* Ideſt, quis honorificabit ex honorãtem animam ſuam, nemo ho-

norem

iorem contemnens. Et 2. Petri. 2. Sodomitæ. ***Animam iusti cruciabantur iniquis operibus.*** Ideſt, ipſum Loth. Et Ecleſiaſti. 2. ***Ne ponas animæ tuæ ſcandalum.*** Ideſt, tibi. Et 1. Reg. 25. ***Anima inimicorum tuorum rotabitur.*** Ideſt, fugient tui inimici. Sicut Pſal. 82. ***Pone illos, vt rotam.*** Ideſt, fugiant; & Pſal. 71. ***Animas pauperum ſaluas faciet.*** Hoc eſt, pauperes. Et Pſal. 104. ***Ferrum pertranſijt animam eius.*** Ideſt, compedibus ferreis vinctus fuit Ioſeph. Eſt figura Sinedoche pars pro toto, anima pro toto homine, ſicut Geneſ. 46. ***Omnes animæ Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum fuere ſeptuaginta.*** Ideſt, homines, ſeu perſonæ. Et Geneſ. 12. dicitur de Abraham. ***Et animas quas fecerant in Haran.*** Ideſt, ſeruos quos ſibi acquiſierat cum ſuis diuitijs. *2. Petri. 2.* *Eccleſiaſ. 32.* *1. Reg. 25.* *Pſalm. 71.* *Pſalm. 104.* *Geneſ. 46. et 12.*

Tertio anima ſumitur pro pecoribus. Geneſ. 1. ***Producat terra animam viuentem.*** Ideſt, pecora, quod exponitur nam infra dicit textus. ***Iumenta reptilia, & beſtias.*** Ita exponunt D. Baſilius in opificio ſex dierum. Et Iunilius Africanus, & Seuerianus ſuper Geneſim, & ſic exponitur locus noſtri va . . is ab Hectore Pinto ſuper threnos, & adducit Iacobum Vitodurenſem lib. Troporum, atq; ſchematum, qui ſic exponit, in animabus noſtris, ideſt, in iumentis noſtris afferebamus panem, ſed non mihi placet hæc interpretatio, quia non eſt calamitas in iumentis portare cibos, ſed ſuper proprios humeros, niſi velit dicere quòd laborabant aſportando in vrbem neceſſaria, quod eſt munus ſeruorum potius quam Dominorum. Et Geneſ. 12. ***Tulit ſecum omnem ſubſtantiam, & animas, quas fecerat in Haran.*** Ideſt, filios, quos genuerat, vel ſeruos, quos poſſederat. Sed melior ſenſus eſt animas, ideſt, pecora, & animalia quæ ibi poſſederat. *Geneſ. 1.* *D. Baſilius.* *Iun. Afric.* *Seuerianus.* *Pintus.* *Iacob. Vito.* *Geneſ. 12.*

Quarto accipitur anima pro corpore, quia eſt forma corporis. Sicut Pſal. 104. ***Ferrum pertranſijt animam eius.*** Ideſt, corpus. Et Iſaiæ. 58. ***Humiliauimus animas noſtras, & non aſpexiſti.*** Ideſt, corpora noſtra ieiunio macerauimus. *Pſalm. 104.* *Iſaiæ. 58.*

Quinto anima ſumitur pro voluntate. Geneſ. 23. ***Si placet animæ veſtræ.*** Ideſt, voluntati. In Hebræo eſt, ſi eſt anima *Geneſ. 23.*

1. Reg. 18. ma vestra, idest, voluntas vestra, & 1. Reg. 18. *Anima Ionathæ conglutinata est cũ anima David.* Idest, voluntati, & Iob 7. *Quæ prius nolebat tangere anima mea nunc præ angustia cibi mei sunt.* Et Isaiæ. 1. *Calendas vestras odiuit anima mea.* Idest, voluntas mea, & Numeri 21. *Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo.* Et Psalm. 26. *Ne tradideris me in animas tribulantium me.* Idest, in desideria, & voluntatem inimicorum meorum, & Isaiæ 5. *Propterea dilatauit infernus animam suam.* Idest, appetitum, & desiderium deuorandi.

Iob 7.

Isaiæ 1.

Numeri 21

Psalm. 56.

Isaiæ 5.

Thobiæ 3. Sexto sumitur anima pro corde, & conscientia. Thobiæ capite 3. dixit Sara. *Mundam seruaui animam meam.* Idest, cor, & Psalm. 32. *Quandiu ponam consilia in anima mea.* Idest, in corde, & 1. Reg. 18. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ David.* Idest, cor Ionathæ, adhæsit cordi Dauid, & Danielis capite secundo. *In animo contrito suscipiamur.* Idest, corde, & Psalm. 62. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Idest, cor, & ad Hebræos capite 4. *Viuus est sermo Dei, & eficax pertingens vsq; ad diuisionē animæ.* Idest, cordis.

Psalm. 32.

1. Reg. 18.

Daniel. 2.

Psalm. 62.

Ad Heb. 4.

Prouerb. 1. Septimo anima pro ventre sumitur. Vt Prouerbiorum 1. *Iustus comedit, & replet animam suam.* Idest, ventrem. *Venter autem impiorum insaturabilis.* Idest, impius Helluo, nunquam satiatur.

Leuitic. 21. Octauo anima sumitur pro cadauere, vt Leuit. 21. *Mortibus ciuium suorum Sacerdos non contaminet se.* In Hebræo est, super anima, idest, cadauere, & Psalm. 15. *Non derelinques animam meam in inferno.* Idest, corpus meum exanime in sepulchro, & Numerorum 9. dicuntur immundi. *Super anima hominis.* Idest, cadauere.

Psalm. 15.

Numer. 9.

Isaiæ 46. Vltimo anima sumitur pro Idolo, Isaiæ 46. *Anima eorum in captiuitatem ibit.* Idest, eorum Idolum, in quo repositam habebant suam vitam captiuabitur, & vocatur Idolum anima, quia credebant Babylonij animabus prædita esse Idola,

Subleua-

Subleuare animam est vehementer aliquid desiderare.
Osee.4. *Ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum*. Ide st, *Oseæ. 4.*
tantum abest, vt Sacerdotes corriperent peccata, vt illa desiderarent, quia vescebantur sacrificijs oblatis pro peccato.
Et hoc est illud *Sacerdotes peccata populi comedent*. Quod antea dixerat vates. Et Psal. 24. *Ad te leuaui animam meam*. Et *Psal. 24.*
Deuteron. 24. *Non differes mercedem operarij tui, quia pauper* *Deuter. 24.*
est, & ex eo sustentat animam suam. In Hebræo est, quia ad illum leuat animam suam, id est, oculis intẽtis expectat mercedem, vt de labore suo edat.

Pellis nostra quasi clibanus exusta est, à facie tempestatum famis.

Exustus est, denigrata, vt clibanus, & ossibus adhæret, à facie tempestatum famis. Id est, à præsentia famis. 70. *70.*
Interpræt. legunt, euulsæ sunt à facie tempestatum famis.
Ipse pelles nostræ, & corporum cutes dilaceratæ rugisq; ... atæ præ nimia fame. Pagninus legit, pelles nostræ tãquam *Pagninus.*
clibanus denigratæ sunt, propter exustiones famis. Id est, quemadmodũ ignis vrit, & exsiccat carnes, & arefacit cutem, & fuligine ofuscat facies: similiter fames carnes consumit, & denigrat pallidasq; reddit à facie famis; in Hebræo ..., à terrore, in horrenda famis afflictione, à qua trepidabamus. Sic est nostra cutis exsiccata, vt videatur pellis igne vsta. Et notandum est, quòd cum de fame agit noster vates loquitur in plurali, *A facie tempestatum famis*, Quia fames non est vna tempestas, sed plures simul, quia innumera mala famem sequuntur, & plures calamitates secum fert: roboris diminutionem, colorẽ pallidum, animi deliquium, & tandem fames est nuncius morborum, & pestis... tẽpestas appellatur à nostro vate; nã tẽpestas pauperes efficit mercatores diuites, quia pro tuenda vita merces proijciunt in mare: similiter fames nocumenta innumera affert. Ideo Apostolus. 2. ad Corinthios. 11. recensens Catalogum suorum laborum prius meminit fa- *2. ad Cor. 11.*
mis,

mis, quàm sitis, & ieiuniorum, & frigoris atq; nuditatis. *In fame, & siti, & ieiunijs sæpe in frigore, & nuditate.* De hac Iudæorum fame prædixerat Moyses. Leuit. 26. *Trademini in hostium manibus postquam confregero baculum panis vestri; ita, vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, comedetis & non saturabimini.* Idest, tam parum habebunt de pasta quòd vnus paruus clibanus sufficiat pro decem domibus; & reddant eos ad pondus, idest, impertiantur panem in domibus suis ad pondus, & mensuram, propter penuriam farinæ. Quod Hispanè dicimus (comeran por onzas.)

Leuit. 26.

Secundo animaduertendum est, quòd noster vates non dicit in plurali pelles nostræ, sed in singulari pellis nostra, quia omnes ab Adam vnam contraximus pellem vitiatam originali peccato atq; sauciatam, nec non, & denigratam. Sic notauit frater Franciscus Zichenius in orationem Hierem. in Adamo enim omnes peccauimus estq; peccatum naturæ vnicuiq; tamen proprium, per quod constituti sumus omnes peccatores, vt inquit, D. Paulus: vereq; in Adam peccauimus voluntate naturæ, & interpretatiua. Quandiu quis directè est sub Sole nullam prorsus eius corpus facit vmbram, sed cum distat à Sole radijq; solares obliquè tangunt corpus, tunc longam facit vmbram; ita quandiu noster primus parens, sub Dei Solis veri iustitiæ obedientia mansit, non cooperuit eos vmbra mortis, sed vbi primum ab illo discesit per peccatū, mortis caligo intrauit in mundum. Et notauit Hugo de Sancto Victore in annotationibus elucidatorijs super Genesim quòd in Genesi cap. 4. post Adami peccatum dicitur. *Cognouit Adam vxorem suam.* Dicuntur viri cognoscerè vxores, & concipere, & parere post peccatum, per quod innuitur quod filij nascebantur peccatores. Et Psal. 50. *In peccatis concepit me mater mea.* D. Augustinus legit, aluit me in vtero mater mea. Et potius meminit matris quam patris, quia Eua concupiuit pomum, & cum serpente locuta est, & persuasit viro, vt gustaret. In Hebræo est,

Franc. Zich. *Ad Rom. 5.* *Hugo de Sācto Victore.* *Genes. 4.* *Psalm. 50.* *D. August.*

ſt, in iniquitate conceptus ſum, ſic legunt D. Hierony. & D. Hierony.
anctes Pagninus, & Felix Pratenſis, vt manifeſte denote- Pagninus.
ır peccati originalis noxia; & in peccato peperit me ma- Felix.
ır mea legit D. Hieronymus, & D. Auguſt. 6. lib. Confeſ- D. Aug. lib.
onum, quaſi dicat Dauid humiliationem ſuam ſignificãs, 6. Confeſ.
uòd non fuit ſanctificatus in vtero, ſicut Hieremias, & S.
oannes Baptiſta. Campenſis etiam legit cum peccato con- Campenſis.
:pit me mater mea. Sanctes Pagninus legit, cum peccato Pagninus.
alefacta eſt de me mater mea. Dictio Hebraica (iaham)
oprie ſignificat calefacere, & concipere. Fœmina enim
ım concipit calida eſt, & calefacit fœtum in peccato ori-
nali: tunc enim poſt animæ infuſionem, in nobis relin-
ıitur propenſio quædam ad peccandum, ex peccato origi-
ıli manans, quemadmodum vbi fuit ignis calor etiam re-
eritur. Et cũ dicat noſter textus in iniquitatibus, eſt Enal-
ge numeri pluralis pro ſingulari, & ſic in ſingulari expo-
ınt Vatablus, & Caietanus. Iſaiæ etiam 64. *Cecidimus qua-* Vatablus.
folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt Caietanus.
s. Suple in illo arbore primi parentis nos filij eius eramus Iſaiæ. 46.
ını, & folia, & ventus ille validus, & furens peccati de-
cit nos ab ſtatu innocentiæ, & iuſtitiæ originalis, quam
aiſimus in protoplaſto cum ipſe commiſit peccatum in
edientiæ. Et Iſaiæ. 43. *Pater tuus primus peccauit in me, & in-* Iſaiæ. 43.
præetes tui præuaricati ſunt in me. Ideſt, nos, qui in Adami
mbis eramus in illo peccauimus peccato naturæ, & vo-
ntate naturæ vt ſupra dixi. Contigitq; nobis illud 4. Reg. 3. Reg. 5.
quod Giezi ſeruo Eliſei euenit; petijt ille à Naaman Syro
entum argenti, & veſtes præcioſas, & in pœnam ſuæ cu-
ditatis dixit Eliſeus. *Sed, & lepra Naaman adhærebit tibi, &*
ini tuo vſq; in ſempiternum, & egreſſus eſt ab eo leproſus tan-
im nix. Sic poſteris Adami lepra peccati originalis adhæ-
vſq; in ſempiternum, lepra, inquam, culpæ, quæ mortalis
illo fuit, & quæ dæmoni adhæſit, propter ſuperbiæ pecca-
m. Vnde Sapientiæ. 12. *Semen enim erat maledictum ab ini-* Sapient. 12.
, nec timens aliquem. Maledictum vocat ſemen ſapiens,
quia.

quia maledictionem culpæ originalis contraximus omnes, & hic loquitur de Chananeis, & Pherezeis, qui à Caino descendebant, qui fuit maledictus à Deo, vt notant Glosa, & Holcoth. Vel iuxta Dionisium Cartusianum, quia descendebant Chananei à puero Chanam, quem maledixit Noe, Genes. 9. & ad Roman. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum.* D. Hieronymus, si illius sunt commentaria, & D. Ambrosius, exponunt, vnus homo (ait) Idest, Eua, nā ipsa est Adam, quem locum magister Soto explicat, dicēs, hæc sententia est beati Ambrosij, quoniam in Adam est Eua. Hoc est quoniam de costa illius est formata, sed non benè intellexit beatum Ambrosium. Sensus igitur D. Ambrosij est, nam ipsa Eua est Adam, idest appellatur Adam. Vt Genesis. 5. *Masculum, & fæminam creauit eos in die quo creati sunt, & vocauit nomen eorum Adam.* Adam enim apud Hebræos significat hominem indigenam, sicut dicit Philo Iudæus in libro de Interpretatione nominum Hebraicorum, & probant ex illo Ecclesiasti. 25. *A muliere initium omnis peccati.* Sed melior expositio est, per vnum hominem intelligitur Adam, & sic exponit D. Anselmus per vnum hominem intrauit originale peccatum in genus humanum, quia peccando omnem suam stirpem in se ipso tā quàm in radice viciauit. Nam in hoc capite semper comparat Apostolus ipsum Christum ad Adam, , & non ad Euam, & huic expositioni consonat sententia D. Thomæ. 2. 2. q. 81. Artic. 5. quòd Adam non peccante, licet peccaret Eua non contraheremus peccatum originis, & Origenes fauet huic sensui, nam dicit super hoc loco, quòd transiuit peccatum in omnes homines; at posteritatis successio non mulieri, sed viro tribuitur. *Peccatum intrauit.* Nō loquitur hic Apostolus de peccato actuali, vt notat hic D. Thomas contra Pelagianos, qui vt excluderent peccatum originale à pueris, de peccato actuali exponebant ; quod secundum illos intrauit in mundum per Adam, in quantum omnes peccantes, peccatum Adæ imitantur. Secundum illud

[Margin notes: Glosa. / Holcoth. / Dioni. Cart. / Genes. 9. / D. Hierony. / D. Ambros. / Soto sup. epis tol. ad Rom. / Genes. 5. / Philo. / Eclesias. 25. / D. Anselm. / D. Thomas. 2. 2. q. 81. ar tic. 5. / Origenes. / D. Thomas.]

Illud Oseæ. 6. *Ipsi sicut Adam transgreßi sunt pactum.* Similiter exposuit, & impiè Erasmus. Sed D. Augustin. arguit cōtra eos; si loqueretur Apostolus de introitu peccati actualis, qui est per imitationem: non diceret, peccatum per hominem in hunc mundum intrasse, sed per diabolum. Intrauit ergo peccatum in mundum, non solum imitatione, sed propagatione. Idest, per carnis originem viciatam. Et oppositam sentētiam refellit D. Augustinus multis rationibus efficacissimis lib. 2. de peccatorum meritis, & remisione cap. 3. & epist. 89. ad Hilar. q. 3. & de baptismo paruulorum cap. 9. probat. D. August. ex illo Sapient. 2. *Inuidia diaboli mors intrauit in mundum, & imitantur illum, qui ex parte illius sunt.* Et ita dixisset Paulus per diabolum peccatū intrauit. Et 1. Ioan. 3. *Qui facit peccatum ex diabolo est.* Itē hic comparatur Christus cum Adamo, & Christum facit Apostolus fontem vitæ, & Adamum mortis; sed Christus est fons, & causa gratiæ per regenerationem spiritualem; ergo Adamus peccati, per propagationem carnalem. Et quòd debeat locus intelligi de ingressu peccati originalis per propagationem carnalem, dicit Concilium Arausicanum Canone 2. & Tridentinum sessione. 5. & sic illud Psal. 50. *In iniquitatibus conceptus sum.* D. Thomas super Psalmos, in hoc Psalmo quærit, cum originale sit vnum, quare dicit in iniquitatibus? Et respondet, quòd peccatum originale est vnum in essentia, (vt sic dicatur) multa tamen in veritate, quia occasionem præbet ad omnia alia peccata. Ad Roman. 7. *Peccatum quod in carne mea operatur.* Et vlterius quærit, nunquid non erant mundi parētes Dauid per circuncisionem ab originali peccato? Et respondet dicendum, quòd circuncisio tunc, & nunc baptismus mundant animam à peccato originali, sed adhuc remanet fomes, & homo generat filios carnales secundum carnem, & transit peccatum originis in filios, vt dicit D. Augustin. lib. 5. contra Pelagium. Palea, quæ humana opera separatur à tritico, manet tamen in fructu, qui de purgato tritico nascitur: ita peccatum quod in parentibus

Oseæ. 6.
Erasmus.
D. August.
D. August. lib. 2. de pecc at. meritis cap. 3. & epist. 89. & de Baptism. Paruul. c. 9.
Conc. Arau. & Trident.
D. Thomas. super Psalm.
Ad Rom. 7.
D. Aug. lib. 5. cōtra Pelagium.

bus per baptismum mundatur, manet in ijs quos genuerũt: non enim parentes generant filios secundum illam generationem, qua nati sunt denuo per baptismum; sed potius secundum illam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati. Sed ab hac lege generali excipitur beata virgo Maria, quæ originali caruit macula; est enim adumbrata per

Isaiæ 10.& 21. virgam Moysis, Numerorum 20. *Quæ erat in conspectu Domini.* Hæc enim virga Iese, idest, Maria, de qua egressus est flos Christus Dominus. Isaiæ 11. Semper fuit in conspectu Domini in eius amicitia, nunquam per peccatum à Dei facie auersa, & inimica. Facies, in Scriptura Sacra sumitur pro potentia, seu præsentia. Isaiæ capite 20. *Vt liberaret nos, à facie Regis Assiriorum.* Idest, à præsentia, vel potentia, & capite 21. *A facie gladiorum fugerunt.* Idest, à

Hieremiæ 1. et 24.&44. præsentia gladij, & Hieremiæ capite 1. *Ne timeas à facie eorum.* Faciem ponere, vel obfirmare, est firmum propositũ habere aliquid faciendi, Hieremiæ capite 24. *Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini in Ægyptum.* Idest, firmiter statueritis ingredi in Ægyptum. Idem habetur capite 44.

Lucæ 9. & Lucæ 9. *Factum est autem dum complerentur dies Assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit, vt iret in Hierusalem.* Idest, decreuit, & firmum propositum habuit eundi in Hierusalem, ad celebrandum pascha. In eius facie cognoscebatur, quòd iter in Hierusalem faciebat. Facies etiam sumitur pro præsidio, quod in limite alicuius Regni est, quod

1. Mach. 4. Hispanè dicimus (frontera) ita 1. Machabeorum 4. *Vt haberet populus munitionem contra faciem Idumeæ.* Est alius Hebraismus facie ad faciem loqui, idest, familiariter. Sicuti

Exod. 33. duo amici solent facere, ita Exodo capite 33. *Loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem*, Etsi non videbat faciem Dei, cum quo loquebatur: sed sicut duo amici confabulantur quorum alter est in tenebris, & alter in luce. Nam si tunc Moyses faciem Domini videret non peteret statim.

Deut. 5. et 4 *Ostende mihi faciem tuam.* Et Deuteronomij cap. 5. dixit Moyses ad populum. *Facie ad faciem locutus est Dominus vobiscum.* Idest,

Ideſt, familiariter. Nam Deuteronomij 4. dicitur. *Vocem verborum audiſtis, & formam penitus non vidiſtis.* Et eſt tropus linguæ Hebreæ, cũ aliquid inter aliquos tranſactum eſt non per legatos, ſed in re præſenti per illos, quorũ illud intereſt, vt illud dicatur factũ facie ad faciem: & ſic intelligẽda ſunt iſta verba Exod. 33. per Moyſem Deus populo Iſraelitico loquebatur; at Deus Moyſi loquebatur, & Iud. 6. dixit. *Vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Et Geneſ. 32. *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Vbi extructum eſt oppidum, quod veterem luctam Iacob, & Dei faciem, poſteris ſignificaret, meminit Strabo lib. 16. Geographiæ in deſcriptione vrbium Phœnices, his verbis, Tripoli coniũcta eſt, ea quæ facies Dei appellatur, in qua Libanus deſinit, inter hæc eſt locus quidã nomine Trieris. Hi duo mõtes ſunt, qui eum faciunt, qui Cõcauus Angulus dicitur, quaſi inter ſe pares; Libanus, & anti Libanus, paulò vltra mare incipiẽtes. Libanus vltra tripolitanum mare circa Dei faciem, anti Libanus, vltra mare Sidonium deſinunt. Hæc Strabo. Eſt alius Hebraiſmus, egredi à facie Dei, eſt ab eius obedientia recedere. Sicut Ionæ. 1. & ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini. Et Matthæi 18. *Egreſſus ſeruus à facie Domini.* Ideſt, obedientiam negauit, & ab eius Imperio diceſſit, & ſic conſeruum ſuffocabat. Et Eccleſiaſtes 8. *Ne feſtines egredi à facie eius.* Et Geneſ. capite 4. *Egreſſus Cain à facie Domini, habitauit in terra profugus ad Orientalem plagam Edem.* Ab illa terra in qua Dominus illi loquebatur cum antea ab eius receſſiſſet timore, & obedientia. Et Iob capite 1. *Egreſſus eſt Satham à facie Domini.* Didimus Græcus exponit ita, niſi extra Deum fuiſſet Diabolus, nil contra Iobum molitus fuiſſet: ille qui à Dei obedientia receſſerat, & eius amicitia, amicum Dei Iob crudeliter vulnerauit. Sic Ioan. 13. de Iuda dicitur. *Exiuit continuo erat autem nox.* Nec ea nox tantum, quæ in ſenſus currit, ſed etiam illa quæ mẽti tenebras obducit, qui ſe à luce auertebat filius erat noctis. Eſt aliꝰ tropus, fortis facie, in ſacro eloquio

Deuter. 4. *Exod. 33.* *Iudicum 6.* *Geneſ. 32.* *Strabo li. 16 Geographiæ* *Ionæ 1.* *Matth. 18.* *Eccleſ. 8.* *Geneſ. 4.* *Iob 1.* *Didimus.* *Ioannis 13.*

Daniel. 8. idē eſt, quod impudēs, & audax. Dan. 8. *Cōſurget Rex impudens facie, & intelligens propoſitiones.* In Hebræo eſt, fortis facie: &
Pagninus. ſic legit Sanctes Pagninus, quód de Antiocho, vel de Anti-
Ecleſiaſte.8. chriſto intelligitur. Et Ecleſiaſtes. 8. *Potentiſsimus faciem illius*
70. *commutabit.* In Hebræo eſt, fortis facie. 70. Interpræt. legunt, impudens vultu ſuo odietur.

☞ *Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iudæ.*

Chaldeus. CHaldæus Paraphraſtes habet; mulieres, quæ erant traditæ viro in Sion humiliatæ ſunt à Romanis, & virgines in ciuitatibus Iuda à Chaldeis, nā de vtroq; excidio intelligit hūc librum tam per Chaldeos quàm poſtea per Romanos facto. Humiliare præſenti loco ſignificat deuirginare, & deflorare, virgineamq; zonam ſoluere. Sic exponunt
D. Hierony. D. Hieronymus hic, & D. Thomas, & Dioniſius; & eſt non
D. Thomas. quomodocumq; cum fœmina coire, ſed per vim opprime-
Dioniſius. re. Sicut Deuter. 21. *Dimitte eam liberam, nec vendere poteris*
Deuter. 21. *pecunia, quia humiliaſti eam.* Ideſt, quaſi coacta tuæ ceſit vo-
Iudicū. 19. luntati deprauatæ. Et Iudicum 19. *Educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem expleatis.* Dicitur autem humiliari virginem, cum corrumpitur, quia ad venereum actū humiliatur, viliſq; redditur, & decidit ab honore, quem habebat cum eſſet virgo; ita, vt ad nuptias repudietur à viris: virgo enim Hiſpanè appellatur (donzella) quaſi virginita-
D. Greg. lib. tis donum ſit in ea. Vnde D. Gregorius lib. 5. expoſitionum
5. ſuper lib. ſuper lib. Regum cap. 13. fol. 107. loquens de Thamar ait.
Regum. Corrupta quidem, & humiliata eſt, quia ſublimis ſteterat virgo, & dum altum virginei honoris culmen perdidit, velut de ſublimi ad planum, & humilem locum venit. Appellatur etiam actus venereus humiliatio, quia in eo eſt quædam inhonoratio inuicem, ſed potiſsimū fœminæ, cum turpitudo eius reuelatur, & ſuccumbit, & obſequitur viro in
Pagninus. viliori officio, quod poteſt præſtare. Hinc eſt quod Pagninus legit, mulieres in Sion afflixerunt, quia valdè affligitur, &

& tristatur fœmina, cum per vim opprimitur, vt constat de vxore illa Leuites Iudicum 19. qua cum Gabaonitæ tota nocte abusi essent, mane ante fores domus viri sui corruit mortua: sed præcipue dolore afficitur virgo, cũ opprimitur & in apertione claustri pudoris. Sic Genes. 34. *Et dormiuit cum illa vi opprimens virginem.* Sanctes Pagn. legit, & tulit eam, & concubuit cum ea, & afflixit eam. Et Ezech. 22. *Immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te.* Idest, cõmisti sunt cum fœminis fluxum menstruum patientibus. Et nota verba nostri vatis. *Mulieres in Sion* (Suple viratas) *humiliauerunt.* Nec virginibus pepercere. Aliter fecit Moyses, cum virgines Madianitarum præcepit reseruari Numeror. 31. & Zachariæ 14. hoc prophetatum fuerat. *Congregabo omnes gẽtes ad Hierusalẽ in præliũ, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabũtur.* Et Isai. 13. *Vxores corũ violabũtur.* Iudicũ 19. Genes. 34. Ezechiel 23. Numeri 31. Zachar. 14. Isaiæ 13.

Ex hoc nostri vatis textu, animaduertendum est, quòd linguã Hebræam vocant Hebræi Sanctam, propterea quòd turpissima quæq; vel omnino tacere consueuerunt, vel honesto verborum tegmine inuoluere, nescitq; hæc lingua obscena vocabula; sed cũ de re turpi agit, vtitur Periphrasi, & circũlocutione: ratio autem huius ea mihi videtur esse, quia Dñs noster Iesus Christus sanctitatis, & honestatis exemplũ, in illa locutus fuit, atq; inter eos loquẽs ea vsus fuit. Hinc est, quòd ad denotandã rem veneream varias habet loquendi formulas. Vnde in sacro eloquio, loqui vsurpatur pro eo quod est, rẽ habere cum aliqua, & sic loqui, est subiici in actu venereo, vt testatur D. August. lib. 2. questionum super Exodum. Exod. 21. *Prætium pudicitiæ non negabit.* In Græco est, locutionem eius non fraudabit, Idest, concubitus, stipendium soluet. Et Danielis 13. dixerunt illi duo senes. *Adolescens concubuit cum ea.* Interrogans autẽ vnum ex eis dixit. *Sub qua arbore vidisti eos colloquentes sibi?* Idest, coeuntes, & respondit Daniel. *Sic faciebatis filiabus Israel, et illæ timentes loquebantur vobis.* Idest, subiiciebãtur in actu venereo, & Genes. 26. *Cum pertransissent dies plurimi prospiciẽs.* D. Aug. lib. 2. q. sup. Exod. Daniel. 13. Genes. 26.

Abimelec Rex Palesthinorum vidit eum iocantem cum Rebeca vxore sua. In Hebræo est, ridentem, verbum ridere vsurpat Sacra Scriptura pro iusta venere vti, quod est inter coniugatos. Hinc ab Homero, & à poetis Venus fingitur perpetuo ridere; & apud Theocritum venit dulcis venus ridens;

1. ad Cor. 10. & 1. ad Corint. 10. *Siue comeditis, siue bibitis, siue quid aliud*

Orig. hom. 5. *agitis, omnia in gloriam Dei facite.* Origenes homil. 5. in Ge-

in Genesim. nesim de actu coniugali exponit illud verbum. *Siue quid*

Ad Titu. 2. *aliud facitis.* Et ad Titum 2. *Mulier sui corporis potestatem non habet: similiter nec vir.* Hoc loco corporis nomine, membra quibus discernitur sexus peragiturq; concubitus appellari.

D. Aug. lib. 5. contra Iulian. cap. 4. Scribit D. August. lib. 5. contra Iulianum cap. 4. quis enim dicat virum sui corporis potestatem non habere si in his Apostoli verbis, totum corpus intelligas, quod constat omnibus membris. Actum etiam maritalem appellat Scriptu-

Matth. 1. ra Sacra cognoscere, vt Matth. cap. 1. *Non cognouit eam do-*

2. Reg. 6. *nec peperit.* Idest, nunquam cognouit. Sic 2. Reg. 6. *Michol, non est natus filius, vsq; in diem mortis suæ.* Idest, nunquam pe-

Genes. 19. perit vltra. Et Genes. 19. *Educ illos huc, vt cognoscamus eos.* Idest, cum eis misceamur. Vtitur autem lingua sancta more suo verbo cognoscendi, vt res turpes honeste pronunciet. Habet autem rationem Phisicam ea locutio, quod virile semen à cerebro, vbi locus cognitionis est, decissum per venulas, quæ se se per dorsum ramificant descendat.

1. Reg. 20. Item, arripere vltro virum est incitare ad coitum. Vt 1. Reg. 20. dixit Saul iratus filio suo Ionathæ. *Filius mulieris vltro rapientis virum.* Idest, maritum ad copulam inuitantis sua las-

Ad Titu. 2. ciuia, & procacitate. Propterea monet D. Paulus ad Titum 2. adolescentulas. *Vt sobriæ sint.* Non solum in bibendo vinum, sed etiam in actu coniugali ne sint nimiæ.

Tollere molam, significat etiã veneri indulgere in Scrip-

Isaiæ. 47. tura Sacra. Isaiæ. 47. *Tolle molam, mole farinam, denuda turpi-*

D. Hierony. *tudinem tuam.* Iuxta D. Hieronymum hic, Potest, ait, ad coitum referri, vt sit sensus, corporis tui copiam victoribus Medis facies, atq; Persis, qui in libidine feruentissimi sunt.

Et

Et iuxta hūc sensum illud Iudicum.16. de Sansone, ad molam damnato à Philisteis, Hebræi exponunt. Quòd pro sobole potentissimorum virorum, in alophilas mulieres sit compulsus, vt rem cum eis haberet, verecūdo enim nomine vsus est Spiritus Sanctus. Et hunc sensum sequitur Haimo super Isaiam. Diuidere pedes; appellat sacra pagina, suā prostituere pudicitiam. Ita Ezechiel. 16. *Diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes.* Actus venereus his verbis designatur manifestè. Et sic exponit vates addens. *Et fornicata est cum filijs Ægypti vicinis tuis, magnarum carnium.* Homines magnarum carnium vocat, non vulgariter mutoniatos, & sic in Hebræo est, magnorum membrorum, quamuis possit exponi, vt ipsa amauerit homines pingues, qui nō sunt eleganti forma præditi. Sed quod Hispanè dicimus (vnos tripones) cauponarios. Et sic cap. 24. Ezechielis dicitur. *Fornicata est in terra Ægypti, & insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt carnes, asinorum, & sicut fluxus equorum fluxus eorum.* Suple seminis quòd sicut equi fundebant. *Iudicū. 16.* *Haimo.* *Ezech. 16.* *Ezech. 24.*

Dormire etiam cum aliqua est illa vti; vt Genes. 35. *Abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minime latuit.* Idest, concubuit cum ea. Mirum est insanum iuuenem, & libidine efrenem, patris dignitatem, & reuerētiam, eius petulantiam non cohibuisse. Sunt tamen ex Hebræis, vt Lyranus refert, qui rem tam atrocem verbis eleuare velint, & Ruben dicant, non cum patris concubina rem habuisse, sed lectum eius remouisse. Mortua enim Rachele, Iacob lectū famulæ, è cubiculo matris suæ Liæ eiecit, quod Iacob pater tanquam in suam contumeliam factum à filio suo Ruben grauiter accepit. Sed vt Lyrani pace dexerim veterem Hebræorum morem non intellexit. Sic enim loquitur Scriptura; & abij: Ruben, & dormiuit, cum Bala cōcubina patris sui. Verbū Hebræū (sacab) significat acūbere, decūbere, & cōcubere, & recumbere, & procumbere, & vacare rebus venereis porro quòd veteres Hebræi de Balæ *Genes. 35.* *Lyranus.*

lecto à Ruben translato, afferunt longe aliud in recessu habet, quàm quod re ipsa præfert. solent Hebræi, & Græcorum Poetæ, rem insigniter tetram, & fœdã per aliud quidpiam significare, sed quod prudentibus solũ intelligibile sit.

Homerus. Homerus, Penelopem, vt castam, & mariti amantem celebrat, quemq; etiam post viginti annos domum redeuntẽ cupidè expectare facit, cæterum post Procorum cædẽcum, etiam tergiuersaretur Penelope mores detegit, idq; figuratè; fingit enim Vlysem indignabundum, & contra Penelopem iratum dicentem, quod lectus suus, quem ipse affabrè fecerat translatus esset, & suo motus loco: nil aliud significare volens, nisi Penelopem, absente Vlyse impudicè vitam egisse, & thorum maritalem violasse, & ita scripsit

Ouidius. Ouidius suis Carminibus.

Penelope vires Iuuenum tentabat in arcu,
Qui latus argueret, Corneus arcus erat.

Nec longè est iste modus loquendi à Paulina phrasi, qui docet castitatem, & pudicitiam inter coniugatos his verbis

Ad Heb.13 ad Hebræos 13. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus in omnibus.* Suple sit, qui continere nolunt, & thorus adulterijs nondebet maculari, quia Deus iudicabit

Prouerb.5. puniens fornicarios, & adulteros. Ad idem est illud Prouerbiorum 5. *Bibe aquam de cisterna tua, & letare cum muliere adolescentiæ tuæ, cerua gratißima.* Honestissimis verbis, coniugij opus, & carnalem copulam indicat Salomon; quæ vt cisternarum aquæ, & puteorum scaturientium pura, & casta esse debet absq; zelotipiæ luto, aut insani amoris ebrietate. Et rectè aquis limpidissimis conferuntur nuptiæ, eoquòd stultum amorem extinguant, & quia per aquas fertilitas prouenit, quemadmodum enim cœlitus irrigata tellus cuiusuis rei fructum, & copiosissimam messem profert: sic ex honorata maris, & fœminæ copula suauissima filiorum pignora, aut potius populorum nationes creuisse videmus, qui scaturientibus aquis merito comparari possunt, hinc illud quod sequitur, *Deriuentur fontes tui*

foras

foras, & in plateis aquas diuide. Vel per plateas diuisiones aquarum, vt est in Hebræo, quasi dicat, si pro conditione carnis, muliebres amplexus concupiscas, non alia de causa opus coniugij exerce, nisi vt è tuis edibus liberorum turba, veluti fontium scaturigines, diriuetur foras, qui vicos, & plateas ciuitatis tuæ repleant, ex quibus ingens solatium, & fœlicitatem capias, vt quos verè tuos esse nôueris: népe ex castissima coniuge procreatos, non ex aliena muliere, aut fornicaria, quæ alienos filios tibi fortasfis obtruderet. *Et erit vena tua benedicta.* Fœcunditatem denotat, quæ Dei benedictio est, & causam habebis ingentis letitiæ, etiam grãdæuus, & prouectæ ætatis, de vxore, quam iuuenilibus annis acceperas. *Et erit, vt ceruа gratißima.* Meminit huius animalis Salomon, quia hæc animalium species solet esse gratissima magnatibus, & in delicijs. Vel quòd proditum sit memoriæ in ceruino genere maris, & fœminæ congressum nunquam fieri palam, sed esse secretum in loco obscuro, vel quia vxor valde debet viro placere. Est alius trop° denudare fœmur virginis est, illa turpiter abuti, ita Iudith 9. *Dñe Deus patris mei Simeom, qui dedisti illi gladium in deffensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua.* Loquitur Iudith de Dinæ defloratione, & appellat eius violationem fœmoris denudationem. Sed D. Thomas super Genesim capite 34. Si eius sunt commentaria, dubitat quo pacto hic Iudith laudat factum Simeonis, nam stultum dicit. *Dedisti mulieres eorum in prædam, & filias eorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum.* Cum constet Simeonem, & Leui peccasse interficiendo Sichimitas, cum Genesis capite 49. dicat Iacob eorum pater. *Simeon, & Leui, vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum, non intret anima mea, quia in furore suo occiderunt virum: maledictus furor eorum, quia pertinax est.* Et etiam quia deceperunt Emor, & Sichem eius filium, facientes, vt circumciderentur & promittentes Dinam, in vxorem Sichem Principis filio

Iudith. 9.

D. Thomas. Genes. 34.

Genes. 49.

D. Thoma. D.Thomas respondit loco allegato, quod peccauerunt primo ratione iræ. Secundo in doloso pacto, qui dolus licet in omni pacto fœderis sit illicitus, & proditoris, vltra hoc fuit sacrilegus, quia fuit in tanto Sacramento circuncisionis videlicet. Tertio in interfectione non solum illius, qui crimen commisit strupi, sed etiam totius plebis innoxiæ: & hoc in puncto in quo fuerunt valdè miserandi, cum propter circūcisionis vulnus acri dolore vrgebantur, tertio scilicet die. Et ad illud Iudith. cap. 9. dicimus, quòd licet in illo facto habuerunt Zelum Dei contra strupum illud; tamen non habuerunt illum debitis circunstantijs moderatum: & licet Deus adiuuerit illos non sunt propterea peccati immunes, quia multis ex causis Deus iuuat peccatores. Vel secundo respondetur, quod etiam Sichimitæ fuere delicti participes, & quod non circuncidit se Sichem propter fidem, vel amorē diuini cultus, sed propter carnalem puellæ amorem. Vel tertio respōdetur iuxta Hugonem de Sancto Victore lib. Beniamin minoris, & de præparatione animi ad contemplationem part. 1. cap. 54. quod malum fuit in eis sæueritatis modum excedere in vlciscenda iniuria, non enim seruauerunt æquitatis mensuram, & sic in principio fuit iusta vindicta, & tunc mouit Deus cor filiorum Iacob ad puniendum hos, quia non fuere circuncisi zelo Dei, sed amore carnali moti, & in hoc laudantur à Iudith, vituperantur autem à Iacob, quia absq; eius voluntate fuit, & quia nimij valde fuere in vindicta. Illa autem verba. *Diuidam eos in Iacob.* Potius ad benedictionem pertinent tribus Leui. Nam hæc diuisio pertinuit ad totalem eius mancipationem in templo, & pro hoc decimas omnium vice hæreditatis accepit, vel maledicuntur non ipsi, sed Pharisei ex illis orti, qui Christum Dominum occiderunt.

Iudith. 9.

Hugo de Sācto Victore.

Item incuruare femora est veneri indulgere. Vt Iob. 31. *Si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.* Et Eclesiasti. 47. de Salomone dicitur. *Inclinasti femora tua mulieribus; potestatem habuisti*

Iob. 31.
Eclesiast. 47.

habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua.

Vltimo dicit D. Paulus. 1. ad Tesalon. 4. *Vnusquisq; sciat vas suum posidere in sanctificationem, & honorem.* Idest, cum castitate, & à venereis abstinentia. Et 1. Petri. 3. *Viri quasi infirmiori vasculo muliebri honorem impertientes.* D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, dicit si abstinemus honorem vxori tribuimus, si non abstinemus, non. *1. ad Thes. 4.* *1. Petri. 3.* *D. Hierony. lib. 1. contra Iouinianum.*

Tandem nota, quòd pudenda vocātur, carnis turpitudo. Exod. 28. *Facies fœminalia linea ad operandam carnes turpitudinem.* In Hebræo nuditatis suæ. Leuit. 18. *Non reuelabis nuditatem patris tui.* Idest, pudenda vxoris eius, & vocantur pudēda nuditas per Antiphrasim, quia non debent esse nuda, sed cooperta. Et Leuit. 15. *Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere cum per singula momenta adhæserit carni eius, atq; concreuerit fœdus humor.* Quasi diceret ratione fluxus seminis erit homo impurus; si adhæreat carni eius. Idest, si per pudenda emiserit seminis fluxum. *Exod. 28.* *Leuit. 18.* *Leuit. 15.*

Ex hoc nostri vatis textu collige, inter vitia, quæ solent milites habere, hoc vnum esse maximè familiare, turpiter congredi cum fœminis, atq; violenter illas opprimere, postquam earum eruerint opes, quibus sceleribus Deus lacessitus solet sæueriter eos punire. Vnde Apocal. 2. *Angelo.* Pergami dicitur (vbi carthæ expellibus inuentæ sunt; & à pergamo Hispanè dicitur (pergamino.) Et ibidem natus est Galenus.) *Quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam veniam cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei.* Ex sugestione Balaam, vt constat Numer. 31. Balac fœminas decoras posuit è regione Hebræorum, vt cum illis commiscerentur Hebræi. Hij dicebant licitam esse venerem promiscuam, & sequebantur Hæresim Nicolaitarum asserentium vxores debere esse comunes omnibus. Iste Nicolaus fuit vnus ex septem diaconis; qui coniugem habuit valde speciosam, & pasione zelotipiæ, & peculatus torquebatur. Ab Apostolis reppræhensus de hoc, in alium incidit errorem, & asseruit licitum esse vxores debere omnibus prostitui de his Hæreticis meminit. *Apocal. 2.* *Numer. 31.*

D.Clem.lib. 6.const. c.8. Epiph.lib.1. cōtra Hæres. Hæres. 25. 1. Petri.4.

minit D.Clemens lib. 6. Constitutionum Apostolicarum cap. 8. & D. Epiphanius lib. 1. contra Hæreses Hæresi. 25. nec sine causa loco citato. D.Ioannes meminit gladij quia sicut euaginato gladio Angelus terruit Balaā; istos pari pœna puniendos asserit Dominus, quia doctrinam sectabantur Hæreticam. Et 1. Petri. 4. *In quo admirantur.* Vel vt legit textus Græcus peregrinantur. *Non conuenientibus vobis in eandem luxuriæ confusionem.* Seu refusionem; solēt enim carnales homines feruentissimo amore, velut cursu quodam ad intemperantiam ferri, & impij stupent admiratione, tanquam ad rem nouam, quòd non amplius concurratis cum eis in eandem luxuriæ confusionem, & rectè vocat Apostolus luxuriæ cōfussionem, nam istis lasciuijs perturbatur quisq;, atq; æstuat; non secus, atq; mare redundans, quod quiescere non potest.

Vltimo notā pie lector effrænatam rabiem, & crudelem militum animum, qui nec pepercere sexui fœmineo, nec iuuenibus, nec pueris, vt hic sigilatim refert noster vates.

Lucæ. 3.

Benè dixit D. Ioannes Baptista prædicans militibus Lucæ. 3. *Neminem concuciatis.* Idest, violentiam nulli inferatis. Sed heu hodie milites præter stipendium, & prædam, nil aliud ex bello querunt. Non minus infesti in suos, quàm in hostes. Miles qui in aciem deducitur nūmo inseruit, nō Christo; si desit stipendium statim, vel desertor, vel transfuga futurus. Quid igitur prodest? Vbi Italica sapientia? Vbi robur, & industria Hispanorum? Contra ferocitatem, & robur Germanorum, & Gallorum, bona habent nostri milites arma, sed pessimos animos; bonas leges, sed malè administratas; sanctas consuetudines traditas, sed improbos mores sequuntur. Trahimus exiguum numerum, eumq; moribus corruptum contra tot miriades hostium: optima disciplina si illi legitime vterentur. Nam Turca vitia sua domi deponit, Christianus assumit. Hæretici, cordis consilia celant hipocritico vultu; Christianus externis abusibus se suumq; auxilium prodit in castris illorum, dum pugnant pro Belial,

&

& Astharoth, non mille delitiæ, sed arma tantummodo, & necessarius victus; in castris vero Christianorum luxus, & omnis luxuriæ cômeatus. Adest grauior turba meretricium, quàm virorū. Latrocinatur Hungarus, prædatur Hispanus, potat Germanus, stertit Bohemus, oscitat Polonus, libidinatur Italus, Gallus cantat, Anglus lurcatur, Scotus helluatur: militē, qui moribus miles sit, rarò reperies. Quid igitur mirū si vincāt, qui alioqui vincēdi essent? Illi scilicet apud quos sobrietas, parsimonia, vigilantia, fidelitas, & obedientia est licèt simulata: & vincantur illi, qui ab hostibus, vel vagi ad prædas, vel inter pocula, aut apud meretricem, aliasq; abominandas, & execrandas nequitias inueniuntur? Quid igitur mirum (Christiane lector) si talibus moribus Christus amicus esse nolit? Bellamus igitur sine Deo, non quia causa nostrorum bellorum non sit iustissima, & bellum iustum: sed quia bellantes corruptis moribus sunt affecti. Apud nos feruntur inuexillis cruces, & meritò, quia est signum nostræ salutis, & contra aduersarios fortissimum propugnaculum: sed ipse crucifixus suo fauore, sæpe apud hostes versatur, & nobis non opitulatur; non quia illos reprobos diligat, sed quia illis, vt tortoribus, aut tanquam virgis vtitur, quas postea inextinguibili igne comburet. Lucanus de bello ciuili lib. 10. *Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur.* 4. Regum. 1. Videte quanta insultatione duo quinquagenarij sanctum Heliam sunt agressi, tam imperiosis verbis, vt nullum ad illum respectum habuerint, quos ignis cœlitus demissus exusit, & fortassis hac de causa vestis coccinea militaris fuit, apud veteres, vt constat Naum. 2. *Viri exercitus eius in coccineis.* Christum Redemptorem nostrum post innumeras contumelias impij homines *Veste induerunt coccinea.* Matthæi. 27. nam, vt arundine, & spinea corona, tanquàm Regni affectatorem illum notabant: ita etiam chlamide totam dehonestabant vitæ rationem, ac si Christus fuisset omni scelere, & flagitio perditus, vt solent esse milites: faciebat

Luc. lib. 10.
4. Reg. 1.
Naum. 2.
Matth. 27.

faciebat enim, & forma,& color vestis ad ludibrium. Non sint igitur milites, & duces Christiani petulantes, & fricatæ frontis homines, nulli parcentes, & ad omne scelus parati, vt hic describuntur Chaldei à nostro vate: sed sobrij,verecundi, & ad virtutem instructi. Militum

Ioan. 19. sæuitiam D. Ioan. significauit capite 19. dicens. *Vnus militum lancea latus eius aperuit.* Hic valdè crudelis fuit, corpus exanime Dñi pendens in cruce, vulnerans mucrone:& cũ de vestium Dñi diuisione agit,dicit. *Et milites quidem hæc fecerunt.* Scilicet sortes miserunt super vestes,absq; Pharisæorũ iussu. Nam apud Romanos milites,hîc erat mos obseruatus, vt vestes interfectorum, sententia iudicis, essent carnificis, & isti milites fuere ferociores Aphricæ Leonibus, & Etiopiæ Draconibus,& Hircaniæ Tigribus,& Griphib⁹ Greciæ & sic non solũ contra Christi corpus crudeles fuere,sed etiã contra vestes,eas inter se diuidentes sorte, & cõtra eius sacratissimũ caput,illud corona ex iuncis accutissimis mari nis confecta penetrãtes. Sunt etiã milites audaces ad irrogã

Prouerb. 7. das iniurias, seseq; vindicandũ. Vnde Prou. 6. *Et veniet tibi quasi viator egestas, & paupertas quasi vir armatus.* In Hebræo est,quasi vir clipei, idest, ea audacia inuadet te paupertas si iners,& piger fueris,qua solet miles armatus ense,& clipeo inuadere domos ciuitatis, quæ deuastatur. Et propterea

Isaia 7. ab Isaia vocantur nouacula. *Et radet Dominus nouacula conducta vniuersam barbam, & pilos pedum.* Idest, militibus conducticijs ciuitas Hierusalem desolabitur: quia vni-

70. uersas radunt opes, vt nouacula capillos, & barbam. 70. Interpretes legunt, nouacula inebriata, quia milites ebrij

Isaia 19. furore sunt, & plerumq; vino dediti. Et Isaias capite 19. Militum exercitum comparat nubi. *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & cor Ægypti tabescet in medio eius: & pugnabit vir contra fratrem suum.* Nubem vocat vates cladem venturam Ægyptijs,& dicit,quòd Dominus ascẽdet super eam: quasi dicat,diuina directione, hostium exercitus mouebitur contra Ægyptum. Vocat autem

autem exercitum nubem, quia ſicut nubes ſolent repentinis imbribus, & alluuione inuadere terram, & grandine, tonitruis, fulminibus arborum fructus perdere: ita hoſtilis exercitus ſubitis malis Ægyptios diuexabit, & omnia penitus deſtruet bona. Et Oſeæ. 2. *Comedet eos beſtia agri.* Ideſt, milites feroces, vt feræ agrorum. Pſal. 73. *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.* Chaldeus legit, ne tradas populis ſimilibus animalibus ſilueſtribus, animas diſcentium legem tuam. In Hebræo eſt (lehaiath) & dictio anceps eſt, ſignificat congregationem, & feras. 70. Interpræt. legunt, feris; & D. Hieronym. & Felix Pratenſ. & Nebienſ. ſed Sanctes Pagnin. & Campenſ. legunt, congregationi inimicorum. D. Theodor. ait hic beſtias vocat hoſtium feritatem. Et notate, quod Iſaiæ. 19. nubes leuis appellantur hoſtes Ægyptiorum, eòquòd ſignificat futuram eſſe velocem præſuram; & Ægyptus gaudet cœlo ſereno ſemper, nunquam nubibus operitur, ſed amœnitate amœna eſt, pluuijs caret, terraq; illis non fœcundatur; ſed inundante Nilo, æſtatis temporibus vberrima efficitur tellus, quam inundationem prædicit Propheta ceſſaturam. Fluuius, inquit, deſolabitur, & ſiccabitur; & quia in ſolitum erat cœlum nubibus tegi, fortaſsis Propheta nubis meminit, & ingreſſus Dei in ea, vt horrendam, & inſolitam calamitatem præſignaret Ægyptijs, quibus nubes erant inconſuetæ, idcirco illarū præſentia horrendum illis ſpectaculū eſſet. Et Hierem. 8. Animaduertenda ſunt nomina, quibus appellantur milites. *Mittam ſuper vos ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio.* Iuxta expoſitionem Theodoreti, ſerpentes mortiferos vocat ipſos hoſtes, qui incantari nequeunt; noſtris adhortationibus nō obtemperant, ſerpentes, quia omnia inficiūt veneno, & lætali vulnere implent. Vocantur etiam cap. 12. fluuius inundans, qui arbores euellit, & terram fœcibus, & luto implet. *Si cum peditibus currens laboraſti quid facies in ſuperbia Iordanis?* Syrus interpres ſic legit, quo pacto reiicies Iordanē exundantem. Theodoretus ſic exponit, figuratè multitudinem hoſtiũs

Oſeæ. 2. *Pſalm. 73.* *Chaldeus.* *70.* *D. Hierony.* *Felix.* *Nebienſis.* *Pagninus.* *Campenſis.* *Theodoret.* *Hierem. 8.* *Theodoret.* *Hierem. 12.* *Syr. interp.* *Theodoret.*

hostilis exercitus vocauit fluuium inundantem;reducit autem eis in memoriam illos, qui erant sub Iesu Naue: quando tui curam gerebam, fluuium illum æstuantem transmisisti. Et Iob. 25. *Nunquid est numerus militum eius*. In Hebræo est (gedudin) quæ dictio latrones,& exercitum significat, nam frequenter deprædantur,& latrocinantur milites. Vocatur vetus vrens,omnia exsiccans Oseæ.13. *Adducet Dominus ventum vrentem*. Albertus magnus exponit,idest,exercitum leuem,velocem. *De deserto*. Ab effectu, quia desertas faciet vrbes. *Et siccabit venas eius*. Idest, villas à Metropoli deriuatas. *Et siccabit fontem eius*. Idest,Metropolim. Sed heu inter nos vnusquisq. suos patitur manes,plura facinora cõmittũt Christiani milites: & vt refert frater Ioannes Genesi⁹ de Parma Minorita lib.de Regno Christi. In octaua porta, quam tribuit D.Iacobo maiori; olim milites Christiani prius balneabãtur in aqua,cum sua nomina sub duce dabant,vt sic intelligerẽt ab omni rapina, & cupiditate debere esse mundos; & à Principe, seu Imperatore cingebantur militiæ cingulo, quia agiles, & expediti futuri erant ad patriæ defensionem; calcaria aurea in pedibus ponebantur,vt eorũ affectus, & desideria aurea, & præciosa essent,ab omniq. cupiditate munda,& turpitudine. Idem notauit frater Albertus de Marchesijs minorita in suo Cœliloquio morali lib.6. cap. 24. & addit,quòd gladium militarem offerebant in altari, & oblatum redimebant, vt ostendatur quod Deo debent primum gradum militiæ suæ. Vide Senecã epist. 95. Militare,vinculum est,religio,singulorum amor, & deseruiendi nephas, & milites debent esse suo principi obsequẽtes,& nunquam fœdifragi,ita vt pro fide seruanda mortem appetant. 2. Reg. 22. de Dauid duce exercitus Saul, dixit Achimelec. *Et quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis gener Regis,& pergens ad imperium tuum?* Ecce de fidelitate laudatur apud Regem. Sint etiam duces clementes. 4. Reg.5. de Naamam Principe exercitus Regis Siriæ, dicitur. *Vir magnus apud Dominum suum, & honoratus, quia per illum dede-*

Iob. 25.
Oseæ. 13.
Alb. Magn.
Ioã. de Parma li.de Regno Christi.
Albertus de Marches.
Senec. epist. 95.
2. Reg. 22.
4. Reg. 5.

rat

rat Dominus salutem Siriæ. Quasi diceret, non rapuerat bona ciuium, & ita in pinguiorem venerat fortunam, quod dicitur contra illos duces, qui putant non posse ditari, nisi aliena furentur. Et vt supra dixi, appellantur milites eo nomine, quo latrones in sacro eloquio. Micheæ cap. 5. *Nunc vastaberis filia latronis.* Siue loquatur Micheas de vrbe Roma, cuius originem si attendamus, à latronibus conditam reperiemus, & filiam militum appellatam, siue turmarum, quia pollebat copia militum ciuitas illa: sic de Hierosolimitanis ait Isaias cap. 1. rapina pauperum in domibus vestris Sanctes Pagninus legit, nunc militabis filia militum. Vatablus accingere nūc filia latronis, suple ad prælium: quia vt dixi suprà verbum Hebræum (gedud) noster interpræs latronem vertit, & verbum (gadad) vastari, & deprædari significat, atq; latrones turmatim congregantur ad deprædādum, & similiter milites ad prælliandum, & quia ex præda viuere solent, optimè quos milites vocat Hebræus, noster vulgatus appellat latrones. Vnde Aristo. lib. 1. Econ. cap. 3. dicit, secundum naturam potissima est agricultura, quoniā iusta, non enim inhumaniter, neq; ab inuitis querit, quemadmodum bellicæ artes.

Micheæ 5.

Isaiæ 1.

Aristotiles.

☞ *Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt.*

MOdo descendit Propheta narrare tormenta, quæ passi sunt Principes, atq; senes populi, & dicit, quòd manu suspendebantur, idest, æculeo torti, patibulisq; affixi fuerè. Quod Hispanè dicimus (dar tormento de garrucha) fortè, vt manifestarent, vbi reconditos habebant suos pecuniæ thesauros, eos torquebant, vel clauis manus figebant. 70. Interpretes legunt, Principes in manu eorum suspensi sunt, hoc est, proprijs manibus torquebant eos sui aduersarij, torturam parabant proprijs manibus, non alienis, & in his tormentis non pepercere senibus, absq; vllo pudore eos torquebant, licèt essent senio confecti, 70.

70. canisq; respersam haberent barbam. Vnde 70. Interpræt. verterunt, seniores non sunt glorificati. Idest, honorati, & in aliquo precio habiti; sed maximè fuere despecti, & huic

Pagninus. lectioni consonat versio Pagnini, quæ sic habet, Principes manu eorum suspensi fuere, facies senum non glorificauerunt.

Lyranus. Nicolaus Lyranus notat, in Hebræo esse mola onerati

Rabi Salom. sunt facies senum. Quod Rabi Salomon exponit, dicens, quòd cum ducerentur captiui in Babylonem cogebantur senes ad portandum molas, vt tereretur frumentum, & alia, quibus indigebat exercitus, & ab hoc labore non releuabantur senes. Proprium vero ancillarum

Isaiæ. 47. erat, portare molam, vt constat Isaiæ. 47. de Babylone, cui dicit vates, vt eius denotet seruitutem. *Descende, sede in puluere, tolle molam, mole farinam, denuda turpitudinem tuam.* Supple Dominis tuis Persis, & Medis, quod est duræ seruitutis, & extremæ captiuitatis indicium.

Secundus sensus est, *Princeps manu suspensi sunt.* Idest, sic inertes erant ad suum defendendum populum, ac si suspensas haberent manus; nihil manibus operabantur, in suorum defensione, pigri erant ad arripiendum manibus clipeum, & enses cæteraq; arma bellica; & sic iusto Dei iudicio in manibus torquebantur, quia noluere adiutrices porrigere manus imbecillibus. Vel merito manu suspenduntur, qui Ægypto dedere manum, vt saturarentur pane, vt supra dixit noster vates; & sic meritas sui delicti dedere pœnas torquentur manibus, qui fidentes Ægyptijs sua spe frustrati fuere; quia in Deo non sunt confisi torturam passi fuere in manibus quas in amicitiæ symbolum Ægyptijs dedere. In Hebræo est, manu sua suspensi sunt, idest, sua sponte se suspenderunt, vt seruitutem fugerent de libertate desperati, sicut alter Iudas. *Abiens laqueo se suspendit*

Dionisius. de venia difidens. Sic Dionisius.

Ex hoc sensu contra ociosos, expendè lector quàm nociua sit hominibus ociositas. Est enim aliorum viciorum ianua.

ianua. Isti qui non extenderunt manus, sicut Moyses Exod. 2. vt defenderet Iudæum ab Ægyptio, postea manibus torquentur. Viget autem hoc vicium in principibus, atq; magnatibus, qui vt in plurimum ocio indulgent, cum labore suarum manuum non egeant ad edendum, illius obliti sententiæ, quæ Iob. 5. habetur. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum*. Quemadmodum enim aui à natura inditus est volatus, quo à mille se explicat laqueis: similiter labore liberatur homo à multis peccatis, quæ in ocio committuntur; & sicut auis duas à natura habet alas ad volandum: sic homo duas manus ad laborandum. Auis dum volat tuta est à venatorum sagittis, & arcu, sed si quiescit, & insidet arborum ramis, vel in terra, vt grana colligat, vel iuxta aquarum fluenta, vt bibat, tunc capitur laqueo: sic à diaboli sugestionibus vulnerantur homines, cum sunt ociosi. D. Epiphanius libro 3. contra Hæreses tomo 2. Hæresi. 79. contra Colliridianos ait, quemadmodum in singulis monasterijs, & in Ægyptiorum regione sic laborant ad iustitiam, velut apis, in manibus quidem habens ceram opificij, in ore vero guttas mellis; cum propria hymnifera voce vniuersorum Dominum laudat: sic serui Dei proprijs manibus operantur iuxta vniuscuiusq; artem; in ore vero omnem ferme diuinam Scripturam annunciant, ne egentes fiant. Aquæ quæ continuo cursu mouentur, præcipitesq; à supræmis collibus feruntur in valles, salubriores sunt, atq; dulciores. & pisces habent optimos; sed quæ sunt mortuæ, & non mouentur in paludibus, & stagnis sunt in salubres, putridæ, & lutosæ plenæq; ranis, & reptilibus, & bufonibus, & ad bibendum insipidæ. Propterea aqua maris est salsa, quia cum non fluat, sed solum à ventis agitetur putresceret, atq; corrumperetur, sale autem conseruatur, & generat pisces optimos: similiter anima, quæ ocio vacat plena est cogitationibus immundis, & peccatis. Videte quid contigit regio vati, 2. Reg. cap. 11.

Exod. 2.

Iob. 5.

D. Epiph. li. 3. cōtra Hæreses.

2. Reg. 11.

 Factum

Factum est vertente anno, eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, Dauid remansit in Hierusalem, dum hæc agerentur: accidit quadam die, vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & ambularet in solario, vidit mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum, & nunciatum est ei, quòd esset Bersabe, & tulit eam, dormiuit que cum ea. Vide temporis circunstantiam, in quo Dauid commisit adulterium, cùm erat tempus eundi ad bellum manſit domui suæ vacauit ocio. Cum laborare deberet in prælio, noluit; & ideo in tam graue incidit crimen. Quicquid est, in mundo nobis prædicat, quòd laboremus suo exemplo, cœlum mouetur, & stellæ: sol viginti quatuor horarum spatio girat ab Oriente in Occidens, & reuertitur ad Orientem; Luna mouetur, aues volant, aer discurrit, & agitatur, & inter se venti concutiuntur, ignis comburit, & lucet, illuminat, & calefacit; mare est in continuo fluxu, & refluxu; Pisces in pelago natant, & perambulant maris semitas, & procreant; terra germinat, & profert herbas, & arbores, & flores; Animalia in terra laborant, boues arant: aues vt Ciconiæ, & hirundines, & paseres nidos struunt; apes colligunt flores, & in aluearijs mellificant; formicæ sub terra abscondunt frumenta; Fluuij currunt ad mare vbi dilatantur, & iterum fluunt; fontes scaturiunt, torrentes præcipiti cursu ad flumina properant; Luna crescit, & decrescit, nubes pluunt, tonant, fulminant; Animalia filios generant, educant, fouent: & solus homo vult ociari, frui quiete, cùm debeat in sudore vultus sui vesci pane suo iuxta Domini sententiam Genes. 2. in paradiso latam contra nostrum primum parentem. Laertius libro 1. capite 2. refert, quòd Solon tulit legem, vt qui sectaretur ocium obnoxius esset omnibus eum accusare volentibus. Hanc legem Deus tulisse videtur, vt ociosus omnibus dæmonibus eorumq; tētationibus, & accusationibus sit expositus

Laert. lib. 1. cap. 2.

positos, vniuersoq́; vitiorum agmini. Actor. 5. dixit Princeps Apostolorum Ananiæ. *Cur tentauit Sathanas cor tuum?* *Actor. 5.*
Non dixit cur à Sathana es superatus? Sed cur tentauit? Idest, quare illi ansam præbuisti, vt te tentaret, & prostemeret? Quibus verbis ostendit nostra ignauia fieri, non solum quòd superemur à Sathana, sed etiam quòd tentemur, quia inuenit nos ociosos: cum enim *Dæmon inuenit domum vacantem, & mundatam scopis assumit septem spiritus nequiores se.* Et in illam intrat, & hospitatur. *Lucæ. 11.*
Homo viuus cognoscitur per motum: similiter anima, quæ vita gratiæ viuit ad bona opera perficienda mouetur, non sistit, nec quiescit bene operari. *Ibunt de virtute in virtutem* Dicitur de iustis Psalm. 83. sunt in Republicis agri compascui, qui non seminantur, sed reseruantur, vt in eis pascantur *Psalm. 83.*
pecora, oues, arietes, & armenta, qui Hispanè appellantur (baldios.) Et ad nil aliud deseruiunt, quàm alendis pecoribus, quorum carnes in macello venduntur. Nemora etiam, & montes ligna infructifera germinant, quæ ignis sunt nutrimentum, & ferarum stabula, nisi terra aratro scindatur, & euellantur spinæ: sic in hominibus pigris maiora reperiũtur peccata; sunt dæmonis Pascua vbi vitia allũtur, & tandẽ titiones sunt inferni. Aues altioris volatus, quæ in altum plusquam cœteræ leuantur, vt sunt Aquilæ, & accipitres minus generant, quia motu maiori, & agitatione consumuntur humores superflui, cum ad querendam escã plus laborãt. Et ideo dicit Albert. Magn. lib. 17. Animalium quòd columbæ, & passeres; qui Hispanè dicuntur (gorriones) sunt falacissimi, & magis procreant quam aliæ aues, *Alb. Magn. lib. 17.*
vel volatilia: sic etiam, qui pluribus rebus sunt intenti, sunt casti, & mundo corde. Vnde Ouidius de arte Amandi ait. *Ouidius.*

Finem qui queris amori,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris,
Et *Otia si tollas periere cupidinis arcus.*

Quandiu Salomon occupatus fuit in templi structura,

Xx 3 non

2.*Paral.*3. non fuit idolatra.2.Paralip.3.sed vbi primum ociari cœpit, de illo triumphauit. Hoc genus hominum ignauum, est instar vesparum comedentium pabula apum. O quot non
*Tul.lib.*2.*de Diuinat.* laborant, & ex rapina viuunt consumentes fruges. Tullius dicit lib. 2. de diuinatione, quòd nocturni cantus gallorum nobis deseruiunt ad occiositatem fugiendam, cum noctu canunt, facta digestione, diemq; aduentare nobis annunciant, ocio satiati, & sic exercentur cantu, & alarum
*Psalm.*36. agitatione. Psalm. 36. *Delectare in Domino, & pasceris in di-*
D. Hierony. *uitijs eius.* In Hebræo est, pascere fide, sic legit D. Hiero-
Pagninus. nymus. Pagninus legit, pasce veritatem. Paraphrasis Chal-
Chaldeus. dea legit, negotiosus esto in fide. Et est idem cum illo Mat-
*Matth.*25. th. 25. *Negotiamini dum venio.* Oportet operari sedulò, sicut
*Ad Heb.*11. docet fides. Sic ad Hebræos cap. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam.* Ecce quomodo vicerunt cum fide, operando simul iustitiam. Hoc docet fides, summa cum
Cant. 7. diligentia operari. Cant. 7. *Quàm pulchri sunt gressus tui filia Principis in calceamentis,* Dicit sponsus suæ sponsæ, quòd illi valde placet ingressibus tā velocibus, quibus ad obsequendum suo sponso properat. Curris, vt bene calceati currunt: tandem me imitaris cum sis filia Principis, ego adoptaui te in filiam, & propterea es filia Regis, mihiq; similis, qui properare soleo; meum enim nomen est *Accelera, festina, præ-*
Isaiæ. 8. *dari.* Isaiæ. 8. & ita tu es filia patris. Et est Hebræa, atq; Hispana phrasis; solemus enim dicere (es hija de padre.) Ita Eze
Ezech. 16. chiel. 16. *Sicut mater ita filia eius, filia matris tuæ es tu.* Qui nudis pedibus incedit non audet figere gressum, ne à lapidibus lædatur, & ideo pedetentim ambulat: sed qui incedit calceatis pedibus, absq; metu currit, sic solent domini præcipere seruis, vt pedes calceamentis muniant, vt ad peragē-
*AdEphes.*6. dum negotium properent. Ita ad Ephes. 6. *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis,* Præcipitur Dei, & Euangelij præconibus, idest, vt currant in Euangelij prædicatione. Accipitres Nortuegiæ in Europa sunt euro ociores, & cæteris agiliores, qui in breui horarum spatio cursum suū peragunt;

tagunt, quia diem breuissimum quatuor, vel sex horarum habent, & in tam celeri spatio cibari debent. Discamus nos siquidem breuissimum vitæ habemus terminum laborare indesinenter, & maximo conatu insudare in operibus virtutum. Columba inter cœteras aues minus quiescit in nido, & super oua parum cubat; & tamen ab sponso excitatur hoc nomine. *Surge propera amica mea, columba mea*; Quia nec per horæ vnius spatium vult Dominus, quòd simus ociosi, sed manè, & vesperè non cessent manus nostræ sementem bonorum operum facere. Imperator Vespasianus, vt refert Suetonius in eius vita, dixit Imperatorem stantem debere mori pro suis pugnans in bello, & nō in molli culcitra. Domus cum non habitantur corruūt: ferrum si non exercetur rubiginem trahit: aer detētus corrumpitur: terra inculta tribulos profert; equs generosus instabulo quiescens marcescit. Diogenes ne otio torperet dolium suum voluebat assidue. Psalm. 54. dicebat Dauid. *Contristatus sum in exercitatione mea.* Merito vitam suam exercitationem vocat, quia iusti vita debet esse exercitatio virtutis, & præcipuæ Redemptoris nostri vita continua exercitatio virtutis fuit, quæ aliena extitit ab omni ocio, & delicijs. D. Hieronymus legit, in meditatione mea. Græca vox (adoleschia) exercitiū, & meditationē significat. Christus Dominus increpauit ociosos, stantes in foro. *Quid statis, tota die ociosi?* Matth. 20. Vbi non est quies quare quiescimus? *In mundo præsuram habebitis.* Ioanis 16. & Micheæ. 2. *Surgite, & ite quia non habetis hîc requiem.* Quare ergo sedemus vbi nulla est quies, sed omnia in continuo sunt motu? *Vsq; quo marcetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram,* Dixit Iosue septem tribubus filiorum Israel: maiori animaduersione sunt digni, qui renuunt laborare, vt cœlestem possideant patriam. Fugiamus igitur ociositatē. Præcepit Solom, parētem à filio nullum vitæ subsidium accipere, qui nullam artem docuisset illum. Ita refert Laercius lib. 6. cum discipuli Helisei cœderent ligna, securis ferrum cecidit in Iordanis flumen: clamauit discipulus

Cant. 2.
Suetonius.
Psalm. 54.
D. Hierony.
Matth. 20.
Ioan. 16.
Micheæ. 2.
Iosue. 18.
Laerc. lib. 6.

4.*Reg.* 6. lus vocans magistrum, vt opem ferret: præcepit Propheta, quòd lignum mitteretur in loco, vbi ferrũ fuerat submersum, & illico ferrum supernatauit aquis. Fecit vates miraculum hoc, vt non cessaret alter à labore, sed diem integrum consumeret laborando: tanti enim ponderis est laborare, vt miraculum operetur homo Dei, ne inaniter cõsumatur tempus, quòdsi tam ditissimus fueris, vt nõ egeas tuo labore ad victum comparandum, monet Apostolus

*Ad Ephe.*4 ad Ephes. 4. vt labores, ad elargiendum eleemosynam egenis. *Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.* Diues Epulo, qui Lucæ capite 12.

Lucæ 12. dixit. *Anima mea quiesce* voluit quiescere, & ociari vbi non est locus quietis, sed laboris, & propterea fuit punitus repentina morte. Filij Israel qui in deserto nolebant in via progredi, sed iacebant in itineribus, consumpti

*Numer.*11. sunt ab igne. Sic Numerorum capite 11. *Extremam partem castrorum ignis Domini deuorauit.* Non primos exercitus milites, sed vltimos ignis absumpsit, fortè, quia per in-

Deuter. 25. ceptum iter nolebant ambulare. Et Deuteronom. 25. *Memento quæ fecerit Amalec in via, extremos agminis, qui lassi resid.bant ceciderit.* Sic contigit illis, qui ignaui sunt in via mandatorum Dei. Mille tegnis, & fraudibus eos decipere dæmon conatur, ne ad cœlestem patriam perue-

Ezechiel. 15 niant. Ezechielis 15. dicitur. *Quid fiet de ligno vitis?* Ociosus est velut palmes aridus, neq; ad paxillum est vtilis, vt ex eo fabricetur. *Ecce igni datum est in escam.* Simili supplicio plectendi erunt ociosi. *De igne egredientur, & ignis consumet eos.* Genes. 2. dicitur. *Posuit Deus hominem*

*Genes.*2. *in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Ne esset ociosus Adamus ei paradisi custodia commendatur, & operaretur in illo non tamen ille labor molestus es-

D. Aug. lib. 8. *cap.* 9. set ei, neq; lassaret. Et sic Diuus Augustinus libro 8. de Genesi ad literam capite 9. vt operaretur agriculturam non labore seruili, sed honesta animi voluptate. Et Sathanas

thanas non tentauit Adamum, cùm intentus erat imponẽs nomina animalibus, sed cum deambulabant ipse, & Eua in paradiso videntes arborum folia, pendentesq́, pulcherrimos fructus, & dulciores palato. Tunc accesit dæmon, & tentauit Euam. Iosue capite 6. præcepit Deus, vt vrbs Ierico esset Anathema, & omne quod in ea erat Deo consecraretur. Deletur vrbs, & omnis suppelex: erat hæc prima vrbs, quæ expugnabatur, & ne in belli initio, pauperrimus miles, & nudissimus pecuniæ spolijs, & manubijs hostium se oneraret (erat enim ciuitas opulentissima) & deinde ad ocium luxumq́; potius quàm ad bellum procliuior fieret, propterea illis iubetur, ne aliquid de spolijs sibi accipiant. Genes. etiam capite 2. dicitur. *Benedixit Deus diei septimo, quia in ipso cessauerat Deus ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret.* In Hebræo est, quod creauit Deus ad faciendum, idest, ad operandum, volens quòd opus suum, quod fecit, nempè homo, similiter faceret, & operaretur sex diebus, quatenus ipse possit exemplo Domini Dei sui quiescere, & sabbathizare. Vocat Deus opus suum hominem per anthonomasiam. Ad Titum 1. carpit Apostolus Cretenses de hoc vitio. *Dixit quidam illorum Propheta Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres, pigri.* Iste erat Epimenides, & iuxta D. Augustinum lib. 2. contra aduersarium legis, & prophetarum non nominatus proprio nomine, quia non erat Dei Propheta, sed Poeta. D. Thomas dicit, quòd appellatur Propheta, quia istius intellectus illuminabatur, ad aliqua supra comunem notitiam. D. Hieronymus dicit, ironicè appellari Prophetam, ita etiam Diuus Anselmus. Bruno exponit Propheta, hîc idem est, quòd videns secundum quod considerauit Cretensium vitia subtiliter. Nicolaus Zegerus ait, quòd loquitur Apostolus more Cretentium qui eum, vt Prophetam habebant. Sed sumitur hîc Proheta pro Poeta, vt notauit hîc Ioannes Ganeius. Suus autem vocatur, quia erat Cretensis.

Iosue 6.
Genes. 2.
D. August. lib. 2. contra aduersarium
D. Thoma.
D. Hierony.
Anselmus.
Bruno.
Zegerus.
Ganeius.

Semper mendaces; Quia inter aliqua verba vera, miſcebant
falſa. *Malæ beſtiæ.* Ideſt, non ſimpliciter beſtiæ, ſed feræ, ac
veneno noxiæ. *Ventres pigri.* Ideſt, guloſi, ideoq́; tardi, & mi-
Lucæ. 16. nus expediti, qui enim habent ventrem cibis oneratum ad
omne bonum inertes ſunt, & amant quietem. Sic Epulo di-
cebat animæ ſuæ, *Quieſce comede, & epulare.* Ventres, pigros
appellat Apoſtolus, epulis deditos, & ocio, qui nil aliud co-
Ecleſiaſ. 37. gitant, niſi quomodo ſatiabuntur. De talibus dicitur Ecle-
Ad Ro. 16. ſiaſti. 37. *Sodalis amico congaudet cauſa ventris.* Et ad Roman.
Prou. 13. 16. *Qui Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri.* Et Prouerb. 13.
Venter impiorum inſaturabilis. Erant ergo Cretenſes menda-
Prouerb. 12. ces, vani, noxij, voraces, & ocioſi. Et Prouerb. 12. *Qui ſe-*
28. & 31. *ctatur ocium ſtultiſſimus eſt.* Et Prouerb. cap. 28. *Qui autem ſe-*
ctatur ocium replebitur egeſtate. Et cap. 31. de Muliere forti,
1. ad Tim. 5. dicitur. *Panem ocioſa non comedit.* Et ad Timot. 5. ſententiam
cõtra hos profert Paulus. *Qui non laborat non manducet.* Dra-
co in ſuis legibus, ocioſos capitis pœna damnauit; vt refert
Rodigin. lib. Celius Rodiginus lib. 10. cap. 6. quod prius in more fuit a-
10. cap. 6. pud Ægyptios, teſte Diodoro lib. 2. ita vt cogerentur om-
Diod. lib. 2. nes ſcripta nomina ſua, & quo exercicio viuerent ad præſi-
des regionum ferre, qua in re qui mentiebatur capite dam-
nabatur. Metuebat Pharao rebellionem populi captiui, cum
Exod. 5. dicebat Exod. 5. *Vacant ocio, & ideo vociferantur.* Strabo lib.
Strabo li. 4. 4. dicit, proprium eſſe gallorum, vt laboribus agitarentur, vt
graciles eſſent, ventreſq́; minime propẽderent, quiſquis au-
tem iuuenis zonæ menſuram excederet mulctabatur.
Ne ſimus ergo fratres, ſegnes in re tanti ponderis obtinẽda,
vt eſt patria cœleſtis, ſed feſtinemus, imo curramus ad illam
1. ad Cor. 9. adipiſcendam. *Sic currite, vt comprehendatis.* 1. ad Corint. 9.
monet Apoſtolus.

☞ *Facies ſenum non erubuerunt.*

IVuenes coram ſenibus ſolent erubeſcere, & plerumq́;
milites iuuenes eſſe ſolent, & in hac clade vrbiſq́; excidio
tantum abfuit, vt erubeſcerent coram ſenibus, vt eos po-
tius

tius despicerent, & dùrè tractarent, quorum ætas etiam in hostibus venerabilis esse solet, & hoc indicium clarum est Babylonicæ crudelitatis. Vnde Isaiæ. 47. hoc vaticinauerat Propheta. *Dedi eos in manu tua non posuisti eis misericordias super senem agrauasti iugum tuum valdè.* Senes ò Babylon diuexasti. Quòd si senes tam malè tractabant Chaldei, quid facerent iuuenibus? canities enim senum reuerentiam, & misericordiam à duro milite extorquere solet: quid autem fecerint adolescentibus mali, narrat vates, dicens. *Isaiæ. 47.*

☞ *Adolescentibus impudice abusi sunt.*

DE Peccato nefando sugillat vates hos Babylonicos, seu Romonos milites, & hunc sensum confirmant verba sequentia. *Pueri in ligno corruerunt.* Idest, ligneis instrumentis instar Eculei fabricatis ligabant pueros, vt abuterentur eis. Sanctes Pagninus legit, iuuenes ad molendum tulerũt, quæ verba duplicem sortiuntur sensum, idest, cum impuberibus concubuere; sic exponit Sanctes Pagninus in thesauro lingaæ sanctæ. Ita Iob. 31. *Scortum alterius sit vxor mea, & super eam incuruentur alij.* In Hebræo est, permolat alteri vxor mea. Hoc est, in actu venereo subiiciatur: sumpta metaphora à mola superiori, & inferiori molendini. Vel sensus est, aliorum: sit vxor mea ancilla, & seruiat in vili officio terendi frumentũ. Et iuxta hoc, sensus erit, vt vilia mancipia fuere adolescentes deputati ad tollendum molas, & molendum; & sic exponit Paschasius Ratpertus, quòd alia litera habet, potẽtes molas molebant. Idest, iuuenes robusti, qui fortiores erant venundati sunt, vt molas agitarent. Sic Sansonem fortem, atq; robustum Iudicum. 16. Philistei in carcere fecerunt, vt agitaret molam, qui est immensus labor, & extrema calamitas, homines, vt iumenta tractare. 70. Interpræt. legunt, electi fletum assumpserunt. Hoc est, aliorum miseriam fleuerunt. Siquidem senes suere despecti, iuuenes laboribus grauati, virgines defloratæ, pueri oneribus oppressi, Sacerdotes vilipensi: cunćq; tanto

Pagninus. *Iob. 31.* *Paschasius.* *Iudicũ. 19.* 70.

tanto malo non possent obuiare amarè plorabant.

☞ *Pueri in ligno corruerunt.*

Paschasius. PAschasius Ratpertus exponit, pueros ipsos, vsq; adeò lignis, & molarum oneribus oppræsse, vt deficientibus viribus sub illis corruerunt. Vel lignum pro manubrio ligneo accipitur, quo voluitur mola. Et sic molas voluebant, velut equi: & per potentes intellegit Ratpertus Sedechiã Regem exoculatum, quem Rex Babylonis fecit molere, sicut Philisthei Sansonem. Pueri ergo onusti sarcinis lignorum corruerunt, sub onere, sicut iumenta, & ita exponit Nicolaus Lyranus, & Dionisius. Vel in ligno suspensi corruere affixi stipitibus, mortui sunt. Paraphrastes Chaldeus

Chaldeus. huic sensui consonat, qui sic legit, pueri in patibulo ligni corruere. Merito pereunt in ligno pueri, quorum patres Christum Dominum in ligno crucis affixere: videãt filios suos in ligno pendentes in pœnam suæ perfidiæ, & sæuitiæ.

70. 70. Interpretes legunt, pueri in ligno infirmati sunt, idest, debilitati cum onere graui lignorum. Vel fustibus cœsi, virgisq; percussi, exalauere animam, sicut serui solent virga cœdi à dominis. Vel sensus est. *Pueri in ligno corruerunt.* idest, in neruis ligneis, vincti in carcere cum essent teneri compedibus vinciebantur ligneis, & ferreis, & sic morie-

Actor.16. bantur. Sic dicitur Actorum 16. de Paulo, & Sila. *Strinxerunt pedes eorum in ligno.* Quòd Hispanè dicimus (echarlos de pies en vn cepo.) Vel sensus est, affixi ligneis æculeis occubuere, illos enim ligabant, vt sic eis absq; vlla ipsorum deffensione abuterentur. Erant enim de hoc vitio sodomitico notati: præcipuè fuere milites Romani, de qui-

Ad Rom.1. bus hæc verba aliqui exponunt, quos notat D. Paulus ad Romanos 1. cap. *Nam fœminæ eorum mutauere naturalem vsum, in eum qui est contra naturam, similiter, & masculi in masculos turpitudinem operantes.* Ex quibus verbis manifestè colligitur vitium sodomiæ à mulieribus incœpisse, nam prius dicit, quòd fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum,

&

& secundo loco hoc vitium imputat viris. Insuper nota, quòd referente Cicer. lib. 5. Tusculanarum quæstionum hoc vitium à Persis incœpit, vbi asserit Persas, inuenisse hos execrabiles concubitus. Hinc Xerxes ille potentissimus Rex, omnibus fortunæ bonis refertus præmium proposuit ei, qui inuenisset nouam voluptatem, qua inuenta non fuit contentus. Alij, vt Atheneus putant, huiusmodi masculorum nefarium amorem incœpisse à Laio, cùm hospitio susceptus esset à Pelope, eius enim filium Crisipum cum diligeret rapuit, & curru impositum Thebas adduxit. Et hoc vitium fuit familiare Græcis, vt iste author testatur. De Babylonijs agit Ioel capite 3. dicens, *Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.* Idest, tanta insolentia, abusi sunt victoria, militari licencia, vt ausi sint puerum meretricibus loco mercedis tradere, vel iuuenes pulcherrimos ad nefandam libidinem prostituerunt, & puellas vini poculo ad seruiendum vendiderunt. Sed apud Thraces primum originem habuisse, hoc nefandum peccatum ex Orpheo antiquissimo Poeta canit, Ouidius lib. 10. Metamorphoseos. Cicer. lib. 5. Tusc. quest. Atheneus. Ioel 3. Ouid. lib. 10

Ille etiam thracum populus fuit anthor amorum.
Inteneros transferre mares, citraq; iuuentam.
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.

Sed neq; Iudæorum gens, cum floreret expers fuit huius vitij. Isaiæ cap. 1. *Effœminanti dominabuntur eis.* Aquila legit, mutati dominabuntur eis, quia suam naturam mutauerunt, & de viris facti sunt fœminæ. Quo verbo vtitur etiam Apostolus ad Rom. 1. *Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum.* Sacra enim Scriptura turpia omnia verecundè significare solet, & ideo sub effœminatorum vocabulo sodomitas intelligit. Tales autem portentosæ libidinis authores à pientissimis Iudæorum Regibus supplicio affecti sunt. Sic de Asa Rege dicitur. 3. Regum 15. *Fecit Asa, quod rectum erat in oculis Domini, sicut Dauid pater eius,* Isaiæ 1. Aquila. Ad Rom. 1. 3. Reg. 15.

Pagninus. eius, *& abstulit effœminatos de terra*. Pagninus legit, & transire fecit scorta mascula de terra. De hoc primum laudatur, 4.Reg. 23. quòd occidit Sodomitas. Idē dicitur de Iosia Rege. 4. Reg. 23. *Destruxit ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini*. Pagninus legit, destruxit domos scortorum masculorū, Isaiæ. 2. qui erant in domo Domini. Et Isaiæ. 2. *Pueris alienis adhæserunt*. Idest, cum pueris suæ gentis libidinem exercuere, & Genes. 2. eis adhæserunt, ac si essent suæ vxores. Vt Genes. 2. *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ*. Appellantur vero alieni, quia propter hoc scelus nefandum à Deo alieni erant. Vel cum gentilium pueris amore exarserunt illosq́; emebant pulcherrimos, vt cum eis coirent. Isaiæ. 1. Propterea cap. 1. vocat eos Isaias. *Principes Sodomorum, & populus Gomorræ*. Et tales Sodomitæ steriles sunt filijsq́; or- Genes. 39. bantur, vt cōstat de Putiphare Genes. 39. emente Ioseph. Et Pet. Comest. vt notauit Petrus Comestor in Historia Scholastica cap. in histo. Scolast. cap. 88. 88. tradunt Hebræi, quòd videns Ioseph elegantem emit eum, vt misceretur ei: Dominus autē custodiens Ioseph, illum adeò infrigidauit, vt deinceps impotens fuerit coire, tanquam si eunuchus esset, & videntes eum impotentem Pontificē Heliopoleos, idest, domus solis creauerunt. Nullus fuit Iulio Cæsare animi magnitudine præstantior, verùm vir totius mundi domitor hoc scelere victus fuit, vt narrat Suetonius. Suetonius tranquillus in eius vita, gallico triumpho milites ouantis currum sequētes scelera eius ioci loco cecinerunt. Est Curionis patris Cæsaris dicterium, eum omnium mulierum virum, & omnium mulierem virorum fuisse. Eadem libidine nefaria fuere maculati Tiberius Cæsar, Caligula, & Boeci' lib. de vita 12. Cæs. Nero. De Nerone Boecius lib. de vita duodecim Cesarum ait, fuisse Sodomitam, & puerum castrauisse, & habitu fœmineo tegisse, & solemnissimo nuptiarum officio in vxorem duxisse, & de illo ait, ò quam benè actum fuisset cum rebus humanis si pater tuus Domicianus talem habuisset vxorem. Solus Claudius Imperator laudandus est, quòd Eusebi. lib. 6. solus è Cesarum familia expers in mares libidinis fuit. Eusebius

sebius Cesariensis lib. 6. Euangelicæ præparationis refert ex Bardesane, serò apud gallos, pueros nubere solitos. Modo vero beneficio legis Euangelicæ ita abhorrent hoc scelus, vt sodomitas atroci ignis supplicio afficiant. Cõtra hos Romana seueritas Scatiniam legem promulgauit, quæ huic teterrimæ libidini, & præposteræ veneri obuiam iret; contra hos inuehitur Plin. lib. 10. & Cicero lib. 4. Tusculanarum. *Plin. lib. 10.* D. Paulus deplorat Corinthios propter hoc peccatum. 2. *Cicero lib. 4.* epist. cap. 12. *Et lugeam multos ex his qui antea peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.* Immundiciam vocat Apostolus, *2. Corint. 12.* peccatum contra naturam per Antonomasiam: est enim suprema immundicia, quæ fit inter mares. Sic exponũt D. Thomas, & D. Anselmus, Bruno, Teophilatus, Lyran. Glosa Interlinealis, vbi nota contra Nouatum Hæreticum, nullum peccatum esse quantumuis graue, quod per pœnitentiam non possit deleri. Et ad Colos. 3. cum Apostolus nominet immundiciam, & libidinem subiungit. *Propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Vbi Doctores dicunt, quòd propter vitium sodomiticum concitatur Deus admittendas fames, & tempestates, & pestes, anonæq́; caritatem, vt constat in Autentica, vt nõn luxurientur contra naturam. Vbi ait imperator, propter talia delicta fames, & terræmotus, & pestilentiæ fiunt. Similiter notandum est, quòd viri apud Corinthios imitabant mulieres in capillatura, quos redarguit Apostolus. 1. ad Corint. 11. *Sic omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum.* Lasciuiẽtis enim est, vt vir effeminatus, similis capillatura fiat mulieri, & hoc cedit in dedecus capitis (scilicet Christi) & mulier orans aperto capite iniuria afficit virum suum, qui est suum caput. Ratio huius exhortationis est duplex: prima vir excedit mulierem origine productionis, quia prius à Deo creatus est, mulier verò de viro postea sumpta est, & excedit eam vir principatu, quia dictum est ei post peccatum, *Sub viri potestate eris.* Et velamen mulieris hic vtrumq́; designat, vnde

D. Thomas. D. Anselm. Bruno. Theophil. Lyra. Glos. Interl. Ad Coloss. 3. Autent. vt nõ luxuriẽtur. 1. Corint. 11. Genes. 3.

vnde vir orans velato capite, hoc gestu negat se immediatè fuisse à Deo productum, & esse mulieris Principem, & iniuria afficit Deum. Similitèr mulier orans aperto capite profitetur, se à Deo fuisse prius creatam, nec subiici viro. Rursus à natura, propensa est mulier, vt comam nutriat, & plures exhalationes à capite scaturiunt, quamuis etiam capillatura data est mulieri in velamen, & non viro: si oraret autem aperto capite profiteretur se prius à Deo creatam, nec subiici viro debere. *Vir autem non debet velare caput quoniam imago est Dei, & gloria.* Mulier tamen debet velare caput. *Quoniam gloria viri est.* Homo dicitur imago Dei, quia naturam intellectualem habet: & gloria Dei, quia gloria opificis est opificium, & maximè vir quippe, qui ratione, & vigorositate luminis præpollens: regimen, & gubernacula posidet, vt œconomicè mulierem, familiamq; regat. Et est gloria Dei, quia in eo claritas Dei fulget. Vnde à solo Deo immediate productus est, & sic non velet caput suum cum orat, cedit enim in dedecus capitis, & gloriæ Dei. Velamen enim ex diametro pugnat manifestationi, gloria autē est, clāra cum laude notitia: vnde vir velans caput suum, gloriam Dei velat, & occultat; aduersatur enim manifestationi capitis sui mistici, à quo vir prius productus est. Et mulier est gloria viri; est enim mulier ad imaginem Dei etiam formata, sed est gloria viri, quia est opificium à viro sumptum. Vnde, & claritas viri innotescit in muliere, vt nomen clatura testatur, virago enim nūcupata est, eòquòd de viro sumpta sit, tùm in propagatione prolis. *Non est enim bonum* (inquit Scriptura) *hominem esse solum.* Singulariter autem D. Paulus hoc loco, virum, dicit, imaginem Dei, non mulierem, eòquòd vir principium sit totius generis humani, vt Deus optimus maximus principium est omnium rerum, & quia mulier ex viro sumpta est, idcircò ordine naturæ velatum habet mulier caput. Velamē quidem appositum capiti mulieris, quòd præstantissimum membrum est totius corporis, & perfectissimum in totum influēs corpus

Genes. 2.

designat

designat ordine naturæ, se alteri subiici post Deũ, hoc est, viro qui præeminet mulieri, & dominatur ei: ablatio vero velaminis oppositum designaret, vnde naturæ aduersatur, vt mulier aperto capite incedat. Addit Apost. *Quod si vir nutriat comam ignominia est illi.* Vbi animaduerte pie lector, quòd peccatis contra naturam annumerat Paulus virum comatũ ignominiæ illum nota inurens. Qua nomenclatura peccata contra naturam appellat ad Rom. 1. Paulus. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Idest, peccata cõtra naturam, quæ dedecori, & ignominiæ sunt. Et Ezech. 44. præcepit Dominus Sacerdotibus. *Caput suum non redent, neq; comã nutrient, sed tondentes atondent capita sua.* Comam ignominiam iudicans in viro. Mulier vero ait Apostolus. *Si comam nutriat gloria est illi; capilli enim pro velamine sunt dati.* Vt videlicet fœditatem, atque turpitudinem proprij capitis, quæ abrrasa coma consurgit in muliere occultare possit. Natura enim sagax, & perfectissimam producere intendens, capillorum densitatem caluariæ mulieris concessit, quoniam abrrasa caluaria turpitudinem habeat mulier in capite: ex fulua ergo, & longo cesarie vir effæminatus fit, & simillimus mulieribus. Et quòd apud Corinthios tempore Apostoli in vsu erat; modo apud nostros Bethicos adolescentes consuetum est, crispos, namq; nutriunt, & seruant capillos in anteriori capitis parte pro decore, quod Hispanè dicitur (copeton) quod effœminatorum potius, quàm fortium virorum videtur esse signum. Sed iam hoc apud plures fœtet, & sic non recipitur à multis. Hæc adnotauit super hoc caput D. Pauli frater Petrus Iruroz Nauarrus Theologus Parisinus Ordinis Prædicatorum in suis partitionibus super capite 11. prioris diui Pauli epistolæ ad Corinthios. Contra hos peccatores nefandos agit Sapiens Sapientiæ cap. 14. *Omnia commixta sunt.* (Suple peccata, quæ sequuntur) *homicidium, furtum, & infidelitas, natiuitatis immutatio.* Idest, innaturalis, & Sodomitica comixtio. *Inordinatio Mechiæ,*

Ad Rom. 1.

Ezech. 44.

Frater Pet. Irur. Dominicanus.

Sapient. 14.

2. Mach. 4. *& impudicitiæ infandorum.* Ideſt, innominandorum. Et 2. Machabeor. 4. de impio Iaſone dicitur. *Auſus eſt Iaſon optimos* *D. Auguſt.* *quoſq; epheborum in lupanaribus ponere.* D. Auguſtinus eſt videndus epiſt. 73. ad Poſidium tomo 3. Vbi carpit morem virorum effœminatorum, dicens. Exſecranda autem ſuperſtitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in ſummis ex vna parte auriculis ſuſpenſæ deputentur non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum dæmonibus adiubetur.

Grauitas autem huius peccati in hoc conſiſtit, quia ſubiectio, qua fœmina ſubditur viro eſt maxima omnium quàm poteſt habere rationalis creatura alteri, quia ſeruit in viliori officio, quod excogitari poteſt, in actu videlicet venereo. Et ex hoc oritur grauitas peccati Sodomitarum, quia vir ſubiicitur, & calcatur contra naturam ſuam, quia ſic ſupprimi, & ſubagitari, non ipſis, ſed fœminis compe- *Iud. ſua Canonica.* tit. Contra quos agit Iudas in ſua Canonica. *Sicut Sodoma, & Gomorra, & finitimæ ciuitates, ſimili modo exfornicati abeuntes poſt carnem alteram facti ſunt exemplum: ignis æterni pœnam ſuſtinentes.* Græca ſcholia habent, poſt carnem maſculam, quæ altera eſt, quia aliena, nec generationi apta: quia caro maſcula, & fœminea quoad generationem vna caro ſunt: at verò caro maſcula, & alia maſcula, duæ ſemper ſunt. Et nota verbum. *Exfornicati ſunt.* Quia extra modum naturalem, quo expletur fornicatio *D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 6. ad 9. arg.* exiere concupiſcentes viros. D. Thomas. 1. 2. quæſt. 102. artic. 6. ad 9. argumentum dicit, Leuit. 19. Præcipi, ne induatur vir veſte fœminea, nec fœmina veſte viri, & quòd *Leuit. 19.* non feratur ager diuerſo ſemine. Deuteronom. 22. iſtæ *Deuter. 22.* comixtiones variæ prohibentur ad deteſtationem coitus *Geneſ. 19.* contra naturam. Geneſ. 19. Sulphureo igne puniuit So- *Innoc. Papa lib. 1. de miſ. vitæ huma. cap. 25.* domitas Deus. *Pluit Dominus à Domino ignem, & ſulphur.* Innocentius Papa libro. 1. de miſeria vitæ humanæ, ſeu contemptu mundi cap. 25. notat, quòd pluit Dominus ignem, quia noluit cuiquam Angelorum, vel hominum

committere

committere punitionem, huius sceleris, vindictam sibi ipsi reseruauit; & ideò *Pluit Dominus à Domino*. Idest, à se ipso, non imbrem, vel rorem, sed sulphur, & ignem super ardorem libidinis, quatenus pœna similis esset culpæ, nec misisse dicit, sed pluisse, quatenus ipso verbo magnitudinem, & abundantiam pœnæ denotaret, nemini pepercit oculus eius omnes simul extinxit. Vxorem quoq; Loth, quia retrò respexit in statuam salis mutauit, nec solum vrbes, sed omnes circa regiones in mare mortuum, & vallem salinarum conuertit; imo & salem pluit Dominus super illos, vt fœtida terra saliretur: iuxta illud Deuteronom. 29. *Afflixerit Dominus terram sulphure, & solis ardore in exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorræ*. Sanctes Pagninus legit, ob sulphur, & salem combustionis, terra eius non seretur, secundum subuersionem Sodomæ, &c. Et iuxtà D. Thomam quæst. de malo quæstione 16. & quæstione 9. ad tertium. Vxor Loth mutata est in statuam salis à dæmonibus. Idest, eorum ministerio sic fuit punita. Adnotauère etiam super hoc loco Genes. 19. D. Thomas, & Eucherius, quòd rectè gens fœtidissima, ac fœtido, & viscoso igne concupiscentiæ incensa, fœtido, ac sulphureo igne à Domino combusta fuit, & gentem quæ leges naturæ funditus subuerterat congruè subuertit, supremum terræ eorum ponens in infimo. Et D. Gregorius libro 4. Dialogorum capite. 36. super Sodomitas Deus ignem, & sulphur pluit, vt eos ignis incenderet sulphuris, necaret & simul incendio, & sulphure perierunt, quatenus in pœna sua cognoscerent, quia æternæ morti, fœtoris sui delectatione se tradidissent. Adnotat Strabo Genes. 6. quòd primos peccatores aqua diluuij exterminauit, Sodomitæ verò grauiori ignis supplicio puniti sunt, licèt enim illi grauiter peccassent, accipientes, quas elegerant etiam matres in vxores, naturæ tamen modus adhuc in pluribus seruabatur: in scelere verò Sodomitico omnis subuersus est modus, forma, regula naturæ, & ideò contra naturam

Pagninus.
D. Thomas. q. 16. de malo.
Genes. 19.
Eucherius.
D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 36.
Strabo. Genes. 6.

Semper mendaces; Quia inter aliqua verba vera, miſcebant falſa. *Malæ beſtiæ*. Ideſt, non ſimpliciter beſtiæ, ſed feræ, ac veneno noxiæ. *Ventres pigri*. Ideſt, guloſi, ideoq; tardi, & minus expediti, qui enim habent ventrem cibis oneratum ad omne bonum inertes ſunt, & amant quietem. Sic Epulo dicebat animæ ſuæ, *Quieſce comede, & epulare*. Ventres, pigros appellat Apoſtolus, epulis deditos, & ocio, qui nil aliud cogitant, niſi quomodo ſatiabuntur. De talibus dicitur Eccleſiaſti. 37. *Sodalis amico congaudet cauſa ventris*. Et ad Roman. 16. *Qui Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri*. Et Prouerb. 13. *Venter impiorum inſaturabilis*. Erant ergo Cretenſes mendaces, vani, noxij, voraces, & ocioſi. Et Prouerb. 12. *Qui ſectatur ocium ſtultiſſimus eſt*. Et Prouerb. cap. 28. *Qui autem ſectatur ocium replebitur egeſtate*. Et cap. 31. de Muliere forti, dicitur. *Panem ocioſa non comedit*. Et ad Timot. 5. ſententiam cōtra hos profert Paulus. *Qui non laborat non manducet*. Draco in ſuis legibus, ocioſos capitis pœna damnauit; vt refert Celius Rodiginus lib. 10. cap. 6. quod prius in more fuit apud Ægyptios, teſte Diodoro lib. 2. ita vt cogerentur omnes ſcripta nomina ſua, & quo exercicio viuerent ad præſides regionum ferre, qua in re qui mentiebatur capite damnabatur. Metuebat Pharao rebellionem populi captiui, cum dicebat Exod. 5. *Vacant ocio, & ideo vociferantur*. Strabo lib. 4. dicit, proprium eſſe gallorum, vt laboribus agitarentur, vt graciles eſſent, ventreſq; minime propēderent, quiſquis autem iuuenis zonæ menſuram excederet mulctabatur. Ne ſimus ergo fratres, ſegnes in re tanti ponderis obtinēda, vt eſt patria cœleſtis, ſed feſtinemus, imo curramus ad illam adipiſcendam. *Sic currite, vt compræhendatis*. 1. ad Corint. 9. monet Apoſtolus.

Lucæ. 16. — *Ecleſiaſ. 37.* — *Ad Ro. 16.* — *Prou. 13.* — *Prouerb. 12. 28. & 31.* — *1. ad Tim. 5.* — *Rodigin. lib. 10. cap. 6.* — *Diod. lib. 2.* — *Exod. 5.* — *Strabo li. 4.* — *1. ad Cor. 9.*

☞ *Facies ſenum non erubuerunt.*

IVuenes coram ſenibus ſolent erubeſcere, & plerumq; milites iuuenes eſſe ſolent, & in hac clade vrbiſq; excidio tantum abfuit, vt erubeſcerent coram ſenibus, vt eos potius

tius despicerent, & dùrè tractarent, quorum ætas etiam in hostibus venerabilis esse solet, & hoc indicium clarum est Babylonicæ crudelitatis. Vnde Isaiæ. 47. hoc vaticinauerat Propheta. *Dedi eos in manu tua non posuisti eis misericordias super senem agrauasti iugum tuum valdè.* Senes ò Babylon diuexasti. Quòd si senes tam malè tractabant Chaldei, quid facerent iuuenibus? canities enim senum reuerentiam, & misericordiam à duro milite extorquere solet: quid autem fecerint adolescentibus mali, narrat vates, dicens. *Isaiæ. 47.*

☞ *Adolescentibus impudice abusi sunt.*

DE Peccato nefando sugillat vates hos Babylonicos, seu Romonos milites, & hunc sensum confirmant verba sequentia. *Pueri in ligno corruerunt.* Idest, ligneis instrumentis instar Eculei fabricatis ligabant pueros, vt abuterentur eis. Sanctes Pagninus legit, iuuenes ad molendum tulerũt, quæ verba duplicem sortiuntur sensum, idest, cum impuberibus concubuere; sic exponit Sanctes Pagninus in thesauro linguæ sanctæ. Ita Iob. 31. *Scortum alterius sit vxor mea, & super eam incuruentur alij.* In Hebræo est, permolat alteri vxor mea. Hoc est, in actu venereo subiiciatur: sumpta metaphora à mola superiori, & inferiori molendini. Vel sensus est, aliorum: sit vxor mea ancilla, & seruiat in vili officio terendi frumẽtũ. Et iuxta hoc, sensus erit, vt vilia mancipia fuere adolescentes deputati ad tollendum molas, & molendum; & sic exponit Paschasius Ratpertus, quòd alia litera habet, potẽtes molas molebant. Idest, iuuenes robusti, qui fortiores erant venundati sunt, vt molas agitarent. Sic Sansonem fortem, atq; robustum Iudicum. 16. Philistei in carcere fecerunt, vt agitaret molam, qui est immensus labor, & extrema calamitas, homines, vt iumenta tractare. 70. Interpræt. legunt, electi fletum assumpserunt. Hoc est, aliorum miseriam fleuerunt. Siquidem senes fuere despecti, iuuenes laboribus grauati, virgines defloratæ, pueri oneribus oppressi, Sacerdotes vilipensi: cunctq; tanto

Pagninus. *Iob. 31.* *Paschasius.* *Iudicũ. 19.* *70.*

tanto malo non possent obuiare amarè plorabant.

☞ *Pueri in ligno corruerunt.*

Paschasius. PAschasius Ratpertus exponit, pueros ipsos, vsq; adeò lignis, & molarum oneribus oppræsere, vt deficientibus viribus sub illis curruerunt. Vel lignum pro manubrio ligneo accipitur, quo voluitur mola. Et sic molas voluebant, velut equi: & per potentes intellegit Ratpertus Sedechiã Regem exoculatum, quem Rex Babylonis fecit molere, sicut Philisthei Sansonem. Pueri ergo onusti sarcinis lignorum corruerunt, sub onere, sicut iumenta, & ita exponit Nicolaus Lyranus, & Dionisius. Vel in ligno suspensi corruere affixi stipitibus, mortui sunt. Paraphrastes Chaldeus *Chaldeus.* huic sensui consonat, qui sic legit, pueri in patibulo ligni corruere. Merito pereunt in ligno pueri, quorum patres Christum Dominum in ligno crucis affixere: videãt filios suos in ligno pendentes in pœnam suæ perfidiæ, & sæuitiæ.

70. 70. Interpræte legunt, pueri in ligno infirmati sunt, idest, debilitati cum onere graui lignorum. Vel fustibus cœsi, virgisq; percusii, exalauere animam, sicut serui solent virga cœdi à dominis. Vel sensus est. *Pueri in ligno corruerunt.* idest, in neruis ligneis, vincti in carcere cum essent teneri compedibus vinciebantur ligneis, & ferreis, & sic moriebantur. Sic dicitur Actorum 16. de Paulo, & Sila. *Strinxerunt pedes eorum in ligno.* Quòd Hispanè dicimus (echarlos de pies en vn cepo.) Vel sensus est, affixi ligneis æculeis occubuere, illos enim ligabant, vt sic eis abq; vlla ipsorum deffensione abuterentur. Erant enim de hoc vitio sodomitico notati: præcipuè fuere milites Romani, de quibus hæc verba aliqui exponunt, quos notat D. Paulus ad Romanos 1. cap. *Nam fæminæ eorum mutauere naturalem vsum, in eum qui est contra naturam, similiter, & masculi in masculos turpitudinem operantes.* Ex quibus verbis manifestè colligitur vitium sodomiæ à mulieribus incœpisse, nam prius dicit, quòd fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum, &

Actor. 16.

Ad Rom. 1.

& secundo loco hoc vitium imputat viris. Insuper nota, quòd referente Cicer. lib. 5. Tusculanarum quæstionum hoc vitium à Persis incœpit, vbi asserit Persas, inuenisse hos execrabiles concubitus. Hinc Xerxes ille potentissimus Rex, omnibus fortunæ bonis refertus præmium proposuit ei, qui inuenisset nouam voluptatem, qua inuentâ non fuit contentus. Alij, vt Atheneus putant, huiusmodi masculorum nefarium amorem incœpisse à Laio, cùm hospitio susceptus esset à Pelope, eius enim filium Crisippum cum diligeret rapuit, & curru impositum Thebas adduxit. Et hoc vitium fuit familiare Græcis, vt iste author testatur. De Babylonijs agit Ioel capite 3. dicens. *Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.* Idest, tanta insolentia, abusi sunt victoria, militari licencia, vt ausi sint puerum meretricibus loco mercedis tradere, vel iuuenes pulcherrimos ad nefandam libidinem prostituerunt, & puellas vini poculo ad seruiendum vendiderunt. Sed apud Thraces primum originem habuisse, hoc nefandum peccatum ex Orpheo antiquissimo Poeta canit, Ouidius lib. 10. Metamorphoseos. *Cicer. lib. 5. Tusc. quæst.* *Atheneus.* *Ioel 3.* *Ouid. lib. 10*

Ille etiam thracum populus fuit anthor amorum.
Inteneros transferre mares, citraq; iuuentam.
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.

Sed neq; Iudæorum gens, cum floreret expers fuit huius vitij. Isaiæ cap. 1. *Effœminanti dominabuntur eis.* Aquila legit, mutati dominabuntur eis, quia suam naturam mutauerunt, & de viris facti sunt fœminæ. Quo verbo vtitur etiam Apostolus ad Rom. 1. *Nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum.* Sacra enim Scriptura turpia omnia verecundè significare solet, & ideo sub effœminatorum vocabulo sodomitas intelligit. Tales autem portentosæ libidinis authores à pientissimis Iudæorum Regibus supplicio affecti sunt. Sic de Asa Rege dicitur. 3. Regum 15. *Fecit Asa, quod rectum erat in oculis Domini, sicut Dauid pater eius,* *Isaiæ 1.* *Aquila.* *Ad Rom. 1.* *3. Reg. 15.*

Pagninus. *eius, & abstulit effœminatos de terra.* Pagninus legit, & transire fecit scorta mascula de terra. De hoc primum laudatur,
4.Reg. 23. quòd occidit Sodomitas. Idē dicitur de Iosia Rege. 4. Reg. 23. *Destruxit ædiculas efœminatorum, quæ erant in domo Domini.* Pagninus legit, destruxit domos scortorum masculorū,
Isaiæ. 2. qui erant in domo Domini. Et Isaiæ. 2. *Pueris alienis adhæserunt.* Idest, cum pueris suæ gentis libidinem exercuere, &
Genes. 2. eis adhæserunt, ac si essent suæ vxores. Vt Genes. 2. *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Appellantur vero alieni, quia propter hoc scelus nefandum à Deo alieni erant. Vel cum gentilium pueris amore exarserunt illosq; emebant pulcherrimos, vt cum eis coirent.
Isaiæ. 1. Propterea cap. 1. vocat eos Isaias. *Principes Sodomorum, & populus Gomorræ.* Et tales Sodomitæ steriles sunt filijsq; or-
Genes. 39. bantur, vt cōstat de Putiphare Genes. 39. emente Ioseph. Et
Pet. Comest. in histo. Scolast. cap. 88. vt notauit Petrus Comestor in Historia Scholastica cap. 88. tradunt Hebræi, quòd videns Ioseph elegantem emit eum, vt misceretur ei: Dominus autē custodiens Ioseph, illum adeò infrigidauit, vt deinceps impotens fuerit coire, tanquam si eunuchus esset, & videntes eum impotentem Pontificē Heliopoleos, idest, domus solis creauerunt. Nullus fuit Iulio Cesare animi magnitudine præstantior, verùm vir totius mundi domitor hoc scelere victus fuit, vt narrat
Suetonius. Suetonius tranquillus in eius vita, gallico triumpho milites ouantis currum sequētes scelera eius ioci loco cecinerunt. Est Curionis patris Cesaris dicterium, eum omnium mulierum virum, & omnium mulierem virorum fuisse. Eadem libidine nefaria fuere maculati Tiberius Cesar, Caligula, &
Boeci° lib. de vita 12. Ces. Nero. De Nerone Boecius lib. de vita duodecim Cesarum ait, fuisse Sodomitam, & puerum castrauisse, & habitu fœmineo tegisse, & solemnissimo nuptiarum officio in vxorem duxisse, & de illo ait, ò quam benè actum fuisset cum rebus humanis si pater tuus Domicianus talem habuisset vxorem. Solus Claudius Imperator laudandus est, quòd
Eusebi. lib. 6. solus è Cesarum familia expers in mares libidinis fuit. Eusebius

sebius Cesariensis lib. 6. Euangelicæ præparationis refert ex Bardesane, ferò apud gallos, pueros nubere solitos. Modo vero beneficio legis Euangelicæ ita abhorrent hoc scelus, vt sodomitas atroci ignis supplicio afficiant. Cōtra hos Romana seueritas Scatiniam legem promulgauit, quæ huic teterrimæ libidini, & præposteræ veneri obuiam iret; contra hos inuehitur Plin. lib. 10. & Cicero lib. 4. Tusculanarum. D. Paulus deplorat Corinthios propter hoc peccatum. 2. epist. cap. 12. *Et lugeam multos ex his qui antea peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, super immundicia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.* Immundiciam vocat Apostolus, peccatum contra naturam per Antonomasiam: est enim suprema immundicia, quæ fit inter mares. Sic exponūt D. Thomas, & D. Anselmus, Bruno, Teophilatus, Lyran. Glosa Interlinealis, vbi nota contra Nouatum Hæreticum, nullum peccatum esse quantumuis graue, quod per pœnitentiam non possit deleri. Et ad Colos. 3. cum Apostolus nominet immundiciam, & libidinem subiungit. *Propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Vbi Doctores dicunt, quòd propter vitium sodomiticum concitatur Deus admittendas fames, & tempestates, & pestes, anonæq; caritatem, vt constat in Autentica, vt nōn luxurientur contra naturam. Vbi ait imperator, propter talia delicta fames, & terræmotus, & pestilentiæ fiunt. Similiter notandum est, quòd viri apud Corinthios imitabant mulieres in capillatura, quos redarguit Apostolus. 1. ad Corint. 11. *Sic omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum.* Lasciuiētis enim est, vt vir effeminatus, similis capillatura fiat mulieri, & hoc cedit in dedecus capitis (scilicet Christi) & mulier orans aperto capite iniuria afficit virum suum, qui est suum caput. Ratio huius exhortationis est duplex: prima vir excedit mulierem origine productionis, quia prius à Deo creatus est, mulier verò de viro postea sumpta est, & excedit eam vir principatu, quia dictum est ei post peccatum, *Sub viri potestate eris.* Et velamen mulieris hic virumq; designat, vnde

Plin. lib. 10.
Cicero lib. 4.
2. Corint. 12.
D. Thomas.
D. Anselm.
Bruno.
Theophil.
Lyra.
Glos. Interl.
Ad Colos. 3.
Autent. vt nō luxuriētur.
1. Corint. 11.
Genes. 3.

vnde vir orans velato capite, hoc gestu negat se immediatè fuisse à Deo productum, & esse mulieris Principem, & iniuria afficit Deum. Similiter mulier orans aperto capite profitetur, se à Deo fuisse prius creatam, nec subiici viro. Rursus à natura, propensa est mulier, vt comam nutriat, & plures exhalationes à capite scaturiunt, quamuis etiam capillatura data est mulieri in velamen, & non viro: si oraret autem aperto capite profiteretur se prius à Deo creatam, nec subiici viro debere. *Vir autem non debet velare caput quoniam imago est Dei, & gloria.* Mulier tamen debet velare caput. *Quoniam gloria viri est.* Homo dicitur imago Dei, quia naturam intellectualem habet: & gloria Dei, quia gloria opificis est opificium, & maximè vir quippe, qui ratione, & vigorositate luminis præpollens: regimen, & gubernacula posidet, vt œconomicè mulierem, familiamq́; regat. Et est gloria Dei, quia in eo claritas Dei fulget. Vnde à solo Deo immediate productus est, & sic non velet caput suum cum orat, cedit enim in dedecus capitis, & gloriæ Dei. Velamen enim ex diametro pugnat manifestationi, gloria autẽ est, clara cum laude notitia: vnde vir velans caput suum, gloriam Dei velat, & occultat; aduersatur enim manifestationi capitis sui mistici, à quo vir prius productus est. Et mulier est gloria viri; est enim mulier ad imaginem Dei etiam formata, sed est gloria viri, quia est opificium à viro sumptum. Vnde, & claritas viri innotescit in muliere, vt nomen clatura testatur, virago enim nũcupata est, eòquòd de viro sumpta sit, tùm in propagatione prolis. *Non est enim bonum* (inquit Scriptura) *hominem esse solum.* Singulariter autem D. Paulus hoc loco, virum, dicit, imaginem Dei, non mulierem, eòquòd vir principium sit totius generis humani, vt Deus optimus maximus principium est omnium rerum, & quia mulier ex viro sumpta est, idcircò ordine naturæ velatum habet mulier caput. Velamẽ quidem appositum capiti mulieris, quòd præstantissimum membrum est totius corporis, & perfectissimum in totum influẽs corpus designat

Genes. 2.

designat ordine naturæ, se alteri subiici post Deũ, hoc est, viro qui præeminet mulieri, & dominatur ei: ablatio vero velaminis oppositum designaret, vnde naturæ aduersatur, vt mulier aperto capite incedat. Addit Apost. *Quod si vir nutriat comam ignominia est illi.* Vbi animaduerte pie lector, quòd peccatis contra naturam annumerat Paulus virum comatũ ignominiæ illum nota inurens. Qua nomenclatura peccata contra naturam appellat ad Rom. 1. Paulus. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Idest, peccata cõtra naturam, quæ dedecori, & ignominiæ sunt. Et Ezech. 44. præcepit Dominus Sacerdotibus. *Caput suum non redent, neq; comã nutrient, sed tondentes atondent capita sua.* Comam ignominiam iudicans in viro. Mulier vero ait Apostolus. *Si comam nutriat gloria est illi; capilli enim pro velamine sunt dati.* Vt videlicet fœditatem, atque turpitudinem proprij capitis, quæ abrrasa coma consurgit in muliere occultare posit. Natura enim sagax, & perfectissimam producere intendens, capillorum densitatem caluariæ mulieris concesit, quoniam abrrasa caluaria turpitudinem habeat mulier in capite: ex fulua ergo, & longo cesarie vir effeminatus fit, & similimus mulieribus. Et quòd apud Corinthios tempore Apostoli in vsu erat; modo apud nostros Bethicos adolescentes consuetum est, crispos, namq; nutriunt, & seruant capillos in anteriori capitis parte pro decore, quod Hispanè dicitur (copeton) quod effœminatorum potius, quàm fortium virorum videtur esse signum. Sed iam hoc apud plures fœtet, & sic non recipitur à multis. Hæc adnotauit super hoc caput D. Pauli frater Petrus Iruroz Nauarrus Theologus Parisinus Ordinis Prædicatorum in suis partitionibus super capite 11. prioris diui Pauli epistolæ ad Corinthios. Contra hos peccatores nefandos agit Sapiens Sapientiæ cap. 14. *Omnia commixta sunt.* (Suple peccata, quæ sequuntur) *homicidium, furtum, & infidelitas, natiuitatis immutatio.* Idest, innaturalis, & Sodomitica comixtio. *Inordinatio Mechiæ,*

Ad Rom. 1.

Ezech. 44.

Frater Pet. Irur. Dominicanus.

Sapient. 14.

 &

committere punitionem, huius sceleris, vindictam sibi ipsi reseruauit; & ideò *Pluit Dominus à Domino*. Idest, à se ipso, non imbrem, vel rorem, sed sulphur, & ignem super ardorem libidinis, quatenus pœna similis esset culpæ, nec misisse dicit, sed pluisse, quatenus ipso verbo magnitudinem, & abundantiam pœnæ denotaret, nemini pepercit oculus eius omnes simul extinxit. Vxorem quoq; Loth, quia retrò respexit in statuam salis mutauit, nec solum vrbes, sed omnes circa regiones in mare mortuum, & vallem salinarum conuertit; imo & salem pluit Dominus super illos, vt fœtida terra saliretur: iuxta illud Deuteronom. 29. *Afflixerit Dominus terram sulphure, & solis ardore in exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorræ*. Sanctes Pagninus legit, ob sulphur, & salem combustionis, terra eius non feretur, secundum subuersionem Sodomæ, &c. Et iuxtà D. Thomam quæst. de malo quæstione 16. & quæstione 9. ad tertium. Vxor Loth mutata est in statuam salis à dæmonibus. Idest, eorum ministerio sic fuit punita. Adnotauère etiam super hoc loco Genes. 19. D. Thomas, & Eucherius, quòd rectè gens fœtidissima, ac fœtido, & viscoso igne concupiscentiæ incensa, fœtido, ac sulphureo igne à Domino combusta fuit, & gentem quæ leges naturæ funditus subuerterat congruè subuertit, supremum terræ eorum ponens in infimo. Et D. Gregorius libro 4. Dialogorum capite. 36. super Sodomitas Deus ignem, & sulphur pluit, vt eos ignis incenderet sulphuris, necaret & simul incendio, & sulphure perierunt, quatenus in pœna sua cognoscerent, quia æternæ morti, fœtoris sui delectatione se tradidissent. Adnotat Strabo Genes. 6. quòd primos peccatores aqua diluuij exterminauit, Sodomitæ verò grauiori ignis supplicio puniti sunt, licèt enim illi grauiter peccassent, accipientes, quas elegerant etiam matres in vxores, naturæ tamen modus adhuc in pluribus seruabatur: in scelere verò Sodomitico omnis subuersus est modus, forma, regula naturæ, & ideò contra naturam

Pagninus. *D. Thomas. q. 16. de malo.* *Genes. 19.* *Eucherius.* *D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 36.* *Strabo. Genes. 6.*

peccantes grauissimo supplicio affecti fuere. Sulphur quippe fœtorem carnis, ignis verò ardorem carnalis desiderij significat: & ideo vt grauitas sceleris ostendatur, qualitas apponitur vltionis. Sulphur enim fœtet, ignis ardet, & sulphure, & igne Sodomitæ pereunt. Pluit Dominus super Sodomam, & Gomorram sulphur: primus pluendi actus Domino tribuitur, vt constet imbrem illum igneum nullatenus naturali cursu cecidisse, sed vi superiori demissum fuisse. Et nota quòd tempore Noe peccatum mundi aqua diluitur: hoc vero Sodomitarum, igne punitur, quia illud naturale libidinis cum fœminis leuiori damnatur elemento: hoc vero cum viris contra naturam peccatum acrioris elementi vindicatur incendio: & illic terra aquis abluta reuirescit, hic vero flammis cremata æterna sterilitate arescit. Iuxta illud

Sapient. 10. Sapientiæ. 10. *Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim, quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra.* Meminit

Strab.li. 16. Strabo libro. 16. Geographiæ huius excidij. *Solinus.* Solinus testatur, quòd extat nunc nigra Sodomæ humus, & in cinerem soluta, & quòd nascuntur poma, quæ licet habeant maturitatis speciem mandi tamen non possunt, nam leui tactu pressa fumum exalant, & in cinerem

Corn. Tacit. lib. 21. euanescunt. Idem dicit Cornelius Tacitus lib. 21. posteaq; vt notat *Hamerus.* Hamerus super hoc loco; magnam partem camporum, in quibus hæ sceleratæ vrbes erant in vastum lacum longè latéq; stagnantem abijsse, & vrbes incendio deletas aquis obruisse. Appellatur hic lacus Hebraicè mare salis propter sterilitatem, piscesq;, &

Iosephus. aues ibi non sunt. Et Iosephus scribit de eo, quòd est lacus amarus, & sterilis: ob leuitatem autem etiam grauissima in illum proiecta sursum efferre: mergi vero in profundum, neq; data opera quid potest. Et hac fama permotus Vespasianus iussit aliquos qui natare non poterant vinctis post tergum manibus in profundum proijci,

verùm

verum contigit omnes natare tanquam à vento aliquo sursum iactatos. Vocatur hic lacus à Græcis, & Latinis scriptoribus lacus Asphaltides, ex quo colligitur bitumen adeò tenax & multum, vt nullo ferro scindi valeat, sed tantum filo muliebri menstruo polluto. Tandem Genes. 18. hoc nefandum scelus diuinas pulsauit aures, vt cito illud puniret. *Clamor inquit Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum agrauatum est nimis.* Singula verba emphasim habent, non dixit, iniustitia Sodomorum, seu iniquitas, qua potentes insurrexere in imbecilles, nec dixit venit ad me, sed ascendit, & multiplicatus est, quo verbo inundationem expressit, seu multitudinem iniquitatis, & addit peccatum agrauatum nimis. Non ponitur hic singulare pro plurali, peccatum pro peccatis, sed de singulari, & certo peccati genere loquitur, nempe nefando: in solitum enim iniquitatis modum excogitauerunt, & alienas atq; illicitas coeundi leges prorsusq; monstrosas inuenerunt. Et illa verba. *Peccatum eorum agrauatum est nimis.* Manifestè pertinet ad delicti exagerationem, & grauitatem declarandam. Et quòd horredum hoc crimen inualuit, ita vt omnes ferè ciues illius vrbis inuaserit, constat ex capite præcedenti: dixere ciues Loth. *Vbi sunt viri, qui introierunt ad te? Educ illos, vt cognoscamus eos.* Idest, coeamus cum eis. *Et vallauerunt domum illius à puero vsq; ad senem.* Quasi diceret, non solum iuuentus hæc mala inquirebat, sed & viri prouectæ ætatis: imo iam frigidi, vt senes in quibus venerem deferbuisse opportebat: & ne aliquis exceptus videatur, ait. *Omnis populus simul.* Neq; erubescebant tam turpe, tamq; impudens flagitium, sed absq; rubore, & nudo (quod aiunt) capite, libidinis suæ verba dicebant. *Vbi sunt?* Et Iob. capite 36. *Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.* Et, pro quia sumitur, ideo immatura morte rapientur, atq; calamitosa, quia vixerunt inter impios scortatores, morientur quemad-

Genes. 18.

Genes. 19.

Iob. 36.

modum scortatores. Eo fine claudent vltimum diem inter sordidos, & abiectos sodomitas, Deo hominibusq; inuisos: illi qui pauperibus intulere iniuriam. Vltimo notadum est, quod in nocte sacratissima qua Christus Dominus natus est, vt refert D. Bonauentura opusculo de quinq; festiuitatibus omnes sodomitæ mortui sunt inter quos occubuit etiam Vergilius, qui hoc vicio maculatus erat, vt notauit Bernardinus de Bustis sermone 5. de partu Virginis. Et ratio fuit huius cladis, ne in natura, quam Verbum Diuinum assumpserat, tanta immunditia inueniretur. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ art. 2. adducit ad hoc propositum illud Ioel. 3. *Congregabo omnes gentes.* Et postea dicit. *Disceptabo cum eis.* Et huius supulicij assignat causam. *Quia posuerunt puerum in prostibulo.* Et refert ex D. Hieronym. super illud Isaix. 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Quòd lux illa omnes laborantes illo vicio extinxit, & hoc fecit Christus, vt omnes eradicaret, ne in natura, quam assumpserat tanta de cœtero immunditia inueniretur. Sed hæc verba non dicit D. Hieronymus super caput. 9. Isaiæ. Ista libidine feruentes, sunt degeneres, & ignobiles, nec in bello sæculari fortes, nec in fide esse stabiles cōstat. 56. dist. cap. si gens Anglorum. Isti etiam vocantur filij diffidentiæ extra de excesibus prælatorum, capite quia. Vt ibi dicit Glosa, de eorum salute parum fidendum est, quia vix, aut difficillimè reuertuntur, sed reuerti possunt si volunt, quia de nemine desperandum est in hac vita. 32. q. 4. cap. ancillam, de pœnitentia dist. 7. cap. 1.

D. Bonauēt. opusc. d quinq; festiuitati. *Bustos.* *Aluar. Pel. lib. 2. art. 2.* *Ioel. 3.* *Isaiæ. 9.* *Dist. 56. ca. si gens extra de excesibus. Capite quia. 32. q. 4. cap. ancillam.*

☞ *Defecerunt senes de portis.*

IDest, iudices de portis vrbis vbi tribunalia erant, & ius dicebatur Psal. 126. *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.* Et hi iudices eligebantur senes, vt maturum esset iudicium, & rectum. Daniel. 13. *Constituti sunt duo senes iudices in illo anno.* Vel *Defecerunt senes de portis.* Quia cum per portas egredi vellent ad querendas herbas, aut olera seu arborum

Psalm. 126. *Daniel. 13.*

borum fructus in ipsis portis semimortui cadebant præ nimia imbecillitate virium. 70. Interpræt. legunt, senes à porta cessauerũt: supple ingredi, vel egredi, per portas, quia iam non habebant potestatem iudicandi, neq; tribunalia erant, sicut olim, vbi sedere solebant, & ius dicere: sed corruerant cum murorum ruina. Paraphrastes Chaldeus legit, senes de porta Sanædrin cessauerunt, idest, iudices ordinarij, cum essent captiui ab alijs iudicabantur, qui gentiles erant. Vnde Hierem. 6. *Effundens super paruulum furorem, & super consilium iuuenum, vir cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.* Aduertendum est, quòd vt notauit Angelus Caninus in libro institutionum linguæ Siriacæ, apud Hebræos erant tres iudicum clases. Prima appellabatur domus iudicij, vbi solum tres iudices erant, & de causis minoribus audiebatur, vt de furtis, & aliquibus iniurijs. Erat secundum palatium, quod vocabatur sinhædrion paruum, vbi erant viginti, & vnus iudices, vbi decernebãtur causæ capitis. Tertium palatium erat, sicut Athenarum Areopagus, vbi erãt septuaginta, & vnus iudices; & appellabatur domus iudicij, seu sinhædrion magnum, in quo causæ grauissimæ tractabantur, quæ ad Regni, & Reipublicæ gubernationem pertinebant, & hæc domus iudicij solum reperiebatur in Hierusalem. Alia duo sinhædria parua in alijs tribubus constituebantur: vbi bella decernebantur, & vrbem reficiendam locabant, resq; omnes publicas administrabant: sicut modo auditores in foro Regio qui Madriuj sunt. Ita docet Iosephus lib. 14. antiquitatum cap. 17. & ad hoc tribunal fuit vocatus Herodes in Hierusalem, quia occiderat Ezechiam ducem prædonam, qui erat Galileæ præfectus, vt in sinhedrion maiori causam diceret. Et ita locutus est Dominus Matth. 5. iuxta hunc iudicandi ordinem, & morem Palesthinæ, cum dixit. *Quicunq; irascitur fratri suo reus erit iudicio.* Suple trium virorum, vbi an sit puniendus, nec ne decernitur. Reus erit, idest, dignus, vt in ius vocetur coram iudice eiq; lis sit. Ita Iacobi. 2. *Quicumq; totam legem seruauerit, offendat autem in vno*

[Margin notes: 70. / *Chaldeus.* / *Hierem. 6.* / *Ang. Canin. lib. Institut. linguæ Siriacæ.* / *Iosep. lib. 14. cap. 17.* / *Matth. 5.* / *Iacobi. 2.*]

factus est omnium reus. Ideſt, quod Hiſpanè dicimus (le podeys poner à pleyto) quòd alia mandata non ſeruat. *Qui dixerit Racha, reus erit concilio.* Ideſt, qui dixerit fratri ſuo, vacuus cerebro, autinſanus, reus erit concilio, quod eſt ſinhedrion paruum, vnius & viginti virorum, vt decernant, quo mortis genere talis ſit puniendus (Rachos Grecè pannoſus)
Pſalm. 7. quod Hiſpanè dicimus (handrajoſo) vnde Pſal. 7. *Decidam merito ab inimicis meis manis.* Ideſt, vacuus, in Hebræo eſt (recam) ſignificat etiam miſerum, & inopem, & vacuum
Iudicum 9. quod Hiſpanè dicimus (vn pobreton) Iudicum 9. & 11. *Conduxit Abimelec viros inopes.* In Hebræo eſt (reqim) à verbo
2. Paral. 13. (raca) & 2. Paral. 13. dicitur de Ieroboam. *Congregatiq; ſunt ad eum viri vaniſsimi filij Belial.* In Hebræo eſt (recin) vnde venit (raca) ideſt, ſine cerebro iuxta D. Hieronymum. *Et qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Ideſt, iudicio vnius & ſeptuaginta virorum, ideſt, ſinhedron magno, vbi dānabitur ad incendium; & gehenna ignis erat vallis, iuxta Hieruſalem in quo habitabant filij Ennō, quia erat fundus eorū, ſic appellatꝰ, vbi extruxerāt altare, quod appellatū fuit
4. Reg. 23. Tophet, vbi filios immolabāt Idolo Moloc, vt cōſtat 4. Reg.
Hierem. 7. 23. vocabatur vallis interfectionis, vt habetur Hiere. 7. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur amplius Tophet, vallis filij Ennon, ſed vallis interfectionis, & ſepelientur in Tophet.*
Iſaiæ. 30. De Tophet meminit Iſaias capite 30.

Super noſtri vatis loco notandum eſt, quòd Moyſes iuſſu Domini ſelegit Septuaginta ſenes, ex ſenibus Iſrael, vt onus regendæ Reipublicæ portarent de quibus fit mentio.
Exod. 24. Exod. 24. & Numerorum cap. 11. ſedebant iſti in portis,
Numer. 11. vt conſtat Deuter. cap. 21. & 22. deplorat noſter vates hos
Deuter. 21. ſenes defeciſſe de portis, & eorum iudicia ceſſaſſe: & in diui
& 22. ſione cuſtodum templi 1. Paral. cap. 26. miſſæ ſunt ſortes
1. Paral. 26 per familias in vnamquanq; portarum. *Ad portam autē Auſtralem erat ſeniorū concilium.* Obededon vero, & filijs eius ad Auſtrum, in qua parte domus erat ſeniorum conſilium dicit textus. Ex quo loco clare conſtat conſiliū Phariſeorum,

&

& Pontificum contra Christum Dominum fuisse in templo. Ioan. 11. & sic cõmisisse sacrilegium dum in templo decreuerint eum occidere. Quorum assidentiũ consilij, & iudicij meminit Esdras lib. 1. cap. 10. & 3. Esdras cap. 9. Est autem senectus bona eximium Dei donum, quod manifestum est cum toties singulares Dei amici in senectute bona defuncti leguntur. Vt Genes. cap. 15. & 25. & 27. & 48. Patriarchæ Abraham Isaac, & Iacob, & Iudicum 3. Gedeon, & 3. Reg. 1. & 1. Paralip. 29. Dauid, & 3. Reg. 14. Ahias Propheta, & Ioiada Sacerdos. 2. Parali. 24. & Iob 42. mortuus plenus dierum. Et Iosue 13. & 24. in Caleb permansit virtus, vsq; insenectam. Ecclesiastici 46. Moyses annorum centum, & viginti moritur, & Deuteronomio cap. 34. *Oculis non caligantibus, & dentibus immotis vixit.* Tobiæ etiam capite 10. & 14. Thobias cum vxore incolumes vixere in senectute bona, & Deuteron. 33. in benedictionibus Aser legitur. *Sicut dies iuuentutis, ita & senectus tua.* Et Psal. 90. *Longitudine dierum replebo eum.* Et Psal. 91. *Multiplicabuntur in senecta vberi.* Et Genes. 37. *Diligebat Iacob Ioseph, quia in senectute genuerat eum.* Et 1. Reg. 2. comminatur Dominus Heli neminem vnquam in domo eius senem fore. Atq; Prouerb. 16. *Corona dignitatis senectus.* Et cap. 20. *Dignitas senum canicies.* Et Ecclesiasti. 25. *Gloria eorum Dei timor.* Et Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Et de Abraham dicitur Genes. 25. *Et deficiens mortuus est, in senectute bona, prouectaq; & ætis plenus dierum.*

1. Esdr. 10. 3. Esdr. 9. Genes. 25. 3. Reg. 1. 1. Paral. 29 3. Reg. 14. 2. Paral. 24. Iob 42. Iosue 13. & 24. Ecclesi. 46. Deuter. 34. & 33. Psalm. 91. Genes. 37. 1. Reg. 2. Prouerb. 16 & 20. Eccles. 25. Iob. 5. Genes. 25.

☞ *Iuuenes de choro psallentium.*

DEfecere etiã iuuenes, qui solebãt choreas ducere, cantare, & exultare in nuptiis atq; festiuis diebus: periere, qui lætabãtur, & aliis materiã gaudij præbebãt. 70. Interp. legũt, electi ex Psalmis eorum cessauere. Eligebantur sicut modo 70.
fit, qui meliori vocis organo pollebant, vt Psalmos in templo canerent. Isti ergo iuuenes, qui faceti, & læti solebãt esse

conticuere valdè mæſti proprium iuuenilis ætatis eſt gaudere, atq; letari. Zachar. 8. *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius.* Vnde Salamon Eccleſiaſtes. 11. *Letare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum.* Ironice loquitur, ne laxes habenas gaudij in iuuentute. Reddenda enim eſt apud ſupremum iudicem ratio. Pſal. 42. *Introibo ad altare Dei, ad eum qui letificat iuuentutem meam.* In Hebræo eſt, ad eum, qui letificat exultationem meam, quòd noſter vulgatus rectè tranſtulit iuuentutem, Hebræus dicit exultationem, quia huic ætati, nil tam familiare eſt, quàm letari, & exultare: & ſic legit Sanctes Pagninus ad Deum letitiæ exultationis meæ. Verbum Hebræum(gili)exultationem ſignificat, & exultatio hominis eſt ipſa iuuentus, quæ ſuapte natura propenſa eſt ad ea, quæ gaudia adferunt, & quia interprætes nouitatem inſinuare volebant congruentius id fecerunt per iuuentutem. Impij etiam Sapient. 2. dixere. *Venite coronemus nos roſis antequam marceſcat, vtamur creatura tãquam in iuuentute celeritèr.* Græce eſt, grauiter, ſeu alacriter.

Zachar. 8. *Ecleſiaſ. 11.* *Pſalm. 42.* *Pagninus.* *Sapient. 2.*

Animaduertendus eſt in hac vatis noſtri oratione ordo, quem ſeruat in recenſendis miſerijs, & cladibus huius populi, virgines, & nuptæ vi ſunt oppreſſæ, atq; defloratæ, ſenes deſpecti, Principes ſuſpenſi, adoleſcentes proſtituti, & ſub agitati, aut lignis ceſsi, pueri oneribus grauibus præſsi, omnes cuiuſuis ætatis pœnas debere: æquiſsima namq; eſt diuini iudicij trutina, quia omnes peccauere à puero vſq; ad ſenem omnes puniuntur. Et ſic infra dicit Hieremias. *Væ nobis, quia peccauimus.* Notauit rectè vt ſolet D. Ambroſius lib. 2. de Abraham Patriarcha cap. 6. exponens illud Geneſ. 19. *Viri autem Sodomorum vallauerunt domum à puero vſq; ad ſenem, totus populus pariter.* Deſcribitur diuini iudicij æquitas. Poterat aliquis dicere, quid peccauerunt pueri, vt omnes incendio perirent? Audi ſcripturam teſtificantem, quia circundederunt domum à puero vſq; ad ſenem, totus populus pariter, nulla ætas erat à culpa immunis, ideo nullus

D. Amb. lib. 2. de Abrah. Patr. cap. 6. *Geneſ. 19.*

lus ab exitio liber fuit, & qui posibilitatem perpetrãdi criminis non habuit, habuit affectum: debiles vires senum, sed mens plena libidine.

☞ *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.*

QVI Solebamus in choro exultare, nunc congregamur ad plangendum, quia cordis gaudium fugit. Quod prophetauerat ipse Hierem. cap. 16. *Ecce ego auferam de loco isto, in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Idest, auferam connubia, & thalamos, & epitalamia, & conuiuia, quæ in nuptijs esse solent, omnia erunt plena lachrymis, non resonabunt voces tripudij, & exultationis, sed gemitus, & suspiria flentium super mortuos suos audientur. Ita Baruc. 2. *Auferam à vobis vocem iocunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & sponsæ.* Chorus ille cantantium Psalmos, qui resonabat in templo mutatus est in plãctum. Vbiq; Amos etiam 5. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris sunt dicetur: væ, væ, & vocabunt agricolam ad planctum, & eos qui sciunt plangere, & in omnibus vineis erit planctus.* Iob etiam cap. 30. *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.* Nota ipsos proprio ore fateri gaudium cordis defecisse, quia erat gaudium de rebus corruptibilibus, quæ meliori tẽpore desunt, & materia sunt tristitiæ: solum gaudium, quod Deus communicat est diuturnum, imo æternum. Vnde Ioan. 16. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Sanctes Pagninus legit, lux sata est, iusto, & rectis corde lætitia, idest, seminata est letitia in corde iusti, vbi altas radices gaudium iacit, sicut triticum in terra: impij autem falso rident. Vnde Isaiæ. 56. *Non est pax impijs.* 70. Interpræt. legunt, non est gaudium impijs, dicit Dominus Deus, sed contra *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.* Psal. 117. vel sata quia hic seminant,

Hierem. 16. Baruc. 2. Amos. 5. Iob. 30. Ioan. 16. Psalm. 96. Pagninus. Isaiæ. 56. 70. Psalm. 117.

ſeminant, & in altera vita metunt coronam letitiæ.

☞ *Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis quia peccauimus.*

ABlatus eſt Rex à nobis, & Regnum ruit, propter peccata noſtra. Loquitur de Ioſia, vel Sedechia Regibus. Vel dignitas Regia receſit. ſic D. Thomas, & Dioniſius. Tritum eſt per caput intelligi Regem, & per coronam Regnum, & ſic ſenſus eſt, ablatum eſt Regnum a Rege, qui erat caput noſtrum: captiuato Rege, quod gaudium nobis pote

Iudith 15. rit eſſe? Imo mortuo. Sic Iudith 15. decollato Holoferne, *Milites fugæ præſidium ſumunt, ita vt nullus loqueretur, cum proximo ſuo, ſed inclinato capite relictis omnibus euadère feſtinabant.* Abciſſo ſuo capite, nullus atollebat caput, ſed mæſti, & ſi-

Hierem. 13. lentes fugam arripuere. Et Hieremiæ cap. 13. *Dic Regi, & dominatrici humiliamini, ſedete in terra, quia deſcendet de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.* Hic dicit vates, deſcendet corona: quod deſcendit, paulatim labitur. Sed in noſtro textu dicit, cecidit: quod cadit repentè ruit, & ad ima feſtinat: ad profundum miſeriæ, regnum per Sedechiam defluxit, & hoc deplorant. Vbi nota quód cauſam ruinæ non attribuunt fato, aut fortunæ, ſed ſuis criminibus, & non deplorant ſuas miſerias, ſolum ſed ſimûl ſua, ſcelera deflent. *Væ nobis* Dicunt. Sed quare? Quia ſerui facti ſumus? Nequaquã. Sed *Quia peccauimus.* Lachrymæ debentur culpis, iſtæ ſunt verum peccatorum medicamen. Et de hoc maximè dolet, quia peccauere contra Deum. *Cecidit corona capitis noſtri.* Ideſt, Regnum & Sacerdotium. Vnde Zachariæ cap.

Zachariæ 6. 6. *Et ſumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedec.* Vaſtauerant Chaldei Iudææ Regnum & cum in libertatem aſſeruntur, & Regnum, & Sacerdotium eis reſtituitur. Duæ coronæ fabricantur, vt gaudeant mœrentes, & nota quód Regis corona appellatur ab Hebræis, & Græcis, ſanctificatio dictio (neſer) coronam Re-

Pſalm. 88. giam ſignificat. Pſalm. 88. *Prophanaſti in terra ſanctuarium eius.*

eius. D. Hieronym. & Felix vertunt, diadema eius: quod de gloria, & corona Regni intelligunt. Similiter Sanctes Pag. & Psal. 131. *Super ipsum efflorebit sanctificatio mea.* Idest, corona, sic dicta à separatione, quia vt res sancta, & ab alijs separata debet in precio haberi, D. Hieronym. legit, super ipsum efflorebit diadema eius. Idest, glorificabitur tanquam Rex Christus Dominus. Sanctes Pagninus legit, super ipsum efflorebit corona eius. Aquila legit, consecratum eius, & significat laminam, ex auro quæ in fronte Pontificis ligabatur sculptum habens nomen Domini. Iuxta D. Hieronymum. In Hebræo est (nezer) idest, sanctificatio, & (nizro) significat consecrationem, coronam, diadema, & sanctificationē. Campēsis legit, super ipsum florebit corona eius. (nezer) autem deducitur à (themate) quod separare, & sanctificare significat, vnde Nazarei dicti sunt, idest, separati; & propterea diadema Regum (Nezer) dicitur, quòd sit quasi Regis sanctificatio, qua per illam ab alijs seiungitur, & ad Regni sedem consecratur. Super Christum igitur cõstitutū à Deo patre Regem super Sion montem ecclesiæ effloruit diadema eius, non emarcuit, viridis fuit corona & æterna, & sic dicit ibi Propheta. *Inimicos eius induam confusione.* Cõfusi enim reuersi sunt Sacerdotes Ioan. 1. cū Ioan. dixit non sum ego Christus: volebant namq; vt Ioan. esset Mesias, & non Christus. Corona Regum huius sæculi caduca, & fragilis est: hostes, & mors à capite Principū auferūt. Israelitæ fatētur coronā cecidisse de capite sui Regis. Isai. 28. *Væ coronæ superbiæ, & flori decidēti.* Est corona Regū, florum corona quæ marcesit, sed corona gloriæ appellatur immarcesibilis 1. Petri 5. *Percipietis immarcescibilem gloriæ coronā.* Et propterea suam sponsam non vult spōsus coronare in hac vita, sed in futura. Cant. 4. *Veni de Libano coronaberis.* Corona in posita Christi capiti cõtexta fuit ex iūcis marinis, qui penetrauere cerebrū ei⁹, vt denotaretur esse Regē æternū, cui⁹ diadema mors euellere nõ poterat de ei⁹ capite sicut à cæteris Regib⁹ aufert; nā in cruce ei⁹ incepit regnū. Isaiæ. 9. *Multiplicabitur*

Felix. Pagninus. Psal. 131. D. Hierony. Pagninus. Aquila. D. Hierony. Ioan. 1. Isaiæ 28. 1. Petri 5. Cant. 4. Isaiæ. 9.

coloribus festiuoq; cultu ornatis corpora, quod valdè irritat diuinam maiestatem. Abominatur Dominus peccatores hilares, & vestibus prætiosis ornatos. Et ita Exod. 33. dixit Moyses populo adoranti vitulum. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi, deposuerunt q; ornatum suũ à monte Oreb.* Vestibus festiuis induti erant Iudæi, vt sacra facerent vitulo. Has vestes præcipit Moyses exuere. Vnde Oseæ cap. 9. *Noli letare Israel noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo.* Idest, per Idolatriæ peccatum separatus es à Deo tuo. Aues oriente Sole gestiunt in aurora, letæq; garriunt, & dulcem faciunt concentum, sed Sole recedente vergenteq; ad occasum, diuersus est earum cantus, potius ad mœrorem prouocant: sic recedente sole iustitiæ, eiusq; gratia à nobis, sit noster cantus non Philomelæ, sed turturis gementis. Vnde Baruc 2. *Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat tibi gloriam, & iustitiam Domino.* Inter huius sæculi mala nullum est maius, quàm contra Deum peccasse, hoc verè flendum, & largiter. Sic Magdalena capite 7. D. Lucæ. *Lachrymis cæpit rigare pedes eius.* Et non dicit Euangelista, quòd compleuit fletum, sed postea flebat, dimissis à Domino suis sceleribus, in Marsiliæ spelunca. Vnde Iob capite 10. *Si impius fuero, væ mihi est.* Quod nunquam dixit amissa omni sua substantia, salute, & filijs. Et Ecclesiasti. cap. 41. *Væ vobis viri impij qui dereliquistis legem Domini altißimi, & si nati fueritis in maledictione nascemini, & si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra.* Et Oseæ cap. 7. *Væ eis quoniam recesserunt à me: sed væ eis cum recessero ab eis.* Oseæ 9. 70. legunt, quia & væ eis, caro mea ex eis, idest, maiori supplicio sunt digni Iudæi qui ingrati, & rebelles mihi fuere, cum ex eis carnem sumpsi cum me alacrius deberet recipere, & ideò magis flendi. Væ Hierosolimitanis cum abijt Dominus trans mare Galilææ, deploräda sane impiorũ sors, cum dicatur Prouerbiorum 13. *Peccatores persequitur malum.* Quasi dicat, ipsum malum culpæ secum afert malum

Exod. 33. | Oseæ 9. | Baruc 2. | Lucæ 7. | Iob 10. | Eccles. 41. | Oseæ. 7. | Prouerb. 13.

lum pœnæ, quod impios comprælendit. Vnde Plato lib. 5. de legibus dixit, pœna iniustitiæ est comes. Et non dicit Salomon, quale malum persequitur peccatores, quia omne genus malorum eos quærit, & inuenit. Sed proh dolor cum sæuissima vitiorum lues tanta nobis venena propinet, ea non fugimus, cum Ecclesiastici 7. nos moneat Salomō. *Non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Idest, qui peccatorum facit sementem, metet multiplicata mala: sicut ager semen illi cōmissum cum fœnore magno reddit; sic vna iniquitas parit septem, adeò hæc est pestilens hydra. Nunquam vna iniquitas sola venit, vel vna iniquitas septem pœnis afficitur, nostro videlicet iudicio, qui iudicamus grauiorem esse pœnam, quàm sit culpa, cùm culpa breui finitur, & pœna durat, sed culpa grauior est. Iob 20. dicitur de impio. *Manus eius reddent ei dolorem suum.* Hoc est dolorem, quem atulit eis, pœnas soluet violentiæ, quam egenis irrogauit, & hæc supplicia sibi ipsis consciscunt suis excelibus. *Væ impio in malū, retributio enim manuum eius fiet eis.* Et Baruc. 2. *Facti sumus subtus, & non supra, quia peccauimus Deo nostro.* Michex etiam 1. *Dominus egredietur de loco sancto suo, descendet, & calcabit super excelsa terræ, in scelere Iacob omne istud.* Idest, propter scelus Iacob: & sicut in arboris radice sunt folia, rami, & flores, atque fructus: sic labores, & miseriæ, & mors ipsa in peccato includitur, quæ omnia suo tempore germinant. Vnde Ezechielis 7. *Ecce dies veniet, egressa est contritio, seu contractio, floruit virga, germinauit superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis, & non erit ex eis.* Sensus est, instat vicina calamitas captiuitatis, virga diuinæ vltionis floruit, & de flore, fructum plagarum peperit, quia hominum superbia extulit caput, & multiplicauere peccata: quapropter nullus ex eis euadet captiuitatis iugum. Ita Zachariæ capite 5. sedebat mulier in medio amphoræ, & dixit Angelus. *Hæc est impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius, & portata est in terram Senaar.*

Plat. lib. 5

Eccles. 7.

Iob 20.

Baruc 2.

Michea 1.

Ezechiel 7.

Zacharia 5.

modum scortatores. Eo fine claudent vltimum diem inter sordidos, & abiectos sodomitas, Deo hominibusq; inuisso: illi qui pauperibus intulere iniuriam. Vltimo notãdum est, quòd in nocte sacratissima qua Christus Dominus natus est, vt refert D. Bonauentura opusculo de quinq; festiuitatibus omnes sodomitæ mortui sunt inter quos occubuit etiam Vergilius, qui hoc vicio maculatus erat, vt notauit Bernardinus de Bustis sermone 5. de partu Virginis. Et ratio fuit huius cladis, ne in natura, quam Verbum Diuinum assumpserat, tanta immunditia inueniretur. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ art. 2. adducit ad hoc propositum illud Ioel. 3. *Congregabo omnes gentes.* Et postea dicit. *Disceptabo cum eis.* Et huius supplicij asignat causam. *Quia posuerunt puerum in prostibulo.* Et refert ex D. Hieronym. super illud Isaiæ. 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Quòd lux illa omnes laborantes illo vicio extinxit, & hoc fecit Christus, vt omnes eradicaret, ne in natura, quam assumpserat tanta de cœtero immunditia inueniretur. Sed hæc verba non dicit D. Hieronymus super caput. 9. Isaiæ. Ista libidine feruentes, sunt degeneres, & ignobiles, nec in bello sæculari fortes, nec in fide esse stabiles cõstat. 56. dist. cap. si gens Anglorum. Isti etiam vocantur filij diffidentiæ extra de excessibus prælatorum, capite quia. Vt ibi dicit Glossa, de eorum salute parum fidendum est, quia vix, aut difficillime reuertuntur, sed reuerti possunt si volunt, quia de nemine desperandum est in hac vita. 32. q. 4. cap. ancillam, de pœnitentia dist. 7. cap. 1.

D. Bonauēt. opusc. d quinq; festiuitati. Bustos. Aluar. Pel. lib. 2. art. 2. Ioel. 3. Isaiæ. 9. Dist. 56. ca. si gens extra de excessibus. Capite quia. 32. q. 4. cap. ancillam.

☞ *Defecerunt senes de portis.*

IDest, iudices de portis vrbis vbi tribunalia erant, & ius dicebatur Psal. 126. *Non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.* Et hi iudices eligebantur senes, vt maturum esset iudicium, & rectum. Daniel. 13. *Constituti sunt duo senes iudices in illo anno.* Vel *Defecerunt senes de portis.* Quia cum per portas egredi vellent ad querendas herbas, aut olera seu arborum

Psalm. 126. Daniel. 13.

borum fructus in ipsis portis semimortui cadebant præ nimia imbecillitate virium. 70. Interpræt. legunt, senes à porta cessauerūt: supple ingredi, vel egredi, per portas, quia iam non habebant potestatem iudicandi, neq; tribunalia erant, sicut olim, vbi sedere solebant, & ius dicere: sed corruerant cum murorum ruina. Paraphrastes Chaldeus legit, senes de porta Sanædrin cessauerunt, idest, iudices ordinarij, cum essent captiui ab alijs iudicabantur, qui gentiles erant. Vnde Hierem. 6. *Effundens super paruulum furorem, & super consilium iuuenum, vir cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.* Aduertendum est, quòd vt notauit Angelus Caninus in libro institutionum linguæ Siriacæ, apud Hebræos erant tres iudicum clases. Prima appellabatur domus iudicij, vbi solum tres iudices erant, & de causis minoribus audiebatur, vt de furtis, & aliquibus iniurijs. Erat secundum palatium, quod vocabatur sinhædrion paruum, vbi erant viginti, & vnus iudices, vbi decernebātur causæ capitis. Tertium palatium erat, sicut Athenarum Areopagus, vbi erāt septuaginta, & vnus iudices; & appellabatur domus iudicij, seu sinhædrion magnum, in quo causæ grauissimæ tractabantur, quæ ad Regni, & Reipublicæ gubernationem pertinebant, & hæc domus iudicij solum reperiebatur in Hierusalem. Alia duo sinhædria parua in alijs tribubus constituebantur: vbi bella decernebantur, & vrbem reficiendam locabant, resq; omnes publicas administrabant: sicut modo auditores in foro Regio qui Madriuj sunt. Ita docet Iosephus lib. 14. antiquitatum cap. 17. & ad hoc tribunal fuit vocatus Herodes in Hierusalem, quia occiderat Ezechiam ducem prædonam, qui erat Galileæ præfectus, vt in sinhedrion maiori causam diceret. Et ita locutus est Dominus Matth. 5. iuxta hunc iudicandi ordinem, & morem Palesthinæ, cum dixit. *Quicunq; irascitur fratri suo reus erit iudicio.* Suple trium virorum, vbi an sit puniendus, nec ne decernitur. Reus erit, idest, dignus, vt in ius vocetur coram iudice eiq; lis fit. Ita Iacobi. 2. *Quicumq; totam legem seruauerit, offendat autem in vno*

[Right margin notes: 70. — *Chaldeus.* — *Hierem. 6.* — *Ang. Canin. lib. Instiut. ligua Siriacæ.* — *Iosep. lib. 14. cap. 17.* — *Matth. 5.* — *Iacobi. 2.*]

factus est omnium reus. Idest, quod Hispanè dicimus (le pordeys poner à pleyto) quòd alia mandata non seruat. *Qui dixerit Racha, reus erit concilio.* Idest, qui dixerit fratri suo, vacuus cerebro, autinsanus, reus erit concilio, quod est sinhedrion paruum, vnius & viginti virorum, vt decernant, quo mortis genere talis sit puniendus (Rachos Grecè, pannosus)
Psalm. 7. quod Hispanè dicimus (handrajoso) vnde Psal. 7. *Decidam merito ab inimicis meis inanis.* Idest, vacuus, in Hebræo est (recam) significat etiam miserum, & inopem, & vacuum
Iudicum 9. quod Hispanè dicimus (vn pobreton) Iudicum 9. & 11. *Cōduxit Abimelec viros inopes.* In Hebræo est (reqim) à verbo
2.*Paral.* 13. (raca) & 2. Paral. 13. dicitur de Ieroboam. *Congregatiq; sunt ad eum viri vanißimi filij Belial.* In Hebræo est (recin) vnde venit (raca) idest, sine cerebro iuxta D. Heronymum. *Et qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Idest, iudicio vnius & septuaginta virorum, idest, sinhedron magno, vbi dānabitur ad incendium; & gehenna ignis erat vallis, iuxta Hierusalem in quo habitabant filij Ennō, quia erat fundus eorū, sic appellatᵘ, vbi extruxerāt altare, quod appellatū fuit
4.*Reg.* 23. Tophet, vbi filios immolabāt Idolo Moloc, vt cōstat 4. Reg.
Hierem. 7. 23. vocabatur vallis interfectionis, vt habetur Hiere. 7. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur amplius Tophet, vallis filij Ennon, sed vallis interfectionis, & sepelientur in Tophet.*
Isaiæ. 30. De Tophet meminit Isaias capite 30.

Super nostri vatis loco notandum est, quòd Moyses iussu Domini selegit Septuaginta senes, ex senibus Israel, vt onus regendæ Reipublicæ portarent de quibus fit mentio.
Exod. 24. Exod. 24. & Numerorum cap. 11. sedebant isti in portis,
Numer. 11. vt constat Deuter. cap. 21. & 22. deplorat noster vates hos
Deuter. 21. senes defecisse de portis, & eorum iudicia cessasse: & in diui
& 22. sione custodum templi 1. Paral. cap. 26. missæ sunt sortes
1.*Paral.* 26 per familias in vnamquanq; portarum. *Ad portam autē Australem erat seniorū concilium.* Obededon vero, & filijs eius ad Austrum, in qua parte domus erat seniorum consilium dicit textus. Ex quo loco clare constat consiliū Pharisæorum,

&

& Pontificum contra Christum Dominum fuisse in templo. Ioan. 11. & sic cõmisisse sacrilegium dum in templo decreuerint eum occidere. Quorum asidentiũ consilij, & iudicij meminit Esdras lib. 1. cap. 10. & 3. Esdras cap. 9. Est autem senectus bona eximium Dei donum, quod manifestum est cum toties singulares Dei amici in senectute bona defuncti leguntur. Vt Genes. cap. 15. & 25. & 27. & 48. Patriarchæ Abraham Isaac, & Iacob, & Iudicum 3. Gedeon, & 3. Reg. 1. & 1. Paralip. 29. Dauid, & 3. Reg. 14. Ahias Propheta, & Ioiada Sacerdos. 2. Parali. 24. & Iob 42. mortuus plenus dierum. Et Iosue 13. & 24. in Caleb permansit virtus, vsq; in senectam. Ecclesiastici 46. Moyses annorum centum, & viginti moritur, & Deuteronomio cap. 34. *Oculis non caligantibus, & dentibus immotis vixit.* Tobiæ etiam capite 10. & 14. Thobias cum vxore incolumes vixere in senectute bona, & Deuteron. 33. in benedictionibus Aser legitur. *Sicut dies iuuentutis, ita & senectus tua.* Et Psal. 90. *Longitudine dierum replebo eum.* Et Psal. 91. *Multiplicabuntur in senecta vberi.* Et Genes. 37. *Diligebat Iacob Ioseph, quia in senectute genuerat eum.* Et 1. Reg. 2. comminatur Dominus Heli neminem vnquam in domo eius senem fore. Atq; Prouerb. 16. *Corona dignitatis senectus.* Et cap. 20. *Dignitas senum canicies.* Et Ecclesiasti. 25. *Gloria eorum Dei timor.* Et Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* Et de Abraham dicitur Genes. 25. *Et deficiens mortuus est, in senectute bona, prouectæq; ætatis plenus dierum.*

1. Esdr. 10. 3. Esdr. 9. Genes. 25. 3. Reg. 1. 1. Paral. 29. 3. Reg. 14. 2. Paral. 24. Iob 42. Iosue 13. & 24. Ecclesi. 46. Deuter. 34. & 33. Psalm. 91. Genes. 37. 1. Reg. 2. Prouerb. 16 & 20. Ecclesi. 25. Iob. 5. Genes. 25.

☞ *Iuuenes de choro psallentium.*

DEfecere etiã iuuenes, qui solebãt choreas ducere, cantare, & exultare in nuptiis atq; festiuis diebus: periere, qui lætabãtur, & aliis materiã gaudij præbebãt. 70. Interp. legũt, electi ex Psalmis eorum cessauere. Eligebantur sicut modo fit, qui meliori vocis organo pollebant, vt Psalmos in templo canerêt. Isti ergo iuuenes, qui faceti, & læti solebãt esse 70.

conticuere valdè mæsti proprium iuuenilis ætatis est gaudere, atq; letari. Zachar. 8. *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius*. Vnde Salamon Ecclesiastes. 11. *Letare iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum*. Ironice loquitur, ne laxes habenas gaudij in iuuentute. Reddenda enim est apud supremum iudicem ratio. Psal. 42. *Introibo ad altare Dei, ad eum qui letificat iuuentutem meam*. In Hebræo est, ad eum, qui letificat exultationem meam, quòd noster vulgatus rectè transtulit iuuentutem, Hebræus dicit exultationem, quia huic ætati, nil tam familiare est, quàm letari, & exultare: & sic legit Sanctes Pagninus ad Deum letitiæ exultationis meæ. Verbum Hebræum(gili)exultationem significat, & exultatio hominis est ipsa iuuentus, quæ suapte natura propensa est ad ea, quæ gaudia afferunt, & quia interpræter nouitatem insinuare volebant congruentius id fecerunt per iuuentutem. Impij etiam Sapient. 2. dixere. *Venite coronemus nos rosis antequam marcescat, vtamur creatura tãquam in iuuentute celeritèr.* Græce est, grauiter, seu alacriter.

Zachar. 8. *Eclesiaſ. 11.* *Pſalm. 42.* *Pagninus.* *Sapient. 2.*

Animaduertendus est in hac vatis nostri oratione ordo, quem seruat in recensendis miserijs, & cladibus huius populi, virgines, & nuptæ vi sunt oppressæ, atq; defloratæ, senes despecti, Principes suspensi, adolescentes prostituti, & sub agitati, aut lignis cesi, pueri oneribus grauibus præssi, omnes cuiusuis ætatis pœnas debere: æquissima namq; est diuini iudicij trutina, quia omnes peccauere à puero vsq; ad senem omnes puniuntur. Et sic infra dicit Hieremias. *Væ nobis, quia peccauimus*. Notauit rectè vt solet D. Ambrosius lib. 2. de Abraham Patriarcha cap. 6. exponens illud Genes. 19. *Viri autem Sodomorum vallauerunt domum à puero vsq, ad senem, totus populus pariter*. Describitur diuini iudicij æquitas. Poterat aliquis dicere, quid peccauerunt pueri, vt omnes incendio perirent? Audi scripturam testificantem, quia circundederunt domum à puero vsq; ad senem, totus populus pariter, nulla ætas erat à culpa immunis, ideo nullus

D. Amb. lib. 2. de Abrah. Patr. cap. 6. *Genes. 19.*

lus ab exitio liber fuit, & qui posibilitatem perpetrādi criminis non habuit, habuit affectum: debiles vires senum, sed mens plena libidine.

☞ *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.*

QVI Solebamus in choro exultare, nunc congregamur ad plangendum, quia cordis gaudium fugit. Quod prophetauerat ipse Hierem.cap.16. *Ecce ego auferam de loco isto, in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem letitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.* Idest, auferam connubia, & thalamos, & epitalamia, & conuiuia, quæ in nuptijs esset solent, omnia erunt plena lachrymis, non resonabunt voces tripudij, & exultationis, sed gemitus, & suspiria flentium super mortuos suos audientur. Ita Baruc. 2. *Auferam à vobis vocem iocunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & sponsæ.* Chorus ille cantantium Psalmos, qui resonabat in templo mutatus est in plāctum. Vbiq; Amos etiam 5. *In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris sunt dicetur: væ, væ, & vocabunt agricolam ad planctum, & eos qui sciunt plangere, & in omnibus vineis erit planctus.* Iob etiam cap. 30. *Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.* Nota ipsos proprio ore fateri gaudium cordis defecisse, quia erat gaudium de rebus corruptibilibus, quæ meliori tēpore desunt, & materia sunt tristitiæ: solum gaudium, quod Deus communicat est diuturnum, imo æternum. Vnde Ioan. 16. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Sanctes Pagninus legit, lux sata est, iusto, & rectis corde lætitia, idest, seminata est letitia in corde iusti, vbi altas radices gaudium iacit, sicut triticum in terra: impij autem falso rident. Vnde Isaiæ. 56. *Non est pax impijs.* 70. Interpræt. legunt, non est gaudium impijs, dicit Dominus Deus, sed contra *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.* Psal. 117. vel sata quia hic seminant,

[Margin notes: Hierem.16. / Baruc. 2. / Amos.5. / Iob. 30. / Ioan. 16. / Psalm.96. / Pagninus. / Isaiæ.56. / 70. / Psalm.117.]

seminant, & in altera vita metunt coronam letitiæ.

☞ *Cecidit corona capitis nostri, væ nobis quia peccauimus.*

ABlatus est Rex à nobis, & Regnum ruit, propter peccata nostra. Loquitur de Iosia, vel Sedechia Regibus. Vel dignitas Regia recessit. sic D. Thomas, & Dionisius. Tritum est per caput intelligi Regem, & per coronam Regnum, & sic sensus est, ablatum est Regnum a Rege, qui erat caput nostrum: captiuato Rege, quod gaudium nobis poterit esse? Imo mortuo. Sic Iudith 15. decollato Holoferne,

Iudith 15.

Milites fugæ præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur, cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus euadere festinabant. Abcisso suo capite, nullus atollebat caput, sed mæsti, & silentes fugam arripuere. Et Hieremiæ cap. 13. *Dic Regi, & dominatrici humiliamini, sedete in terra, quia descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ.* Hic dicit vates, descendet corona: quod descendit, paulatim labitur; Sed in nostro textu dicit, cecidit: quod cadit repentè ruit, & ad ima festinat: ad profundum miseriæ, regnum per Sedechiam defluxit, & hoc deplorant. Vbi nota quòd causam ruinæ non attribuunt fato, aut fortunæ, sed suis criminibus, & non deplorant suas miserias, solum sed simul sua, scelera deflent. *Væ nobis* Dicunt. Sed quare? Quia serui facti sumus? Nequaquã. Sed *Quia peccauimus.* Lachrymæ debentur culpis, istæ sunt verum peccatorum medicamen. Et de hoc maximè dolet, quia peccauere contra Deum. *Cecidit corona capitis nostri.* Idest, Regnum & Sacerdotium. Vnde Zachariæ cap. 6. *Et sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec.* Vastauerant Chaldei Iudææ Regnum & cum in libertatem asseruntur, & Regnum, & Sacerdotium eis restituitur. Duæ coronæ fabricantur, vt gaudeant mœrentes, & nota quòd Regis corona appellatur ab Hebræis, & Græcis, sanctificatio dictio (neser) coronam Regiam significat. Psalm. 88. *Prophanasti in terra sanctuarium eius.*

Hierem. 13.

Zachariæ 6.

Psalm. 88.

eius. D. Hieronym. & Felix vertunt, diadema eius: quod de *Felix.*
gloria, & corona Regni intelligunt. Similiter Sanctes Pag. *Pagninus.*
& Psal. 131. *Super ipsum eflorebit sanctificatio mea.* Idest, coro *Psal. 131.*
na, sic dicta à separatione, quia vt res sancta, & ab alijs separata debet in precio haberi, D. Hieronym. legit, super ip- *D. Hierony.*
sum eflorebit diadema eius. Idest, glorificabitur tanquam
Rex Christus Dominus. Sanctes Pagninus legit, super ip- *Pagninus.*
sum eflorebit corona eius. Aquila legit, consecratum eius, *Aquila.*
& significat laminam, ex auro quæ in fronte Pontificis ligabatur sculptum habens nomen Domini. Iuxta D. Hiero *D. Hierony.*
nymum. In Hebræo est (nezer) idest, sanctificatio, & (nizro) significat consecrationem, coronam, diadema, & sanctificationē. Campēsis legit, super ipsum florebit corona eius. (nezer) autem deducitur à (themate) quod separare, & sanctificare significat, vnde Nazarei dicti sunt, idest, separati; & propterea diadema Regum (Nezer) dicitur, quòd sit quasi Regis sanctificatio, qua per illam ab alijs seiungitur, & ad Regni sedem consecratur. Super Christum igitur cōstitutū à Deo patre Regem super Sion montem ecclesiæ efloruit diadema eius, non emarcuit, viridis fuit corona & æterna, & sic dicit ibi Propheta. *Inimicos eius induam confusione.* Cō-
fusi enim reuersi sunt Sacerdotes Ioan. 1. cū Ioan. dixit non *Ioan. 1.*
sum ego Christus: volebant namq; vt Ioan. esset Mesias, & non Ghristus. Corona Regum huius sæculi caduca, & fragilis est: hostes, & mors à capite Principū auferūt. Israelitæ
fatētur coronā cecidisse de capite sui Regis. Isai. 28. *Væ coro-* *Isaiæ 28.*
næ superbiæ, & flori decidēti. Est corona Regū, florum corona quæ marcesit, sed corona gloriæ appellatur immarcesibilis
1. Petri 5. *Percipietis immarcesibilem gloriæ coronā.* Et propte- *1. Petri 5.*
rea suam sponsam non vult spōsus coronare in hac vita, sed
in futura. Cant. 4. *Veni de Libano coronaberis.* Corona in po *Cant. 4.*
sita Christi capiti cōtexta fuit ex iūcis marinis, qui penetrauere cerebrū ei⁹, vt denotaretur esse Regē æternū, cui⁹ diadema mors euellere nō poterat de ei⁹ capite sicut à sæculi Re-
gib⁹ aufert; nā in cruce ei⁹ incepit regnū. Isaiæ. 9. *Multipli-* *Isaiæ. 9.*
cabitur

cabitur eius imperiū. In Heb. est (lemarbe) idest, ad multiplicādū eius imperiū, sed aliqui Catholici, & etiā Rabbini legūt (zarbe) quæ dictio significat spinas; & sic sensus est, à vepribus eius imperium, videlicet à corona spinarum, incepit.

Rabbini.

Isidor. Clar. Secūdus sensus est, Isidori Clarij, & aliorum, qui per coronam intelligunt templum, & Dei cultum: quemadmodū corona capiti imponitur, quód alijs mēbris supereminet: sic templū in sublimiori mōte, Sion videlicet, erat constructum, & erat veluti corona, & ornamentum totius vrbis: & sic sensus est, templum ruit, & solo adæquatum est. Coronæ etiam erant in templo 3. Reg. 7. & Exod. 25. & 37. Ex hoc colligitur reuerentia, quam Iudæi exhibebant suo templo, siquidem pro corona, qua sua capita ornabant illud habebant: quanta maiori ratione nos Christiani debemus templa Dei venerari, siquidem in eis est corpus Christi sacrosanctum, & imagines Deiparæ virginis, & sanctorum. 2. Machab. 3. Heliodorus fuit flagellis cæsus in templo, quia illud spoliare voluit thesauris, dixitq; ad Seleucum Regem. *Si quem habes hostem mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit*; coquòd *sit in loco veri Dei quædam virtus: nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit.* Isaiæ etiam 31. est mirabilis locus. *Et pauebunt fugientes Principes eius, dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem.* Idest, exercitus Assiriorum, & omnis eius fortitudo fugiet, aderit enim Deus Israelitis: non potest non opem ferre illis Deus, à quibus iugiter colitur. Habent tēplum, vbi quotidie sacrificia offerunt, & altare holocaustorum, non superabuntur ab hostibus, quia ibi est ignis, qui ardet in altari templi die ac nocte. Numa Pompilius nuncijs de aduentu hostium contra eum venientibus, respondebat: ego sacrificabo; quasi diceret, sacrificijs hostium incursus superabo. Et cap. 33. *Populum imprudentem non videbis.* Idest, Asirij exercitus non lædet te. *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ.* Legendum est in accusatiuo, respicite Sionem ô vos

3. Reg. 7.
Exod. 25. & 37.
2. Mach. 3.
Isaiæ. 31.
Isaiæ. 33.

ciues Hierosolimitani, contemplamini arcem Sion, vbi est Salomonis templum: quasi apertius dixisset, non vos terreat hostilis Asiriorum impetus; is Deus, quem vos colitis in monte Sion, ne putetis quòd defuturus sit vobis: concipite spem bonam, quòd hostis depelletur, & à tam tristi clade liberabimini, non diripietur ab Asirio, nec transferetur, neq; claui eius auferentur, neq; funiculi rumpentur, nec funes, quibus tentorium diuinum erat alligatum, paxilli ab Asirio hoste nõ euellentur. Quæ omnia verba victoriam pollicentur, securosq; faciunt Iudæos, templum Hierosolimitanum, & ciuitatem ipsam stabilem esse futuram in obsidione Siriaca. *Quia solummodò magnificus est Deus.* In templo namq; illo toto orbe clarissimo, colebatur Dominus: diruto igitur templo omnis peribat spes vincendi suos hostes, & ita merito deplorabant infaustam sortem, dicentes. *Væ nobis quia peccauimus.* Vnde Psal. 101. orabant Israelitæ pro reædificatione templi. *Tu exurgens Domine misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Felix Pratensis legit, quia venit solemnitas. Idest, quia instant dies celebritatũ, & non habemus tẽplũ, in quo solemniter celebrentur. *Psalm. 101.* *Felix.*

Secundo notandum est, optimum remedium esse in his Dei flagellis deflere peccata, quæ sunt causa iracundiæ diuinæ: & hoc faciunt ciues Hierosolimitani vastati. Marci. 7. Dominus ingemuit visso surdo, & muto. Ezechiel. 6. *Dic heu ad omnes abominationes domus Israel, quia gladio, fame, & peste perituri sunt.* Quasi diceret Dominus, ipsi non plorant sua peccata, tu lachrymare pro illis. Et cap. 24. Præcipit Deus Ezechieli, vt non ploret vxorem suam mortuam, neq; induatur veste lugubri, sed festiua, cui dixit populus. *Quare hæc non indicas nobis?* Quid hoc portendis facto? Quibus ait. *Hæc dicit Dominus ecce ego polluam sanctuarium meum, & filij, & filiæ vestræ cadent gladio, & ora amictu velabitis, coronas non habebitis in capitibus vestris, non plangetis, neq; flebitis, sed tacebitis in iniquitatibus vestris.* Quia idem facitis vos, cùm estis onerati culpis, sed ridetis, & vestibus pretiosis, atq; dis- *Marci. 7.* *Ezechiel. 6.* *Et 24.*

coloribus

coloribus festiuoq; cultu ornatis corpora, quod valdè irritat diuinam maiestatem. Abominatur Dominus peccatores hilares, & vestibus prætiosis ornatos. Et ita Exod. 33.
Exod. 33. dixit Moyses populo adoranti vitulum. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi, deposuerunt q; ornatum suũ à monte Oreb.* Vestibus festiuis induti erant Iudæi, vt sacra facerent vitulo. Has vestes præcipit Moyses exuere. Vnde
Oseæ 9. Oseæ cap. 9. *Noli letare Israel noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo.* Idest, per Idolatriæ peccatum separatus es à Deo tuo. Aues oriente Sole gestiunt in aurora, lætæq; garriunt, & dulcem faciunt concentum, sed Sole recedente vergenteq; ad occasum, diuersus est earum cantus, potius ad mærorem prouocant: sic recedente sole iustitiæ, eiusq; gratia à nobis, sit noster cantus non Philomelæ, sed
Baruc 2. turturis gementis. Vnde Baruc 2. *Anima quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat tibi gloriam, & iustitiam Domino.* Inter huius sæculi mala nullum est maius, quàm contra Deum peccasse, hoc verè flendum, & largiter. Sic Magdalena ca
Lucæ 7. pite 7. D. Lucæ. *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Et non dicit Euangelista, quòd compleuit fletum, sed postea flebat, dimissis à Domino suis sceleribus, in Marsiliæ spelunca.
Iob 10. Vnde Iob capite 10. *Si impius fuero, væ mihi est.* Quod nunquam dixit amissa omni sua substantia, salute, & filijs. Et
Eccles. 41. Ecclesiasti. cap. 41. *Væ vobis viri impij qui dereliquistis legem Domini altißimi, & si nati fueritis in maledictione nascemini, & si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra.* Et Oseæ cap. 7.
Oseæ. 7. *Væ eis quoniam recesserunt à me: sed væ eis cum recessero ab eis.* Oseæ 9. 70. legunt, quia & væ eis, caro mea ex eis, idest, maiori supplicio sunt digni Iudæi qui ingrati, & rebelles mihi fuere, cum ex eis carnem sumpsi cum me alacrius deberet recipere, & ideò magis flendi. Væ Hierosolimitanis cum abijt Dominus trans mare Galileæ, deploràda sane impiorũ
Prouerb. 13. sors, cum dicatur Prouerbiorum 13. *Peccatores persequitur malum.* Quasi dicat, ipsum malum culpæ secum afert malum

lum pœnæ, quod impios compræhendit. Vnde Plato lib. 5. de legibus dixit, pœna iniustitiæ est comes. Et non dicit Salomon, quale malum persequitur peccatores, quia omne genus malorum eos quærit, & inuenit. Sed proh dolor cum fæuissima vitiorum lues tanta nobis venena propinet, ea non fugimus, cum Ecclesiastici 7. nos moneat Salomõ. *Non femines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Idest, qui peccatorum facit sementem, meret multiplicata mala: sicut ager semen illi cõmissum cum fænore magno reddit; sic vna iniquitas parit septem, adeò hæc est pestilens hydra. Nunquam vna iniquitas sola venit, vel vna iniquitas septem pœnis afficitur, nostro videlicet iudicio, qui iudicamus grauiorem esse pœnam, quàm sit culpa, cùm culpa breui finitur, & pœna durat, sed culpa grauior est. Iob 20. dicitur de impio. *Manus eius reddent ei dolorem suum.* Hoc est dolorem, quem atulit eis, pœnas soluet violentiæ, quam egenis irrogauit, & hæc supplicia sibi ipsis consciscunt suis excelibus. *Væ impio in malũ, retributio enim manuum eius fiet eis.* Et Baruc. 2. *Facti sumus subtus, & non supra, quia peccauimus Deo nostro.* Micheæ etiam 1. *Dominus egredietur de loco sancto suo, descendet, & calcabit super excelsa terræ, in scelere Iacob omne istud.* Idest, propter scelus Iacob: & sicut in arboris radice sunt folia, rami, & flores, atque fructus: sic labores, & miseriæ, & mors ipsa in peccato includitur, quæ omnia suo tempore germinant. Vnde Ezechielis 7. *Ecce dies veniet, egressa est contritio, seu confractio, floruit virga, germinauit superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis, & non erit ex eis.* Sensus est, instat vicina calamitas captiuitatis, virga diuinæ vltionis floruit, & de flore, fructum plagarum peperit, quia hominum superbia extulit caput, & inualuere peccata: quapropter nullus ex eis euadet captiuitatis iugum. Ita Zachariæ capite 5. sedebat mulier in medio amphoræ, & dixit Angelus. *Hæc est impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius, & portata est in terram Senaar.*

Plat. lib. 5

Ecclef. 7.

Iob 20.

Baruc 2.

Micheæ 1.

Ezechiel 7.

Zachariæ 5.

Vix caput leuauerat iniquitas, & extra amphoram fuerat egressa cum statim talentum plumbi in os eius mittitur, & clauditur in amphora, & asportatur captiua in Babylonem. Cito enim puniuntur iniqui, plurimaq; eos sequuntur mala: & sicut vmbra vicina est corpori, sic etiam pœna peccato proxima est. Est grande malum culpa, & in se continet innumera mala. Ideo absolute malum appellatur à Dauide.
Psalm. 50. Psal. 50. Varijs nominibus suam nequitiam nominauerat; peccatum, iniquitatem, addit; *Et malum coram te feci.* Et non dicit quale malum, quia est maximum malum. Vnde emphasis est in dictione malum. In Hebræo ponitur arti-
Matth. 6. culus (harag) vt significetur grande malum. Matth. 6. docuit nos Christus Dominus orantes, dicere. *Sed libera nos à malo.* Idest, à peccato in quo clauditur malum culpæ, & pœnæ, & offensæ contra Deum. Est malum lætale pec-
Hierem. 3. catum, omnia deuanstans bona, vt dixit Hieremias cap. 3. *Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia.* Idest, peccatum quod affert confusionem. Vt dixit Paulus
Ad Rom. 6. ad Romanos 6. *Quem fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis?* Miseros, & miserabiles nos dereliquit spoliatos à terra, & Regno, pro quo dimicando tot sustinuere labores patres nostri: sic malos malè perdidit.
Matth. 21. Matth. 21.

☞ *Propterea mœstum factum est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.*

PRopterea in mœrore, & luctu viuimus, dolet cor nostrum, & oculi præ abundantia fletus caligant, quia vastata est terra nostra. Et sic in versu sequenti dicitur. *Propter montem Sion non tacebo. Contenebrati sunt oculi nostri.* Idest,
70. nulla fruuntur luce, nil videntes nisi tenebras. 70. Interpræt. legunt. Propterea mœror fuit, mœstum fuit cor nostrum: quæ repetitio magnitudinem doloris declarat. Maxima ve-
Eclesiast. 25. ro ægritudo est dolor cordis. Vnde Eclesiasti. 25. *Omnis plaga tristitia cordis est, & omnis nequitia, nequitia mulieris.* Idest,

summa

summa plaga, & miseria vniuersalis. Et Prouerb. 17. *Animus gaudens ætatem floridam facit, & spiritus tristis exsiccat ossa.* Sanctes Pagninus legit, propter hoc fuit mœstum cor nostrum, propter ista obtenebrati sunt oculi nostri, supple mala numerata; quia pueri in ligno corruerunt, & senes de porta cessauerunt. Solent ciues mala suæ gentis flere, & ruinas suæ vrbis. Sic Naum. 2. *Portæ fluuiorum apertæ sunt, templum ad solum dirutum est, & miles captiuus abductus est, ancillæ eius minabantur gementes, vt columbæ murmurantes in cordibus suis.* Per portas fluuiorum intelligit Iacobus Ieuschelius libro de Tropis, oculos pontium, per quos fluuiales aquæ currebant. *Templum ad solum dirutum est.* In Hebræo est, palatium Regium dirutum. Primus Babyloniorum impetus, & incursus fuit in domum Regiam, vbi maiores diuitiæ erant, vt Dei supplicium inciperet à capite; quia ibi erat omnis flagitij seminarium, vbi solent parasiti ligurire, fures latitare, serui luxuriari, & conuiuari. Sic Hieremiæ. 39. cum sanctæ ciuitatis excidium explicatur, dicitur; quòd *Succenderunt domum Regis, ac domum vulgi Chaldei.* Prius exoluit pœnas Rex, quàm populus. *Miles captiuus ductus est.* Dicit Naum; milites, qui solent Reges defendere capti sunt. *Ancillæ minabantur gementes murmurantes in cordibus suis.* Idest, ancillæ, & seruæ, atq; Reginæ pedisequæ gemebant in morem vocis columbarum flentes miserabiliter manibus vtrinq; datis, atq; consertis, vt aliquid leuamenti acciperent. Illarum verò singultus, & suspiria, & voces quærulas gemitibus columbarum eleganter assimilat vates: guttur enim columbæ, vt in plurimum quærulum est, & murmure plenum. Columbæ autem gemunt, quia imperiosos mares sustinent propter suspicionem adulterij, qui rostro sæuos ictus inferunt illis; tum præterea circa Veneris præces validè ingemiscunt: atq; voce ipsa, & crebris pedum orbibus fœminis adulantur. Rectè ergo suspiria fœminarum columbarum gemitibus dicit similia; vel quod imperiosos mares

Prouerb. 17. Pagninus. Naum. 2. Iacob. Ieusc. lib. de Trop. Hierem. 39.

Babylonios columbarum instar ferrent. Vel quod vrbe ab hostibus capta expugnato Regis palatio militibus,ac fortissimis viris, in quibus totum esset ciuitatis præsidium deuictis, & profligatis, & in captiuitatem ductis, omni virorũ solatio essent destitutæ. Sicut ex corde gemũt columbæ, cũ parturiunt, & desunt mares. Vel etiam dicuntur columbis similes earum gemitus,quia non audebant edere voces præ timore Babyloniorum, licèt dolor penetraret intima cordis, sed columbarum more in conditos sonos, & plangores nondum formatos ad plenum ederent.

☞ *Propter montem Sion non tacebo, quia disperiit, vulpes ambulauerunt in eo.*

PRopterea à fletu non cessabo, inquit vates, quia penitus vastatum est templum in arce Sion,seu monte cõstructum, simul cum ipsa munitissima arce, vt in eius ruinis vulpes,& feræ,quæ non nisi in desertis habitant, habent sua latibula,& sine pauore hûc,& illûc discurrunt. Sic Eze-

Psalm.78. ch. 13. *Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel.* Et Psal. 78. *Posuerunt Hierusalẽ in pomorum custodiã.* Idest, sicut tuguriũ, aut vmbraculum vineæ,quod ad custodiam ædificatur. In Heb.

Aquila. est,posuerunt Hierusalem in aceruum lapidum,sic legit Aquila in aceruum lapidum,quibus vineæ, & agri purgari solent.

Pagninus. Pagn.legit, in aceruos. Chaldeus dixit in desolationẽ.

Chaldeus. Mich. 3. *Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem, quasi aceruus*

Michea 3. *lapidum erit. Vulpes ambulauerunt in eo.* 70.Interp. legunt,per-

70. transierunt vulpes,hoc est, absque vllo terrore vagabantur: vulpes enim animalia sunt inuerecunda. Terra Palesthi-

Iudic.15. næ abundat vulpibus, & sic potuit Sanson Iudicum 15. venari trecentas vulpes ad comburẽdum segetes Philisthinorũ & binas & binas,& ex caudis cõiungẽs facibusq́;accẽsis absumpsit segetes,quòd si non esset vulpiũ copia, nõ potuisset

Psalm.62. tot numero capere. Et Psalm. 62. *Tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.* Idest, cadaueribus occissorum sa-

Cantic. 2. turabuntur. Et Cantic. 2. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur*

demoliuntur vineas. Et non solũ vulpibus, sed alijs feris abundabat terra illa. Et ita hìc ponitur vna animalium species pro pluribus. Vnde fratres Ioseph dixere patri, *Fera pessima deuorauit eum.* Quibus verbis credidit Iacob, existimans ab aliquo Leone filium dilaceratum, quia post Aphricam Siria Leonum examina alit. Vt Aristoteles scribit libro de animalibus, vbi dicit, quòd Leones terræ Siriæ quinquies in vita pariunt: primum quinq; post vnum, deinde sterides degunt. Et Leuit. 26. pollicitus est Dominus Israel. *Quiescere faciam bestiam malam de terra.* Et 3. Regum. 18. Dauid vicit Absalonem, & exercitum eius gladio percussit, & dicit textus. *Multo plus erant, quos consumpserat saltus de populo, quàm hi, quos vocauerat gladius in die illa.* Quos consumpserat saltus. Idest, feræ de saltu, & nemore, in illis montibus virgultis, & dumetis plenis. Est continens pro contento. Saltus, idest, bestiæ saltus. Et Vergilius libro. 2. Georgicarum in laudes Italiæ canit.

Genes. 37.
Arist. lib. de Animalib.
Leuit. 26.
3. Reg. 18.
Verg. lib. 2.

At rabidæ Tigres absunt, & sæua Leonum,
Semina, nec miseros fallunt, aconita legentes,
Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto,
Squameus in spiram tractus colligit anguis.

Item ferunt, Insulam Cretam eandem obtinere beatitudinem, quòd feris, & noxijs careat belluis. Creta olim aeria dicta à cœli temperie, postea Cureta, & per Sincopem Creta dicta, hodie à Metropoli vocatur Candia, forte à candore Solis: noxijs animalibus caret, serpentibus, vulpibus noctuis, neq; aliunde asportata nutrit, vt refert Elianus lib. 5. de Animalibus cap. 2. Sed hoc malum habet, si qua mulier hominem dentibus, aut vnguibus læserit mori aiunt fauciatum. Verùm in locum noxiarum bestiarum successere Cretenses ipsi homines, bestijs admodum affines, vt Apostolus Paulus scribit ad Titum. *Cretenses malæ bestiæ.* In Europa sunt multæ pecudes mites, & habet Europa ferarum raritatem, è contra Africa, quæ habet copiam

Elian. lib. 5. cap. 2.
Ad Titũ. 1.

 ferarum.

ferarum. Hercules celebre obtinuit nomen, & victor ap-
Verg. lib. 8. pellatur à Vergilio.8.lib. Æneidos.

Hæc limina victor Alcides subijt.

Quia contra bestias fortissimè dimicauit, & in Deorum
Orat.lib.2. templa receptus est. Vnde Oratius lib.2.Epistolarum de il-
lo ait.

Diram qui contudit hidram,
Notaq; fatali portenta labore subegit.

Actor. 28. Actorum etiam cap. 28. Humanè fuit receptus à barbaris D.Paulus in Melita Insula, quæ à Rodijs militibus nūc possidetur patet insula tota circuitu 60. millia: qua latior est passuum millia duodecim continet: longa passuum millia viginti. Nulla in toto Adriatico mari distat à continenti longius; distat vero à Sicilia sexsaginta millibus. Hanc nos-
Ioan. Quint. tris temporibus apprimè descripsit Ioannes Quintinus Heduus inter nostræ tempestatis sanctissimorum Canonum Doctores doctissimus: & dicit istam Insulam consecratam à D.Paulo, quem ibi quōdam Deū credidit, cuius mira quædam tota Insula priuatim ac publice religio est: & in ea templum D. Paulo consecratum est. Prope vrbem spelunca est, & fossa introrsum rupe duabus intus aris, cum vinctū Paulum tres asseruatum menses referunt; insulanos interim varijs morbis, & infirmitatibus vexatos sanantem, & ad Christum sua prædicatione vocantem. Ibi D.Paulus, nec ociosus, ignem socijs calefaciendis accensurus sarmēta sumpta posuit in igne, sub quibus latens vipera appræhendit manum illius, à qua protinus exiliens in ignem salijt, tanquam sibi ipsi pœnam infligens, quòd corpus nullo modo sibi conueniens petijsset; hoc itaq; intuiti barbari, eum quoq; qui certam mortem euaserat Deum esse putabant. Quantus autem esset Paulus, Deus hoc facto declarauit contra iudicia temeraria hominum, qui existimabant illum esse homicidam: procliues enim sunt homines ad te-
Quintinus. mere iudicandum. Narrat idem Quintinus, Insulam existimant coloni ab omni veneno liberam Pauli facto, & omnibus

nibus veneficis serpentibus esse immunē. Praeterea, inquit, quòd haec Insula non solum à Paulo diligi, sed ab eodem incoli, & custodiri videatur. Melitae nullum maleficium serpentis genus neq; nascitur, neq; nocet aliunde inuectum; indigenae quasi terrori serpentibus, scorpiones dirum alibi animal, inter manus lasciuientium puerorum conspiciuntur inocui, quòd Paulo viperam admorso pendentem digito citra noxam excutienti ferunt acceptum. Ex eo autem antro quo trimestri hiemauit Paulus nullo non die per aduenas lapidum frustra effringuntur, quibus serpentum, & scorpionū ictibus tota Aphrica, & Italia, Romae etiam palam sese mederi affirmant, plebs gratia sancti Pauli id fieri affirmat haec ille.

Secundus sensus, & est Dionisij, per vulpes intelliguntur Chaldei hostes astuti, qui demoliti sunt Hierusalem, sicut vulpes vineas. Sic Herodes Lucae. 13. vocatur à Christo Domino vulpes. *Dicite vulpi illi ecce eiicio daemonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia consumor.* Vulpis appellatur, quia versutus erat, & Christo insidiabatur; & ambulare, idem est, quòd in suam redigere potestatem. Hoc enim est Hebraeis terram perambulare, quod Hispanè dicimus (poner debaxo del pie.) Sicut Psal. 59. *In Idumeam extendam calciamentum meum, mihi alienigenae subditi sunt.* Et Iob. 2. *Circuiui terram, & perambulaui eam.* *Lucae 13.* *Psalm. 59.* *Iob 2.*

☞ *Propter montem Sion non tacebo.*

DOlet vehementer vates, & merito, quòd in monte Sion vbi solebat esse magna copia arietum, agnorum, ouium atq; vitulorum ad immolādum in templo quotidie, essent modo vulpes, quod valdè nobis flendum est, quòd in monte Ecclesiae quae est fundata in uertice montium, iuxta Isaiam cap. 2. vbi deberet inueniri sacrificia innumera poenitentiae, ieiunia, eleemosynae, & virtutum opera, & orationis suffitus: sint vitia, & ferae peccatorum, quae speciosos virtutis fructus consumunt. Grauius iudicium portabit *Isaiae 2.*

Christianus, qui vitijs indulget, quàm paganus. Isaiæ capite 26. *In terra sanctorum iniqua gessit non videbit gloriam Domini.* In terra sanctorum, supple hominum, vel in terra vbi sancta tractantur, vel vbi debebat agere sancta, operatus est peruersa: & sic legit Sanctes Pagninus. In terra vbi debet recta facere iniqua aget. Vbi prædicatur Euangelium, & Dei voluntas docetur peior fuit, non videbit gloriam Domini, sed potius damnabitur. Sophoniæ etiam capite 3. *Væ pronocatrix, & redempta ciuitas columba, non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam, in Domino non est confisa.* Loquitur contra Hierusalem Propheta, ô ciuitas quondam columba per legem ad seruandam innocentiam data, vel quæ debebas esse columba, & sine peccatorum fele, sed peccans, & peccata peccatis cumulans effecta es vitiorum emporium, & impiorum hominum receptaculum, & propterea tradita es in inimicorum manibus, & postea liberata, sed nunc prouocas diuinam maiestatem ad amaritudinem tuis sceleribus, noluisti recipere preceptum Domini, neque cùm malis præmereris confisa es in Domino, & cum Deus appropinquet eis, qui in tribulatione eum inuocant vos ad Deum non appropinquastis. Sic nos Christiani effecti per baptisma columbæ albæ, & simplices, sceleribus inquinati vestem illam candidam, & nuptialem mille maculis respergimus, neque Dei voci obedimus, & cùm cæteris deberemus esse meliores, iniquitate pleni, sumus peiores. Hoc maximè flendum est.

Isaiæ 26.

Pagninus.

Sophoniæ 3.

☞ *Propter montem Sion non tacebo, quia disperijt.*

CVm esset ibi arx Sion valdè munita, tot turribus, fortalicijs, & propugnaculis inexpugnabilis, solo vastatum fuerit præsidium munitissimum, de hoc dolet, quòd téplum ibi cõstructum sit dirutum. De domo Dei vastata, nõ

de

de domibus ciuium deletis lachrymatur: magis enim Dei offensa est sentienda, quàm damnum proprium.

Ex quo colliges, nil tam forte, atque prorsus inexpugnabile est in terra, quod debile, fragile, & inbecille non sit & tandem pereat, nil stabilius est in terra montibus, & tamen ruunt, & in partes funduntur, cum mons Sion periit. Iob etiam capite 14. *Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo*. Et Psalm. 88. ait Dauid. *Posuisti firmamentum eius formidinem*. In Hebræo est, posuisti firmamentum eius contritionem. Pagninus, & Felix Pratensis legunt, confractionem, seu ruinam: idest, tu permisisti, vt in Regni propugnaculis milites Dauid formidarent. De fortitudine verò arcis Sion agitur. 2. Regum 5. dixerunt Iebusæi ad Dauid. *Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos*. Idest, adeò munitissima est arx Sion vt ad sui deffensionem strenuis militibus non egeat. Sed isti cæci, & claudi, quos inter mœnia ponimus, sufficiunt ad deffensionem. Sic Ezechielis capite 27. ad declarãdam Tyri fortitudinem dicitur. *Pigmei, qui erant in turribus tuis pharetras suspenderunt*. Quasi diceret, isti Pigmei, qui cum gruibus solent pugnare sufficiunt ad Tyrum deffendendam, cùm ipsa sit munitissima insula, & non est necesse, vt pugnent, sed arcus suspendere possunt in mœnijs: solum cœlum inexpugnabile est. Vnde Psalm. 150. *Laudate eum in firmamento virtutis eius*. Simachus legit, laudate eum in firmamento inexpugnabili eius: solus enim Deus stabile, & sempiternum habet imperium. Sic exponit D. Theodoretus.

Iob 14.
Psalm. 88.
Pagninus.
Felix.
2. Reg. 5.
Ezechiel 27.
Psalm. 150.
Simachus.
Theodoretus

☞ *Propter montem Sion non tacebo*.

NOTANDVM Est, pro sensu literali huius loci, quòd terra Palesthinæ erat montuosa, vt dicitur Deuteronomij capite 11. *Terra, quam ingrederis montuosa est, expectans pluuiam de cælo*. Et Deuteronom. 32. *Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum*.

Deut. 11. et 32.

Ezech. 34. Et Ezechiel. 34. in montibus excelsis Israel erunt. Et Iosue.
Iosue. 11. 11. *Cepit igitur Iosue omnẽ terram istam montuosam.* Et sic mõs
Sion hic pro tota vrbe Hierusalem accipitur. Idest, propter
Ezech. 40. Hierusalem non tacebo, quæ appellatur mons. Ezechiel.
23. & 17. 23. & 40. & cap. 17. *Sumam de medulla Cedri sublimis deuertice ramorum eius distinguam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem in monte Israel sublimi plantabo illud.* Purum cultum habituros Hierosolimitanos erga Deum, prædicit vates: extitisse enim illam vrbem altiori loco, quàm vllam aliam vrbem in tota Cananea, certissimum est. Vnde Iosephus lib.
Ioseph. lib. 3. de Bello Iudaico cap. 2. 3. de Bello Iudaico cap. 2. dicit Iudææ latitudo ex Iordane flumine vsq; ad Iopem explicatur; media vero ciuitas eius est Hierosolima, vnde quidam nõ sine ratione, vmbilicum terræ id oppidum vocauere, & sic appellatur Iudicum. 9. Sed nec marinis delicijs Iudæa caret ad Ptolemmidem vsq; locis extenta maritimis in vndecim autem sortibus diuissa est, quarum prima est Regnum, quòd obtinet Hierosolimorum ciuitas præ ceteris inter omnes accolas eminẽs velut caput in corpore. Vnde Isaiæ. 8. *Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ currunt cum silentio, &c. Adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas Regem Assiriorum; & fluet super omnes ripas eius, & ibit per Iudã inundans, & trãsiens, vsq; ad collũ veniet.* Persistit vates in metaphora vsq. ad collũ, idest, vsq; ad Hierusalẽ. Totũ corpus Regni Iudææ erit aquis operiendũ præter caput; accedẽt milites vsq; ad collum, sed non capient Hierusalem milites Senacherib. Per caput, & collum. Hierusalem intelligitur, quia in alto loco sita erat.

Isaiæ. 8.

Isaiæ. 34. Ita Isaiæ. 34. *Luxit, & defluxit terra, defluxit orbis infirmata est altitudo populi terræ.* Idest, populus altissimus terræ Hierusalem destruitur, & etiam orbis, quia ablato capite perit
Lucæ. 21. corpus, & ideo Lucæ. 21. egit Christus de vastitate Hieru-
Isaiæ. 22. salem, & simul de mundi fine. Quod si dicas Isaiæ. 22. ap-
Haimo. pellari vallem visionis: ratio est secundum Haimonem, illa quæ antea vocabatur ciuitas magni Regis, mons Sion
Psalm. 48. Psalm. 47. despectiuè appellatur vallis, cum sit sita in monte

te propter transgreſsionē mandatorum Dei,& Idolatriam. Sic etiam veniens in carne Dominus appellauit eam caſtellum Matth. 21. deſpectiuè, quæ etiam viſionis dicitur, quia in ea fuere Prophetæ multi; Iſaias, Hieremias, Dauid, & alij, qui videntes appellantur. Vel vallis viſionis: id eſt, prophetiæ, aut quia viſio prophetica Hieroſolimitas erat oppreſſura cōtra eā erat viſio. Vel ſicut vallis nemoroſa oculis eſt grata, plena arboribus: ſic Hieruſalē oculis erat gratiſsima: in ea enim inueniebantur res, quæ oculos intuentium ad ſe rapiebant. Vel ſicut aquæ in valles defluunt, ſic prophetarum viſiones ſuper Hieruſalem factæ ſunt. Vel eſt alluſio ad montem in quo Dominus videbit, dixit Abraham Geneſ. 22. vbi fuit conſtructum poſtea templum, & ab euentu triſti ſic eſt appellata: nam ſublimis ciuitas, & excelſis munita turribus ſolo adæquata, redacta fuit in profundiſsimam vallem. Lucæ. 19. *Et ad terram vſq; proſternent te.* Appellatur. *Mons Dei, & mons pinguis mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo.* Pſal. 67. erat enim regio vberrima, & pinguis, erat montibus circundata: & in Paleſthina plures erant montes, de quibus ſit mentio in ſacro eloquio non ſicut Babylon, quæ erat in valle, & planicie camporum, ſed multi iuxta eam erant montes. Ita tenent Strabo lib. 16. & Oroſius lib. 2. cap. 6. & Herodotus lib. 1. Ideo Iſaiæ. 13. *Super montem caliginoſum leuate ſignum.* Sed Iſaiæ. 44. *Qui dico profundo deſolare.* Id eſt, Babyloni, ex quo conſtat fuiſſe in planicie vrbem ſitam. Ita etiam intelligitur illud Ezechiel. 7. *Prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium.* Id eſt, tempus vindictæ ſumendæ de Iſrael, quæ erat regio montuoſa. Et Pſal. 77. *Induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ, montem, quem aquiſiuit dextera eius.* Id eſt, in Paleſthinam montuoſam. Sic explicat Genebrardus, erant multi montes in Iudæa: mons Thabor de quo Hierem. 46. Mons oliuarum Zachar. 14. Mons Seir ſeu Eſau Abdiæ cap. vnico. & mons modicus Pſal. 41. qui vt ait Theodoretus ſuper numeros cap. 34. mons ille vocatur in Hebræo (mitzar) noſter autem

Matth. 21. *Geneſ. 22.* *Lucæ. 19.* *Pſalm. 67.* *Stra. lib. 16.* *Oroſ. lib. 2. c. cap. 6.* *Herod. li. 1.* *Iſaiæ. 13.* *Iſaiæ. 44.* *Ezechiel. 7.* *Pſalm. 77.* *Genebrard.* *Hierem. 46.* *Zachar. 14.* *Pſalm. 41.* *Theodoret.*

Psalm. 75. autem interpres transtulit, modico. Et Psalm. 75. *Factus est in pace locus eius.* In Hebræo est, factus est in Salem, est nomen proprium montis. Sic Numerorum 34. *Per ascensum*
Numer. 34. *Scorpionis.* In Hebræo est, Acrabim, nomen proprium loci: erat etiam mons Moria, qui est mons Sion Genes. 22. *Vade in terram visionis.* Idest, in montem Moria, vbi postea Salomon ædificauit templum, vt ibidem notat D. Hierony-
Genes. 22.
2. Paral. 13. mus, quod constat ex 2. Paralipomenon 13. *Cœpit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem in monte Moria, qui demonstratus fuit Dauid patri eius.* Et propterea mons Sion vocatur terra visionis, quia maxima terræ pars ex illo monte cernebatur: erat enim excelsus, vt habetur Ezechielis cap.
Ezech. 43. 43. *Hæc est lex domus Domini in summitate montis.* In vertice enim illius fuit magnificum templi ædificium. Sic 1. Machabeorum 13. vocatus fuit mons templi. *Muniuit montem templi.* Et capite 16. *Occupare Hierusalem, & montem templi.* Et quia à Deo fuit electus iste mons, vt ibi coleretur. Psal.
1. Mach. 13 et 16.
Isaiæ 31. 67. dicitur. *Mons Dei.* Et Isaiæ 31. *Deus cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem.* Quia semper ardebat ignis in altari holocaustorum, vt habetur Leuitic. 7. quod Hispanè dicimus (alli tiene su casa y hogar) & propter hanc rationem vocatur mons sanctus Isaiæ 66. *Ad montem sanctum meum Hierusalem.* Et Zachariæ 8. Mons sanctificatus, erat per totum orbem mons celeberrimus: insuper in illo tẽplo mirabilia, & inaudita accidebant, vt narrat Petrus Galatinus lib. 4. de Arcanis capite 8. decem signa facta sunt in domo sanctuarij. Non abortiuit mulier, propter nidorem carnium sanctuarij: neq; carnes sanctuarij fœtebant vnquam: neq; fuit vnia musca in macello templi: neque contigit accidens Sacerdoti magno, in die propitiationis: neque inuenta est corruptio in manipulo, aut in duodecim panib⁹ propositionis: stantes angusti erant, procidentes verò, vt adorarent spaciosi, licet à domo propitiatorij per vndecim vlnas retracti essent: nunquam nocuit serpens, neq; scorpius in Hierusalem: neq; vnquam dixit homo proximo suo, angustus
Psalm. 67.
Leuitic. 7.
Isaiæ 66.
Zachariæ 8.
Pet. Galati. lib. 4. cap. 8.

est

est mihi locus manendi in Hierusalem, nunquam pluuiæ extinxerunt ignem lignorum præparationis, neq; ventus vnquam vicit columnam fumi; quanuis enim omnes venti, qui sunt in mundo contra eam flarent non poterant tamen eam deuiare ne recta sursum ascenderet, ad quod alludit illud Cantic. 3. *Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi, ex aromatibus mirrhæ, & thurris.* Hoc est, recta absq; eo quòd in vnam, vel alteram partem flectatur, sicut fumus, qui ex altari odoramentorum ascendit sursum in templo. D. Chrysostom. oratione 3. aduersus Iudæos. Alia mirabilia refert ab illo templo defecisse postquam Christum Iesum occiderunt Iudæi. Ignis veniens in adyta illa victimas consumens è sublimi mittebatur, & si quãdo erat aliquid cognoscendum è propiciatorio vox quædam è medio Cherubin prodibat prædicens futura; rursus è lapidibus, qui erãt in pectore summi Sacerdotis (id vocabant declarationem) fulgor quidam futura significans. Et cum aliquis erat inungendus deuolabat spiritus gratia, & insiliebat in vnguentum, hæc autem administrabant Prophetæ: quin, & nebula frequenter, & fumus adyta corripiebat. Omnia vero hæc signa cessauere per annos quadraginta ante vastationem templi, & ita conquærebantur Psalm. 73. *Signa nostra non vidimus.* Et vt vnde digressi sumus reuertamur, cum illa terra esset montuosa Lucæ. 3. prædicans Ioannes, atq; digito ostendens Messiam iam præsentem, & in medio eorum versantem, vsus est hac similitudine, dicens. *Rectas facite semitas eius, omnis mons, & collis humiliabitur, & omnis vallis implebitur, & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas.* Idest, inter alios fructus Aduentus Messiæ hic erit vnus, quòd homines ad æqualitatem redigentur sicut distortæ viæ solent in Aduentu Regis complanari, & mundari. Deprimet superbos montes, & exaltabit humiles valles; in meliorem eriget spem pusillanimes. Praua, idest, obliqua erant recta. Hierem. 17. *Prauum est cor hominis.* Idest, nõ rectũ, sed obliquum. Pagninus legit, supplan-

Cantic. 3.

D. Chrysost. orat. 3. aduers. Iudæos.

Psalm. 73.

Lucæ. 3.

Pagninus.

supplantatiuum, quia fallit. Ratio vero, propter quam illa
D. Theodor. terra erat montuosa hæc est, & assignatur à D. Theodoreto
Deuter. 32. to super caput 32. Deuteronomij. *Constituit eum super excelsam terram.* Hoc est, sublimiores ipsos terrestribus fecit: vt enim Aquila ait, ipsos super summitatê statuit volês, vt nihil humile, vel abiectum sentirent. Sic etiam D. Chrysostomus, ex sublimi situ discerent sursum leuare corda, & animi affectus, & contemnere terrena. Vnde Isaiæ. 58. *Et sustollam te super altitudinem terræ.* Supple Palesthinæ, vt magno animo terrena despicias. Sic exponit Adamus super hoc loco. *Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui.* Ea videlicet, quam ipse elegit cum Genes. 28. dixit. *Si dederit mihi Dominus panem aduescendum, &c. erit mihi Dominus in Deum.*

D. Chrysost.

Isaiæ. 58.

Adamus.

Matth. 17.

Genes. 28.

Neq; putes Christiane lector frustra esse montes in terra; nam præter decorem, quê terræ præstant, vtilissimi sunt. Ideo Psal. 103. laudat Dauid Dominum. *Benedic anima mea Domino.* Et rationem reddit huius laudis, dicens. *Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quem fundasti eis.* Necessario autem inter montes mediant valles, vt ex lateribus, & verticibus montium decurrentes aquæ transeant, & flumina currant, quæ ex fontibus generantur. Item montes, & campi faciunt terram habitabilem, ex Aristot. lib. 2. de Cœlo in fine. Montes terminant terram, & sunt veluti ossa, & dorsum ipsius terræ. Primo reddunt terram habitabilem. Secundo ab eis oriuntur aquæ, propter eorum concauitatem, & spongiositatem, quæ quidem aquæ decurrunt inter montes ad valles. Tertio montes terminant maria, ne egrediantur ad operiendam terram. In qua terræ dispositione maxima demonstratur Dei omnipotentia, & sapiêtia; quia omnia ista sunt necessaria ad hominum vitam, animalium, & plantarum; aliter enim non possent viuere. Montes igitur vtilissimi sunt feris, & animalibus siluestribus: in eorum cauernis proteguntur cerui, onagri, & capræ à venatoribus. *Montes excelsi ceruis.* Psal. 103. In eis homines tenui, & puriori aura fruuntur, atq; salubriori: ipsi montes in se prius

Psalm. 103.

Arist. lib. 2. *de Cœlo.*

Psalm. 103.

solares

solares radios recipiunt. *Tripliciter Sol exurit montes.* Ecclesiast. 43. in ortu Solis, & in Meridie, & cùm vergit ad Occidentem: cùm valles sunt tenebrosi, vertices montium sunt lucidissimi; & ideo arborum fructus, qui sunt plantati in montibus citius maturescunt, pomaq; sunt melioris saporis, propter maiorem lucis participationem. Vnde Deuter. 33. *De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli, & de pomis collium æternorum.* Idest, antiquorum. Tã dulcia sint poma, sicut illa quæ pendebant ex arboribus in mundi creatione. Hæc fuit sors terræ, quæ contigit Iosepho, per patris benedictionem. In montium radicibus ventorum impetus franguntur, & sic lenius perflant in vallibus: per montium decliuia aquæ præcipitantur. Psal. 103. *Inter medium montium pertransibunt aquæ.* Insuper maxima mirabilia Deus operatus est in mõtibus. Adam fuit sepultus in monte Caluariæ, vt asserunt Origenes tractatu 35. in Mattheum. D. Ciprianus sermone de Resurrectione Domini. D. Athanasius lib. de Passione Domini. D. Basilius super caput primum Isaiæ. D. Chrysostomus homil. 84. in Ioannem. Epiphanius Hæresi. 46. D. Augustin. sermone. 71. de tempore. Euthimius Matth. 27. Teophilatus in Marcum cap. 15. & Lucæ. 23. & Ioan. 19. D. Ambrosius lib. 5. Epistolarum epist. 19. & Moses Barcephas lib. de Paradiso. Sed D. Thomas 3. part. quæst. 46. art. 10. ad 3. tenet, quòd sepultus est in Hebron. D. Hieronym. Matth. 27. non probat, quòd sit sepultus in Caluario. Sed in caput 5. ad Ephes. damnare non audet; sed expresse tenet in epistola ad Marcellam, quòd sepultus est in Caluario. Vnde ad locum Iosue cap. 14. *Nomen Hebron antea vocabatur caria arbe; Adam maximus inter Enacin situs est.* Respondetur quòd ibi non est sermo de Adam prothoplasto, nam licet Adam sit nomen proprium primi parentis, est appellatiuum omnium hominum, & asserunt Hebræi esse nomen proprium primi parentis, quoties absq; articulo (Hu) scribitur. Psalm. 8. vbi nos legimus. *Aut filius hominis, quia visitas eum.* Sine articulo est, & ita ibi.

Ecclesiast. 43. *Deuter. 33.* *Psalm. 103.* *Origenes.* *D. Ciprian.* *D. Athan.* *D. Basilius.* *D. Chrysost.* *Epiphanius.* *D. August.* *Euthimius.* *Teophilatus.* *D. Ambros.* *Mos. Barc.* *D. Thomas.* *D. Hieorny.* *Iosue. 14.* *Psalm. 8.*

ibi idem eſt ac ſi diceret, aut filius Adami illius præuaricatoris, ſed cum ſcribitur cum articulo (hu) tunc pro quouis homine accipitur, & cum hoc articulo reperitur ſcriptum Ioſue 14. & ſic ſenſus eſt in Arbe homo ille maximus proceræ ſtaturæ, & Gigas, ſepultus eſt inter Gigantes. De Ar-
Iſaia 23. be fit mentio Iſaias 23. *Mortua eſt Sara in ciuitate Arbe, quæ eſt Hebron.* Dicitur autem iſte homo maximus, vel quia mole corporis Gigantes ſuperabat, vel quia principatum illius terræ diu tenuit. Arca requieuit in montibus Armeniæ,
Geneſ.19. Loth ſeruatus eſt à Sodomæ incendio in monte. Geneſ. 19.
& 22. Iſaac immolandus ducitur Geneſ. 22. in monte, & Moyſes
Exod.17. in monte orat contra Amalechitas, & victor euadit Exod. 17. & Lucæ 6. Chriſtus Dominus aſcendit in montem ora-
Matth.8. re, & Matth. 8. in monte docuit octo beatitudines, & in monte elegit duodecim diſcipulos, & in monte eſt transfi-
Matth. 17. guratus Matth. 17. & in monte pauit turbas, & in caluariæ monte crucifixus, & à monte Oliueti aſcendit in cœlum.
Lucæ 24. Lucæ 24. & in monte Sion vbi erat cenaculum Spiritus Sanctus datus eſt diſcipulis, & in monte beatitudinis præcipi-
Iſaia 25. tabit mortem. Ab illo loco eam longè faciet Iſaiæ capite 25.

☞ *Tu autem Domine in æternum permanebis ſolium tuum in generatione, & generationem.*

SEnſus eſt, Sion periit, quia de terra erat & mutabilis, degebant in ea mortales, at vero tu Domine in æternū
70. permanebis. 70. Interpretes legunt, in æternum habitabis, ſupple in cœlo. Ad denotandam Dei æternitatem vtitur Propheta verbo futuri temporis, non ſolum ab initio ſine principio permanſiſti, ſed permanes, & permanebis. Ita
Exod. 3. Exod. capite 3. *Ego ſum qui ſum.* Dixit Dominus Moyſi. *Sic dices filiis Iſrael, qui eſt miſit me ad vos.* In Hebræo habetur ero qui ero: ero miſit me ad vos, & ſic legit Sanctes Pagninus, ideſt, qui erit in ſempiternum miſit me ad vos.
Pſalm. 101. Et Pſalm. 101. *Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum*

fœnum arui. Vigore consumpto aresco, & velut vmbra fugit vita mea. *Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione, & generationem.* Chaldeus vertit, tu autem Domine habitationem habes in cœlo in æternum permanentem. Felix Pratensis legit, memoria tua in generatione, & generationem. De hominibus vero canit Psaltes. *Perijt memoria eorum cum sonitu.* Psalm. 9. sensus versionis Chaldaicæ hic est, ego nunc viuidus sum, & floridus, sed illico mutor, & aresco; tu autem Domine in æternum manes æquè lucidus, & viuidus, es æternus: nunquam senescis, neq; mutaris: significantius autem dixit permanes quàm viuis, quia homo licet viuat, *Nunquam in eodem statu permanet, sed quasi flos egreditur, & conteritur.* Vt dicit Iob cap. 14. tu vero idem permanes. *Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio.* Iacobi 4. D. Augustinus lib. 11. de ciuitate Dei cap. 21. legit, nec momenti obumbratio. Et addit Dauid. *Memoriale tuum in generatione, & generationem.* Idest, nomen Adonai, pater futuri sæculi à generatione in generationem. *Chaldeus.* *Felix.* *Psalm. 9.* *Iob 14.* *Iacobi 4.* *D. August. lib. 11. c. 21.*

Nota quòd solus Deus æternus est, creaturæ mutabiles, in terra nil stabile, suis spatijs transeunt vniuersa. Inter res corporeas *Terra in æternum stat.* Ecclesiastes 1. & nil firmius inuenitur in ea, quàm montes, & tamen subuertuntur. *Mons cadens defluit, & terra alluuione consumitur.* Iob cap. 14. regna terræ, quæ firmiora videntur, terminantur, mutantur. Propterea Danielis cap. 7. *Pugnantibus in mari ventis assimilantur imperia, & quatuor bestijs.* Et ait vates. *Quatuor bestiæ magnæ quatuor regna sunt, quæ consurgent de terra.* Et propterea dicuntur de terra surgere, quia caduca, & vana, & nil aliud quàm terram sapiebant Reges illi: & agit statim Daniel de Regno Christi, & ait. *Potestas eius potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpetur.* Et Ezechielis cap. 1. mirabiliter depingitur incostantia regnorum mundi, in illis animalibus currum trahentibus igne plenum contra Hierusalem, erant regna Babyloniorum, *Eccles. 1.* *Iob 14.* *Daniel 7.* *Ezechiel 1.*

Persarum, Medorum, Græcorum, & Romanorum contra Iudæos bellantia. Et idem significatur in rotis,de quibus dicitur. *Et erat aspectus rotarum, & visio earum quasi visio maris*. Rotantur enim, & voluuntur hæc regna, sicut rotæ per montium præcipitia: & erant coloris marini, in quo earum designatur volubilitas & inconstantia, sicut mare, quod semper mouetur est in continuo fluxu, & refluxu; nunc nimbosum, & procellosum, nunc tranquillum: sic Regna, & Reges mutantur, & à fortunæ præcipitantur rota. Propterea Alexander Magnus Daniel. 8. hirco caprarum, qui pedibus terram non tangebat comparatur, quia mirabili celeritate eius imperium auolauit vigesimo vitæ suæ anno cœpit regnare, & trigesimo tertio mortuus est. Et propterea depingebatur tenens fulmen dextera manu: ea enim celeritate, qua in terra abscōditur fulmē de nubibus ruens, vt amplius non compareat, pertransijt. Ita depingebat eum Appelles vt narrant Plinius lib. 35. & Plutarchus lib. Apotegmatum.

Daniel. 8. *Plin.lib.35.* *Plut. in Apotegmatib.*

☞ *Solium tuum à generatione in generationem;*

IDest, sedes tua, thronus tuus est æternus. Et sic legunt 70. Interpræt. thronus tuus à generatione in generationem,tuæ sedi æternitatem communicas. Ita Psal. 92. *Parata sedes tua Deus*. In Hebræo est, paratum est solium tuum Deus. Idest, firmatum, & dispositum. D. Hieronymus legit, firmum solium tuum ex tunc. Et Psal. 35. *De præparato habitaculo suo*. D. Hieronym. vertit,de firmissimo solio suo. Præparatum dicitur,idiomate Hebraico, quod est firmum, & stabile. Et ad Hebræos. 1. dicit D. Paulus. *Ad filium autem dicit thronus tuus Deus in sæculum sæculi virga directionis virga Regni tui*. Ex quibus verbis probat Apostolus Christi diuinitatem, quòd sit Deus Patriq; æqualis, quia thronus gloriæ eius est æternus, & ipse ab æterno, & sine principio. Metonomice autem Regem eum vocat agens de eius throno. Thronus tuus, idest, Regnum tuum ò Chris-

70. *Psalm. 35.* *D.Hierony.* *Ad Heb. 1.*

te æternum est, qui simul es Deus, & homo. Hoc enim significant illa verba. *In sæculum sæculi.* Idest, in æternum. Virga æquitatis, virga Regni tui. Vox æquitas significat id quod rectè collocatum est, vt sit ea æquitas, quæ distributiuam exerceat iustitiam, qua benè bono, & malè malo rependat;& hoc cum celeritate. Ne putes Deū esse ignauum iudicem, quasi laborantem in administratione iudiciariæ potestatis. Verbum Siriacum (paschito) quod hîc habetur in Siriaca translatione, non quamcumq; virgam, sed decorticatam significat; quasi dicat, virga tua nullam prauitatem occultat, nil fuci, vel imposturæ continet, tu non ex odio, vel ad gratiam iudicas, sed ex bono, ex æquo, ex iusticia, cui temperamentum accedit misericordiæ. Sic etiam Baruc. cap. 3. *Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum Domine omnipotens.* Et Baruc cap. 4. sæpe vocatur Deus æternus. *Misericordia veniet vobis ab æterno.* Dicit ergo noster vates, si solium tuum in generatione, & generatione est, quare permisisti destrui Hierusalem, quæ vocatur solium tuum? Hieremiæ. 3. promisisti quòd hoc nomine condecoraretur Hierusalem. *In tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini.* Recordare igitur illius, & ne permittas penitus destrui. Vnde Hieremiæ. 14. *Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neq; facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.* *Baruc. 3. & 4.* *Hierem. 3.* *Hierem. 14.*

☞ *Quare in perpetuum obliuisceris nostri derelinquis in longitudine dierum.*

INnumeris diebus oblitus es nostri, quam ob causam deseris nos? Ita Psal. 43. *Quare faciem tuam auertis obliuisceris inopiæ nostræ?* Quasi diceret, nos nescimus, sed inquiramus, quia non nisi piè, & iustè facis: & nota quòd hæc non est querela, sed pia supplicatio puri cordis. Dicebat hoc Psalm. Dauid. *Humiliasti nos in loco afflictionis.* In Hebræo est (tannim) idest, Draconum; & sic legit Sanctes Pagninus, *Psalm. 43.* *Psalm. 43.* *Pagninus.*

contriuisti nos in loco draconis, idest, hostium, qui sæui erãt vt dracones: derelinquis nos inter Leones, et dracones,
Psalm.89. & Psalm. 89. *Conuertere Domine vsq; quo*. Supple, es auersus?
70. 70. Interp. legunt, quare in victoriam obliuisceris, idest, in victoria, quam adepti sunt de nobis inimici oblitus es nostri? Vel in victoriam obliuisceris, idest, de nobis tanquam de hostibus triũphas, vt amplius nostri recorderis ad
Zachar. 1. concedendam libertatem? Similiter orabat Angelus Zach. 1. *Domine exercituum vsq; quo tu non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es, iam septuagesimus annus est.* Deprecabatur Angelus pro populo Israel, & nititur captare Dei misericordiam argumentis: solent autem iusti cum à Deo aliquid precibus contendunt non solum precari,
Exod. 32. sed rationibus Deum ad misericordiam mouere. Sic Exodi capite 32. Moyses Dei iram suis precibus placare conabatur, & inter orandum multis est vsus rationibus, vt vel sic citius exaudiretur. *Ne quæso dicant Ægyptij callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret eos de terra, quiescat ira tua, esto placabilis super nequitia populi tui.* Simi-
Zachar. 1. liter Zachariæ capite 1. dixerat Angelus. *Perambulauimus terram, & vniuersa habitatur, & quiescit.* Quare ergo, populus tuus agitatur bellis, & dura torquetur seruitute? *Vsquequo Domine, iam impletus est septuagesimus annus*, quem
Hierem.29. præfixerat Hieremias cap. vigesimo nono huic captiuitati. Tu soles Domine de pœna minuere, quomodo nunc
2.Reg.24. augetur? 2. Regum 24. tres dies pestis tuo decreto fuere statuti Dauidis Regno, quia recensuit populum, & vno tãtum die plaga durauit, vtere ergo modo tua antiqua benignitate, & consueta clementia. Eodem argumento vtitur
Iob 7. Iob capite 7. *Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam.* Mirum sane est, quòd ira tua in eos deseuiat, qui vultu demisso animoque contrito ad tuam confugiunt misericordiam tanquam ad sacram anchoram. *Nũnquid in æternum irasceris nobis? Aut extendes iram tuam à generatione in generationem?*

Deus

Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua letabitur in te. Psal. 84. quasi diceret, non in mundi delicijs, sed in te, qui vitam præstas letabimur. *Psalm. 84.*

☞ *Derelinquis in longitudine dierum.*

HOC Est, quod magis cruciat in laboribus plagarum diuturnitas. Tu Domine, qui solebas dicere Isaiæ. 54. *Ad modicum in puncto dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.* Quomodo tot sæculis nos derelinquis? Et hanc populi Iudaici derelictionem præuidit hic Hieremias diu duraturam, vsq; ad finem sæculi, propter suam incredulitatem, & quia Christum Dominum occiderunt. Vnde prædixit hoc Oseas cap. 3. *Multos dies sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, & sine Teraphim.* Hi multi dies sunt longitudo dierum, quod hic dicit vates. Isaiæ etiam 49. de hac miseria conquærebantur. *Dixit Sion dereliquit me Dominus, & oblitus est mei.* Quasi diceret, iam actum est de me, libellum repudij mihi dedit. Et Isaiæ. 57. *Quia hæc dicit excelsus non in perpetuum litigabo, neq; ad finem irascar, quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum.* Idest, non in æternum irascar licet perpetuam iram mereatur genus humanum, non sustineo diuturnam iram, quia omnes meum sunt plasma. Et hoc est quod sequitur. *Spiritus à facie mea egredietur flatus ego faciam.* Idest, creo, & creabo animas hominum, quæ agitant, & mouent corpora: & creabo flatus. Hoc est, animas ego facio. *Inspirauit in faciem hominis spiraculum vitæ.* Genes. 2. cum ego sim animarum creator, imo & Redemptor, non patiar in perpetuum perire hominem. Et cap. 14. Hieremias à Domino postulauerat. *Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum innocatum est super nos, ne derelinquas nos.*

Isaiæ. 54. *Oseæ. 3.* *Isaiæ. 49.* *Isaiæ. 57.* *Genes. 2.* *Hierem. 14.*

☞ *Conuerte nos Domine ad te & conuertemur, in noua dies nostros, sicut à principio.*

NON Petit vates, vt conuertat Hierusalem ciues ad suam patriam antiquam, à qua eiecti erant, sed ad te; ad Deum summum bonum, & omnis delectationis cumulum. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Psal. 114. Imo, & benefacit, & benefaciet, D. Thomas hic mouet dubium; quomodo noster vates dicit hic, conuerte nos Domine ad te & conuertemur, cum Zachar. 1. dicat Dominus. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos?* Respondetur primo, conuersionem peccatoris ad Deum esse donum Dei, potest enim homo cadere ex se in peccatum, sed resurgere ex se non potest, nisi gratia Dei adiutus. Ad opus meritorium exigitur liberi arbitrij motus, & gratiæ infusio, & ad iustificationem impij dicit conuerte nos. Idest, fac vt conuertamur ad te, quia eramus auersi à Deo, & conuersi ad creaturas; ab incommutabili bono ad commutabile: & sic vt homo à peccatis resurgat requiritur auxilium Dei speciale, & motus liberi arbitrij in peccatum, & cum ex parte nostra requiratur hic motus liberi arbitrij in peccatum, & auxilio Dei cooperamur eiusq; gratiæ præuenienti; propterea per Zachariam dicitur. *Conuertimini ad me,* Quia aliquid ex parte nostra operamur excitati à gratia, & adiuti ab illa: sed quia ex nostris viribus non possumus surgere, ideo dicit noster vates. *Cõuertere nos Domine ad te*, quia vt dicit D. Augustinus, qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Hanc difficultatem persequitur D. Augustin. lib. de Gratia, & libero Arbitrio ad Valentinũ Monachum cap. 5. est enim in conuersione impij primum principium Dei operatio commouentis, & cor conuertentis. *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* Deinde actus fidei, ac timor suppliciorum ex fide conceptus. Postea motus spei de consequenda venia, quem sequitur propositum emendandi vitam. Postremo actus charitatis, quo peccatum displicet propter

Psalm. 114. *D. Thomas.* *Zachar. 1.* *D. Aug. lib. de Gratia, et libero Arbit. cap. 5.*

propter se ipsum, & propter Deum summe dilectũ, & non propter pœnam tantum. Primus igitur motus affectus in pœnitẽte regulariter est timor suppliciorum gehennæ, quo homines duri, & peccatis assueti ad pœnitentiam mouentur. Sicut testatur D. Augustin. tractatu. 9. super epistolam primam Ioannis Apostoli, & D. Gregor. lib. 6. Epistolarum epistol. 187. ad Theotistam, & Andream. Duo, inquit, sunt compunctionis genera, vnum quod æternas pœnas metuit, aliud quod cœlestibus præmijs suspirat, quia Deum sitiens anima prius timore compũgitur, post amore: ante enim semetipsam lachrymis afficit, quia dum malorum suorum grauitatem recolit pro his perpeti supplicia æterna pertimescit. Et late prosequitur D. Gregor. hanc materiam ibidem. Et videndus est de hac re D. Thomas 3. part. quæst. 85. art. 5. & Ruardus Taper artic. 4. de contritione fol. 152. vbi erudite hoc tractat. Et cum homo non possit proprijs viribus ad Deum reuerti, supremo indiget pastore, qui ouiculam errãtem reducat ad caulas. Lucæ. 15. sicut dicebat Dauid Psal. 118. *Erraui sicut ouis, quæ perijt; quære seruum tuum Domine.* Felix Pratensis legit, erraui vt agnus, qui perijt; ouis maiorem habet instinctum, & robur ad quærẽdum ouile & pastorem, quam agnus tenellus, qui expositus relinquitur extra gregem luporum dentibus, vt dilaceretur. Et Psal. 84. *Deus tu conuersus viuificabis nos.* D. Augustin. legit actiue, Deus tu conuertens viuificabis nos. Similiter Psalterium Romanum, & in Hebræo, & 70. Interpræt. & Græce ita habetur. D. Hieronym. & Nebiensis legunt, Deus tu reuertens viuificabis nos. Verbum (thascub) nunc est transitiuum, nunc intransitiuum; & illa verba. *Conuerte nos Deus salutaris noster.* D. Hieronymus legit, conuerte nos Deus Iesus noster, & solue iram tuam aduersum nos. Et Psal. 118. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua.* D. Augustinus legit, & conuertisti pedes meos. D. Hieronym. legit, recogitaui vias meas: Id est, iterum atq; iterum cogitaui mea peccata, quia Deus primus est, qui concurrit ad

D. August. tractatu. 9. *D. Greg. lib. 6. epist. 187.* *D. Thomas. 3. par. q. 85. art. 5.* *Ruard. ar. 4.* *Lucæ. 15.* *Psalm. 118.* *Felix Prat.* *Psalm. 84.* *D. August.* *D. Hierony.* *Psalm. 118.* *D. August.*

peccatoris conuersionem, ideò legit D. Aug. *conuertisti.*
Zacharia 1. Et hoc est contra Pelagium, qui dixit ex hoc loco Zach. 1. primam gratiam pro nostris meritis dari, nam si non conuertitur ad nos Deus, nisi ad illum conuertamur, ergo nostra conuersione meremur Dei ad nos conuersionem: respondetur quòd sensus prophetæ est, vt Deo nos à vitæ prauitate abducente, ad se trahente, non modo non recusemus, sed etiam pro parte nostra viriliter accurramus. Quod ita necessarium est, siquidem inuitos nos nunquam ad se alliciet, neque in viam errantes adducet, quod fit in amicitia violata reconcilianda, quod nunquam nisi vtroq; amicò volente fit. Ita Deus petit nostram voluntatem, sicuti medicus infirmi, vt pharmaca recipiat, quia nullus medicus ægroto medicinam exhibebit nisi ab eo ipse curari vellet: salute verò recuperata, industria, & opera medici nullus sanus homo, eam voluntati suæ, sed medici peritiæ ascribet: ita Deus nos medetur, & per voluntatem eius nunquam stat quominus id fiat; sed per nos, qui voluntati eius resistimus proterui. Ideo ipse postulat, vt faciles nos in hac re prebeamus dicens. *Conuertimini ad me, & ego*
1. Para. 28. *conuertar ad vos.* Ita intelligitur illud 1. Paralipomenon 28.
2. Para. 15. *Si quesieris eum inuenietur tibi, & si dimiseris eum repellet te in perpetuum.* Et 2. Paralipomenon 15. *Dominus vobiscum, cum vos estis cum eo, si quesieritis eum inuenietis: si au-*
Conc. Trid. *tem dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Vide concilium Tri-
Sess. 6. cap. 5 dentinum, Sessione 6. capite 5. vbi diffinitur, vt ostendatur; quòd Deus primitus mouet cor impij ad ipsum, dicitur, conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: vt autem manifestum fiat, quòd ipse peccator Deo consentit, atque eius fultus auxilio ad eum per contritionem mo-
Zacharia 1. uetur, dicitur Zachariæ capite 1. *Conuertemini ad me, & ego conuertar ad vos.* Initium enim reuertendi ad Deum
D. Ber. Ser. 1. in die Pētecost. teste diuo Bernardo Sermone primo in die Pentecostes, pœnitentia est, quam sine dubio spiritus operatur non noster, sed Dei præcipue. Nam quis (ait.) cum ad

ad ignem venit algens, & fuerit calefactus, dubitabit ei ab igne venisse calorem, quem habere non poterat sine illo? Si ergo qui erat in iniquitate frigidus postmodum feruore quodam pœnitentiæ accendatur, alium sibi spiritum, qui suum arguit, & diiudicat, dubitat aduenisse? &c. Vnde ad Ephesios capite 4. *Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate, deponite vos veterem hominem.* Nouum hominem vocat virtutes, hominem secundum Deum, iuxta cuius normam, in baptismo viuere profitemur secundum legem Christi. Et deinceps, vt ostendat, quòd non possumus nos propriis viribus, hunc nouum hominem induere, dicit ad Romanos capite 13. *Induimini Dominum nostrum Iesum Christum, & induamur arma lucis.* Qui induitur, ab alio vestitur alteriusq; ope. Hoc innuens Apostolus quòd à Deo armis virtutis indui debemus, & eius gratia præueniens, & auxilium speciale requiritur, vt secundum Christum viuamus, dicit induimini, & non induite, & ad hoc facit illud Diui Pauli ad Galatas capite 6. *Quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Claudius Antisiodorensis in enarratione super epistolam ad Galatas super hoc loco animaduertit, diuersum modum loquendi Apostoli, qui seminat in carne, cum additamento suæ carnis ponitur: qui autem seminat in spiritu non dicit in spiritu suo, sed simpliciter in spiritu, qui enim bonum seminat, non in suo quopiam, sed in Dei spiritu seminat, & eo adiutus, de quo & vitam est messurus æternam. Et Deuteronomij 30. *Circuncidet Dominus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Deum ex toto corde tuo.* Notauit hîc Caietanus impossibile esse hominem conuerti ad fructuosam pœnitentiam absque eo quod Deus diuitiem cordis circuncidat, hoc est vitia amputet. Et eodem capite. *Si ad cardines cœli fueris dissipatus inde te detrahet,*

Ad Ephe.4

Ad Rom.13

Ad Galat.6

Claud. Anti.

Deuter 30.

Caietanus.

 Domi-

Dominus Deus tuus, & reducet te de captiuitate tua, & miserebitur tui. Deus est, qui in libertatem nos asserit, & à peccati captiuitate liberat, licet vt prodigus veste gratiæ spoliati, & longè à Deo simus. Merito igitur vates petit in persona Iudæorum conuerti ad Deum: non petunt vt olim petebant Iudæi Psal. 125. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.* Pagninus legit, sicut torrens in arido; torrens, id est torrentes. Cum enim meridianus perflat auster calidus, tunc niues dissoluuntur, & torrentes rapido cursu fluunt: sic nos celeriter in nostram fac venire patriam. Hinc Chaldeus legit, conuerte Deus captiuitatem nostram, sicut conuertitur terra quando abundant fluenta aquarum tẽpore siccitatis; tunc enim ab sterilitate redditur terra frugifera, & statim germinat herbam.

Luce. 15.
Psalm. 125.
Pagninus.
Chaldeus.

Obseruandum etiam est, quòd ostẽdit Deus vim sui brachij, & omnipotentiam in conuersione peccatoris de impio iustum faciens. Vnde Zachar. 1. *Hæc dicit Dominus exercituum conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituum.* Ter repetit vates, quòd Deus sit Dominus exercituum, cum agit de impij conuersione, & mentionem facit roboris Dei, & agminum exercitus Angelorum: vt ostendat Propheta Deum suam manifestare infinitam virtutem in iustificatione peccatoris, magis quàm in cœli, & terræ opificio. Vnde ad Ephes. 1. ait Apostolus. *Quæ sit magnitudo supereminens virtutis eius in nos, qui credidimus secundum operationem, quam operatus est suscitans illum à mortuis.* Vbi Apostolus innuit quòd eadẽ vi, virtute, atq; potestate, quã Deus pater notam fecit suscitans filium suum à mortuis, vsus fuit ad conuertendum ad Euangelij fidem Ephesios, & ad suam amicitiam. Hanc virtutem ostendit cum de telonio vocauit Matthæum &c.

Zachar. 1.
Ad Eph. 1.
Matth. 9.

☞ *Innoua dies nostros, sicut à principio.*

Sensus est, restitue nobis præteritam prosperitatem; faue nobis, sicut olim fauebas patribus nostris, cũ ex Ægyptiaca

tiaca liberasti seruitute, cum hostes nostros prosternebas atq; à finibus nostris profligabas. 70. Interpræt. legunt, renoua dies nostros sicut antea. Supple, quàm te offenderamus, vel sicut à principio cum elegisti Abraham, & alios Patriarchas Isaac, & Iacob. Similia verba habentur Eclesiasti. cap. 36. *Innoua signa immuta mirabilia glorifica manum, & brachium dextrum, congrega omnes tribus Iacob, vt cognoscant, quia non est Deus nisi tu, & enarrent mirabilia tua, sicut ab initio, miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum, miserere ciuitati sanctificationis tuæ Hierusalem, ciuitati requiei tuæ reple Sion inenarrabilibus virtutibus.* Idest, fac alia noua miracula, & ita gloriosam facies potentiam tuam, muta illa mirabilia cum eduxisti populum de Ægypto in alia mirabilio-ra. *Glorifica manum.* Idest, ostende tuam virtutem. *Excita furorem.* Supple contra hostes nostros. *Extolle aduersarium.* Idest, tolle de medio Ptolomeum istum aduersarium, hunc inimicum nostrum. *Festina tempus.* Idest, rumpe moras temporis, festina, ne tardes. *Memento finis.* Idest, nos esse prope finem parumq; ab esse quin absumamur. Vt alludat sapiens ad illud Psal. 78. *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus.* In Græco est, memento iuramenti, quo iurasti nobis fauturum. *In ira flammæ deuoretur, qui saluatur, qui pessimant plebem tuam inueniant perditionem.* Idest, qui saluatur ab alijs periculis euadendo gladium belli, & se in arcem receperit, ibi ab vltricibus flammis deuoretur. *Hæreditabis eos vt ab initio, congrega omnes tribus Iacob.* Idest, Iudæi ita collecti erunt hæreditas tua, sicut olim cum ex Ægypto eos eduxisti in tuumq; peculium elegisti, sub tuaq; statuisti protectione: sic nostri modo miserere, & sub tua protectione receptos tuere.

70.

Eclesiast. 36.

Psalm. 78.

☞ *Sed proiiciens repulisti nos, iratus est contra nos vehementer.*

Pendet sententia, propterea repeti debet versus præcedens ad absoluendam sententiam, vt aiunt Hebræi, cõuerte

uerte nos Domine ad te, ô Domine: ita notauit Vatablus.
70. 70. Interpraetes legunt, iratus est contra nos, vsque nimis, & ita ex Deo irato contra nos sequitur repulsio, & iustè nos repulisti, & hoc non contentus à te etiam repulisti.
Pagninus. Pagninus legit, reprobando reprobasti nos. Græcus textus legit interrogatiuè. Quod repellens repulisti nos? Similis
Hierem. 14. locus est Hieremiæ capite 14. *Nunquid proiiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percusisti nos, vt nulla sit sanitas?* Posibile ne fuit vt dilectam Sion abomi-
Isaia 64. naretur cor tuum? Et Isaiæ capite 64. *Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ, & nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manū tuarū omnes nos, ne irascaris Domine satis.* Quæ verba eadem sunt cum his nostri vatis. *Iratus est vehementer. Repulisti nos.* Similia verba profert hoc loco Isaias. *Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.* Aridam stipulam ventus rapit, & ab arbore longè facit, sic ira tua nos proiecit in distantes, & longinquas terras, à nostro natiuo solo distantes. Et in fine capitis dicit Isaias. *Nunquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer.* Hoc periodo claudit Propheta suam orationem agens de ira iustissimà Dei in memoriam reuocans sui populi expulsionem, petit suorum reditum ad antiquam beneuolentiam. De hac repul-
Osea 5. sa agit Oseas capite 5. *Abiecit eos Deus meus, quia non audie-*
Isaia 2. *runt eum, erunt vagi in nationibus.* Et Isaias capite 2. *Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: repleti sunt vt olim.* Subaudi peccatis Idolatriæ. Proiicere, Dei furorem denotat: stilus est hominis irati proiicere, quæ in manu habet. *Proiiciens repulisti nos.* In Hebræo est, sed abiiciendo abiecisti nos, idest, valdè abiecisti. Pagninus legit, sed reprobando reprobasti nos, & sic merito timet vates, ne sua repellatur oratio, sicut Samuelis lachrymæ pro Saul, & preces ad Deum
1. Reg. 16. 1. Regum 16. *Vsq, quo tu luges Saul cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel?*

Iratus

☞ *Iratus est contra nos vehementer.*

TV Domine, qui agens de Hierusalem dicebas. *Ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum.* Et 2. Machabeorum 5. *Alienatus mente Antiochus non considerabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem* (Supple Hierusalem, quæ antonomatice appellabatur ciuitas) *modicum Deus fuerat iratus* Machabeorum tempore: nunc vero cum vastati sunt à Chaldeis, siue Romanis, dicit noster vates. *Iratus est vehementer.* Imo vehementissimè, vt legit Sanctes Pagninus. Vnde Psalm. 79. dicitur. *Quousq; irasceris super orationem serui tui?* In Hebræo est, vsquequo fumabis? Fumare est vehementer irasci & indignari, ita vt fumus de ardenti vultu eius videatur ascendere. Sicut Psalm. 17. dicitur. *Ascendit fumus in ira eius.* Quem plorare non facit fumus? Et quem ira Dei non facit expauescere? Psalm. 89. *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare.* Si præ metu non poterit explicari magnitudo iræ diuinæ, quali concutientur timore, qui supplicium à Deo irato sustinent? 2. Paralipomenon vltimo dicebat Manases. *Insustentabilis ira comminationis tuæ.* Si comminatio non sustinetur, quis vltionem ipsam portabit? Vnde psalm. 2. *Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.* Modo non ardet, quia castigat vt pater, sed in futuro sæculo ardebit in breui, idest, celeriter, quia quidam putant longè futurum hoc supplicium, cum instet, & sit in ianua iudex. Ira Dei igni comparatur, quia peccatores assimilantur stupæ. Ecclesiastici 21. *Stupa collecta Sinagoga peccantium, & consumatio illorum flama ignis.* Stupa collecta, idest, vincta quia in inferno non vagabuntur hûc atq; illûc impij, sed ligatis manibus, & pedibus mittentur in tenebras exteriores, & sine resistentia adurentur. Citissimè inflamatur stupa ab igne, sic impij celeriter

Zachar. 1. *2. Mach. 5.* *Psalm. 79.* *Psalm. 17.* *Psalm. 89.* *2. Par. vlti.* *Psalm. 2.* *Eccles. 21.* *Matth. 22.*

cremabuntur

Iob. 35. cremabuntur. Et cum dicat Iob cap. 35. *Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè.* Sed in alio sæculo. At vero contra Iudæos, qui valde peccauerũt Christum Dominum crucifigendo, iratus est vehementer. Magnis enim peccatis magna debentur supplicia: irasci autem vehementer, est idem cum verbis capitis 4. compleuit Deus
Hierem. 21. furorem suum. Et Hieremiæ. 21. *In ira grandi percutiam ha-*
Isaiæ. 64. *bitatores ciuitatis huius.* Idest, Hierusalem. Ideo Isaias cap. 64. petebat. *Ne irascaris Domine satis, & ne vltra memineris iniqui-*
Iob. 9. *tatis nostræ.* Quia Iob. 9. dicitur. *Deus cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curuantur, qui portant orbem.* Quoniam ipse
Sapient. 12. potentissimus est. Vnde Sapient. 12. *Quis dicet tibi, quid fecisti? Aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit si perierint nationes, quas tu fecisti?* Quasi diceret, nullus. *Sub quo curuantur qui portant orbem.* Probat Iob neminem iræ Dei posse resistere, quia qui orbis tenent sceptrum, & gubernacula posident, victi Deo ce-
70. dunt mundi athlantes. 70. Interpræt. legũt, sub ipso curuantur cete, quæ sub cœlo sunt. Comparatur magnates bestijs marinis deuorantibus pisciculos maris: si bestiæ timent sine
Iob. 40. ratione, quare nõ timebit homo mortalis. Et Iob. 40. ostendit Deus suam potentiam, ex eoquòd bestias domat immanissimas, vt elephantem, & cete. In Hebræo est, sub quo curuantur adiutores superbiæ, idest, Principes, aut dæmones, qui solẽt esse adiutorio superbiæ, qui freti auxilio Principum, contra suos hostes superbè insurgunt. Vel auxiliantes fortiter. Idest, robustissimi, viribus præpotentes, & vali-
Simachus. di, coram Deo imbecilles sunt. Simachus vertit, sub eo curuantur, qui nituntur arrogantia, quia fortes sunt, ideo arro-
Chaldeus. gantes, & de se præsumentes. Chaldeus vertit, sub quo curuantur impij, & ita euenit frequẽter, quòd potentiores sint
Naum. 1. peiores. Et cum Naum. 1. de irato dicatur. *Ante faciem indignationis eius quis stabit?* Fugiamus igitur fratres à Deo irato, ad Deum placatum veniam nostrorum delictorum suppliciter postulãtes, ne simus de numero illorum, de quibus dicit

dicit Malachias cap. 1. *Et vocabuntur termini impietatis*. Ideſt, prouincia, ſeu regio impia, qualis erit infernus. *Et populus cui iratus eſt Dominus in æternum*. Ideſt, in quem Deus inceſſabilem iram, atq; vltionem exercet, qualis erit damnatorum Sinagoga. Sed potius ſimus de populo electo, de quo Pſalm. 2. *Cum exarſerit in breui ira eius beati omnes qui confidunt in eo*, qui has euadent pœnas. Omnia quæ in his commentarijs ſcripta ſunt ſacroſanctæ matris Eccleſiæ cenſuræ commito.

Malach. 1.

Pſalm. 2.

(✠)

FINIS.



INDEX LOCORVM SACRÆ PAGINÆ, QVI IN HOC *opere exponuntur.*



EX GENESI.

EX EXODO.

EX LEVITICO.

EX

EX LIB. NVMERORVM.

EX DEVTERONOMIO.

EX LIB. IOSVE.

EX LIB. IVDICVM.

EX LIB. RVTH.

EX LIBRIS REGVM.

EX LIBRIS PARALIPOMENON.

EX LIB. ESDRAS.

EX LIB. THOBIÆ.

EX LIB. IVDITH.

EX LIB. ESTHER.

EX LIB. IOB.

Psal. 140

EX LIB. CANTICORVM.

EX LIB. SAPIENTIÆ.

Sapient. 11.

EX ISAIA.

EX HIEREMIA.

Hierem. 12

EXECHIEL.

EX

EX DANIELE.

EX OSEA.

EX IOELE.

EX AMOS.

EX IONA.

EX MICHEA.

EX NAVM.

EX HABACVC.

EX SOPHONIA.

EX ZACHARIA.

EX ACTIS APOSTOLORVM.

EX D. PAVLO.

Ad Heb.7.

EX IACOBO.

EX D. PETRO.

EX IVDA.

EX APOCALYPSI.



LOCI QVI CONCILIANTVR

INDEX RERVM,

QVÆ IN HOC OPERE

tractantur.



A

G.

H.

I.

Lachryma-

Q.

Sinus

TABVLA PRODO

MINICIS PER ANNVM ET FESTIS, SANctorũ & pro Ferijs Quadragesimæ

(§)

TABVLA DE SANCTIS

FINIS

¶ Cordubæ ex Officina Gabrielis Ramos Bejarano, Anno Domini. M.D.C.L.

(†) d 2